tio: & huius meminerunt pleríque omnes, præter Ammonium, hiſtorici, qui de Iuſtiniani rebus ſcripsêre: nihil tamen hic penitùs liberorum ex duabus reliquit vxoribus, præter vnicam filiam Iuſtini iunioris matrem. Nec mirum; Vſu enim ſæpè venit quemlibet propè illuſtrium virorum aut ſine liberis interire, aut tales plerumque filios habere, vt meliùs fuerit rebus humanis conſultum, ſi ſine poſteritate deceſſiſſent. Sed vt propoſitum repetamus opus, plurima certè, & maxima bella, non ſuo: ſed legatorum ſuorum marte geſſit Iuſtinianus. Nam per Mundum ſui exercitus ducem Dalmatiam inuaſit, & Solonam vrbem munitiſſimam vi cepit: in qua victoria Mundus ipſe com filio ſuo occiſus eſt. Mauros quoque Africam infeſtantes, ductu Ioannis præfecti ſui oppreſſit. Inde Beliſarium patricium hominem Græcum, militaris diſciplinæ peritiſſimum, in Perſas rebelles cum exercitu miſit, quos ille breui deuicit, & iura imperij Roma. toti Orienti aſſeruit. Cum victoria redeuntem, & aureo curru triumphantem, magna lætitia Iuſtinianus excepit. Idémque dux triumpho inſignis, & bello clarus, in Africam mox profectus, Vvandalorum gentem deleuit, & Gilimerem eorum regem vi cepit, cathenísque aureis vinctum (quòd ferro ligatum eum ſe non ducturum promiſiſſet) Conſtantinopolim vnà cum vxore, & regia familia in triumphum egit, anno 74. vt ſcribit Volaterranus, vel (vt Paulus Diaconus vult) 96. ex quo Genſericus in Africam primùm ingreſſus eſt. Cùm autem ad conſpectum Imperatoris veniſſet, iuſſúſque eſſet rex adorare Iuſtinianum, fertur eum pleno ore ſemper riſiſſe, atque interrogatum, dixiſſe, ridere ſe fortunæ humanæ viciſſitudinem, vt qui modò rex fuiſſet, iam ſeruiret. Hic Beliſarij triumphus maior fuit, quàm Perſicus, & precioſior. Supellex enim regis diſtincta auro, lapillíſque, & margaritis, ac ſeptem vaſa auro plena, & nonnulla gemmis, in triumphum acta ſunt, vt ſcribit Pomponius Lætus in rebus Gotthicis. Poſt hæc Africam repetens, Vvandalos redintegratis viribus bellum renouantes, Iuſtiniano ſubdidit, ac penitùs deleuit, interfecto eorum rege Guntarith ſub pacis dolo. (Nam dolus, an virtus quis in hoſte requirat?) Victor inde Romam reuerſus, crucem auream librarum centum precioſis gemmis ornatam, in qua res ab eo geſtæ cælatæ fuerunt, diui Petri Baſilicæ obtulit. Hic Vvandalorum finis fuit, anno videlicet quinto ſupra centeſimum, ex quo Africam primùm occupauerant, vt ipſemet Iuſtinianus ſcribit in *l. 1. in princ. C. de offic. præfe. præto. Afri. & in proœ. Inſtit.* §. 1. cùm ait, Poſt tanta temporum ſpatia, quamuis Procopius dicat, Vvandalorum finem fuiſſe capto Gilimere: quod verum eſſe non poteſt, cùm poſteà, vt diximus, vires ipſi redintegrarint. Ob quas tam inſignes victorias memorabile illud templum, quod ἁγίαν σοφίαν Græci vocant, id eſt ſanctam Sapientiam, Chriſto optimo, maximo (eſt enim Chriſtus patris ſapientia) Conſtantinopoli incomparabili magnitudine conſtruxit. Condidit & ſanctum Paulum, locum nutriendis pupillis, vt refert Suidas, dicatum. His Iuſtiniani ſucceſſibus perculſus Theodatus Gotthorum rex, per legatos conatus eſt bellum, quod ei à Iuſtiniano imminebat, deprecari. Nam cùm Amalaſiunta mulier cordata, & Iuſtiniano confœderata, mortuo Athalarico eius filio Gotthorum rege adhuc impubere, eum in regno ſocium adſciuiſſet, íſque beneficij collati immemor, ipſam iuſſiſſet necari, audita Iuſtinianus eius morte, graui mox in Theodatum exarſit iracundia. Sentiens ergo Theodatus ſibi infenſum eſſe principem, apud eum factorum impunitatem impetrare adnixus eſt, nec eam obtinuit: fuiſſétque ei continuò bellum illatum, ſed, vt ſine maiore Italiæ motu ea res conficeretur, legati in Galliam miſſi ſunt à Iuſtiniano ad Clodemirum Francorum regem, qui magnis muneribus datis facilè obtinuerunt, vt Theudebertus (alij Theodebertú vocant)

Magni plerumque viri filios habuêre inutiles.

Beliſarius.

Gilimer rex.

Guntarith rex.

Procopius.

Sophiæ templum.

Theodatus Gotth. rex Amalaſiũtha.

Clodomirus hic rex erat Aurelianorum, filius Clodouæi regis primi Francorũ Chriſtiani.

Theudebertus rex Metenſiũ, & Galliæ Narbonen. Clodouæi ex fratre nepos.

vocant) eius necessarius ex Narbonen. Gallia nihil moueret, dum in Italia bellaretur. Hac igitur cura leuatus Iustinianus conceptas contra Theodatum belli vires in Vitigem (Theodato interim è medio sublato) conuertit, & Belisarium ad liberandam Italiam contra Gotthos mittit: qui Neapolim primùm vi cepit, hinc Romam cum exercitu volente populo ingressus, varia belli fortuna cum Vitige *Vitigis Gotthorum rex.* sæpè conflixit: ac tandem eum apud Rauennam cum vxore, liberis, præcipuísque Gotthorum proceribus, ac magna vi auri, atque argenti captum ad Iustinianum Constantinopolim deduxit. Narrant historiarum scriptores (atque in primis Procopius) Theudebertum Francorum regem, fœderis cum Instiniano prius icti vel immemorem, vel potiùs violatorem, huius belli initio octodecim Burgundionum millia in Vitigis auxilium misisse: quem Vitigem cùm Belisarius vicisset, Francos quoque ipsos belli socios, & auxiliares vicisse creditur. Adde quòd idem Theudebertus Francorum rex (vt scribit Procopius) cum sexaginta hominum millibus, vel (vt Volaterranus) Theodoricus huius Theudeberti pater, *Theodoricus Clodouei filius.* cum armatorum millibus octoginta in Italiam posteà veniens, & Gotthorum, & Belisarij copias improuiso impetu dissipauit, & mox cùm pabuli penuria in varios languores inciderint, (vt est Gallorum fatum Italiam infesto agmine petentium) cum paucis est in Galliam reuersus, dimissis in Italia Bucelino, & *Bucelinus. Amingus.* Amingo ducibus, qui & ipsi aliquanto pòst tempore à Narsete superati, & occisi cum reliquo exercitu in Italia fuêre; *vt scribunt Anto. Sabel. Procopius, & Paulus Diaconus.* Ob quas victorias Iustinianus forsan se Francum vocat: quamquam Ioan. Fab. haud satis historiæ gnarus, in procem. Instit. ciuilium, non de nostra, sed Germanię Francia Iustinianum cognomento Francum dici falsò putat. Nam ante tempora Clodouei ipsius Theudeberti aui, Francos ipsos Sicambros, seu (vt Faber vult) Germanicos in penitiorem commigrasse Galliam, eámque totam ferè occupasse, nemo vel mediocriter doctus ignorat. Procopio adstipulatur Blondus Foliuiensis de inclinatione Imperij Romani, Francos à Iustiniano victos esse adserens. Ad hæc Rhegino monachus, *libro Annalium* 1. auctor est, Narsetem Iustiniani patricium cum Bucellino, & Amingo Theudeberti, Francorum regis ducibus (qui Italiam deprædabantur) pugnasse, eósque interfeciisse. Rheginoni subscribit Ioan. Tritemius, *de origine Francorum:* & ipse etiam Ammonius, ac Matthæus Palmerius Florentinus in Chronico, eosdem Francorum duces prope Tarentum fuisse à Narsete oppressos adfirmans, vel, vt Raphael Volaterran. scribit, apud Canetum Campaniæ oppidum. Scribit Procopius *in libro secundo, de bello Gotthico,* Belisarium in huius belli initio hæc ad Theudebertum scripsisse: Satius est, securè sua vt quisque possideat, quàm dum aliena nimiùm appetit, de suis rebus periclitetur. Superato Vitige, Gotthi, qui per Italiam remanserant, absente Belisario regem sibi eligunt Totilam, magni animi virum, qui confestim Florentiam obsedit; sed à Iustiniani ducibus (quos Belisarius in Italia dimiserat) repulsus est: qui cum paruo interiecto tempore Neapolim cepisset, Belisarius ad curam belli Italici rursus à Iustiniano delectus, in Italiam reuersus est. Interim Totilas rex, Italiæ ciuitates miris cladibus, di- *Totilas Gotthorum rex.* reptionibúsque afflixit, Romámque infenso agmine ingressus diripuit, incendítque, & partem murorum euertit, ciuésque variè iactauit, & vrbem penitùs desolatam, ac sine vllo habitatore reliquit. Narrat Procopius, Romam quadraginta diebus solitudine fuisse, & tredecim emicuisse flammam. Pari crudelitate Florentiam in Hetruria solo æquauit: quibus cladibus, Dei flagellum co- *Totilas flagellum Dei cognominatus.* gnominatus est, *vt scribit Raphael Volaterranus in gestis Gotthorum.* Verùm Platina in Leone primo, non hunc, sed Attilam flagellum Dei vocitatum esse vult.

Blondus Forliuiensis de inclinatione Roma. imperij auctor est, capta à Totila vrbe, Rusticianam nobilem mulierem Romæ inter mendicantes inuentam, in iudicium à Gotthis fuisse arreptam, quòd Theodorici regis statuas frangi fecisset in patris sui Symmachi, & Boëtij coniugis vltionem, qui Theodorici iussu fuerant interfecti. De facto nihil ambigebatur. Cæterùm mulieris pietas, & amor in defunctos, plus valuit apud Totilam, quàm regia maiestas. Absoluta à rege est, ac ne qua vis illi fieret, diligenter cautum. Scribunt Procopius, & Petrus Crinitus, Belisarium ad Totilam, cùm is de euertenda vrbe Roma cogitaret, vt eum à tam infando consilio inflecteret, literas his verbis misisse: Si hoc bello victoria ad te declinabit, Romámque deleueris: rem haud sanè alienam, sed tuam perditum ibis. sin victus eris: seruata vrbe gratias immortales: deleta verò, humanitatem nullam à victore expectare debes. Vale. Quam quidem epistolam refert Procopius Totilam sæpe perlegisse, æquóque animo eius admonitionem accepisse, & ab incœpto diruendæ vrbis opere destitisse. Verùm cùm media iam plus parte deflagraret, tota ferè incendio consumpta est: vnde & Francorum rex Totilæ eius filiam obnixiùs vxorem petenti, nuptui dare noluit: quòd diceret eum non esse Italiæ regem, qui Romam rerum dominam, & Italiæ caput incendisset. Belisarius autem Romam desolatam protinùs occupat, & incredibili celeritate muniuit. Septem enim, & viginti dierum spatio, fossa, vallo, propugnaculis, omnifariámque munitionibus aduersus omnem vim extrariam, hostilémque impetum, ipsam vrbem instruxit, Totilámque iterùm reuertentem magna vi repulit: quem si fugientem Belisarius fuisset persecutus, Gotthicæ victoriæ laudem Narseti ademisset. Post cuius digressum, claues vrbis Constantinopolim ad Iustinianum misit, vt sciret vrbem iterùm à se in libertatem esse assertam. Denique cùm imparem viribus se esse cerneret, nec fortuna, quæ ab initio fuit, perseueraret, per Antoninam vxorem, quam ipse præmiserat, à Iustiniano missionem impetrauit, vt scribit Procopius. Alij à Iustiniano reuocatum ferunt ob falsam affectati imperij suspicionem: quòd scilicet Virige capto, Gotthi ei omnes regnum Italiæ obtulissent: quòd tamen, vt scribit Procopius, omnino recusauit. Vtcumque res habeat, constat herclè eum post multas victorias, & peractos triomphos, exitum tandem habuisse, magnis plerumque viris, & optimè de republica meritis communem. Nam Iustiniani iussu, siue Triboniani eius cancellarij, cuius prima apud ipsum principem erat auctoritas, odio, quin potiùs inuidia, seu veteris (vt dixi) belli suspicione excæcatus est, eidémque oculi crudeliter exempti: qui tam graui, támque iniqua oppressus fortuna, tuguriolum sibi prope viam constitui fecit, in quo reliquum vitæ transigeret, victum quæritans, & hoc subinde prætereuntibus dictitans: DATE STIPEM BELISARIO, QVEM RERVM PROSPERE GESTARVM MAGNITVDO EXTVLIT, INIMICORVM INVIDENTIA EXCÆCAVIT. Hæc Procop. & Petr. Crinit. Ammonius verò monachus scribit reuocatum quidem à Iustinianoper inuidiam fuisse Belisarium, ac patriciatus dignitate priuatum: qui cùm priuatá agēs vitam, duodecim millia hominum semper secum haberet, Iustinianum imperio à Floriano deiectum restituit, atque ob id in Iustiniani gratiam rediisse, Italiámque denuò cum exercitu aduersus Francos petiisse, & ad postremum cum paucis contra multos Francos fortiter magis, quàm prudenter prœliantem occubuisse, & qui multarum sub triumpho gentium captiuos adduxerat reges, à Francorum legato victum, vita simul, & nominis sui gloria spoliatum esse. Qua in re tantum abest, vt Ammonio accedam, vt nihil minùs credam. Veri enim mihi simile non est, Belisarium à Iustiniano reuocatum, belli missionem turpiter, ac ignominiosè

Symmachus. Boëtius.

Roma rerum domina.

Gotthi Belisarium regem facere voluerunt.

Belisarius excæcatus.

passum

paſſum, omnibúſque dignitatibus priuatum, duodecim millia hominum alere, vel conſueuiſſe, vel potuiſſe: vtpotè cui eæ facultates vix eſſe poterant, vt tantum hominum toleraret: nec ſi tantæ fuiſſent, permiſiſſe Iuſtinianum credam. Fuit autem Beliſarius vir alioquin militaris diſciplinæ peritiſſimus, tanta ad hæc comitate, quanta dux vllius ætatis, quod ſciam, nullus: vt iuxtà diuiti, inopíque comis, facilíſque ſemper occurreret. Exegit hic à militibus ſeuerè abſtinentiam, vt ne ex humili quidem plebe pateretur violari quemquam, nec militaribus viris ex arboribus fruges, pomáve temerè decerpi. Hæc diſciplinæ militaris ſeueritas præclaras illi peperit victorias. Quid enim victoriarum ab inſolenti milite, quales hodie noſtrates omnes ferè videas, conſequi poſſis? Porrò ſubuerſa militiæ diſciplina (cùm id militi licuit, quod libuit) nihil expectari poteſt aliud in caſtris, quàm ſeditio, quàm pauor, fuga, ſeruitus, & iniectum ceruicibus iugum. Iam & in eo non paruum bellicæ virtutis exemplum extitit Beliſarius, quòd octo circiter Græcorum millia eius ductu ducenta ferè Gotthorum millia ex Italiæ poſſeſſione propemodum deiecerunt. Et cùm bello talis eſſet Beliſarius, religio, pietáſque præcipuæ illi curæ fuit: intulit enim ex Vvandalorum, vt diximus, manubiis Crucem auream centum pondo, gemmis diſtinctam, beati Petri templo, Ceroſtrata item duo magni precij. Ædificauit ære ſuo xenodochia duo, Fanum quoque vnum, prædiiſque ditauit. De cuius laudibus ita ſcribit Suidas: Beliſarius dux corporis tum pulchritudine, tum proceritate, ac faciei formoſitate facilè omnes ſuperabat, facilem & acceſſibilem vnicuique ſe præbens allocuturo, adeò vt pauperi, & inglorio cuique ſimilis eſſet. Amor eius in milites, & agricolas, inexpugnabilis: in milites quidem, omnium maximè ſui temporis dona largiebatur: in agricolas tanta parſimonia, ac prouidentia vtebatur, vt bellante Beliſario nullum vnquam violari contigerit. Vendebantur enim ab ipſis omnia vænalia iuxta ſententiam. Segetibus verò florentibus diligenter cauebat, ne alicuius præteriens iumentum eas depaſceretur. Fructus autem in arboribus maturos exiſtentes nulli omnino tangere licebat. Fuit inſuper prudens, & valde fortis. Et in Beliſario hæ quidem fuêre virtutes. Cæteri Iuſtiniani, præter Narſetem, duces, qui poſt illum in Italia exercitum habuerunt, multò inferiores habendi, conſilio, comitate, abſtinentia: quo contigit, vt breui cum ipſo duce belli, quoque fortuna ſit mutata. Alij dicunt non dignitate priuatum Beliſarium: ſed fama belli Parthici (quod imminere videbat Iuſtinianus) ab eo à rebus Italicis in Græciam reuocatum, ídque Pompeius Lætus, & Anton. Sabell. literarum monumentis tradidêre. Eo autem in Græciam abſcedente Germanus patricius Iuſtiniani Auguſti frater patruelis, vir impiger, & militari diſciplina clarus, contra Totilam (qui abſente Beliſario Romam receperat, & eam inſtaurare, ciuéſque reuocare ſtudebat) miſſus, in Illyria morbo occubuit: in cuius locum Narſes eunuchus à Iuſtiniano ſuffectus, Totilam primùm, deinde Theiam reges ſuperauit, & occidit. Valebat hic Narſes plurimùm gratia apud Auguſtum: adminiſtrabátque eius aulam arbitrio ſuo: vir ad omnia virtutis opera natus, magnus quidem conſilio; ſed religione, ac pietate maior, qui multò plura ſit votis conſecutus, quàm vi, & armis.

Beliſarij laues

Germanus patricius Iuſtin. frater patruelis.

Narſes eunuchus.

Iuſtinianus haud multò poſtquàm Italia à Gottis: à Vvandalis verò Africa armis vindicata eſt, atque adeò poſtquàm omnis Lybia Romano imperio reddita, multáque præterea ab eo interim bella fœliciter geſta (vt eius gloria domi iuxta, foriſque conſpicua eſſet) ad ciuilem Reipublicæ ſtatum in primis reparandum animum appulit: & immenſam legum congeriem ad communem ſtudioſorum vſum in breuem coartauit formam, cùm incondita priùs, & ſparſa ciui lis illa iuris corpulentia obrueret magis adoleſcentum ſtudia, quàm inſtrueret. Nam

Iuſtinianus leges in epitomen redegit.

ad duo ferè millia librorum volumina in quinquaginta libros digessit: horum congestum Digesta appellant. Sunt qui Pandectas vocent, quòd iuris scientiæ omnimodam contineant doctrinam. Edidit & Epitomen legum, partitus materiam alioquin vberrimam, in quatuor libros, Institutiones passim vocant. Nouas quoque leges, quas ipse statuerat, in vnum codicem redegit, Nouellásque nuncupari voluit: hodie Voluminis nomen sibi vindicat. Omnes dein principum constitutiones, quæ in multis sparsim voluminibus habebantur, in duodecim cõtraxit libros: Iustiniani Codicem vulgo nuncupant. Ex prędictis igitur palam est, Iustinianum Imperatorem, primum quidem omnium post adeptum ab eo imperium, bella in Gotthos, Vvandalósque gessisse: atque his prosperè confectis, immensa veteris prudentiæ volumina in epitomen redegisse: id, quod ipse etiam testatur *in proœ. Instit.* §. *quorum vtramque. ibi, post tanta temporum spatia. & in l. ij. in prin. ibi, post bella enim Parthica. &c. C. de vete. iur. enucle. & in l. j. §. meritò igitur. C. de Iustinia. Co. confir.* Nec obst. *C. de emenda. codic. do. Iustin. in princ. §. igitur.* vbi Accursius asserit Iustinianum leges priùs emendasse, quàm arma tractasse. Nam licèt in ipso imperij sui initio leges anteà sparsas in vnum corpus colligere proposuerit, cœperítque: bellis tamen variis ab instituto auocatus, nihil ille perfectum, aut absolutum reliquit, præter veterem illum Codicem, quem finitis posteà bellis substituto illi nouo Codice penitùs abrogauit. Et hunc quidem in digerendis iuris voluminibus ordinem seruauit. Nam antequàm bella gereret Iustinianus, Codicem illum, qui à nobis nũc desideratur, ex tribus veteribus, Gregoriano scilicet, Theodosiano, & Hermogeniano Codicibus edidit. Dein bellis ab eo gestis, ex multis legum millibus quinquaginta Digestorum libros contradixit. Tertiò Institutiones ciuiles. Inde eum, qui hodie circumfertur, Codicem diuulgauit, ac demùm Nouellas, seu paruum (quod vocant) volumen in lucem emisit, vt rectè scripsit Accursius *in proœmio Instit. §. j.* Hæc de iuris structura à Iustiniano compacta Põponius Lætus, cæteríque penè omnes historiarum scriptores memoriæ prodiderunt. Addunt Anton. Sabel. & Platina in Bonifacio secundo, Iustinianum ipsum non modò iura condidisse, sed de Christi quoque incarnatione piè simul, & eleganter scripsisse. Cæterùm tantum abesse putat Suidas Græcus iura à Iustiniano fuisse cõdita, vt eum ne elementarium quidem fuisse: sed prorsus analphabetum, scripserit. Quòd si ita habet res, fieri meherclè non potest, vt homo ignarissimus, & qui ne abecedarias quidem nouit literas, tot veterum Iurisconsultorum scripta intellexerit, tótque leges callere, & in ordinem redigere potuerit. Cõsequens igitur esse dicemus, non Iustinianum, (vtpotè literarum omnino expertem, iurísque ciuilis prorsus imperitum, inter porcos, & armenta genitum, natum, & educatum) sed Tribonianum eius quæstorem, virum doctissimum, Pandectarum fuisse, totiúsque iuris architectum: quod & ipse in proœmio Institutionum, Digestorúmque planè testatus est. Multum itaque debet cùm in rebus bellicis Iustinianus Belisario, Narseti, Ioanni, ac Mundo, inclytis belli ducibus: tum verò in ciuilibus Triboniano, Dorotheo, ac cæteris eiusdem farinæ viris, qui ipsius Iustiniani gloriam domi, militiæq; famigeratam reddiderunt. Nam cùm nulli vnquam interfuerit bello, nec legem nouerit vllam, multas tamen de hostibus victorias eum retulisse, iuráque condidisse, & ea omnia in ipsis cordis penetralibus clausa habuisse constans fama prædicat. Quæ ex re maiorem retulisset gloriam Iustinianus quàm si imperij fines longiùs protraxisset: nihilq; ei ad summã defuisset laudem, si fons publici, priuariq; iuris iniquo, & pestilenti auctore caruisset: id est, si non Triboniani viri meherclè improbi, impiíque opera in condendis legibus vsus fuisset. Quod sanè effecit, vt eius inconstantia non parum sugillaretur. Nam, vt ait Suidas, Tribonianus Græcus, ac impius fuit, omnis religionis contemptor, & alienus

Digesta. Pandecta.

Institutiones. Nouella.

Volumen.

Codex Iustiniani.

Codices duos fecit Iustinianus. Orde librorũ iuris. Codex vetus.

Digesta. Institutiones. Codex nouus. Nouella.

Iustinianus scripsit de incarnatione Christi. Suidas.

Iustinianus inter porcos genitus, & educatus. Tribonianus iuris architectus.

Iustinianus nec belli gessit vllum, nec legem nouit.

Tribonianus.

alienus in omnibus à fide Christiana, adulator, deceptor, & fraudulentus, qui Iustiniano regi persuasit eum non esse mortem oppetiturum; sed in cœlum vnà cum carne assumendum. Fuit autem quæstor Iustiniani, qui naturæ potentia, & dotibus pollens, ad tantum eruditionis fastigium peruenit, vt nemini sui temporis facundia, & eruditione cederet. Cæterùm studio auaritiæ vsque adeò deditus, vt ius, fásque vænale haberet, singulis diebus (vt plurimum) leges irritas, ac ratas faciens: prout vsus eorum, à quibus pecunias acceperat, requirebat: cùm annos multos in honore vixisset, morbo tandem decessit, studio pecuniæ semper, quoad vixit, fœliciter incumbens, nec ob id vlla prorsus iniuria ab aliquo affectus, quòd scilicet sermone blando, comíque erat, vt auaritiæ notam abundantia eruditionis facilè obscuraret. Procopius tamen, *libro belli Parthici primo*, refert fuisse Tribonianum vnà cum Ioanne, vt populi seditiones ad tempus sedaret, à Iustiniano quandóque deiectum: vt non absimilem illi fuisse arbitrer, quem Virgilius *libro sexto* notat, qui leges fixit precio, atque refixit. Qui Procopius cùm Proclum laudare vellet: Erat, inquit, Proclus Imperatoris assessor, magistratum quæstoris gerens, vir in primis iustus, & procul ab omni auaritia: ideò neque aliquam legem in alicuius gratiam conscripsit: vt iam Triboniani improbitas nemini ignota esse debeat: tametsi eum Iustinianus vbique laudet: verùm facile est indocto imponere regi. Adde quòd Tribonianus, & qui cum eo operam consarcinandis Iuris ciuilis libris dederunt, immensam illam legum multitudinem, inclementium medicorum more, ad viuum resecantes, accisas nobis Pandectas veriùs, quàm compendiosas (vt Gulielmus Budeus, vir doctissimus, rectissimè scribit) dederũt. nimia enim religione verentes ne de fæce (vt dicitur) duodecim tab. hausisse aliquid viderentur: id est, de prisca nimis, & obsoleta antiquitate, dum de liquido tantùm, & nitido promere volunt, aridiora proculdubio volumina, nec sitim quorumdam satis explentia, reliquerunt: prorsus vt in Pandectis struendis dormitasse verius credantur, quàm rectè aliquid, & compendiosè digessisse. Iustinianus anno, ex quo imperare cœpit, quadragesimo, vel, vt aliis placet, vndequadragesimo, cùm annum agens quadragesimum imperij habenas suscepisset, amens, & stulrus iampridem factus, in ægritudinem tandem incidens, Iustinum ex filia nepotem, consortem imperij fecit, capútque eius diademate ornauit, fortunæque fauentis signum in eius cubiculum misit: nec multò pòst ingrauescente morbo non sanus mente decessit. Qui ex quo Augustalem adeptus est sedem, veterem Romani imperij gloriam inclinatam iam propè, & lapsam, in pristinam vindicauit maiestatem, eámque mirum in modum auxit, & firmiorem, quàm anteà reddidit: maximus certè, & augustissimus princeps, nisi auaritiæ, & delirij Eutychiani reus fuisset. Nam licèt in ipso principatus sui limine orthodoxus in primis fuerit, atque Christianissimus, auctoribus Suida Græco, ac Ioanne ij. Pontifice maximo, in epistola, *inter claras. in fin. C. de summa Trinitate, & fide Catholica.* & eius nomen Ioan. Fab. in sanctorum catalogo apud historicos scriptum se legisse dicat, vulgóque id multis iam sæculis in Aureliorum, aliísque iuris ciuilis scholis receptum sit, (earum videlicet Bidellis Iustinianum inter diuos relatum palam proclamantibus) graui tamen posteà hæresis Eutychianæ infamia respersus est, cùm priùs Chalcedonense concilium (quo ipsius Eutychetis opinio damnata est) probare se asseruisset, literis hac de re vnà cum muneribus ad Ioannem eum, quem nuper dixi secundum, publicè missis. Quod & ipsemet testatur in l. *iiij. ad finem. C. de summa Trinitate, & fide Catholica. & in Authent. de Eccle. tit. colla. ix.* A quo Agapetus primus, Pontifex maximus, ad eum à Theodato Gottho ad excusandam Amalasiunthæ mortem orator missus, de Eutychiana hæresi diu

Proclus.

Iustinianus amens interijt

Iustinianus hæreticus.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

tentatus, constantissimè renuendo dixisse fertur: EGO AD CHRISTIANISSIMVM PRINCIPEM VENIRE OPTAVI, SED DIOCLETIANVM INVENI. Qua sermonis libertate effecit, vt permotus princeps ad sanitatem redierit, Anthemiúmque eius auctorem mali, Constantinopolitanum præsulem, in exilium miserit, & Memnam Catholicum in eius locum suffecerit. In quam tamèn hæresim haud ita multò post relapsum esse eum in confesso est, instigante præsertim Theodora Augusta, & Triboniano eius quæstore, viro à Christiana religione prorsus alieno. Hæc siquidem Theodora cùm Syluerio Pontifici mortuo Agapeto, iussisset, vt pulso Memna Constantinopolitano antistite, Anthemium ab exilio reuocaret, ídque negasset Syluerius se facturum, quòd pontificia dignitate incolumi præstari non posset, excanduit fœmina insolens, & quæ sibi nihil non licere arbitrabatur: scripsítque ad Belisarium, vt Syluerio pulso Vigilium diaconum (cuius impulsu Anthemium restitui Theodora petebat) in eius locum substituat. Belisarius rei bellicæ intentus, Antoninæ coniugi negotium dat: quæ subornatis à Vigilio testibus (qui Syluerium dicerent consilia agitasse de vrbe Romana Gotthis prodenda) hominem cogit se dignitate abdicare, pallióque deposito monastica se cuculla induere: sícque in Pontiam relegatus insulam, breui post tempore decessit, ac tandem in martyrum ordinem relatus est: cuius festum celebratur duodecimo Kalendas Iulias. Qui Syluerij legendam (quam vocant) scripsêre, dicunt eum ab æmulis accusatum, quòd per literas, & nuncios Vitigi policitus esset, Asinariam se Gotthis portam noctu patefacturum, Lateranensi domui, quam tum Pontifex incolebat, proximam: eámque ob rem à Belisario appellatum: ibíque accidisse, vt cùm Syluerius ad ducem veniret, assideret ille Antoninæ coniugis lecto, quæ ex Neapoli accersita languebat adhuc è via, & vt est mulierum in potestatibus intemperies, insolénsque, & importuna loquacitas, vbi hæc Syluerium ad se venientem vidit, procul stolida voce correptum inclamat, Quo meo, bone vir, quóve Belisarij mei merito, tua Gotthis prodimur opera? Sic illa. ac ne potestate quidem Syluerio diluendi criminis facta, Pontificium ei cultum detraxit: ac seponi iubet. Et hæc quidem gesta sunt Iustiniano palàm non iubente, ne inconstantiæ argueretur, cùm & ipse Anthemium in exilium misisset: sed conniuenter omnia ferente. Syluerio ergo ad hunc modum Vigilij fraude, & calumnia relegato, Vigilius ipse ex Theodoræ Augustæ, & Antoninæ Belisarij coniugis sententia pontificiam sedem arripuit: qui cùm in creatione sua Theodoræ Imperatrici promisisset reuocaturum se Anthemium, paulò ante (vt dictum est) ob hæresim Eutychianam à Constantinopoleos pontificatu pulsum, cœpit imperiosa mulier instare, vt Anthemium restitueret: quod se facturum Vigilius cùm pertinaciter negaret, malis promissis standum non esse asserens: indignata Theodora Vigilium vi ad se adductum, & fœminæ mandata facere nolentem, ita cædi iussit, vt parum ab internecione abfuerit: eúmque in Euphemiæ templum furtim elapsum, & inde à tortoribus violenter extractum, iniectúque in eius collum laqueo, per totam vrbem ad vesperam vsque distractum, tandem in carceres mitti præcepit, vbi aliquamdiu panis dumtaxat fuit illi cibus, & aqua potus. Clerici autem, qui eum secuti fuerant, partim in exilium acti, partim verò in metalla damnati sunt. Tam fœdam ignominiam, & verba, & laqueos, & carceres passus est Vigilius in domo principali, Iustiniano ipso, qui paulò antè venientem eum Constantinopolim summa cum veneratione exceperat, ac præcedente clero, & populo ad augustissimum Sophiæ templum perduci iusserat (vt par est credere) audiente, sed vidente etiam, & patienter ferente. Adde quòd cùm alterum iam annum

Theodora.

Syluerius Pontifex maxi.

Antonina Belisarij vxor Syluerio pontificatu primi.

Asinaria porta.

Mulierum intemperies.

annum penè exactum in vinculis fuiſſet Vigilius, tentauit Iuſtinianus per Pelagium, qui Roma ad eum venerat rogandum, vt Totilam ab euertenda vrbe Romana auerteret, flectere eius animũ, vt Anthemium reſtitueret: ad poſtremum, quia ſententiam mutare noluit, flagro adhibitus eſt permiſſu principis, ac per vrbem iterùm laqueo diſtractus, & demùm in carceres reiectus: inde plures annos in vinculis fuit Vigilius, nec priùs ſolutus, quàm Narſes extremam manum rebus Gotthicis impoſuit. Hæc ideò ſcripſi, vt intelligat cupida legum iuuentus, non tam pium fuiſſe Iuſtinianum, quàm Ioannis Fab. ſcripta prædicant Verùm fertur ipſe Iuſtinianus inclinante iam, & ingraueſcente eius ætate parum fuiſſe, vt diximus, mentis compos: quam nacta occaſionem Theodora Auguſta, vt eſt mulierum animus gloriæ, & principatus appetens, magnam adminiſtrationis partem ad ſe trahebat. Inciderunt in Iuſtiniani huius principatum adminiſtrationes Pontificum Romanorum ſeptem, quorum primus Felix quartus, qui, vt morientes vngerentur, inſtituit. Bonifacius item ſecundus, qui ſanxit, ne Epiſcopus ſibi ſacerdotij ſucceſſorem legeret, & prophanam à clero plebem, cùm res fieret diuina, diſcreuit. Tertio loco Ioan. ſecundus, qui Anthemium hæreticum Conſtantinopoleos Archiepiſcopatum damnauit, cuius Iuſtinianus damnationem per literas publicè laudauit, *l. iiij. §. ſuſcipimus. verſic. & ſanctorum patrum. C. de ſum. Trini. & fide Catholica.* & grandia ad eum miſit dona, aureum ſcyphum gemmis ornatum, & alia multi precij munera, quæ Vaticano templo illata ſunt. Verùm eo mortuo Iuſtinianus mutata mox voluntate in Eutychianam hæreſim lapſus, eam conſtantiſſimè eatenùs amplexus eſt, donec ipſum Agapetus ad veram reduxit fidem, quam nec ille diu integram ſeruauit. Hic eſt ille Ioannes, qui ſcripſit epiſtolam, *Inter claras. C. de ſum. Trinit. & fide Catho.* Agapetus quoque primus, quem à Theodato Gotthorum rege ad Iuſtinianum Imperatorem (qui Amalaſiunthæ reginæ vltioni imminebat) miſſum fuiſſe nuper diximus, eúmque ab hæreſi Eutychiana ad orthodoxam reuocauit fidem: quo vita functo iterùm deſipuit Iuſtinianus. Ad hæc Syluerius primus, vir ſanctus, qui calumniam paſſus eſt apud Beliſarium, accuſante Vigilio diacono, vt paulò antè à nobis ſcriptum eſt. Dein & Vigilius ipſe eius nominis primus, quem nuper memini variis contumeliis, verberibúſque iuſſu Theodoræ fuiſſe affectum, quòd Anthemium hæreticum ab exilio reuocare nollet: in quibus & extinctum eum, veterem calumniæ culpam optimo fine compenſaſſe ſcribit Raphaël Volaterranus. Alij non extinctum ſcribunt: ſed longo carcere fuiſſe detentum, ac tandem Narſetis precibus liberatum, Romámque reuertentem calculi morbo Syracuſis periiſſe. Ab hoc Vigilio ſynodus quinta Conſtantinopoli, Iuſtiniano adhuc in humanis agente, celebrata eſt, vbi contra Theodorum coriarium ſtatutum fuit, vt virgo Maria Θεοτόκος, id eſt, Deipara, ſeu Dei mater appellaretur, anno à Chriſti Natali 540. Vnde & diuam Annam Theotoci, id eſt, Dei genitricis matrem eſſe rectè dicimus, licèt in Eccleſiaſticis illis libris, quæ breuiaria vulgò appellant, Theodoci matrem eam eſſe corruptè ſcriptum ſit. Quòd ſi vera ſunt hæc, quæ de quinta ſynodo auctore eodem Vigilio ſub Iuſtiniani principatu congregata ſcripſimus (ſicuti certè veriſſima eſſe nemo neſcit literatus) à fide haud dubiè abhorrent, ac velut ex diametro diſtant, quæ de eadem re in literas miſit Gratianus in decretis canonicis. Is namque non Vigilij pontificatu, ſed Iulij, quintam ipſam ſynodum vniuerſalem fuiſſe coactam auctor eſſe fertur in *cap. ſexta. & cap. ſequenti. §. quinta. xvj. diſtinctione.* Quod nulla ratione fieri potuiſſe, tam mehercle palam eſt, quàm cœli ſidera clara. Nam duo tantùm Pontifices maximi, Iulij nomen fuêre adepti, quorum vterque multis à Iuſtiniano diſtant ſæculis.

Pelagius.

Mulier principatus appetens.

Vigilij mors.

Synodus V.

Correctus locus in vita ſuæ Annæ.

Gratianus quibuſdã videtur lapſus.

De

De Iulio enim ſecundo nihil ambigitur : quippè quem vidimus ipſi nongentis ampliùs poſt Iuſtinianum annis. Priorem autem Iulium Conſtantini magni principatus habuit, qui longo temporis interuallo eum, quem nuper dixi, Iuſtinianum anteceſſit, inter quem & Iuſtiniani Imperij primordia, viginti interceſſêre Romani Pontifices. Ex quo conſtat quintum concilium non Iulio præſide (vt ſentire videtur Gratianus) ſed Vigilio Iuſtiniani contemporaneo fuiſſe indictum. Cæterùm malim ego dicere textum in dicto §. *quinta.* eſſe corruptum, & expuncta inibi dictione, Iulij, in eius locum, Vigilij, verbum eſſe ſubſtituendum, quàm fateri tantum virum tam fœdè in re maximè aperta fuiſſe lapſum. Simili errore laborauit Paulus Diaconus, in Iuſtiniano minore quintam ſynodum tempore Iulij factam fuiſſe falsò aſſerens. Vigilio, ita vt proximo eſt loco à nobis proditum, vita functo, Pelagius primus extremis Iuſtiniani temporibus ſacram Romæ tenuit ſedem : qui, vt clerici ſeptem horas canonicas (penſum ſeruitutis Eccleſiaſticæ) quotidie obirent, conſtituit, & vt hæretici ſæcularium manu coërcerentur, ſi ad ſanitatem trahi aliter non poſſent. Coniiciuntur in principis huius tempora viri ingenio, & eruditione illuſtres, Caſſiodorus Rauennas, qui ex conſule monaſticam amplexus vitam, non pauca de rebus diuinis ſcripſit, cùm multa priùs de republica ſcripſiſſet ſenator. Priſcianus Cæſarienſis, qui in Grammatica arte tam multa ſcripſit, quàm nemo ante eum alius. Arator carminum conditor, quibus Euangelicam eſt hiſtoriam complexus. Iuſtinianus Valentianæ Eccleſiæ antiſtes, rerum diuinarum ſtudio non obſcurum nomen adeptus. Dionyſius abbas, qui Romæ paſcalem calculum mira arte compoſuit. Probantur & Facundi ſcripta ea tempeſtate in Eutychianos edita. Adde & Amalaſiuntham Athalarici Gotthorum regis matrem, cui tantam fuiſſe indolem ſcribit Caſſiodorus, vt ſine veneratione eam viderit nemo, & pro miraculo fuerit audire loquentem, cùm Græcè, Latinéque ſciret egregiè, & linguas omnium gentium teneret, quibus aliquid adhuc commercij fuit cum populo Romano : quæ cùm filium bonis artibus, moribúſque inſtituere conata eſſet, optimo eius conſilio nihil æquè obſtitit, ac eorum, qui puerum regebant, auaritia : nihil minus ad ſuas cupiditates explendas expedire arbitrantium, quàm frugi, & moderatum habere principem. Habuit illud Iuſtiniani ſæculum & viros ſanctitate claros Benedictum monaſticæ vitæ inſtitutorem in Caſſino monte : Maurum eius diſcipulum in Gallia. Germanum & Genouefam Pariſiis. Apud Scotos Brigidam. In Italia Syluerium Pōtificem, martyrij lauream ſub eodem Iuſtiniano adeptum: ac demum Clodoueum primum Gallorum regem Chriſtianum, qui ſub ipſo ineuntis Iuſtiniani principatus articulo fatalem obiit diem.

Pauli Diaconi lapſus.

Viri illuſtres tempore Iuſtiniani.

Amalaſiuntha Græcè, Latinéque doctæ.

Auaritia aulicorum principi perniciosa

INSTITVTA-NE VOCANDA SINT HÆC LEGVM cunabula, (vt Iustinianus appellat) an Institutiones.

ETsi inter multos iamdiu obtinuerit Institutа vocari hæc iurisprudentiæ elementa, quippè cùm & Sypontinus Instituta interdum decreta legum, atque sanctiones dici affirmet, & ita Iustinianus opus suum elementorum inscripsisse (id, quod & ipse agnoscit Sabellicus) & in Pandectis Græcis legatur, τὰ Ἰνστιτοῦτα Ἰουστινιανοῦ, *(id, quod in Budæanis Institutionibus adnotatum vidi) nos tamen Laurentium Vallensem, atque alios humanitatis professores magis sequimur: qui instituta interpretantur bonos mores consilio, & ratione sumptos, domesticámque disciplinam: quæ literis non mandantur; sed obseruantur communi opinione virorum bonorum per quandam consuetudinem. vnde & apud Valerium Maximum titulus est,* De institutis antiquis, *quasi de moribus antiquis. & Quintilianus lib. 1. Institutionũ oratoriarum; Nam is, inquit, de Chrysippo loquens, quanquam triennium nutricibus dederit: tamen ab illis quoque formandam quàm optimis institutis mentem infantium iudicat. cur autem ad literas non pertineat ætas, quæ ad mores iam pertinet? eandem rem appellans instituta, & mores. Hæc Quintil. Institutiones autem sunt præceptiones, quibus instituuntur, & docentur homines: vt sunt libri ab eodem Quintiliano inscripti, Institutiones oratoriæ; à Lactantio, Institutiones diuinæ; ab Erasmo, Institutio principis Christiani; ab Aldo, Institutiones Grammaticæ, & ita ab aliis multis auctoribus: vt hinc scilicet hoc opus Institutiones dici intelligas, quod præceptiones, ac documenta quædam, seu elementa totius legitimæ scientiæ contineat, quibus iam inde ab initio cupida legum iuuentus imbuatur. Quarum & Politianus Miscellaneorum cap. 84. commeminit, his verbis: Institutiones hæ, quæ vocantur in iure ciuili, Iustiniani principis nomine editæ: sed à Triboniano tamen, doctisque aliis viris compositæ, etiam Græcè scriptæ sub eodem prorsus intellectu reperiuntur, nisi quòd ritus quidam, consuetudinésque Romanorum veteres vberiùs aliquanto, & laxiùs in Græco ipso, quàm in Latino codice referuntur, vt peregrinis hominibus, atque à Romanorum more, consuetudinéque alienis, res tota penitùs innotesceret. Hactenùs ille. Quorum te voluimus monitum, humanissime lector, vt cum iurisprudentia, verborum quoque peritiam tibi adscisças. Vale.*

FINIS.



IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI[a], IMPERATOR CÆSAR[b] *Flauius*[c] *Iustinianus*[d], *Alamannicus*[e a], *Gothicus, Francicus*†, *Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius*[f], *fœlix*[g], *inclytus*[h], *victor*[i], *ac triumphator*[k], *semper Augustus*[l], *cupidæ legum iuuentuti*[m].

† Anno Christi 558. victi Franci per Italiam vagantes, duce quodam Bucillino, à Narsete Iustinianei exercitus Imperatore, idque prope Tarentum.

a Rubricam, si in ea oratio sit perfecta (vt in tit. *quod quis iu.* & sim.) vt textum allegari posse: aliàs nõ posse allegari pro decisione iuris: hinc colligunt doctores. *vide Ang. hic.*

IN nomine Domini. Ista rubrica [a] diuiditur in quatuor partes. ¶ Primò ponitur inuocatio diuini nominis, per quam Deus veneratur: ibi; *In nomine Domini.* ¶ Secundò ponitur descriptio imperialis culminis proprij, & appellatiui, tanquam causa efficiens: ibi, *Imperator Cæsar.* ¶ Tertiò ponitur cui præsens liber dirigitar, ibi, *Cupidæ legum iuuentuti.* ¶ Quartò ponitur quędam rubrica particularis ad nigrum proximè sequens: ibi, *incipit proœmium.* Angel. Are. Non continuatur ista rubr. quia continuatio debet fieri ad proxima: *l. ij. ff. de statu homin.* ¶ Vnde cùm sit principium, nihil ante se habere potest, ad quod continuetur: §. *discipuli. in proœmio Digestorum. & l. proximus. de verborum significatio.* Christoph. Porcus.

a ¶ *Iesu Christi.* ex hoc no. quòd Christianus fuit: aliàs non [b] posset imperare. i. Imperij iurisdictionem exercere: *vt in Auth. iusiu. quod præstatur. in prin. ibi, & communicator Ecclesiæ. coll. ij.* vbi dicitur, quòd quilibet administrator debet iurare se esse communicatorem sanctæ Catholicæ Ecclesiæ. sic & aliàs incipit: *vt C. de offi. præf. prat. Afri. l. in nomine Domini. & in Auth. de armis. in prin. coll. vj.* ex hoc enim sequitur bonum initium, melius medium, & optimus finis: *vt in Auth. quomo. opor. epis.* §. j. *vers. bene autem. coll.* j. *& gl.* j. *in Auth. de hære. & Fal. in princ. colla.* j.

b Sic non Christianus remouetur ab aduocandi munere, *Inst. C. de aduoc. diuers. iud.*

b ¶ *Imperator Cæsar.* à Cæsare Augusto [c], qui regnabat tẽpore natiuitatis Christi: iuxta illud: Exiit edictũ à Cęsare Augusto, vt describeretur vniuers[a] orbis. i. vt quilibet ęstimaret bona sua & exinde quilibet Imperator dict[a] est Cęsar. 2. Vel dicitur Cęsar, ą fuit cęsus de vẽtre matris suæ. ADDITIO. 3. Vel quia iã magnã cæsariẽ pilorũ habebat: *vt hic per Io. Fa.* Et not. q̃ debet coronari triplici corona. i. ferrea, argentea, & aurea: de qua glo. *in cle. j. de iurei.* & an gesta per ipsum ante coronationem teneant, cõmuniter determinatur quòd sic: *vt per Ang. & doct. Christo. hic.*

c Imò à Iulio Cæsare eius auunculo, secũdum Bal. Ioan. Fab. Christop. hic.

c ¶ *Flauius.* quia erat de familia Flauiorum d. 2. Vel quia deuicit Flauios: vt dixi, *ff. eo. in prin.* ¶ Alij habent flauus: quia talis erat coloris: nam erat rubeus. sed melior prima sententia.

d Flauij prænomen vsurpat potiùs, quòd quinque principes continua serie ante eũ, Flauij appellati. e adoptiuus.

d ¶ *Iustinianus.* quia fuit filius [e] Iustini: *vt ẽ. de donatio. §. est & aliud. & j. quibus non est per. fac. testa. §. pen.* Sed in Decret. *contrà distin. xvj. c. habeo librum.* vbi dicitur quòd fuit illius Constantini. ¶ Sed fortè ibi loquitur de alio [f] Iustiniano, quàm hîc. 2. Vel dic quòd fuit filius Constantini: quia successit ei in regno. 3. Vel dicitur à iustitia, quam semper coluit, & subditis iniuxit colendam: *vt C. de sum. tri. & fide cath. l.* j.

f qui innouauit. Ibi enim loquitur de Iustiniano, sub quo sexta synodus celebrata fuit tempore Agathonis Papæ: *vt xvj. distin. c. sexta.* sub Iustini autem, cuius leges leguntur, celebrata fuit quinta synodus tẽpore Vigilij Papæ: *vt d. c. sexta.*

e ¶ *Alamãnicus.* hoc nomen, & omnia sequentia nomina sunt ab euentu sibi imposita: vtputà quia vicit Alamannos: & sic de aliis: *vt in Auth. de hær. & fal. in princ. coll.* j. & hæc nomina sunt nomina prouinciarum, quas deuicit.

g Hinc quæsitum an donatio facta à Cõstãtino valeat, vide Bal. proœm. Feud. & Gloss. *l. 2. §. in verbis. ff. de off. præfec. verb.*

a ¶ *Alamanicus.* Ita habent Florentini libri, & ferè omnes manuscripti: non autem *Alemanicus.* Græcæ etiam constitutiones ἀλαμανικὸς. sed hoc solenne est, vt a pro e, & econtrà in multis locutionibus ponatur. CVIAC.

f ¶ *Pius.* à pio Antonino: *vt in Auth. vt li. de eatoro. coll. vj. §. hoc simile. versi. facimus autem.* ACCVRS. ADDITIO. Vel prius à pietate animi, *vt C. de sum. tri. & fide cath. l. j. in prin. & Cod. de nupt. l. Imperialis. in prin. & Cod. de eadu. tol. l. vnica. vlti. resp.*

g ¶ *Fœlix.* à virtute animi. 2. Vel fœlix. id est, prosper: quia omnia sibi ad votum succedebant.

h ¶ *Inclytus.* à gestis magnificis. ACCVR.

i ¶ *Victor.* in fugando hostes. ACCVRS.

k ¶ *Triumphator.* post victoriam. gloriosus enim erat ob magnifica gesta sua.

l ¶ *Semper Augustus.* quia huius debet esse propositi quilibet Imperator, vt augeat: licèt & hoc non semper faciat. sic in definitione matrimonij: *vt infrà, de pa. po. in prin.* licèt interdum diuidatur: *vt C. de repu. l. consensu.* sic in definitione iustitiæ: *vt infr. de iust. & iur. in princ.* sec. Io.

m ¶ *Cupidæ legum iuuentuti.* sc. mittit suam gratiam, seu salutẽ, & hunc librum.

n ¶ *Proœmium.* More rectè scribẽtium præmittit proœmiũ, in quo reddit lectorem attentum, docilem, & beneuolũ. ¶ Attentũ, cùm dicit, summis vigiliis. nam per hoc quòd ipse vigilauit, reddit nos attentos, vt vigilare debeamus. nam ius ciuile

PROOEMIVM[n], [DE confirmatione] Institutionum.

ARGVMENTVM.

Imperatorem non solùm decent arma, sed & leges: quo belli, pacisque tempore Respublica rectè gubernetur.

IMperatoriã maiestatem [o] non solùm armis decoratam [p], sed etiam legibus oportet ¶ esse armatam [r]: vt vtrumque tempus, & bellorum [s], & pacis [t], rectè possit gubernari [u], & princeps [x] vigilantib. scriptũ est: *vt ff. quæ in frau. cre. l. pupillus. in fi. & j. eo. prox. §. ibi, summa prouidentia.* ¶ Docilem, cùm dicit, & cũ sacratissimas cõstitutiones anteà cõfusas, &c. *vt j. eo. §. omnes.* Docilẽ enim facit, qui summam rei breuiter comprehendit. nã per hoc, quòd ipse abbreuiauit, poterũt amodò faciliùs edoceri. ¶ Beneuolũ. i. bonæ voluntatis ad addiscendum, vbi dicit, & quod in priori tempore. & ibi, summa itaque ope: *vt infr. eo. §. cúmque. in fi. & §. summa itaque*, &c.

a Idẽ in aliis ducibus, & baronibus vt subiecti in eos conspirantes teneantur maiestatis crimine: secundùm Ioan. Pab. hic.

b Antipophora, ad tacitam obiectionem responsio.

c Hanc sequũtur Ioã. Fab. & Ang. & concludũt hic doctorem militi hodie esse præferendum: cùm doctor actu legens, si legerit per xx. annos in studio, fruatur dignitate vicariatus principis: & est comes, & dux: *vt est tex. & ibi Glos. & Bart. in l. i. C. de profess. qui in vrbe Const. lib. xij.*

d Inepte.

e Cacophatõ.

f *Oportere* pro opportunum esse.

g Belli tẽpore an, & quomodo iura seruanda.

Imperatoriam. Diditur in tres partes principales totum hoc proœmiũ vsq; ad finem: licèt Ioannes de Platea diuidat in quinque. nam primò ponit in quib. debet versari Imperator. ¶ Secundò ponit qualiter Iustinianus illud adimpleuit. ¶ Tertiò nos studium exhortatur ostendendo fructus, qui sequuntur ex assiduo studio. Secunda ibi in §. *Quorum.* Tertia ibi, *Summa itaque.* Iterum prima diuiditur in duas partes: quia primò ponit dictũ. Secundò ponit tres casus. Secunda ibi, *Vt vtrumque.*

CASVS Quidam iuuenis instabat coram Imperatore, dicens: Domine Imperator, valde miror: & omnes etiam mirantur: vos estis miles, & quilibet Imperator est miles: *vt ff. de milit. test. l.* j. vbi Imperator alios milites appellat commilitones. Ex quo ergo estis miles, armis debetis intendere, & non legibus. & tamẽ contrarium facitis: quia legibus tantùm intenditis. Feciſtis enim fieri vnum codicem ex antiquis tribus codicibus: sci. Hermogeniano, Theodosiano, & Gregoriano: & ex aliis extrauagantibus constitutionib. Item feciſtis cõpilari librũ Digestorũ, seu Pandectarũ ex antiquis voluminib. desperatis. Itẽ præcepistis trib. viris peritis, s. Triboniano, Theophilo, & Dorotheo, vt librum Institutionum componerẽt. Dicite ergo mihi quare hoc facitis: & quare intenditis legibus tantùm, & non armis, cũ sitis miles, & sic armis debeatis intẽdere: *vt C. de iur. delib. l. fi. circa prin.* Ad hoc respondet benignè Imperator assignans duo tempora. s. tempus belli, & tempus pacis: & dicit, Fili mi, sic tibi respondeo, decens est, vt quilibet Imperator munitus sit his duobus temporibus. s. armis, & legibus: & hoc ideò: quia si his duobus temporib. est munitus Imperator: vtrũque tempus poterit rectè gubernare, & tempus belli, & tempus pacis. Nam tempus belli gubernabit per arma, & vsum armorum: & sic efficietur victor, & triumphator. ¶ Tempus autem pacis gubernabit per legem, & vsum legis: & sic puniet maleficia delinquentium: & per hoc fiet religiosissimus, & sanctissimus maleficia puniendo, quia valde religiosum est, & sanctum punire maleficia, seu malefactores. Et hoc vsque ibi; *Quorum.*

o ¶ *Imperatoriam maiestatem.* i. Imperatorem, qui [a] est in maiestate: *vt C. de leg. & const. l. digna.* Similis est loquendi ornatus. *infr. quib. mod. ius pat. pot. sol. §. filius.* ibi, *imperatoriam celsitudinem.* ¶ Et no. quòd antipophorizat [b] respondendo ad tacitã quæstionem, hanc s. quare Imperator non facit quod suum est: scilicet armis intendere: cùm milites magis arma scire, quàm iura oporteat: *vt C. de iu. delib. l. scimus. §. arma.* Ad quod respondet, Imperatoriam Maiestatem, &c.

p ¶ *Armis decoratam.* Quæritur, quare quod erat armorum, attribuit legibus, & econtrà? Respondetur: vt ostenderet alterum alterius auxilio semper egere [c]: *vt C. de Iusti. Co. confir. in prin. & ff. de rei vindi. l. qui restituere. in prin.* 2. Vel dic propriè poni: nam arma sunt ad decorem, leges sunt ad armandum: vnde dicitur: Militãt namque, &c *vt C. de aduoc. diuer. iudi. l. aduocati.* Et leges dicuntur armare homines: *vt Co. ad leg. Iul. de adul. l. cùm vir nubit.* 3. Vel [d] ideò posuit, vt euitetur malus sonus verborum: scilicet cacophaton [e], id est, turpis sonus.

q ¶ *Oportet* i. [f] opportunum est.

r ¶ *Armatam.* s. ad hanc vtilitatem, quæ sequitur. ACCVRS.

s ¶ *Et bellorum.* & sic quo ad vsum armorum.

t ¶ *Et pacis.* sic quo ad vsum legum.

u ¶ *Gubernari.* alterum legibus, s. tempus pacis: alterum armis, s. tempus belli. ADDITIO. Vnde Io. Fab. saluando Gloss. dicit, quòd tempore [g] belli non seruãtur iura. s. de facto: sanctius tamen esset quòd iustitia illo tempore fieret, quàm alio tempore. Dicit tamẽ quòd illo tempore belli non debet rigor seruari omninò: *vt extrà, de transact. c. fin. & xxix. distinct. c. sciendum.*

x ¶ *Et princeps.* i. Imperator. ADDITIO. Intellige strictè, & propriè

propriè, ſecundùm glo.magnam *in cle.j. de bapt.* vel in dubio, ſecundùm Angel.hîc: aliàs ſecus: *vt not.glo.in cap.fundamenta. §. proinde. de elect. lib.vj.*

m ¶ *Princeps Romanus.* vet. Cod. alio ordine. *Et princeps Romanus victor exiſtat, non ſolùm in hoſtilibus præliis: ſed etiam per leg. tram. cal. iniq. expellens.*

vt ſit ſenſus; Imperatorem non ex armis tantùm: ſed etiam ex legibus glorioſam victoriam ſibi comparare. CVIAC.

a ¶ *In hoſtilibus.* qui ſint hoſtes, dicitur *ff. de capti. & poſtli. reuer. l. hoſtes. & ff. de ver. ſig. l. hoſtes.* ACCVRS.

b ¶ *Per legitimos tramites.* id eſt a, leges b: quæ ſunt via gradiẽdi, ſicut tramites eũdi, ſecundùm Io. ¶ Benedico calumniantes puniri c per leges. nam in criminibus ſiue ordinariis, ſiue extraordinariis ad ſimilitudinem ſupplicij punitur calumniator: *vt C. de acc. l. ſi. & ad Turp. l. & in priuatis.* vbi dicitur: & in priuatis & in extraordinariis d criminibus omnes calumnioſi extra ordinẽ pro qualitate admiſſi plectuntur. ¶ Item in ciuilibus modò pecuniaria pœna: modò ſacramẽto calũniæ: modò nota infamiæ: *vt j. de pœn. te. litig. per totum. & j. de accuſ. §. ſi quis agens. & C. de plus peti. l. vnica. & de iudic. l. properandum. §. & ſi quidem.* vbi punitur contumax in expenſis. 2. Vel dic quòd ſeptem genera pœnarum vocat legitimos tramites: *vt ff. de pœ. l. vj. in fi. & l. vij. & viij.* 2. Vel dic quòd magiſtratus vocat tramites, per quos iura redduntur. nam parum valeret iura eſſe in ciuitate, niſi eſſent, qui ea executioni mandarent: *vt ff. de origine iuris. l. ij. §. poſt originem.* qui puniunt & in criminalibus: puniunt & in ciuilibus, in expenſis, & in viatico: *vt ff. de iud. l. eum, quem.* quę vltima verior e eſt. ACCVRS.

c ¶ *Calumniantium.* Calumniator f eſt, qui falſa crimina ſciens intendit: *vt ff. ad Turpill. l. j. in princip. & facit ad hoc, ff. de his, qui not. infamia. l. athletas. §. calumniator.* g Quid autem ſit præuaricator, & tergiuerſator, dicitur in prædictis legibus. ACCVRS. ADDITIO. Tamen hîc calumniantium, capitur generaliter pro omnibus delinquentibus.

e Adiuuare alius alium cogitur, si ab alio offenditur: *vt hic.* Iure canonico tenetur iuuare verbis interponẽdo meum honesto modo: *vt 2. q. xiv. c. negligere.* secundum leges regulariter non teneor adiuuare: *vt l. metum. §. fel huius. cod. Bal. ff. quod metus caus.* Tull. *li. 1. de offic.* cõtrà. Qui alterum non defendit, si potest (inquit) tã in vitio est, quàm si patriã aut parentes deserat. An autem incurrat excommunicationem seipsum offendens, vel lædens, hic incurrere, secũdùm Bart. Pet. de Bell. Pert. & Ang. hic.

[*Hanc studij.*] Diuiditur in quatuor partes: sicut sunt quatuor dicta. Ang. CASVS. In hac quinta, & vltima parte figura casum sic: Ex quo vidimus quid est iustitia: item ex quo vidimus quot, & qualia iuris præcepta: est sciendum vltimo loco, quòd ius nostrum ciuile in duas partes diuiditur: scilicet in ius publicum, & priuatum [2]. Et primò dicit, quid dicatur ius publicum: ¶ Et certè ius publicũ dicitur illa pars iuris nostri, quæ tractat de vtilitate totius mundi. quod dic vt in glo. quæ incipit, Et constitit. Secundò dicit, quid dicatur priuatum. Certè ius priuatum dicitur illa pars iuris nostri, quæ tractat de vtilitate singulorũ: putà vt fundus meus ab altero possessus restituatur mihi: vt putà vt debitor meus quod debet mihi soluat. & alia infinita exempla posses ponere. Tandem dicit: ex quo vidimus, quid est ius priuatum. Et sciendum est, quòd ius priuatum est collectum ex præceptis trium iurium: s. ex præceptis iuris naturalis. Item ex præceptis, vel præcepto iuris gentiũ. Item ex præceptis iuris ciuilis. Et de his præceptis iuris naturalis, gentium, vel ciuilis pone exemplum: *vt in glo. quæ incipit, In iure enim.* Franc. de Aret.

f Fere scilicet principaliter. nam & singulorum est vtilitas rempublicam saluam conseruari. ACCVRS.
g ¶ *Pertinet.* scilicet principaliter. secundariò autem ad publicam vtilitatem pertinet: expedit enim reip. &c. *vt infrà, de his, qui sunt sui, vel alie. iur. §. nam Antoninus.*
h ¶ *De iure priuato.* Sed quid de publico? Resp. non dicet in hoc libro: sed dicitur, *ff. de iure fisci. & C. eod. tit.* & in aliis titu. sequentibus. & ferè per omnes tres libros Codicis: vbi de iure publi. tractatur. ¶ Et nunquid illud est tripartitè collectũ? Respon. sic: vt statim dicã. & ex eisdem præceptis. ¶ Cùm ergo eadem sint exempla publici, & priuati, quare de priuato tantùm dixit, quòd est tripartitè collectum? Respon. quia plura erat de eo priuato dicturus. Item cùm fecisset hunc librum causa rudium, nolebat eos multùm aggrauare, quod fecisset, si tractasset de iure publi. in hoc libro.
i ¶ *Tripartitè.* in iure enim priuato, vt in suo toto tripartita sunt præcepta naturalia: vt hoc, Neminem cum alterius damno fieri locupletem [b]: *vt ff. de condict. inde. l. nam hoc natura.* Item gentium: vt quod quisque ob tutelam sui corporis fecerit, iure fecisse existimetur: *vt ff. eo. l.* j. *y. & iij.* Item sunt præcepta ciuilia. vt præcepta de vsucap. quia de priuata vtilitate est vsucap. *vt infrà, de vsucap. in principio* ibi, *ne dominia,* &c. Et sic publicum est ex eisdem exemplis, & pone eadem exempla: vt ecce à iure naturali, vt non locupletetur cum iactura alterius respublica. A iure gentium, vt liceat reipublicæ propulsare iniuriam. Item à iure ciuili, vt respublica vsucapiat sicut priuatus, quæ exempla posuimus suprà statim in verbo, iure priuato.

a Azo fuit præceptor Accursij.

b Hoc exemplum reprobatur per Bar. & Por. hic. & per Bal. *in C.* [illegible] *infra tit. prox.*
c Contrarium tenet Porc.
d Vt suum proximum nutrire.
e Scilicet quod pertinet ad reipublicæ conservationem soluere.

x ¶ *Naturalibus.* id est, iuris naturalis [d].
y ¶ *Aut gentium.* id est, præceptis iuris gentium [e].
z ¶ *Aut ciuilibus.* præceptis [f].

DE IVRE NATVRALI, gentium, & ciuili.
TITVLVS II.

Quod naturalis instinctus omnia animalia docuit, ius naturale dicitur: ideò mares fœminas appetere, liberos procreare, procreatosque educare (quæ etiam cum brutis cõmunia habemus) hoc iure impellimur.

DE IVRE NATVRALI &c.

Dictum est 3. *quod ius priuatũ est collectum ex naturalib. præceptis,*

gentium,& ciuilibus:nunc de eis dicit:& primò de iure naturali.

Ivs naturale est. Totus iste tit. diuiditur in quinque partes. ¶ Primò ponit de iure naturali.¶ Secũdò de iure gentiũ, & ciuili.¶ Tertiò ponit vnam diuisionẽ iuris ciuilis.¶ Quartò rediens ad ius ciuile,& naturale ponit vnam differentiam inter ipsa iura.¶ Vltimò ponit circa quæ versatur ius ciuile.Secunda ibi; *Ius autem ciuile.* Tertia ibi;*Constat autẽ.*Quarta ibi;*Sed naturalia.*Quinta ibi ; *Omne autem.* Et hoc principium etiam diuiditur in tres partes. Primò ponit definitionem iuris naturalis.Secundò declarat illam. Tertiò probat per effectum. Secũda ibi;*Nam ius.*Tertia ibi;*Hinc descendit.* CASVS. Quidã scholaris rudis accessit ad principem Iustinianum, & coram eo talem proposuit quæstionem:Domine Imperator,dicite mihi,quid est ius naturale?Imperator respondit ei:Ius naturale est quoddam ius, quo iure omnia animalia sunt instructa, & perita à natura.i.à Deo. Vel ius naturale est quoddam ius, quo iure,natura.i.Deus omnia animalia instruxit, & docuit.& in idem per omnia recidit hæc positio casus cum prima.Bene dico,omnia animalia: quia non solùm habet locum in hominibus:sed in omnibus animalibus : siue in cœlo.i.in aëre nascantur, vt aues: siue in terra, vt alia animalia:siue in aqua nascantur,vt pisces.Videmus enim.i. videre possumus,omnia animalia,nedũ homines,esse perita iuris naturalis.hoc dicit vsque ad versi. *Hinc descendit.*in quo ponuntur duo,vel tria exẽpla de hoc iure naturali.Mouetur enim masculus ad coniungendum fœmellæ: vel vir ad coniungendũ se fœminæ:quæ coniunctio vocatur matrimonium, secundùm iura ciuilia. Secundũ exemplum est tale:Iure isto naturali mouetur homo,& fœmina ad procreandos,& nutriẽdos liberos:id est filios.Nam isto iure naturali mouentur homines,& fœminę ad commiscendum se ad inuicem,quam coniunctionẽ faciunt ideò,vt liberos procreent,& eisdem liberis procreatis mouẽtur eodem iure naturali ad eosdem liberos alendos, & nutriendos.Fran.de Ar.

IVs naturale[a] est, quod natura[z] omnia animalia docuit. Nã ius[b] istud non humani[c] generis proprium est, sed omnium animalium, quæ in cœlo[d], quæ in terra[e], quæ in mari[f] nascuntur.

Hinc[g] descendit maris[h], atque fœminæ coniunctio[i] †, quam nos† matrimoniũ[k] appellamus: hinc liberorum procreatio[l], & educatio[m]. Videmus enim cætera[n] quoque animalia istius iuris[o] peritia[3] censeri †.

Quod quæque ciuitas sibi ius statuit, ius ciuile dicitur, quasi ipsius ciuitatis peculiare: quod verò rationis iudicio ab omni populo custoditur, ius gentium vocatur.

1. ¶ Ius autem ciuile†, vel quo ad formam verborum est de iure canonico.Sed quo ad instinctum coniunctionis, seu causam finalem. sc. conseruationem indiuidui,est de iure naturali,secundùm Christ.Por.hic.

† *Alias* coniugatio.

a ¶ *Ius naturale.* Ius in bruta non cadit:nam nec iniuria cadit: *l.j.ff.si quadr.pau.fecisse dic.* denique vt rationis: ita & iuris bruta expertia sunt. At quæ bruta faciunt incitatione naturali, ea si homines ratione faciant,iure naturali faciant. Quæ bruta non faciunt,ea si omnes homines ratione faciunt, iure gentium faciunt:quod & ipsum naturale ius dicitur,& bonum, & æquum, & naturalis æquitas,& naturalis ratio,& lex naturalis, & natura. Quæ non omnes, sed quædam hominum congregata in vnum locum multitudo vtilitatis publicæ causa facit, ea fiunt iure ciuili. CVIACIVS.

a Hæc non est legis intentio: & natura hic accipitur pro virtute insita cuilibet rei. *Bart. Nico. Fab. & Placen.*

b Ius naturale quot modis dicatur.

c Placen. Ia.& Porcius ponit quinque, quos hic vide.

d Hoc verum in præceptis moralibus: secùs in mysticis,seu figurariis: quia illa sunt mutabilia, secundùm *Chrisost.*

a ¶ *Ius naturale est, quod natura.* [i.Deus a .]& nominatiuè, & ablatiuè potest legi : *sic* ff. *titu.*j.§.j ¶ Et nota quia b quatuor c modis ius naturale ponitur. 1. Quandóque pro iure gentium: *vt* ff. *de re.diui.§. singulorum.* 2. Quandóque pro iure pactorum. & sic pro iu.prætorio:*vt ff. de pact.l.*j. 3.Quandoque pro eius cõtrario,scili pro eo,quod rescindit pacta:vt in restitutione minorum: *vt ff.de minoribus.l.*j.¶ Quãdóqua pro instinctu naturæ:*vt hic,& ff.eod.l.*j.§. *ius autem naturale.* Sed secundùm cano.ius naturale dicitur,quod in lege Mosaica d ,vel in Euangelio continetur:*in prin.Decret.*¶ Et istud (quod)hîc est nominatiui casus,quando hæc dictio (natura) est ablatiui casus:& econtrà est accusatiui,quando (natura) est nominatiui, & tunc dic.natura. id est,Deus. ADDITIO Dic secundùm Por. quòd hoc relatiuum (quod) erit accusatiui casus,& verbum (natura) erit nominatiui.Nam hoc verbum(docuit)in textu positum potest regere duos accusatiuos diuersos : *vt in glo. ordina. in l. successores. Cod.ad leg.Fal. & habetur in l.eam,quam.Cod. de fideicommiss.*

b ¶ *Nam ius.*bene dico omnia animalia.Nam ius istud,& c.non solùm est hominum:sed commune omniũ animalium.ACCVR.

c ¶ *Humani.* id est, hominum.

d ¶ *In cœlo.* id est,in aëre : vt aues , quæ in arboribus , & aëre nascuntur : *vt infrà.de rerum diuis.§.apud.*

e ¶ *In terra.* vt feræ bestiæ,quæ in suis lustris, id est , latibulis nascuntur : & etiam quædam aues.

f ¶ *In mari.* vt pisces. idem dico & si in qualibet alia aqua nascantur. ACCVRS.

g ¶ *Hinc.* id est,ab hoc iure naturali. s. Deo,qui primò Adam & Euæ coniunxit,& in paradiso deliciarum posuit.ACCVRS.

h ¶ *Maris.* id est, masculi.

¶ *Coniunctio.*s.animorũ,non corporũ:*vt ff.de reg.iur.l.nuptiæ.* ADDITIO ¶ Est tamen differentia secundũ Aug.quia secuto solo cõsensu possibilis est separatio per ingressum monasterij: *vt C.de episc.& cle.l.Deo nobis.circa prin.& in decretalib. c. ex publico.de conuers.coniugat.* secus autem secutâ carnali copula.

i ¶ *Matrimonium.* id est,effectum matrimonij.¶ Et sic nota, quòd a matrimonium quo b ad originẽ est de iure naturali c: s.de Deo:vt hîc dicitur.De iure gẽtium etiam dici potest : quia ab eo receptum est.De iure ciuili etiam dici potest,quia formã ei adiunxit,& solennitatem, secundùm Azo. *vt patet j. de nupt. per totum tit.*cùm dicit, à quarundã nuptiis abstinere necesse est: *vt ff.de ri.nup.per totũ.*vnde debet dici de iure ciuili:*vt ff.de iustitia, & iure.l.ius ciuile.* ADDITIO Intellige hoc nisi quo ad prohibitionẽ graduum linex ascendentis, vel descendentis , vel etiam collateralis in primo gradu: quia dicitur de iure diuino.*ca. literas.* §. *sanè. vers.opinioni.& §.seq.extrà,de restit. spo.*¶ Item

a Matrimoniũ introductũ iure naturali, gẽtium, & ciuili.

b Vel aliter,secundùm Ioan. Fab.ne parentes sint incerti de filiis, quos alere tenẽtur ratio naturalis dictat matrimonium.

c Vel quo ad substantiam consensus.

† Nomine iuris. *Cuiac.*

† Cẽseri qualiter hoc loco accipiendum sit,cùm nõ explicet Accurs. vide Budæũm in annota. ad Pandect. *ad l. j.ff. de iust. & iure.*

† aliàs, à iure gẽtium distinguitur , quòd omnes populi, &c.

d Educatio si consideretur inspecto naturę instinctu,est de iure naturali : si prout est redacta ad necessitatẽ,est de iure ciuili. *l.si quis à lib.§. fi.ff.de lib. agno.* nam pater cogitur iure ciuili alere liberos , vt de Sophocle scribit Tull. in Cato.

quo ad formam verborum est de iure canonico.Sed quo ad instinctum coniunctionis , seu causam finalem. sc. conseruationem indiuidui,est de iure naturali,secundùm Christ.Por.hîc.

l ¶ *Hinc liberorum procreatio.*Nam Deus operatur ad liberorum procreationem, & naturalis instinctus.

m ¶ *Et educatio.* Nam hoc d iure.sc.naturali mouetur parens de educatione filiorum suorum potiùs,quàm alienorum:*vt ff. vnde liberi.l.scripto hærede.in fi.*& ad hoc etiam tenetur parens:nisi pro se sit insufficiẽs:*vt ff.de lib.agn.l.si quis.§.sed & si filius.& §. deniq,.*

n ¶ *Cætera.* scilicet, animalia præter homines.

o ¶ *Istius iuris.*s.naturalis,de quo loquimur.Ex eo enim quòd auis volat , piscis natat , gallina oua calefacit, mouentur isto iure naturali.

3 ¶ *Peritia.* Malim, *perica* : nisi sic exponamus , pro istius iuris peritis haberi. CVIAC.

[*Ius autem.*] Diuiditur in tres partes. ¶ Primò ponit dictum bimembre.¶ Secundò ponit exemplum primi mẽbri.¶ Tertiò ponit exemplum secundi membri.Secunda ibi,*Nam quod.*Tertia ibi,*Quod verò.* CASVS. Quidam scholaris accessit ad principem,& talem proposuit quæstionem:Domine Imperator,dicite mihi,quæ differentia est inter ius gentium,& ius ciuile : & ideò quæro,quia volo vnum ius ab alio scire discernere. Imperator respondit:Amice,dico tibi,quòd omnes populi , qui vtuntur iure scripto , & iure non scripto : pro parte vtuntur suo proprio iure.sc. ciuili , & pro parte vtuntur iure communi omnium hominum.¶ Secũdo dicit scholaris:Domine Imperator, vos loquimini sic obscurè, quòd non intelligo vos.¶ Quid est hoc dicere,quòd omnes populi,qui vtuntur iure scripto,& iure nõ scripto,pro parte vtuntur suo proprio iure, & pro parte vtũtur iure communi omnium hominum:Dicit Imperator : Quod dixi tibi,quòd vtuntur pro parte suo proprio iure, sic intellige, quòd ius,quod sibi facit quilibet populus , illud est ius propriũ illius populi,vel ciuitatis:id est,appellatur ius ciuile. i. ius propriũ illius ciuitatis:putà statut. municipalia, quę in singulis ciuitatibus fiunt.¶ Tertiò dicit Imperator , quòd illud ius , quõ vtuntur omnes gentes de mundo,naturali ratione,id est,discretione est inductum: appellatúrque ius gentium : id est ius, quo omnes gentes de mundo vtuntur.¶ Et sic amodò aperta est differentia inter ius gentium,& ciuile : quia ius ciuile est propriũ cuiusque ciuitatis : ius verò gentium est commune omnibus.

¶ Quartò dicit Iustinianus: Non solùm quidã alij populi vtũtur pro parte iure proprio:i.ciuili : & pro parte iure communi omnium hominũ, i. iure gẽtium, sed etiam populus Romanus hoc facit:quia pro parte vtitur suo iure, i. suis propriis statutis:& pro parte vtitur iure communi omnium hominũ,id est gentium.¶ Quintò respondet Imperator cuidam tacitæ obiectioni,quia possent aliqui dicere:Domine Imperat. vos fecistis mentionem nunc de iure gentium,& ciuili,dicatis de natura vtriusque iuris.Dicit Imperator excusando se:Ego hoc dicam in competẽti loco.s.in §.*p.n.*vbi dicit, quòd ius gentiũ est immutabile,& ius ciuile mutabile,secundũ expositionem istius § vel alio modo intellige istã quintam particulam:vt in gl.quæ incipit.s.Iura gentiũ.Et hoc totum in prima parte principali.In secunda parte assignat Iustin.secundam differentiã inter ius gentiũ,& ius ciuile,quæ secunda pars continet quatuor partes:vt ẽ dixit. Quamuis ius gentium non habeat denominationem ab aliqua ciuitate:quia non dicitur ius gentium Romanorum, vel jus gentiũ Bonon.tamen ius ciuile habet denominationem ab ea ciuitate,in qua factum est:vt ecce statuta , quæ fiebant apud ciuitatem Athenarum per suos sapiẽtes:sc Solonem, & Draconem,possunt dici ius ciuile Athenienſiũ.¶ Vnde adducit similę:sc.quòd statuta facta Romæ possunt dici ius ciuile Romanorũ:vel ius ciuile Quiritũ: quia Romani appellabãtur Quirites à quodam rege eorum,qui Quirinus appellabatur.¶ Tertiò dicit,Sed quid dicemus,si simpliciter dicatur ius ciuile,nec addatur nomen *ciuitatis* , in qua factum est illud ius, de quo iure intelligemus?

intelligemus? Respon. per excellentiam intelligitur ius ciuile, de iure ciuili Romanorum,id est,de statutis eorũ. Quartò adducit simile. Ecce cùm dico:poëta, & ei non addo nomen propriũ,per excellẽtiam intelligitur de Homero apud Græcos,vel de Virgilio apud Latinos. h. d. vsque ad §. *ius autem gentium.*

a ¶ *Diuiditur.* i. vnum ab altero sic dignoscitur. ACCVRS.

a ¶ *Ius autem ciuile vel gentium ita diuiditur.* Sic libri scripti. Distinctio dicitur diuisio in hoc lib. sæpè. Ita ergo diuiditur:id est, ita distinguitur. CVIAC.

b ¶ *Legibus, & moribus.* Nam quidam sunt, qui reguntur tantùm moribus:& etiam quidam,qui nec moribus, nec legibus : vt homines syluestres a : etiam quidã,qui legibus tantùm,& non moribus.

c ¶ *Communi.* i. eo iure,quod est in communi apud omnes : siue scriptum sit,siue non.

d ¶ *Ius ciuile.* vt b sũt statuta terrarum, quæ iura municipalia dicũtur:*vt C. de eman. lib. l.* j. & sic dicitur ad differẽtiam iuris naturalis. id est,iuris gentium, & ita accipitur hîc. 2. Secũdo modo dicitur ius ciuile lex xij. tabularũ: *vt ff. de iustit. & iur. l. ius ciuile. §. hoc igitur.* 3. Tertiò dicitur ius ciuile omne ius quod non est prætorium.& sic accipitur,*ff. de iustit. & iure. l. ius autem ciuile. in prin. & §. ius prætorium.* 4. Quartò dicitur disputatio prudentũ,quæ fuit facta per l. xij. tabul. *vt ff. de origine iur. l. ij. §. hæc disputatio.* secũdùm Ioan. Quintò quidquid scriptũ habemus de iure,dicitur ius ciuile:vt cũ dicitur, Est enim sanctissima res ciuilis sapientia, quæ pretio nũmatio non est æstimanda:*vt ff. de var. & extraor. cogn. l.* j. §. *proinde.* 6. Sextò dicitur quotiens c adiicitur aliquid iuri naturali, vt in matrimo. modò dixim*. Vel detrahitur iuri naturali:*vt* j. *de vsucapionib. in prin.* d Vel additur c iuri gentium:vt in tutela inuenta à iure ciuili originaliter : *vt* j. *de tutel. in prince.* Vel detrahitur, vt in potestate seruorum restricta: *vt* j. *de his, qui sui, vel alieni iuris sunt. §. sed hoc tempore.* hoc enim ius ciuile dicitur:*vt ff. de iustitia, & iure. l. ius ciuile.* j. *respons.* & hæc exempla sunt ibi notata. ACCVRS.

e ¶ *Naturalis ratio.* Not.quòd ius gentium naturali ratione est inductum : *vt hîc, &* j. *de rerum diuisione. §. singulorum.* vnde est immutabile: *vt* j. *eod. §. sed naturalia.* ACCVRS.

f ¶ *Id apud.* nunc soluit. ACCVRS.

g ¶ *Vtuntur.* vt est religio erga Deũ,vt parẽtibus,& patriæ pareamus. f Vt cõtra violentiã resistamus:*vt ff. de iusti. & iur. l.* j. *in fi. & l. ij.* Item conuentiones,siue pacta,quæ apud omnes gentes valent:*vt* j. *eod. §. ius autem gentiũ. & ff. de pactis. l. iur. gent. in prince.*

h ¶ *Itaque.* quia omnis populus vtitur partim iure communi, & partim, &c.

i ¶ *Suo.* quod pro se tantùm composuerunt:aliàs esset lex generalis : *vt infrà, eodem. §. lex.*

k ¶ *Quæ singula.* sc. iura gentium,& ciuilia, quibus vtuntur ciues Romani & effectus eorum iurium dicetur *infrà de rerum diuisione. §. singulorum.* vsque ad finem tituli : vbi dicitur qualiter acquiruntur dominia iure gentium. Item infrà de vsucap. & in titulis sequentibus,in quibus dicitur qualiter acquiruntur dominia iure ciuili , & secundùm hoc refertur ad proximum dictum. & illud intelligas de iure ciuili Romanorum generali. 2. Vel aliter dic,proponemus j. *eod. tit. §. pen.* vbi dicit alterum de iuribus variabile,vt ciuile : alterum non , vt gentium. & secũdùm hoc non refertur ad proximum dictum:sed ad id, quod dicit suprà. Nam, &c. & etiam, Quod vero, &c.

l ¶ *Proponemus.* sed vbi? Resp. *vt hîc, de rer. diuis. §. singulorum.* & refertur non ad proximum h : sed ad id , quod dictum est: Nam quod quis transfert & oi. Quod verò, &c.

m ¶ *Sed ius quidem.* & di populus populos commune , aut proprium ius ha : sed, &

n ¶ *Ciuitas appellatur* id est,nomen illius ciuitatis: vbi factum est ius ciuile,debet ei imponi.

o ¶ *Solonis,* nomina sunt compositorum statutorum in illis ciuitatibus sicuti si appellaret quis ius ciuile Bonon. statutum à compositoribus inuentum, & consilio confirmatum.

p ¶ *Non errauerit.* imò bene dixerit.

q ¶ *Sic enim & ius.* quod pro se tantùm composuerunt: aliter esset generalis lex : *vt infrà eod. §. lex est.* & de hoc,sc. iure ciuili generali potest hîc intelligi, vel loqui. ACCVRS.

r ¶ *Ius Quiritium.* pro eodem : licèt nomina mutet.

s ¶ *A Quirino.* i. Romulo, qui p fuit eorũ rex. dictus à quiris. q est hasta : quia magna hasta in bello vtebatur.

t ¶ *Ciuitatis.* sed simpliciter dicitur ius ciuile.

u ¶ *Nostrum.* s. Romanorum per excellẽtiã.

ADDITIO. Et ideò dicit Io.Fa. quòd in supplicando pro præbẽda Ecclesiæ cathedralis, specificatio ipsius Ecclesiæ vitiaret.quia sufficit quòd dicatur, in Ecclesia Lugd. vel Parisien. & quòd ita de facto vidit obseruari.

x ¶ *Ius.* sc. ciuile Romanorũ, si est propriũ: vel generale, si est factum vt sit generale.

y ¶ *Virgilius.* idem in Apostolo. nam Paulus in diuina Scriptura intelligitur. Item vbi dicitur sapiens,intelligitur Salomon.

[*Ius autẽ.*] ¶ Primò ponitur vnum dictum.

¶ Secundò ponitur ratio,quare ius gentium fuit inuentũ. ¶ Tertiò ponitur effectus, siue ponuntur inuentiones iuris gentium.Secunda ibi, *Nã vsu.* Tertia ibi, *Bella.* CASVS. Quamuis in superiori §. tractauerit de iure gentium , & ciuili : quia tamen de iure gẽtium non tractauit ibi plenè : ideò hîc pleniùs tractat repetendo etiam de eo,quod dixerat. ¶ Et diuidit hũc §. in tres partes,sicut suprà dictum est. In quarum prima parte dicitur,quòd ius gentium est commune omnibus hominibus de mundo. ¶ Secundò reddit rationem,quare ius gentium fuit inductum,quæ ratio talis est: Homines indigebant aliquibus statutis. & ideò multa inter se statuerunt,quę dicuntur ius gentiũ: & maximè bella & captiuitates, & seruitutes sunt à iure gẽtiũ: quæ seruitutes sunt cõtrariæ iuri naturali: quia de iure naturali omnes homines liberi nascebãtur. ¶ Tertiò dicit,quòd ex hoc iure gentium sunt introducti quasi omnes contractus. de quibus multa exempla ponit in textu.hoc dicit vsque ad §. *constat.*

z ¶ *Ius autem.* autem,pro sed. & repetit de iure gentium , vt aliquid addat.

a ¶ *Omni humano.* Sed nunquid plura humana genera sunt? Respon.non. Expono b ergo : id est,omnibus hominibus.

b ¶ *Nam vsu.* ab initio enim pauci erant homines : indigebant tamen aliquo communi vsu:& quanto plures fuerunt, tũc magis suas consuetudines habebant, & statuta : putà vt nullus vineam, vel hortum alterius intraret , & hoc sequitur , & probatur, *ff. de iustitia, & iure. l. ex hoc iure.*

c ¶ *Bella.* Sed quomodo à iure descẽdit bellũ, cũ sit à iure prohibitũ:*vt ff. de vsufru. l. æquissimũ?* Resp. loquitur de eo,quod à c populo Romano est indictũ hostibus:*vt ff. de cap. & postli. reuer. l. hostes. §. in bello.* Itẽ propulsare violentiã:quod est licitum:*vt ff. de iustit. & iure. l. vt vim. & ff. de vi, & vi armata. l.* j. *§. vim vi.* cum moderamine tamen:*vt C. vnde vi. l.* j. ADDITIO. In quo moderamine requiritur. ¶ Primò debita instrumẽtorũ proportio:quã uis secũdũ Io.Fab.aggrediẽtẽ sine armis,possim cũ armis repellere,si aliàs tutè me defẽdere nequeo. ¶ Secũdò,quòd inculpatè tutẽ in ipsa actus flagrãtia,in defẽsione personæ, vel ætatis quã diuertatur ad extraneos acti in defẽsione rerũ. ¶ Tertiò,quòd nõ ad vindictã:in quo attẽditur modus facti,qualitas personarũ,& potẽtia.Et not secundũ Ias. quòd ipsa propulsio est de iure naturali:sed cũ moderamine,est de iure gentiũ,secundũ Ang hîc.

ß ¶ *Bella.* Bella,captiuitates,seruitutes,postliminia,manumissiones,vt sacrosancti sint hostiũ legati,regna,dominia, obligationes,acceptilationes,cõstitutiones sunt iuris gentium. CVIA.

d ¶ *Ab initio.* Sed nunquid hodie? Quidam dicunt sic : nos contrà. nam seruus nascitur : *vt infrà, de iure personarum. §. serui. & ff. de nata. restit. l. interdum.* ACCVRS.

¶ Omnes obligationes. Omnis enim obligatio pro contractu habetur : *l. omnem. ff. de iudic.* atque ideo in *l. ex hoc iure. ff. de iustitia, & iure.* Hermog. obligatio- nes dixit , non contractus. Cur autem ait, penè ? nempè quia sunt quædam conuentiones , & obligationes legitimæ. *l. conuentionum. l. legitima. ff. de pactis.* CVIAC.

Diuisio.

† Gentiũ appellatione cõprehendi mares,& fœminas ex hoc loco notat Paulus.

a Quirinus pro Romulo:& cur ita dictus.

† Mores qualiter hoc loco accipiẽdi sint, vide Bud. *ad l. ius ciuile. ff. de iust. & iur.*

† Ius sibi cõstituere quisq; populus potest. *Et concor. c. quæ in ecclesiarum. in Gl.*) *in princi. extra de const. & in c. venerabilem in Gl. super verbo, Latharius. extrà, de electis.*

a Omnes tamẽ sunt de semine Adæ. Io.Fab.

b I° ciuile pro statutis terrarũ legibus. xij. tabularũ, iure omni nõ præterio, disputatione prudentum librisiuris ciuilis pro iure quo additur, vel detrahitur iuri naturali, vel gentium.

c Iuri naturæ quemadmodũ adiiciatur, vel detrahatur.

d In hoc.s. quia eo iure omnia erant communia, secundùm Ias.hic: aliàs si Gl. præsupponeret, quòd illo iure esset dare meũ,& tuũ, esset falsa : vt per Ia. de Are. Bald. & Alb. *in l. ius ciuile. ff. de iusti. & iure.*

e Iuri gentium quemadmodũ adiiciatur, vel detrahatur.

f *Vide Ias. in l.* j. *§. & generaliter. ff. de vent. in poss. mitt. quem Bald. reputat singularem in l. matres. C. ad Tert. & cui potius sit parendum , vide per Angel. hîc.*

g Hęc Gl. contradicere videtur Glossæ præcedẽti:sed ambæ sunt bonæ. vt referatur ad proximũ dictũ vel ad remotũ: cùm secundùm ambas expositiones loquamur de iure gẽtium.vel ciuili secundũ Nico.

a *Idem Bart. & Nic. ol. & vide Gl. similem in l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iur. & in l. legitima. ff. de pactis.*
b Contractus qui, & quot iure ciuili introducti.
c Contractuũ & obligationũ differentia.
Omnes cõtractus sunt ex iure gentium: at non omnes obligationes.
d Obligationes ex maleficio, vel quasi nõ sunt ex iure gẽtium, sed à lege.

a ¶ *Penè.* Penè dicit [a] propter quatuor b contractus: vt propter stipulationem: *vt j. de actionibus. §. de constituta.* Item propter literarum obligationem: *vt j. de literarum obligationibus.* Item propter contractum emphyteuticum: *vt j. de locat. & conduct. §. adeò.* Item sponsalitiam largitionem: id est, donationem propter nuptias: *vt in Authent. vt spon. larg. §. j. & ij. coll. ix.*

¶ Et not. quòd hîc dicitur, omnes cõtractus esse de iure gentium, sed c non omnes obligationes. Nã quæ d ex maleficio, vel quasi sunt, non sunt de iure gentium: sed vel à lege xij. tabularum, vel ab alia lege. ADDITIO. Prout glos. loquitur in quasi maleficiis approbatur, quia in his contingit aliquem obligari ex facto alieno: quod ius gentium non considerat: sed prout loquitur in maleficiis, reprobatur per *l. j. ff. de furt.* vt per Ang. & Christoph. hîc.

omnes homines liberi nascebantur. Et ex hoc iure gentium omnes penè [a] contractus [a] introducti sunt: vt emptio, & venditio: locatio, & conductio, societas, depositum, mutuum, & alij innumerabiles [b].

Ius ciuile ex scripto constat, & non scripto. Iuris autem scripti partes sunt sex, quæ recta serie pertractantur.

3. ¶ Constat autem ius nostrum [c], quo vtimur, aut ex

b ¶ *Innumerabiles.* id est, non facilè ad numerandum habiles: *vt j. de reb. corpor. & incorpor. in prin.*

[*Constat.*] Diuiditur iste §. in tres partes. ¶ Primò ponit dictum bimembre. 2. Secundò ponit exemplum primi membri. 3. Tertiò exemplum secundi membri. Secunda ibi, *Scriptum.* Tertia ibi, in §. *Ex non scripto.* Item secunda subdiuiditur in duas partes. ¶ Primò ponit quid est ius scriptum. ¶ Secundò ponit exempla. Secunda ibi, *Lex.*

CASVS. Vidimus de iure naturali in principio huius tituli. ¶ Item vidimus de iure gentium s. §. *prox.* ¶ Item vidimus de iure gentium, & ciuili mixtim s. §. *ius autem ciuile*, vsque ad §. *ius autem gentium.* ¶ Sed quia de iure ciuili non plenè tractatũ est, ideò tractabitur in hoc §. *& seq. vsque ad §. sed naturalia.* ¶ Ideò diuide aliter §. quam suprà secundum Franciscum de Aret. in sexdecim partes, vique ad §. *ex non scripto.* ¶ In prima parte dicitur, quòd ius nostrum ciuile diuiditur in duas partes: sc. in ius scriptum, & in ius non scriptum: & hoc ad similitudinem Græcorũ, qui similiter iure scripto, & iure non scripto vtebantur. ¶ Secundò dicit, quòd primò est videndum de iure scripto. ¶ Et est sciendum, quòd ius scriptum cõstat ex sex partibus iuris. sc. ex lege, & plebiscito: ex senatusconsulto: ex principum placitis, prætorũ edictis, & ex responsis prudẽtum. ¶ Tertiò dicit quid est lex. Certè lex dicitur illa, quam Rom. populus faciebat cõsule senatorum interrogãte populũ: & ecce quando emergebat aliqua quæstio, quæ nõ erat soluta per aliquam legem: populus pulsabatur cum campana, Ad arengam, Ad arengam, Ad arengam. Et sic cõgregabatur populus Romanus: & tunc loquebatur magistratus senatorum: & dicebat populo ibi congregato: Domini mei, talis quæstio emergit de nouo: quã quæstionem non reperimus decisam in nostro iure: placétne vobis, quòd ad decisionẽ illius ita, & ita statuatur? Et populus simul, vel diuisim clamabat, vel clamabãt, dicentes: Sic fiat: vel sic fiat. & sic illud taliter cõstitutum dicebatur lex. ¶ Quartò dicit quid sit plebiscitum. Et certè plebiscitũ dicitur illud ius, quod plebs Romana faciebat tribuno plebeiorũ interrogante plebem. Ecce enim quando emergebat aliqua quæstio pertinens ad plebem, seu plebeios, quę non erat soluta per legem aliquam: pulsabatur cũ quadam alia cãpana: Ad arengam, Ad arengam, Ad arengam. Et sic congregabatur plebs Romana. Et sic tunc surgebat magistratus: scil. tribunus plebis, & dicebat plebi: Talis quæstio emersit, placétne vobis, quòd ad decisionem illius sic. vel sic statuatur? Et ipsi clamabãt dicentes: Fiat sic, & sic. ergo illud taliter constitutũ appellabatur plebiscitum. ¶ Quintò dicit: Diximus quòd lex fit à populo & plebiscitum à plebe. Sed quæ differentia est inter populũ, & plebem? Respõ. Populus est genus: quia appellatione populi omnes ciues Romani continentur: sc. nobiles patricij, & senatores, & ignobiles. Plebs verò sine patriciis, & senatoribus cæteros ciues significat. ¶ Sextò respõdet cuidam tacitæ quæstioni. nam posset aliquis dicere: Nunquid tantũ valent plebiscita, quantum leges? Et dicit quòd sic, ex quo fuit facta quędam lex, quæ appellabatur Hortensia: in qua continetur, quòd plebiscita obtinent vim legum. ¶ Septimò quid est senatusconsultum? Et certè senatusconsultum est statutum à senatoribus compositũ, siue leges à senatoribus promulgatæ. ¶ Octauò respondet cuidam tacitæ quæstioni. nam aliquis posset dicere: Senatusconsulta videntur superflua. Nónne sufficiebãt leges. & plebiscita? Resp. dicens quòd senatusconsulta non sunt superflua. Nam populus Romanus erat tantũ augmentatus, quòd erat quodã modo impossibile, quòd semper quando debebant fieri aliquæ leges nouæ, populus, & plebs congregari possent: & ideò vtile visum fuit populo, quòd senatores possent iura condere sine populo, & plebe: & sic quando congregabatur populus, consul

scripto [d], aut sine scripto: vt [e] apud Græcos [f] τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δ' ἄγραφοι. Scriptum autem ius [g] est lex, plebiscita, senatusconsulta [h], principũ placita, magistratuum edicta, responsa prudentum.

4. ¶ Lex est [i], quod populus Romanus senatorio magistratu interrogante, veluti [k] consule [l], constituebat. Plebiscitum est, quod plebs plebeio magistratu interrogante, veluti [m] tribuno, constituebat.

d ¶ *Scripto.* de hoc dicit vsque ad §. infrà, *ex non scripto.* & de non scripto ibi dicet. A CVRS. ADDITIO. Non tamen est necessaria scriptura ad substantiam legis, sed ad probationem tantùm: *arg. l. contra* [illegible] *r. ff. de leg.* secundùm docto. hîc.

e ¶ *Vt.* pro sicut.

f ¶ *Apud Græcos.* Nam C[illegible] vtebantur iure scripto, & nõ scripto: *vt j. eo. §. & non inele*[illegible] quod in textu est. ita ver[illegible]. ACCVR. ADDITIO. Græcũ, non scriptæ. Budæus ve[illegible] gũ aliæ quidem scriptæ, aliæ verò ipso tit. legit, *τὸ δὲ ἄγρα*[illegible] notationibus ad Pandectas hoc *ς τοιοῦτον*: sed in idem recidit.

g ¶ *Scriptum autem ius.* [illegible] iuile Romanorum: de quo di[illegible] xi s. *eod. §. sed ius.* A c c

h ¶ *Senatusconsulta.* qu[illegible] sint consules, not. *ff. de origi. iuris. l. y. §. exactis.*

i ¶ *Lex est.* hæc [a] defini[illegible] ad sententiam cõcordat cũ ea, quæ est, *ff. de legibus, & s*[illegible] *ultis. l. j.* licèt quo ad verba dissentiat. 2. Definitur & al[illegible] Lex est sanctio sancta, iubens honesta, prohibens cont[illegible] sumitur ex lege Græca. *ff. de legib. & senatusconsultis. l.* definitur tertio modo: vt in alia Græca colligitur *in*[illegible] *gib. & senatusconsul. l. j.* ACCVR.

k ¶ *Veluti.* exemplificat[illegible] *r: vt suprà, §. proxi.* Nam facta conuocatione pe[illegible] gistratus, id est, senatus non totus: sed qui maior e[illegible] interrogabat populum: licet consulendo, ad [illegible] sic ad libitum populi fiebat, *vt ff. de orig. iur. l.* [illegible] est: vt

l ¶ *Consule.* nam consu[illegible] suos sapum sen[illegible] atorum interrogabat populum, & sic ipsi [illegible] dentur interrogare. Nam qui [d] per alium facit, per se facere videtur. *vt ff. de [illegible], & vi arm. l. j. §. deiecisse. & ff. de admin. tut. l. ita autem. §. g[illegible]ne.* Nam rectè omnia nostra facimus, quibus à nobis auctoritas impertitur: *vt ff. de vete. iure enucl. l. j. §. sed si quid. vers. omnia.*

m ¶ *Veluti.* exemplificatiuè ponitur: *vt s. §. proxi.* erat enim vnus nomine

a Legis tres definitiones.
b Imò secund. Porc. ibi definitur lex per quidditatem, & substãtiam, & per effectus, qui ex ea sequuntur: hic verò per causas efficientes, seu in esse producentes.
c Inde notat Ange. non valere statutum, in cuius cõfectione constaret, quòd non fuerit in cõcilio per priorẽ facta propositio: secùs tamẽ in dubio. *Ang. Aret.*
d Debet tamẽ in libello exprimi, quòd per te, vel aliũ tuo nomine [illegible] tale quid cõmissum fuerit: aliàs agendo contra te, & probando de alio tuo nomine expoliãre, non obtineret: secundùm Fab. & Angel.

nomine tribunus, qui præerat plebeiis, & eorum magistratui: qui interrogabat plebeios: *vt ff.de ori.iur.l.ij.§. posteà. versi. mox cũ reuocata.& §.iisdem temporib.* & multas leges habemus de his: vt de leg. Aquil. *vt j. de leg. Aquil.§.ex hoc tamẽ capite.* & ne præsides accipiant nisi esculenta: *vt ff. de officio proconsl.l.solent.§. fin. & ff.de offi præsid.l.plebisc eito.* ADDITIO. Sed hodie nec illa,si habẽt salarium,vt ibi not.secùs in delegatis. *extrà de reserip. c. statutum.§. insuper. libro sexto.* Ioãnes Faber.

Plebs autem à populo eo differt,quo species à genere [a]. Nã appellatione populi, vniuersi ciues significantur, cõnumeratis etiam [b] patriciis [c], & senatoribus †. Plebis autem appellatione, sine patriciis, & senatoribus,cæteri ciues significantur. Sed & plebiscita [d], lege Hortensia [e] lata non minus valere, quàm leges cœperunt.

5. ¶ Senatusconsultum est, quod senatus iubet, atque constituit [f]. Nam cùm auctus esset populus Romanus in eum modum, vt difficile esset in vnum eum conuocare legis [g] sanciẽdæ causa,æquum visum est, senatum vice populi consuli [h].

Quod princeps animo legis condendæ statuit, legis vias obtinet. & constitutio dicitur, ligárque omnes, modò generalis sit: quod si ob certæ personæ meritum, odiúmve emanarit,ad exemplum non trahitur: & cùm personalis sit, personam non egreditur.

6. ¶ Sed & quod principi placuit [i], legis [k] habet vigorẽ [l], cùm lege Regia [m], quæ de imperio [n] eius lata est, populus ei [o], & in eum [ß] omne imperium suum, & potestatem [γ] cõtulerit [p]. Quodcumque ergo Imperator per epistolam [q] cõstituit, vel cognoscens decreuit [r], vel edicto [s] præcepit,legem [t] esse constat.Hęc sunt [u], quæ constitutiones appellãtur. Planè ex his quædam sunt personales [x], quæ nec ad exemplũ trahuntur, quoniam non hoc princeps vult. Nam quod ob meritum [y] indulsit alicui [z],vel si cui pœnam irrogauit [a], vel si cui sine exemplo [b] subuenit [c], personã non transgreditur [d] †. Aliæ autem cùm generales sint, omnes proculdubiò tenent [e].

Prætorum edicta vim legis habent: edituiúmque edictum pars est iuris prætorij.

7. ¶ Prætorum quoque edicta [f] non modicam [g] iuris obtinent auctoritatem. Hoc etiam ius honorarium [δ] solemus appellare : quòd [h] qui honores gerunt,id est magistratus [i], auctoritatem huic iuri dederũt [k].

† *Concor.in ca. post electionem. in Gl. super ver. nullatenus. post princ. ibi: sic nomine populi.extrà, de elect. & Gl.in c.sedes. (super verbo, maiorit.prope fin.)ibi, plebis autẽ appellatione. extrà de rescript.*

a Genus prædicatur de pluribus specie differentibus.
b Excipiuntur tamen clerici. vbi de eorum præiudicio agitur secũdùm Panorm.*cap.j. extrà, de vita, & honest.cleric. & Ias. hîc.*
c Species prædicatur de pluribus differentibus numero.
d Argumẽtum à specie ad genus valet affirmatiuè.
e Patricij qui dicantur, vide Bud.ad *l.vlt.ff. de senatoribus.* & Alciat *ad li. xij.Cod.de consu. & non sparsim.*

a ¶ *Species à genere.* est autem genus [a], quod prędicatur de pluribus differentibus specie: vt animalium illud rationale, aliud irrationale.& sic se habet populus(vt sequitur)ad [b] nobiles, & ignobiles. Species [c] autẽ est,quod prædicatur de pluribus differentib. numero:vt hominum alius Titius, alius Seius.sic se habet plebs.nam minores tãtùm comprehendit: vt sequitur. ADDITIO. Et sic valet arg.de specie [d] ad genus affirmatiuè:*vt l.ij.§.doli.ff.vi bo. rap.*nõ autẽ negatiuè.*l. duob.§.si quis.ff. de iureiur.* secundùm Ias. hîc.

b ¶ *Etiam.* quasi dicat, non solùm populi appellatione viles connumerantur: sed etiam patricij.

c ¶ *Patriciis.* qui [e] erant quasi patres principis:*vt infrà,quib.mod. ius pat. pote. sol. §. filius.*

d ¶ *Sed & plebiscita.* videbantur minus valere, quasi loco, & argumento sumpto ab auctoritate : quia maior est patriciorum,& senatorum auctoritas : *vt C. de leg. l. humanum. & ff. de eden.l.siquis ex argentarius.* §. j. Sed hoc sublatum est per legem latam ab Hortensio rege:vt sequitur:*vt ff.de orig.iur.l.ij.§. deinde cùm esset.versi.mox cùm reuocata.*

e ¶ *Lege Hortẽsia.* sic dicta ab Hortensio, qui pacem composuit inter nobiles, & plebeios, & inter eos sic statuit,quòd valeret plebiscitum.

u ¶ *Lege Hortensia.* Lege Horatia primum,deinde lege Hortensia: hæc cùm plebs in Ianiculum secessisset:illa, cùm in Auẽtinum:auctores sunt T.Liui.& C.Pili. CVIAC.

f ¶ *Constituit.* Nam poterat facere legem: *vt hic,& ff.de legib.& senatusc.l.non ambigitur.*

g ¶ *Legis.* Nam idem est si ex alia : quia difficile erat tot homines conuenire. ACCVRS.

h ¶ *Consuli.* i.interrogari. Nã anteà populus interrogabatur: *vt §.eo.tit.§.plebiscitũ.* & sicut populus interrogabatur priùs:sic [f] posteà senatores(qui centum erant numero) interrogabantur à consule : *vt C.de petit. hæred.l. fin. in princ. & ff. de orig. iur.l.ij. §. deinde quia diffic.*

[*Sed &.*] Iste §.diuiditur in quatuor partes.Nam primò ponit dictum. ¶ Secundò eius rationem. ¶ Tertiò ponit illationem. Quartò dictum modificat, & declarat.Secunda ibi: *Cum lege.* Tertia ibi; *Quodcumque.* Quarta ibi: *Planè.*

i ¶ *Placuit.* causa faciendi communem legem [g],& generalem: aliàs non esset lex communis:vt sequitur:*& C.de sent.& interl. om.iud.l.ex stipulatione.* ¶ Nam ibi dicitur, non omnis vox iudicis est sententia: & sic non omnis vox principis est lex.

k ¶ *Legis.* quam non habemus.

l ¶ *Habet vigorem.* id est,lex est, & pro lege seruatur.

m ¶ *Lege regia.* Hac [h] lege cautum fuit,vt potestas leg.faciendæ transiret de populo ad principem : *vt hic, & ff.de orig.iur.l.ij. §.nouissime. & facit ad hoc.ff.de cõsti. prin.l.j.* vbi sunt hæc eadem verba. Et hanc legem Regiam non habemus. Nam facta fuit super regno. id est imperio transferendo.

n ¶ *Imperio.* transferendo de populo ad principem.

o ¶ *Ei.* scili principi,quo ad honorem:& in eum,quo ad onus:

ß ¶ *Ei, & in eum.* Sic auctore Accursio,ait vices populi datas esse principi,& in principem: vt in l. *est receptum.de iurisdict.* ius dici maiori, & in maiorem , nec verò vllo alio distat populus à principe , quàm quòd populus suis legibus tenetur, princeps legibus solutus est: cæterum vt suis, & ita principis legibus populus tenetur. Principem igitur populus cum vice sua constituit,& se principis legibus obligauit. CVIAC.

γ ¶ *Omne suum imperium,& potestatem.* i. vicem suam.CVIAC.

p ¶ *Contulerit.* id est, transtulerit, sic vt ipse populus modò non habeat hoc ius:*sic C.de vet.iur.enu.l.ij.§.hoc autem. & de leg. & consti.l.fi.* Sed alij dicunt, quòd & adhuc [a] populus facere potest legem. & quod dicitur solum principem hoc posse: verum est solus: id est, nullus alius solus,secundùm Ro.

q ¶ *Per epistolam.vt infrà, de his, qui sunt sui, vel alie. iuris. §. dominorum.& ff.de constit.princi.l. j.*

r ¶ *Decreuit.* scilicet sedens pro tribunali dando sententiam diffinitiuam:*vt C.de leg.& consti. l.fin.* Nam interlocutio principis non habet vim legis, nisi hoc expresserit [b] à princip.*vt eadem l.fi.C. de legi.* ACCVRS. ADDITIO. Dic hoc verum esse,scilicet definiendo præter ius, & præsentibus partibus: aliàs non. vel etiam interloquendo in corpore iuris claudatur, secundùm Angel.

s ¶ *Edicto.* vt *C.de legib. & con.l.ij. & de secund. nupt.l.hac edictali.*

t ¶ *Legem.* Generalem [c], quam potes cognoscere quatuor modis:*vt C.de legi. & constit. l. leges.* Vel specialem : vt sequitur.

u ¶ *Hæ sunt.* scilicet quas constituit Imperator. ACCVRS.

x ¶ *Personales.* dummodò [d] in iuris corpore non sint clausæ [e]: aliàs omnes sunt generales: *vt C.de Iustinianeo Codice confirmando.l.vnica.in §. fin.* ACCVRS.

y ¶ *Ob meritum.* quia multum seruierat principi : & ideò aliquam pœnam,quam debebat ille pati propter delictum , quod fortè fecerat, ei remisit. ACCVRS.

z ¶ *Alicui.* pœnam merenti.

a ¶ *Irrogauit.* scilicèt non merenti, vel merenti : sed maiorem fortè,quàm qua esset dignus:vt pœna eius metus sit multorum: *vt ff.de pœnis. l. aut facta. §. fin* ACCVRS.

b ¶ *Sine exemplo.* id est, vt alij non caperent exemplum. Acc.

c ¶ *Subuenit.* vt clericis , quibus indulta sunt specialia : *vt in Authent.vt cler. apud proprium Episc.coll.vj.& C.de episc. & cleri. l. cum clericis.& l.omnes, qui.* & cutiæ,& alius. *vt C.de legi[illegible]onstit. l.ij.* ¶ Sed nunquid intelligitur sine exemplo subuenire, si cui simpliciter rescribat? Respondeo sic : dum[illegible] non sit ibi aliquod signum ex his quatuor, quæ dicuntur *de legib.& constit. l. iiij.*

d ¶ *Non transgreditur.* Contrà *ff. quod quisque iur. l.* j. ¶ Sed [f] distingue, an ad sui postulationem fit concessum : quo casu transgreditur : *vt ibi :* aliàs non: *vt hic,& ff.quod quisque iur.l.ij.* Et sic soluitur aliud contrà. *C.de fru.& lit.expen.l. fin.* 2.Vel dic ad vtrumque contra quod ad aliud extenditur : hoc est dicere, vt alius habeat priuilegium. 3. Vel dic quòd illud est speciale in illa l.fin. C. *de fruct. & lit. expen.* propter æqualitatem in iudiciis obseruandam : *arg. C. de postu.l. prouidendum.* 4. Vel melius : licèt egrediatur personam , non est tamen generale ius: nec videtur alius: scilicet aduersarius prorsus : cùm sit contingens occasione controuersiæ.

e ¶ *Tenent.* id est,ligant. ACCVRS.

f ¶ *Edicta.* quæ scripta erant in albo prætoris: *vt ff. de iurisd.om. iud.l.si quis id,quod.in primo respon.* ACCVRS. ADDITIO. Et prætores hodie sunt præsides prouinciarum , habentes sub se officiales totius territorij: vt est potestas Florentiæ. An.

g ¶ *Non modicam.* sed magnam.

δ ¶ *Ius honorarium.* Aliud est ius prætorium, aliud ius honorarium. Ius ædilitium,aut tribunicium,ius honorarium est: ius prætorium non est. CVIAC.

h ¶ *Quòd.* id est, ideò quia.

i ¶ *Magistratus.* scilicet ipsi prætores:*vt ff.de institu, & iure.l. ius autem. §. ius autem prætorium.*

k ¶ *Dederant.* vt *ff. de orig. iur.l.ij. §. eodem tempore.*

† Dicit tamen Ang.quòd quãdius loco senatorum ho lie succederint cõsiliarij,seu decuriones: non tamen possunt super principi relcriptis statuere: putà ad famam,seu ius genituræ aliquem restituere,spurios legitimare, aut veniam ætatis concedere.

g Dũmodò sit iustum, & honestum,secundum Angel. & Ias hic. per ea, quæ pul. hic not. Bald. *in l. quod vi ligera. C de ope. lib.*

h Legis regiæ sententia quæ nam fuerit.

a Populi hodie legem facere possunt: subaudi tamẽ municipalem: *vt supra eod. §. omnes.* seu particularem : nõ autem generalem:vt per Io. Fab.& Angel. Aret.

b *Legendum,* expressũ erit.

† *Concordat in proœmio Decretalium , in Glos. vlt.post prin.ibi, & indulgentia. & ca. j. in Glo. post princ.extrà, de calum.*

c Legem generalẽ quatuor notis distinguimus, & dignoscimus à speciali. *Sequuntur Nico. Ioan. de Pla. Porc. & Ias.* Dicit tamen Ioã.Fab. quòd sex modis.

d Lex generalis censetur id omne,quod in iuris corpus à principe redactum est.

e Hanc Glo.& sequẽt. in ver. irrogauit , sequitur Ang. & etiam Ioan.de Plat.& Porc.

f Personalia an , & quibus casibus personam egrediũtur: adde hic Angelum, vbi notat sex casibus personam egredi.

2 ¶ *Ædiles curules.* à cura dicti. obseruabant enim ne ruina, vel incendiis ædium deformaretur vrbis aspectus.

b ¶ *De quibusdam causis.* vt de morbis, & morbosis, & vitiosis animalibus. *vt patet ff. de adil. edict. l.* j. ADDITIO. Die hoc verum respectu actionis redhibitoriæ: secùs respectu actionis quanto minoris, quæ durat per annum, secùdùm Ange. hîc.

c ¶ *Honorarij.* Qualiter? Respon. quia [a] ædiles erant ex prætoribus: *vt infrà de diui. stip. §. prætorias. & ff. de verb. oblig. l. v. §. prætoria.*

d ¶ *Sententia.* Sententia [b] est firma, & indubitata responsio: secundùm Ioan.

e ¶ *Opiniones.* Opinio [c] est cũ dubitatione responsio: secundùm Ioã.

a Hoc non reperitur iure cautum, secũdùm Nic.

b Sententia quid.

c Opinio quid

Proponebant & ædiles curules [d] edictum de quibusdã causis [b]: quod & ipsum iuris honorarij [e] portio est.

Iurisconsultorum sententiæ, (quibus à Cæsare iura interpretandi facultas data erat) responsa prudentum dicuntur: quæ vsque adèo iuris pondus obtinebant, vt nec cuiquam iudicum ab his recedere fas esset.

8. ¶ Responsa prudentum sunt sententiæ [f], & opiniones [e] eorum, quibus permissum erat iura condere [g]. Nam antiquitus institutum erat, vt essent qui iura publicè [f] interpretarentur: quibus à Cæsare [g] ius respondendi datum est: qui iurisconsulti appellabantur: quorum omnium sententiæ, & opiniones eam auctoritatem tenebant, vt iudici [h] recedere à responsis eorum non liceret: vt est constitutum [i].

Consuetudo moribus vtentium comprobata, vim iuris scripti habet: hoc tamen ab Athenienſibus, illa à Lacedæmonijs ortum habuit.

9. ¶ Ex non scripto [†] ius venit [k], quod vsus comprobauit [l]. Nam diuturni [l] mores consensu [m] † vtentium comprobati, legem imitantur [n].

10. ¶ Et non [o] inelegantèr in duas species ius ciuile [p] distributum esse videtur. Nam origò [q] eius ab institutis [r] duarũ ciuitatum, Athenarum scilicet, & Lacedæmoniorum, fluxisse videtur. In his enim ciuitatibus ita agi solitum erat, vt Lacedæmonij quidem magis ea, quæ pro legibus obseruabant, memoriæ mandarent: Athenienses verò ea, quæ in legibus scripta deprehendissent, custodirent.

Ius naturali ratione apud omnes gentes obseruatum, & ciuile in hoc discrepant: quoniam primum immutabile est: reliquum verò consuetudine, aut contraria lege mutatur.

11. ¶ Sed naturalia [s] quidem iura, quæ apud omnes gentes peræquè obseruantur, diuina quadam prouidentia constituta, semper firma, atque immutabilia permanent: ea verò, quæ ipsa sibi quæque ciuitas dinem impediat: *vt ff. de legib. & senatusc. l. quod non ratione.* ADDITIO. Dic hoc verum, si error durauit, vel consuetudo sit penitùs irrationabilis: putà contra fidem, ius naturale, vel diuinùm, seu inductiua peccati. Sed si superuenit scientia, vel error fuit circa causam impulsiuam, quamuis sit seuera, & minus rationabilis, tamen valet saltem in casu suo, vt ibi: nisi expressè per legem, vel constitutionem reprobetur. secundùm communiter docto. hîc.

† fine scripto, &c.

d Consuetudo decennio inducitur.

e Longa tẽpus est decennij.

f Consuetudo, per decenniũ, cui vnus, & alter actus iudiciarius fit a l. iunctus, inducitur.

g Exemplis an & quomodo iudicetur.

h Obliquè aliquid conceditur, quod non directò.

i Consuetudo vnde dicatur.

k Consuetudinem error impedit.

n ¶ *Imitantur.* id est, tantum [a] valet consuetudo, vbi lex scripta nõ est, quantum lex vbi scripta est. ¶ Et nota [b] tres virtutes consuetudinis: imitandi legem: *vt hic.* Item interpretãdi legem, vbi lex est dubia: *vt ff. eo. l. si de interpretatione. in fi.* Item corrigendi: *vt ff. de leg. & senatusconſ. l. de quibus. in fi. & j. eo. §. ea verò.* ¶ Quod distingue: aut [c] est generalis cõsuetudo per totũ mundum: & tunc vincit legem vbique: *vt ff. de legibus, & senatusc. l. de quibus. §. fin.* aut specialis: & tũc vincit legem in eo loco, vbi est: *vt ff. communia prædiorum. l. venditor. §. si constat.* dũmodò post legem fuerit inducta: alias vincitur à lege superueniẽte: *vt ff. de sepulch. vio. l. iij. §. diuus.* in alio autẽ loco consuetudo specialis non vincit legẽ: sed vincitur à lege: *vt C. eo. l. consuetudinis.* & hoc secundùm Ioan. & Py. licèt alij aliter distinxerunt. ADDITIO. Et sic glos. dupliciter restringit illam legem: & cum ea transeunt communiter docto. *sed cap. fin. de consuetudin.* videtur dictam legem intelligere, nisi consuetudo esset rationabilis, & legitimè præscripta. Iason.

† *Concord. cum hoc text. c. rationem. cum Glo. j. extrà de test. cog.*

† Tacito. nam si expresso, esset lex municipal. secundũ Nico. de Neap. Cõsuetudo inducitur ex cursu x. annorum.

a Consuetudo tantũ valet ad negotia iure scripto nõ decisa, finiendaquãtum lex ad ea, quæ scripto iure sunt comprehensa.

b Consuetudo legẽ imitatur, interpretatur, & corrigit.

c Consuetudo an, & quando legem vincat.

o ¶ *Et non.* hîc §. communis est ad duo supradicta: scilicet ad ius scriptum, & non scriptum: ideò bene est hîc §.

p ¶ *Ius ciuile.* largè accipe: *vt not. in §. constat. supr. à eodem, in gloſſ.* j.

q ¶ *Origo.* id est, lex xij. tabul. quæ fuit origo totius iuris ciuilis, & principium.

r ¶ *Institutis.* id est, ordinamentis. Nam Romanus populus decemuiros pro isto iure misit: qui decem tabulas eburneas retulerunt, tam de iure scripto Athenienſium, quàm non scripto Lacedæmoniorum. sed quia posteà aliquid deerat, vel emendationem desiderabat, data fuit potestas per vnum annum his decemuiris, vt ius, & leges corrigerent addendo, & detrahendo: & si opus esset, interpretarentur: qui vt ea facerent, duas tabulas addiderunt: & sic [d] lex xij. tabularum ex accidenti dicta est: *vt ff. de orig. iur. l. ij. §.* j.

d Lex xij. tabularum vnde ortum habuit.

e Ius naturale primæuum immutabile.

f Hoc est ius naturale, quãtum in se est, (scilicet in abstractio) viget semper vnisormiter: sed quãtum est in concreto, potest in aliquo mutari secundùm Ange. hic. vel dic, ius naturæ quo ad effectũ extrinsecos attinet, tolli potest: quod ad essentiam, penitus tolli nõ potest.

g Ius succedẽdi, & successio tolli potest: at non cognatio.

[*Ex non scripto.*] CASVS. Vidimus de iure ciuili scripto, §. à præcedenti vsque huc: nunc hîc sequitur videre de iure ciuili non scripto. Et est sciendum quòd iste §. vsque ad §. *sed naturalia.* diuiditur in duas partes principales. ¶ In prima parte dicitur, quòd ius non scriptum est illud, quod vsus populi Romani, vel alterius populi approbat, & obseruat: quod ius quãuis in scriptis non sit redactum, tamen obtinet vires, & vicem legis scriptæ. Secundò reddit rationem quare ius ciuile in duas partes diuiditur: scilicet in ius scriptum, & in ius non scriptũ: *vt suprà, §. constat.* Et est ratio: quia leges Romanæ habuerunt originem à duabus ciuitatibus Græciæ: scilicet Lacedæmonia, quæ vtebatur iure non scripto: id est, consuetudine, vel vsu. & habuerunt etiam ortum leges Romanę ab Athenis, quę vtebantur iure scripto.

k *Ex non scripto ius venit.* de iure scripto vidimus: quod in sex partes diuiditur. sequitur de non scripto: *vt s. cod. §. constat.*

l ¶ *Diuturni.* Sed [d] quanto tempore vsus facit mores, vel consuetudinem? Respon. x. ann. *vt ff. qui, & à quib. ma. li. non fi. l. si cùm fideicommissaria. §. Aristo.* licèt secundùm quosdam exigatur tempus, cuius non extet memoria: *arg. ff. de aqua plu. arc. l.* j. *in fi. & ff. de aqua quoti. & æsti. l. ij. §. ductus. & C. quæ sit longa consuet. l. consuetudinis. & C. de sacrosan. Eccl. l. fin.* Item quia dicitur lõga: *vt patet in rubr. C. eo. & ff. eo.* Longa autem, x. [e] an. dicitur: *vt j. de vsucap. §.* j. sequitur ergo quòd x. an. sit robusta. ¶ Sed nunquid sufficit vt intra x. ann. semel [f] secundùm eam iudicetur? Respon. non: imò debet ad minus bis secundùm eam iudicari: *vt C. de epi. audi. l. ij. in fi.* Vel querimoniam, vel libellum propositum contra consuetudinẽm talem spernere: *vt ff. de legi. & senatusc. l. cum de consuetudine.* ¶ Nunquid ergo iudicatur [g] exemplis? Resp. non: *vt C. de sen. & interlo. omn. iudi. l. nemo iudex. & facit ff. de offic. pre. l. sed licèt.* Sed ex consuetudine, quæ approbatur exemplis, & sic conceditur aliquid per obliquũ [h], quod directò non conceditur: *sic & ff. quæ res pignori ob. pos. l. Aristo. in fin.* Sic econtrà peto ex promissione, quæ promissio probatur ex longo vsu. *vt ff. de vsu. l. cum de in rem verso.*

m ¶ *Consensu.* aliàs non potest esse consuetudo: cùm dicatur [i] consuetudo, quasi communis assuetudo: & error [k] consuetu-

hoc na

a Quæ sunt de necessitate naturæ, non mutantur: vt hîc: sed quæ sunt de præsumptione, sic: vt leonis feritas, & hominis mansuetudo: in quibus inspicitur magis accidēs, quàm natura: quod inducitur in argu. ad reprælias cōtra aliquos, putà Ferrarienses cōcessas vt per Ang. & Ias. hic.

hoc natura. a 3. Vel dic quòd iste §. loquitur de iure gentium: quod patet ex illa litera, Quæ apud omnes gentes: & *suprà eod. §. quod verò naturalis.*

a ¶ *Constituit.* scilicet de consuetudine speciali, vel lege municipali scripta.

b ¶ *Tacito consensu.* s. contraria consuetudine: *vt ff. de legi. & senatuscon. l. de quibus. in fi.*

c ¶ *Vel alia.* id est, contrario statuto: & sic reddūtur singula singulis.

[*Omne autem.*] CAVT. In hoc §. de iure ciuili tractatur; & sic de tertia parte rubricę. Et dicitur quòd totum nostrum ius ciuile diuiditur in tres partes. In prima parte tractatur de personis: in secunda de reb. in tertia de actionib. Secundò dicit. Primò videamus de personis tāquàm de dignioribus. ¶ Et redditur ratio quare primò de personis videndū: quæ ratio talis est; quia nihil prodest scire iura, nisi primò sciremus de personis, & cōditionibus personarum: quarū personarum causa, seu gratia, & earum fauore iura condita, & composita sunt. hoc dicit vsque ad finem.

d ¶ *Omne.* quid sit ius, & qualiter diuidatur dixit: nunc differentiam inter ipsa iura ponit.

e ¶ *Ad personas.* de hoc dicitur infrà, *in toto primo libro vsque ad titu. de re. diui.*

f ¶ *Ad res.* de hoc dicitur infrà, *lib. ij. & iij. vsque ad tit. de oblig.* ADDITIO. Et quid appellatione *rei meæ* contineatur, vide per Ange. Aret. hîc.

g ¶ *Ad actiones.* de his dicitur infrà *de actio.*

h ¶ *Persona.* nam homo b est dignissima creaturarum: *vt ff. de ædil. edict. l. iustissimè. in prin.* vnde Ouidius c: Pronáque cùm spectent animantia cætera terram: Os homini sublime dedit, cœlúmque videre: Iussit & erectos ad sidera tollere vultus. Et Virgilius d: Igneus est ollis vigor, & cœlestis origo Seminibus.

i ¶ *Ignorentur.* & sic statim ponit de iure Personarum. ¶ Et not. hîc quòd digniora præponenda sunt: *sic j. de bo. poss. §. aliam verò. in glo. aliori.* & per hoc facimus e multas formationes titulorum.

b Homo dignissima creaturarum.
c Ouid. 1. Met. metamorph.
d Virgil. in 6. Aeneid.
e Digniora præponenda.

DE IVRE PERSONARVM.

Quia f *omne ius aut ad personas, aut ad res, aut ad actiones pertinet.* l. j. ff. de stat. ho. §. j. & sup. tit. j. §. ij. *cùm ergo persona quibuscunque rebus digniores sint,* l. iustissimè. in prin. ff. de ædil. edic. *ideò ab eis exordium facturus, subdit de iure personarum, secundùm Porc.*

Summa.] Totus g iste titulus diuiditur in sex partes. ¶ Nam primò ponit diuisiones personarum. ¶ Secundò definitionem libertatis. ibi; *Et libertas.* ¶ Tertiò definitionem seruitutis. ibi; *Seruitus.* ¶ Quartò quare dicantur serui. ibi; *Serui autem.* ¶ Quintò quot modis quis efficiatur seruus. ibi; *Serui autem.* ¶ Sextò ponit differentiam inter seruos, & liberos. ibi; *In seruorum.* Aret.

Summa.] CASVS. Ad euidentiam diuide hunc titu. aliter quàm suprà, secundùm Franc. de Are. in septem partes. In quarum prima parte ponitur quædam diuisio personarum: quæ diuisio talis est. Dicitur enim, quòd omnis homo de mundo aut est liber, aut seruus. ¶ Secundò dicit quid est libertas. Vnde libertas est quædam potestas concessa hominibus à iure naturali quæ consistit in hoc, vt ipsi homines possint facere quicquid voluerint: nisi efficiantur serui de iure gentium: vel nisi se faciant seruos de iure ciuili. ¶ Tertiò dicit quid est seruitus: & dicit, quòd cùm ius gentium multa statuerit: iuxta hoc est vnum statutum, & vna constitutio ordinata à iure gentiū, vt quis sit subiectus alteri, & subiiciatur dominio alieno, quæ constitutio, siue statutum est contrarium iuri naturali: quia secundùm ius naturale omnes homines liberi vocabantur, & nascebantur. ¶ Quartò dicit quare serui habeant hoc nomen, *serui.* E certè serui dicuntur non à seruiendo: sed à seruando. Nam olim, & in tempore præterito si aliquis capiebat aliquem hominem prælio, siue in bello, plerúq; Imperatores præcipiebant capienti id est, ei, qui illum hominem in bello reperat, ne occideret illū hominem captiuum: sed venderet, vel seruaret. ¶ Quartò dicit, quòd serui, qui capiuntur in prælio, possunt etiā appelari mancipia: quia manu capiuntur in prælio. ¶ Sextò dicit, quòd quidam non sunt serui ab ipsa natiuitate: sed postea efficiuntur. quod accidit. i. euenit quandóque de iure gentium: vt quando aliquis capitur in prælio: tunc enim efficitur seruus capitis quandóque de iure ciuili: vt quando liber homo patitur se vēdi eo pacto, vt partē pretij habeat: vt si vado ad aliquem hominem, & ei dico: veni, ego sum liber: sed non habeo pecuniam: scio etiā quòd tu modicam pecuniam habes: sed scis quid faciemus: inueni emptorem: & dic quòd tu habes vnum seruum. & tu me vendes illi: sed tu iurabis mihi, quòd de pretio, quod habebis de me, mediā partem mihi trades: & alius dicit quòd vult. iste talis liber homo, qui passus est se venundari, & accepit partē pretij de eo, ipse efficitur seruus de iure ciuili, & efficitur emptoris. Septimò dicit, quòd inter seruos nulla est differentia: quia tā est seruus vnus, quàm alter. Sed inter liberos multæ sunt differentiæ: quidam sunt ingenui, quidam libertini, quidam dediticij: vt in duobus titulis sequentibus. *Fran. de Are.*

f Hanc continuationem sequitur Petrus de Bella Pert. hic.
g Diuisio.

Prima personarum diuisio: exinde libertatis, & seruitutis definitio.

SVmma k itaque diuisio de iure personarum hæc est, quòd omnes homines l aut liberi sunt, aut serui m. 1. ¶ Et libertas n quidem est (ex qua etiam liberi vocantur) naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, nisi si quid vi aut iure prohibetur.

2. ¶ Seruitus autem est constitutio o iuris gentium p, qua quis

a Summa diuisio personarū, quæ dicatur.
b Hæc falsa est secundū Christo. hîc: quia etiam formalis causatur à iure ciuili: *vt in §. pen. infrà eod.*
c Vniuersalis orationis pars falsa, tota oratio falsa est: *vt l. si is, qui ducenta. §. verùm. ff. de rer. diu.*
d Pluralis oratio in singulari rē verti potest.
e Singularis oratio interdum sumitur pro plurali, quod verum, quādo collectiuū, vel rationis paritas, seu connexitas hoc inducit: *l. si cui lana. ff. de leg. 3.* aliàs secùs, secundùm Ioan. Fabr. & Ang. hic.
f Statuliber in quibusdam habetur pro libero, & quo ad quædā pro seruo: *vt not. infrà, l. si ff. si ex noxa. cau. ag. secūdùm omnes doct. hîc.*
g Adscriptitij, & censiti liberi sunt, non serui: *vt communi opinione tenetur hîc & ca. a. de iudicijs.*
h Dic hoc verum inter extraneos, secundùm Io. Fab. i *Glo. Nouell. de testib. 90. ca. 7. in verb. ita sit.*
k *vide Glo. in d. ca. 7.*
l Dūmodò iurent cum licentia sui superioris: alias non valeret eorum depositio, secundùm Ioan. Fabr. & Ange. hîc.
m Dic secundū Pet. de Bel. Per. non reputari mortuos quātū ad actus ciuiles: sed quātum ad ea, quæ sunt cōtra suā professionem.
n Hanc reprobat Ange. hîc: quia ex facti impedimento nō tollitur libertas: *vt probatur in l. conficiuntur. ff. de iu. vo.* & per hoc etiam reprobatur hîc secunda opin.
o Hanc cōmuniter tenent doct. hîc.
p Hoc verum quo ad id, quod additur non quo ad id cui additur. *Ias.*

tut. in prin. 2. Vel dic, summa. i. maxima: quia partim est de iure naturali, vt libertas: & partim de iure gentiū, vt seruitus, quorum vtrumque: scilicet ius naturale, & gentium, antiquius est iure ciuili: *vt j. de rerū di. §. singulorū* b. Vel dic, *summa.* i. breuis: *sic infrà de obli. §. j.* ADDITIO. Est & hæc bona, secundùm omnes: quia breuior esse non potest: *vt ff. de condi. indeb. l. in summa. & ff. de eo, quod certo loco. l. quòd si Ephesi. in fine.* Prima etiam communiter approbatur, secundùm Christopho. hîc.

l ¶ *Omnes homines.* Sed pone, quòd hîc sint duo homines, vnus liber, & alius seruus. tunc hæc propositio est c falsa. Dic quòd pluralis d oratio conuertitur in singularem, & tunc est vera, & nō falsa: *vt ff. de cond. & demō. l. falsa. §. fi. & ff. de pet. hared. l. diuus. in fi. in glo. pen. & de orig. iur. l. ij. §. exactis. & de ver. sign. l. nō est.* Ecōtrà singularis ponitur pro plurali e: *vt eo. tit. l. in vsu. & ff. de test. tut. l. si quis ita. §. j.* & dic has quæstiones positas, *ff. de stat. hom. l. ij.*

m ¶ *Aut serui.* ¶ Sed f quid de statulibero? Videtur liber. *ff. si ex nox. cau. aga. l. fi.* Sed contrà est: *vt ff. de statulib. l. statuliberum.* ¶ Item quid de adscriptitio g, vel cēsito? Videtur quòd serui sint: *vt C. de agr. & cens. l. ne diutius. in fi. & l. ff. li. xj. & C. in qui. cau. colo. do. ac. pos. eo. lib. xj. l. fi.* Sed contra est, secundùm Ioā. (licēt alij aliter distinxerunt) cùm possint fieri clerici & contra dominorum voluntatē, quod non est in verè seruis: *vt C. de episc. & cler. l. iubemus. § seruos. & in Authen. de sanctiss. epi. §. adscriptitios. coll. ix.* Item in dubio pro liber. iudicandum est: *vt ff. de regu. iur. l. libertas.* & quod in contrariis legibus continetur, loquitur quo ad seruitia, quibus est adstrictus. quare poterūt prædicti & facere testamentum h, & ferre testimonium i, & alios actus ciuiles exercere, nec alienari possunt sine solo: *vt de agri. & cens. l. quē admodùm. lib. xj.* Item quid de monacho k, vel vulgari canonico? Respōd. liberi sunt: & ideò possunt reddere testimoniū l. quod dic vt diximus *in Auth. de mon. §. cogitandū. coll. j.* licèt quo ad actus quosdam m fingantur mortui: *vt in Auth. de mon. §. illud. & §. si quis autem. coll. j. & in Auth. de nup. §. per occasionem. coll. iij.*

n ¶ *Libertas.* Hæc definitio tribus modis potest legi. ¶ Primò secundū Ir. vt definiatur libertas eo iure, quo inuenta est i. naturali: & sic etiam serui secundū hoc sunt liberi. nam & ipsi possunt facere quod volūt, nisi quòd vi. i. de facto, vel iure. s. aliquo prohibentur & hæc verba, ex qua etiā liberi, &c. possunt esse de definitione. Nam & ipsi liberi vocantur secundùm idem ius: vt infrà de li. § j. Alij dicunt definiri libertatē liberi, nō libertatē serui: quia ex prima vocantur. s. hodie liberi: non ex secunda. s. quā habent serui. Est ergo libertas alia in seruo, alia in liberto. & secundū eos verbum, vi, exponitur vt priùs n. Sed nec prima, nec secunda placet, quòd serui sint aliquo iure liberi, cùm ius gentiū in hoc derogauerit iuri naturali: *vt infrà, §. seruitus.* Et expone, *vi*, id est iure gentiū: quod quadam necessitate induxit seruitutē. s. per captiuitatē: *vt suprà tit. j. §. ius autem.* & iure. s. ciuili, quādo maior xx. an vendit se ad pretium partic. *vt j. §. serui.* q. d. liber quilibet est, nisi fiat seruus iure gē. vel ciui. & hæc verba, ex qua etiā liberi, &c. non oportet q quòd sint de definitione: sed quendā effectum libertatis demōstrant. ACCVRS.

o ¶ *Constitutio.* i. vnum de statutis iuris gentium: nam & alia multa statuit ius gentium: *vt suprà, ti. j. §. ius autem.* Sed hodie dici potest seruitus de iure ciuili, formatione p. nam alia olim, & alia hodie est hæc potestas: *vt infrà de his, qui sunt sui, vel alie. iur. §. pe. & fina.* quare est de iure gentium inuentione: sed de ciuili, formatione: *vt ff. de iustit. & iu. l. ius autē ciuile.* ADDITIO. Et dicit Christoph. quòd tunc forma dat esse rei, & ab ea fit denominatio, quando actus sine ea procedere non potest. quod non est in seruitute: & ideò denominatur à iure gentium.

q ¶ *Constitutio iuris gentium.* Ergo & dominatio constitutio est iuris

l Lex xij. tabularum vnde ortum habuit.
e Ius naturale primęuum immutabile.
f Hoc est ius naturale, quātum in se est, (scilicet in abstracto) viget semper vnitor miter: se l quā tum est in concreto, potest in aliquo mutari secundùm Ange. hîc. vel dic, Ius naturę quo ad effectū extrinsecos attinet, tolli potest: quod ad essentiam, penitus tolli nō potest.
g Ius succedēdi, & successio tolli potest: at non cognatio.

iuris gentium: *l. si id quod.ff.de cond.ind.* Cuius legis sententia hæc est, vt libertas iure naturali continetur, & seruitus iure gẽtium, quod & ipsum naturale est: ita & in condictionum quæstione, debitum, & indebitum naturaliter accipitur: id est, iure gentium, non ciuiliter: & indebitum quidem naturâ condicitur: debitum naturâ nõ condicitur. CVIAC.

a ¶ *Dominio.* Aliquãdo sine dominio: *vt ff. de re.di.l.j.§. j.* ibi, nam res. *& ff.pro derelict. l. si. ad idem, ff. de stipen. se. l. quod seruus. & ff. de li. causa. l. si vsumfruct.*

b ¶ *Contra naturam.* id est contra ius naturale: cùm eo iure omnes liberi [illegible] *j. de lib. §. j. & ff. tit. j. ius autẽ.* Ac.

c ¶ *Seruare.* Not. seruum a dici à b seruando, & non à seruiendo, secundùm Isido. sed tabellio dicitur seruus publicus à seruiendo: *vt ff. de adop. l. nec ei. & l. nõ enim aliter. & ff. rẽ pupil. saluam fo. l. ij.* qui c tamen seruus non potest esse: *vt C. de tab. l. generali. lib. x.* ACCVRS.

d ¶ *Capiuntur. ff. de stat. ho. l. iiij. in fin.*

e ¶ *Fiunt.* ex accidẽti.

f ¶ *Ex ancillis.* licèt patrem lib. habeant: *vt j. tit. j. & C. de rei vin. l. partum.* ¶ Quid si d ex adscriptitio, & liberta. Resp. sequitur ventrem: *vt in Auth. con. quæ ex adscript. & lib. ibi, cùm & alia multa. coll. v.* ADDITIO. Istã sequitur Ang. hîc. & ratio diuersitatis est fauor ipsius partus, cui matris cõditio prodest vno de tribus temporib. s. conceptionis, natiuitatis, vel medio tempore: patris verò tẽpore conceptionis tantùm: quando est causa efficiẽs: & de cætero nihil habet, secundùm eundem Angel.

g ¶ *Captiuitate.* quę occasione belli contingit: quod est de iure gen. *vt suprà, tit. prox. §. ius autem.*

h ¶ *Iure ciuili.* & est tertius modus: *vt C. de adser. tol. l. j. §. pen.* est & quartus: vt per ingratitudinem reuocationis in seruitutẽ: *vt in Auth. vt liber. de cætero. §. j. in fi. & §. illud verò. coll. vj.*

i ¶ *Aut iure ciuili.* Senatusconsulto Claudiano: *l. iij. ff. quibus ad libert. proclam. non licet.* CVIAC.

k ¶ *Homo liber.* Ingenuus. & sui iuris. Nam libertini, & filijfamilias ne eo à se modo libertatem abiudicent, ius patronatus, & patria potestas facit. CVIAC.

l ¶ *Maior.* in e quo facto sunt quatuor necessaria. sc. quòd sit maior xx. ann. *vt hic, & C. de lib. cau. l. si ministerium.* 2. Item & vt eo animo pretij accipiat partem: *vt hic, & C. de li. cau. l. non ideò.* 3. Item & quòd verè habeat f partem: *vt ff. qui. ad lib. procla. non licet. l. j.* Item quòd vendatur ignoranti conditionem venditi: *vt ff. de li. cau. l. liberis. §. si quis sciens.* ¶ Item & quintum, vt hîc sciat conditionem suam: *vt ff. si lib. ingenuus esse di. l. ij.* & si quid horũ defuerit, iure communi prouocat in ingenuitatẽ, aliàs non poterat prouocare in ingenuitatem: nec etiam si manumittatur: *vt ff. de statu ho. l. homo liber. & ff. de li. cau. l. cum pacto.* nisi g redderet pretium, & dominus sponte acciperet. nec enim dominus pretium accipere compellitur: licèt quidã contradicant: *vt ff. si lib. inge. esse dic. l. ij. j. respon. & C. quando licet ab emp. dis. l. j. & j. tit. j. in fi.* Vnde versus: Annis viginti iuuenẽ, qui venditur esse Vult ius: & pretio, quo vænit participare. Rursus eum seruũ, qui vẽditur esse putare. Et propriam scire, qui vænit, cõditionem. Sed nũquid habet in integrum restitutionem, cùm sit minor xxv. ann. maior tamen xx. Resp. non: quia non est mutanda tanta solennitas: quia non est locus restitutioni, vbi res mutat statũ prorsus amittendo: *vt ff. de mi. l. si ex causa. §. Papinianus. & ff. de in integ. res. l. diuus.* ¶ Sed nunquid patri, vel affini permittitur reuocatio vel per officium iudicis, vel per rei vindicationẽ vtilẽ, cùm ad eorum ignominiam respiciat: *vt ff. de rei vin. l. j. §. j. & de lib. cau. l. j. ij. iij. iiij. & v.* Respon. non. *vt ff. de ca. de. l. tutelas. §. si libertate.* licèt quidam dixerint contra: argu. dictarum legum. Sed certè ibi non mutauerat statum, sed mutare volebat.

m ¶ *Ad pretium participandum.* Ad pretium partiendum. Ergo sola pretij partitio seruũ facit. & in *l. si vsumfructum. §. j. ff. de lib. cau.* legendũ est hoc pacto: *In summa sciendum est quæ de venditis seruis quibus non denegatur.* nam & quæ præcedunt leges, ad eos tantùm pertinent, qui possunt ad libertatem proclamare. CVIAC.

k ¶ *Venundari.* idem si quolibet alio titulo patiatur se transferri in alium quod verum est: si aliquod lucrum sentiat: *vt C. de li. cau. l. si ministerium. & ff. de lib. cau. l. si vsumfructum. §. j.*

n ¶ *In seruorum.* Nihil interest vtrùm quis natus, an factus sit seruus: at verò multùm refert, vtrùm quis natus, an factus sit liber. CVIAC.

l ¶ *Nulla differentia est.* Sed videtur contra. a nam quidã sunt in dignitate b, quidam non: *vt j. de iniur. §. sed pœna. & ff. de vsuf. l. sed & si quid. §. j.* item quidam ordinarij, quidam vicarij: *vt j. quod cum eo. §. cùm autẽ.* Item alij veterani, alij nouitij: *vt ff. de ædil. edi. l. fi. §. fi. & ff. de publ. l. interdum. §. quoties.* vbi dicitur qui sunt nouitij, qui veterani. Sed dic, quòd nullus c est magis seruus, quàm alter, licèt quo ad actus, & quo ad militias, & similia, sit differentia, licèt olim magis vnus, quã alter esset seruus: *vt C. de nudo iur. Quiri. tollen. l. vnica.* nam olim quidam habebant nudum dominium in seruis, quidam plenum, quidam semiplenum.

m ¶ *Multæ.* Quidam ponunt hîc falsam notam, vt duo d sint multa: *arg. ff. ad Sila. l. j. §. hoc rescriptum.* Sed certè ibi sunt tria appellata, non duo tantùm. Dic ergo, quòd quatuor e sunt differentiæ liberorum hominum: vt ingenui, libertini, Latini, deditij: *vt hic, & j. tit. j. de lib. §. libertinorum. ar. ff. vi bo. rapt. l. iiij. §. j. ij. resp.* pro prima est *in Auth. de depo. & denuntiationibus. in princip. ibi, cùm & alia multa. coll. vj.*

maior i vigint quinque annis ad pretium participãdum k sese venundari k passus est.

Inter seruos non est differentia, vt vnus sit magis seruus, quàm alius: inter liberos verò differentiæ sunt multæ. ANG.

5. ¶ In seruorum l conditione nulla differentia est l: in liberis autem multæ m †. aut enim sunt ingenui, aut libertini.

DE INGENVIS. TITVLVS IV.

Qui liber nascitur, ingenuus est: quinetiam quantum ad ingenuitatem pertinet, matris conditio spectatur. Ad hæc sufficit matrem aut medio tempore liberam fuisse, vt quis ingenuus dicatur.

INgenuo n is † est, qui statim vt natus est, liber est, siue

a Seruorũ, an vna, & eadem sit conditio.

b Id est in meliori statu, & opinione: non autẽ in dignitate propria: *per l. generali. C. de tab. lib. xj.* Angel.

c Seruitus non recipit plus, & minus.

† *al.* multæ differentiæ.

d Duorum appellatione cõtinẽtur plures: at non multi. Pe.

e Liberorum hominũ quatuor sunt differentiæ.

† *Concur. cũ hoc princ. a. suscepta Glos. j. xxvi. de purg. can.*

DE INGENVIS.

Quia f suprà dixit de iure personarum, quarum quædam sunt seruæ, quædam sunt liberæ: liberorum autem quidam ingenui, quidam libertini: idèo de his tractaturus præmittit de ingenuis, tanquam de dignioribus.

f Hanc continuationem sequitur Petr. de Bel. Petr. hic.

g Diuisio.

INgenuus.] Diuiditur 8 in duas partes. Nam in prima tractat qualiter quis dicatur ingenuus. In secunda, qualiter ingenuitas perditur. Secunda ibi, *Cùm autem.* Prima subdiuiditur in quinque. Nam in prima ponitur dictum. In secunda illud declaratur. In tertia respondetur tacitæ quæstioni. In quarta alteri quæstioni respondetur. In quinta deciditur incidens quæstio. Secunda ibi, *Siue ex duobus.* Tertia ibi, *Sed & si quis.* Quarta ibi, *Et è contrario.* Quinta ibi, *Ex his.* CASVS. Pro clariori euidentia diuide hunc tit. aliter, quàm suprà, secundùm Franc. de Aret. in septem partes. ¶ In prima parte dicitur, quòd si alicuis nascatur ex patre, & matre ingenuis, siue ex patre & matre libertinis, siue nascatur ex vno ingenuo, & altero libertino, quòd nihilominùs ingenuus est ab ipsa natiuitate. ¶ Secundò dicit idem, id est, quòd est ingenuus, si nascatur ex patre seruo, & matre libera, id est, ingenua, vel libertina: quia ingenuus est idem, quòd liber. Etiam libertus est seruus effectus libe per manumissionem. ¶ Tertiò dicit idem, scilicèt quòd qus est ingenuus si nascatur ex libera matre, & incerto patre: vt s, qui nascitur ex meretrice, ille est ingenuus: quia nascitur ex natre libera, si libera sit: & incerto patre, quia ignoratur quis sit eius pater: quia cui pater est populus, pater est sibi nullus. ¶ Quartò dicit, quòd si mater fuerat libera tempore, quo peperit, etiamsi fuerit ancilla tempore, quo grauida erat, tamen is qu ex ea nascitur, est ingenuus. id est liber: quia ingenuus est, qui statim vt natus est, liber est. Et ratio dubitandi erat, quia videbatur quòd natus ex ea, esset seruus: quia quando ipsa illum concepit, erat serua: sed decidit in contrarium. ¶ Quintò dici, quòd idem est e contrà. vt si quando ipsa illum pariebat, era libera, & quando ipsa illum concepit, erat serua: quòd nihilominùs ipse est liber. ¶ Sextò dicit, quid autem dicemus si tempore, quo concepit, erat ancilla, & tunc fuit manumissa: & eo tempore stet in libertate: postea facta est ancilla de nouo: ita quòd tempore partus inuenitur similiter ancilla: an is puer, qui nascitur ex ea, erit ingenuus, id est liber? Et dicitur quòd sic, quia sufficit ei, qui in ventre est, &c. vt in text. ¶ Septimò dicitur in *§. cùm autem.* quòd si aliquis liber homo possidetu tanquam seruus, & postea manumittitur, talis manumissio non nocet ei, vt ob hoc (id est propter seruitutem aliquam) fiatquin sit ingenuus: quia nec primò verè seruus erat, sed ingenuitatem suã retinebat, h. d. vsque ad finem. Franc.

n ¶ *Ingenuus.* quandóque aliter, quia per sententiam: *vt ff. de statu hominum. l. ingenuum.* h Item per restitutionem natalium: *vt ff. de nata. resti. l. ij. & l. patrono. §. fin.*

h Idem si quis iurauit se ingenuum, nõ seruario deferente. *ff. de iur. Lãc qui. §. si libertus.* Aegid. Perr.

¶ *Ex duob.*

Seruus à seruando: nõ seruiendo dictus est.

b Etymologia seu allusio vocabuli sumitur ab eo quod fieri solet, secũdùm Ia. hîc.

c Seruus tabellionis officio fungi non potest.

d Partus sequitur conditionem matris.

e Maior vt se iuste, & legitimè possit vendere, quinque necessaria sãt.

f Scilicet fictè: secundũ Ioan. Fa. vel cũ effectu ex quo lex *volunt cum de pretio participare & ad hoc ff. de seruis export. l. plane* respon. quod habetur de acquirius per seruum iã factũ: hic verò per liberũ tempore, quo ad seruitutẽ progreditur, secũdùm Christo.

g Imò vt reddat pretiũ non potest hoc casu ad ingenuitatem prouocare. *Christop.*

h Natales scire *prærogat.* quid. v *rum* dic. nat *les* hic *sum* pro statu, quo quis n *scitur: vt hic & l. a. ibi, non quibus.* alite *inuitus* hoc *verbum* in e *ibi, illos enim sed alibius.* Aegid *Perr.*

i Legendæ ar *probent.*

a ¶ *Ex duob.* sic cõstrue: siue ex matrimonio: subaudi, cõstante, ex duob. ingenuis editus, &c. Et sic expone omnia sequẽtia capitula. ADDITIO. Quandóque tamen ex duob. seruis nascitur liber: *vt in l. cùm inter. C. de fideicom. lib. & ff. eo. tit. l. cùm verò. §. apparet. & l. si quis rogatus.* secundùm Ioan. Fab. & Angel. hîc. Item in alio casu *in l. cùm Silanianũ. C. de his qui. vt indig.*

b ¶ *Ex altero.* sic *C. de ope. lib. l. quod ex liberta.*

c ¶ *Nascitur.* secundũ se. ACCVRS.

d ¶ *Nihilominùs.* quia ventris [a] status semper consideratur: *vt hic, & in Authen. cõstitutio qua ex adscrip. §. j. colla. v. & C. de rei vin. l. partũ.* nisi in casu: *vt C. de scr. fugi. l. fin.* & nisi in murilegulo: *vt C. de murileg. l. qui autẽ patre. & l. ingenua. & l. hi, qui. lib. xj.* & hoc iure Romano: secùs iure Longobardorum: quia semper in deteriorem statum trahitur: vbi sit matrimonium: aliud si coucubinatus: nam tunc seruatur ius Romanũ, quod sequatur vẽtrem. ACC.

e ¶ *Libera.* puta meretricem.

f ¶ *Sufficit.* quantùm ad conditionem: secùs quantùm ad honores: *vt ff. de sona. l. filiam. & l. liberos. §. fin.* & secùs quo ad patriam: *vt ff. ad municip. l. assumptio. §. filius. & ff. manda. l. si procuratorẽ. & ff. pro so. l. si id, quod. §. si filius. & ff. de neg. gest. l. sed an vltrò.*

g ¶ *Placuit eum, qui nascitur.* Placuit autem principibus contra iuris ciuilis regulam, vt in notis ad Vlpianum ostendi. Placuit verò ita Adriano, & D. Pio. *l. Imp. 2. ff. de stat. hom. l. si ante. C. de pœnis.* CVIAC.

h ¶ *Calamitas.* quasi [b] calamitas: qui iterum facta fuit ancilla: & sic quodammodo rursus cadit in seruitutem.
Et est ratio, secundùm Christoph. hîc, quia partui iam concepto est ius ingenuitatis quæsitum, quod non debet tolli, &c per regulam iuris, id, quod nostrum. Et sic procedit in natis tãtùm, vel conceptis anteà: secùs si pòst: nisi adhuc viueret auus, quia etiam tunc parentum macula non noceret filiis, secundùm Ioannem Fab. hîc, de quo Angel. se remittit. ACCVRS.

h ¶ *Liberã matrẽ.* facit ad hoc, *C. si mã. ita fu. alie. vt ma. l. si iusta.*

i ¶ *Vel.* pro saltem. ACCVRS.

k ¶ *Medio tempore. ff. de acquir. ver. dom. l. adeò. §. cùm quis.*

l ¶ *Cùm autem.* ſ. dixit qualiter contingat ingenuitas: nunc qualiter perseueret. ACCVRS.

m ¶ *Non officit.* nisi post manumissionem talem quinquennio ita steterit: *vt ff. si liber. ingenuus esse dicatur. l. j.* 2. Sed illud hodie correctum est: *vt hic, & C. vbi causa sta. agi debeat. l. fin.*

n ¶ *In seruitute.* id est, in statu seruili. ACCVRS.

β ¶ *In seruitute.* Seruum esse, & in seruitute esse, diuersa sunt, vno proprietas, altero possessio significatur. CVIAC.

o ¶ *Manumissum.* scil. de facto. ADDITIO. Dic quòd ratio dubitãdi potuit esse: quia manumissio tanquàm priuatio præsupponit habitum: *vt l. decem. ff. de ver. oblig.* Sed ratio decidendi fuit: quia ex quo interuenit de facto, etiam præsupponitur seruitutem de facto præcessisse: quod non præiud. ingenuitati, secundùm Ang. & Christoph. hîc.

p ¶ *Natalibus.* id est, ingenuitati, quæ probatur per natales. Erant autẽ natales [b] scripturæ cum annis Domini, & præconizatæ: quæ dicebant Lucium esse natum, & ingenuũ. & deinceps sic erat, nisi tunc cõtradiceretur. vnde & in legendis [c] sanctorũ intitulatur natale sancti Nicolai, quando moritur, quasi tunc nascatur nunquam moriturus: & scribuntur gesta in vita. 2. Vel dic, quòd natale appellatur prima natiuitas, quę est de iure naturali, & omnem hominem dicit esse liberũ: vnde bene dicitur, seruus iste restituitur natalibus: id est illi libertati, quam habet de iure naturali: *ff. de nata. resti. l. j. & ff. de statu homi. l. Imperator.*

γ ¶ *Natalibus.* Ingenuitati. Inde Paulus *lib. sent.* veritati, inquit, & origini ingenuitatis manumiss. quocumque modo facta non præiudicat. CVIAC.

q ¶ *Officere.* nisi vendiderit se: *vt suprà, tit. j. §. penult.* tunc enim non redit in statum pristinum: *vt ff. de statu hominum. l.*

[a] Quo ad statum filius matrem sequitur: quo ad originem, & honorem, patrem. Ratio, quia quo ad libertatem leges inspexerũt quod certius est: sed mater semper est certa: eò eius conditio inspicitur. *Cyn. Aegid. Per.*

[a] Partus venerem sequitur quod ad libertatem attinet: quod ad originem, & honores, patrẽ: Quid si vulgò sit quę ficus, & ignotus pater? ventrem in omnibus sequetur.

[b] Et sic speciatur initiũ: *fusti. a. cũ Glos. super verb. contin. extrà qui filii sint legiti.*

[b] Martianus.

[b] Natales scripturæ quid. Verum dic natales hic sumi pro statu, in quo quis nascitur: *vt hic, & l. 2. ibi, non in quibus.* aliter sumitur hoc verbum in e. ibi, *illos enim natalibus.* Aegid. Perr.

[c] Legendæ an probent.

homo liber. quæ est contrà. ACCVRS.

DE LIBERTINIS.

Hîc ponitur secunda pars diuisionis posita in textu ſ. tit. ij. §. fin. *& ista est continuatio huius rubricæ.* ARETIN.

Putatiua seruitus natalitij splendori non officit: nec de facto secuta manumissio quicquam ingenuitati detrahit.

1. ¶ Cùm autem [l] ingenuus aliquis natus sit, non officit [m] ei in seruitute [n] β fuisse, & posteà manumissum [o] esse. Sæpissimè enim constitutum est natalibus [p] γ non officere [q] manumissionem.

DE LIBERTINIS. TITVLVS V.

Libertini, qui dicantur, quid manumissio, & quo iure introducta. Illud annotato, Priuationem nequaquam posse præcedere habitũ. Ad hæc, nouiter emergentia, nouo egere auxilio.

LIbertini sunt, qui ex iusta [r] seruitute [s] manumissi sunt. Manumissio autem est de manu missio: id est, datio [t] libertatis. Nam quamdiu

Libertini.] Totus iste titulus diuiditur in quinque partes. Primò ponit qui sint libertini. Secundò quid sit manumissio. Tertiò quot modis serui manumittãtur. Quartòquòd serui inuiti possunt manumitti. Quintò qualiter de iure antiquo status libertorũ erat tripertitus, & correctiones status libertinorũ: Secunda ibi: *Manumissi.* Tertia ibi: *Multis.* Quarta ibi, *Serui verò.* Vltima ibi; *Libertinorum.* Aret. Principium huius tituli vsque ad §. *libertinorum*, diuide aliter, quàm ſ. secundùm Franciscum, in octo partes. ¶ In prima dicitur, quòd libertini sunt illi, qui verè erãt serui, & manumissi sunt per dominos suos. ¶ Secũdò dicit quid est manumissio: de qua in prima parte habita est mentio. Et certè manumissio dicitur quando dominus dat libertatẽ seruo. nam antequàm manumittatur seruus, est in potestate domini sui. Sed postquàm ipse seruus est manumissius, ipse liberatur ab illa potestate. ¶ Tertiò autẽ dixit, quòd manumissio est primitùs, 1. primò inuenta à iure gentium: non autem à iure naturali: quia ius naturale prius fuit, quàm ius gentium: ideò secundùm ius naturale homines erant liberi: & sic non erat cognita seruitus. & per consequens nec manumissio. sed posteà per ius gentium seruitus, & manumissio est inuenta. ¶ Quartò dicit, quòd ex prędictis, quæ superiori parte diximus, patet quòd secũdùm ius naturale vnum erat genus hominũ. ſ. quia erant omnes homines liberi: sed posteà per ius gentium cœperunt esse tria genera hominum: scilicet ingenui, siue liberi, serui, itẽ libertini: ſ. illi, qui primò fuerũt serui, & posteà manumissi sunt. ¶ Quintò dicit in §. *multis.* quòd manumissio seruorũ potest fieri quinque modis. Nam quandóque potest fieri manumissio in Ecclesia coram episcopo, & populo: *vt C. de his, qui in Ecclesia manumittuntur. per totum tit.* quandóque potest fieri manumissio vindicta. i. cũ quadã virga percutiendo ter supra illum, quem manumittit: dicendo ter: aio te liberum: aio te liberũ. & ista manumissio fit causa cognita coram iudice, & in iudicio. quandóque potest fieri manumissio in præsẽtia amicorũ: vt quando dominus manumittit seruum suum conuocatis amicis suis, & in præsentia eorum. ¶ Quandóque potest fieri manumissio per epistolam seruo suo missam: vt quando dominus mittit literam, siue epistolam seruo suo, in qua epistola continetur, quòd ipse emit seruum, quem manumittit, & dat sibi libertatem: vel in qua epistola dicitur: volo, serue mi, quòd de cætero sis liber: tunc valet talis manumissio. ¶ Quandóque manumissio relinquitur in testamento, vel in codicillis, vel alia quacunque voluntate. ¶ Sextò dicit, quòd serui non solùm efficiuntur liberi quinque modis: sed etiam sine manumissione: qui modi in veteribus: & nouis constitutionibus continentur. & pone exempla vt in gl. ¶ Septimò dicit, quòd solis dominis licitum est seruos suos manumittere. ¶ Octauò dicit, quòd quando manumissio fit coram iudice, non est opus tunc quòd iudex sedeat: sed etiam eo ambulante ab balneum, ad spatiandum, ad theatrum. id est ad locum publicum ciuitatis, vel ad altum locum, potest fieri coram ipso manumissio. hoc dicit vsque ad §. *libertinorum.* Franc.

r ¶ *Ex iusta.* id est, [a] vera. sic econtrà: *vt infrà tit. j. §. semel.* 2. Vel [b] iusta: quia adeò iustè seruierunt domino, vt meruerint manumitti. 3. Vel dic, iusta: quia est de iure gentium: *vt suprà tit. ij. §. seruitus. & ff. de iustit. & iure. l. manumissiones.*

s ¶ *Seruitute.* & huius manumissi filius est ingenuus: *vt suprà tit. in prine.* licèt grammatici dicant eum libertinum: sed & manumissum libertinum dicunt.

t ¶ *Datio.* i. detectio [c], secundũ Ir. sic *ff. de acquir. ver. do. l. adeo. §. cùm*

[a] Iusta seruitus quæ dicatur.

[b] Rectè. quia si de facto manumissus fuisset, non esset libertinus, sed ingenuus: *vt supra, tit. 1. §. fin.*

[c] Hæ duæ expositiones displicent Porc. & Ang.

cùm quis in fi. ibi, cùm enim grana. 2. Vel dic secundùm Pla. Ioan. & Azo. quòd dat libertatem, quam priùs ille seruus non habebat. aliàs si diceremus dari illam, quam antè habebat, non diceretur dari: *vt infr. de act. §. sic itaque.* Sed opponitur: aut quam habebat, ei dabat: & sic illi quidem nulla remanet: cùm [a] non habeat nisi vnam; aut quā nō habebat: quod est absurdū. Sed dic q dat quam [b] non habebat: & hoc plerumque cōtingit, quòd quis dat quod non habet [c]: *vt infrà, qui. alie. li. §. j. & ff. de vsufruct. l. quod nostrum. & ff. de acqui. re. do. l. non est.*

[a] ¶ *Et.* pro, id est.

[b] ¶ *Potestati. ff. de iustit. & iure. l. manumissiones. & l. ex hoc. & l. fin. & de de iure codic. l. diui.* A c c.

[c] ¶ *Quæ res.* id est, manumissio.

[d] ¶ *Tria hominum genera.* sic vnū, & addita sūt tria: ergo sunt quatuor. Respond. non sequitur [d]. Nam si habes tres filios, & nascatur hodie vnus, incipis habere quatuor filios: & priùs habebas tres, ergo septem: quod falsum est: quia quod primò erat, computatur in sequentem numerū: *simile ff. quemadmo. seruo. amit. l. j.*

[e] ¶ *Ecclesiis.* f. sub aspectu populi, & antistitis, & interueniente qualicunque scriptura vice actorum: *vt ff. de his, qui in eccles. manum. l. j. & ij.* A c c v r s.

quis in seruitute est, manui [*], & [z] potestati [b] suppositus est: & manumissus liberatur à domini potestate. Quæ res [c] à iure gentium originem sumpsit: vtpotè cùm iure naturali omnes homines liberi nascerētur: nec esset nota manumissio, cùm seruitus esset incognita. Sed postquam iure gentium seruitus inuasit, secutum est beneficium manumissionis. Et cùm vno communi nomine omnes homines appellarentur, iure gentium tria hominum genera [d] esse cœperunt: liberi, & his contrarium serui: & tertium genus libertini, qui desierant esse serui.

Multimodè tam inter viuos, quàm in vltima voluntate manumissio exercetur.

1. ¶ Multis autem modis manumissio procedit. aut enim ex sacris constitutionibus in sacrosanctis Ecclesiis [e] manumittuntur: aut vindicta [f], aut inter amicos [g], aut per epistolam, aut per testamentum, aut per aliam quamlibet [h] vltimā voluntatem. Sed & aliis [i] multis modis libertas seruo competere potest, qui [k] tam ex veteribus [l], quàm ex nostris [m] cōstitutionibus introducti sunt.

Manumissio (cùm voluntaria sit iurisdictionis) vbique, & quocumque tempore fieri potest.

2. ¶ Serui [n] verò à dominis semper manumitti solent, adeò vt vel in transitu [o] † manumittantur [p]: veluti cùm prætor, aut præses, aut procōsul in balneum [q], vel in theatrū [r] eant.

Libertinorum multiplici statu explosō, vnica omnium hodie est conditio: quandoquidem omnes ciues Romani efficiuntur.

3. ¶ Libertinorū [s] autem status tripertitus anteà fuerat. Nā qui manumittebantur, modò [t] maiorem, & iustam libertatem consequebantur, & fiebant ciues Romani: modò minorem [u], & Latini * ex lege Iunia Norbana fiebant: modò inferiorem, & fiebant ex lege Ælia Sētia de dedititiorum [x] * libertatem: & illi appellabantur Dedititj, quasi dediti, & dati seruituti. Seruiebant enim quamdiu viuebant; id est durante vita eorum erant serui, morte fiebant liberi, & peculium eorum remanebat hæredibus. & isti fuerunt inducti per legem Æliam Sentiam. & hanc legem statuit consul Romanorum, qui Ælius Sētius dicebatur. Latinos autem fecit consul Romanorum, qui dicebatur Iunius Norbanus: qui statuit quòd quicunque subiugaretur de nouo Imperio Romano, esset in vita sua liber: & in morte esset seruus: & pecylium ipsius Romanis adsignaretur. Dedititiorum autem pessima erat conditio: & propter hoc abiit in desuetudinem, id est recessit à cōsuetudine: & ampliùs non est consuetudo quòd sint tales homines dedititij. Latinorum autem conditio parum frequentabatur in orbe, vel in vrbe: Et propter hoc Iustinianus volens omnia augere, & augmētare, & reducere in meliorem statum, fecit duas constitutiones: vnam s. C. *de Lat. liber. tol. l. vnica.* aliā, *Cod. de dedi. liber. tol. l. vnica.* ¶ In quibus constitutionibus cauetur, quòd hodie Dedititij, & Latini non habeant locū, nec sint in vsu. sed quilibet, qui manumittitur, efficiatur eodem modo. Et dominus, qui manumittit, appellatur patronus: & ille, qui manumittitur, appellabatur libertus: quasi à seruitute liberatus. ¶ Et hoc quidem erat iure antiquissimo, antequā veniret prædicta praua cōditio: scilicet Latinorum, & Dedititiorū. ¶ Tertiò dicit Dedititios esse sublatos per prædictā constitutionem *Cod. de dedi. li. tol. l. vnica.* quæ constitutio est vna de quinquaginta decisionibus: quam constitutionem composuit etiam Iustinianus. s. ex concilio Triboniani peritissimi viri quæstoris sui. ¶ Quartò concludit dicens, quòd omnes manumissi plenā libertatem hodie consequuntur: nec refert, id est non est differentia, cuius ætatis sit manumittens, id est ille, qui manumittit. nec etiam refert per quem fiat manumissio: cùm multi sint modi manumittendi: *vt supr. eodem titulo. §. multis. in principio.*

¶ Vltimò dicit (quod nos habemus s. *eo. §. multis.*) quòd multis modis potest fieri manumissio: hoc amplius est sciēdum, quòd hodie sunt multi modi, siue casus, in quibus serui plenariè efficiuntur liberi, quandóque etiam sine manumissione: in quibus olim: id est tempore præterito fiebant Latini. hoc dicit vsque in fi. Franciscus.

[s] ¶ *Libertinorum.* idem erat de seruis: *vt C. de no. iu. Quiri. tol. l. j.* §. j. A c c v r s i v s.

[t] ¶ *Modò.* i. aliquando.

[u] ¶ *Minorem.* i. mediam: *vt ff. de cap. demi. §. j. & ff. de dur. & arg. leg. l. qui lancem.* secundùm Ioan.

[x] ¶ *De dedititiorum.* i. vocabātur Dedtitij: & erant inducti hac lege

[*] manus, id est potestas. *Psal. 48.* Deus redimet animam meam de manu inferi. *Aegi. Perr.*

a Manumissione an, & quomodo delegatur libertas in manumisso.

b Hoc falsum secundùm Bar. quia virtus distributa recipit incrementum: *vt ff. de lega. 3. l. legatis. §. ornatricibus.* vel dat eam, quā habet in potentia: & sic non eandem numero, sed specie: vt Ioā. Fab. Angel. & Christoph.

c Hanc reprobant cōmuniter doctor. hīc per regulam. *l. traditio. ff. de acqu. rer. dom.*

d Et bene secundùm Pet.

[z] Id est, dum vadit ratio, quia est actus voluntariæ iurisdictionis: ideò non requiritur quòd iudex sedeat; secùs si sit contentiosa. *Aug. 1. Para. 21.* Elegit Salomonē, vt sederet in throno. *Aegid. Perr.*

[e] Vindicta manumitti quid.

[f] Testes quinque requiruntur in serui manumissione: *vt hīc.* quod verū in vltima voluntate. nā inter viuos sufficiunt duo, secundùm Ioan. Fab. & Nico. Aegid. Per.

[g] Hāc glossam sequitur Ia. hic.

[h] Hoc reprobat Iason, quia etiam manumissio redditur in inuitū: & remittit ad no per Bart. & Bald. in *l. 2. ff. de offic. proconf.*

[*] Id est, fiebāt ciues Romani: quo ad priuilegia tantùm, sicut Latini erant: non autē quo ad honores, & magistratus Romæ consequēdos. *Aegid. Perr.*

[*] De dedititiis vide Ang. Politianum miscellaneorum, *c. 14.* & Alciat. *lib. disput. 2. 2.*

[a] Id est, dum vadit ratio, quia est actus voluntariæ iurisdictionis: ideò non requiritur quòd iudex sedeat; secùs si sit contentiosa. *Aug. 1. Para. 21.* Elegit Salomonē, vt sederet in throno. *Aegid. Perr.*

[b] Vide Val. Anto. Rand. *Aegid. Per.*

[a] Liberti quas operas debeat patrono.

[b] De quibus de Gl. in l. fi. de bonis lib.

[c] Sed hoc probant ctor. hīc, patronus tiet expres.

[d] Ordo lit.

[e] Seruili tem cō tur non dis.

ACCVRS.

[a] ¶ *In sacrosanctis Ecclesiis.* Aureliæ præ valuis maioris Ecclesiæ, in lapide incisa est manumissio eiusmodi: Ex beneficio S. † per Ioannem episcopum, & per Albertum S. † Casatum factus est liber Letbertus, teste hac sancta Ecclesia. C v i a c.

[b] ¶ *Vindicta.* i. [c] causa cognita coram prætore, qua tātummodò poterat antiquitùs maior xx. annis manumittere: *vt j. tit. j. §. eadem.* quæ ideò dicitur dari vindicta: quia Vindicius quidam seruus Vitelliorum primò sic fuit manumissus: *ff. de orig. iur. l. ij. §. cùm placuisset. versic. initium secessionis fuisse.* 2. Vel (vt quidam dicunt) secundùm Boëtium in Topi. vindicta erat virga prętoris, qua ter percutiebatur manumissus: & dicebat prætor ter, Aio te liberum esse more Quiritum: *argu. C. si aduersus li. l. ij. ibi, vindicta, &c.* A c c v r.

[c] ¶ *Inter amicos.* & in hoc, & sequen. casu necessarij sunt quinque [f] testes: *vt C. de La. li. tol. l. j. §. sancimus. & §. sed & si quis.*

[d] ¶ *Quamlibet.* vt in codicillis, vel in testamento minùs solenni, quòd valet inter patrem, & filios: *vt C. de testa. l. hac consultissima. §. ex imperfecto.* A d d i t i o. Ac si dicat quòd manumissio facta in testamento non solemni, valet vt facta inter viuos, nō vt in testamento: *per glo. in l. j. §. j. C. de La. li. tol.*

[e] ¶ *Sed & aliis.* præter supradictos.

[f] ¶ *Qui.* scilicet modi.

[g] ¶ *Ex veteribus.* scilicet ex legibus aliorum Imperatorum: *vt C. quibus ex cau. ser. pro pra. li. ac. per totum.* A c c v r s.

[h] ¶ *Nostris.* vt *C. communia de manu. l. fi. & in Authent. de man. prin. §. ij. coll. iij. & in Auth. de mon. §. ij. coll. j.*

[i] ¶ *Serui.* q. d. quandocunque etiam inuiti: *vt C. de testa. manu. l. fi. §. si verò quidam.* licèt secùs sit in filiis: *vt in Auth. quib. mo. na. effic. sui. §. generaliter. colla. vij.*

[k] ¶ *Transitu.* id est, dum transit: & est ratio [g], quia sine eo fieri poterat: vnde aliud est quando manumissio non poterat fieri sine prætore: *vt infrà, tit. j. §. eadem.* Item aliud est in contentiosa iurisdictione, quæ scilicet redditur in inuitum [h]. *vt ff. de verborum obligat. l. inter stipulantem. §. j. & C. de dila. l. à procedente.* A c c v r s.

[l] ¶ *Manumittantur.* Nota quòd dicit instituere, vel liberare, si prætermisit dationem libertatis.

[m] ¶ *In balneum.* tunc enim videbatur non valere: quia præ gaudio cuilibet concederet.

[n] ¶ *In theatrum.* id est, in locum, vbi homines stant ad videndum: & dicitur à θεάομαι, quod est videre, & idem multò magis si aliò quocumque vadat.

[Libertinorum.] Iste paragraphus diuiditur in sex partes.

¶ Primò tangitur qualiter status libertinorum erat tripertitus olim. ¶ Secundò qualiter redactus est ad vnum cum correctione facta per eum. ¶ Tertiò id, quod generaliter dixerat, specificat in dedititiis, qui fuerunt expulsi. ¶ Quartò de Latinis. ¶ Quintò qualiter omnes libertos reduxit ad vnum ius. ¶ Sextò, quòd aliis etiā modis serui efficiuntur liberti. Secunda ibi: *Sed dedititiorum.* Tertia ibi: *Et dedititios.* Quarta ibi; *Latinos.* Quinta ibi: *Et omnes.* Sexta ibi; *Multis.* Aretinus. C a s v s. Suprà in princip. huius titul. est habita mentio de libertinis: ideò adhuc prosequitur, & est sciendum quòd iste §. diuiditur in sex partes, sicut suprà in diuisione Aretini dictum est. In prima dicitur quòd iure antiquo erant tria genera libertinorum. ¶ Nam quidam erāt serui manumissi, qui plenam consequebantur libertatem: & illi fiebant ciues Romani. Quidam minorem consequebātur, & illi appellabantur Latini. Et isti Latini fuerunt inducti per legem Iuniam Norbanam: quorum talis erat status, seu conditio, quòd in vita, seu dum viuebant, erant liberi: & in morte, seu dum moriebantur, fiebant serui. ¶ Quidam consequebantur inferiorē libertatem: & illi appellabantur Dedititj,

lege Ælia Sentia:quæ & multa alia induxit. Et erant hi toto tẽpore vitæ suæ serui:& tunc fiebant liberi,cùm moriebãtur:quod proderat;quia bona (vt peculium) à domino non occupabantur: sed in Latinis aliter fiebat: vt colligitur hîc ex eo quòd minus habebant Dedititij,quàm Latini:*vt* ℩ *de succ.lib.*§. *fina.* ACCVRS.

ADDITIO.

Facit *l.*j.§. *illud.C.de La. li.tol.* & facit secundùm Io Fab.contra illos, qui se faciunt milites, vel fratres minores in mortis articulo:*ff. de mili.testa.l.fi. & ff. de vsufruct. & quemadmod. l. Titio cùm moritur.* Ang. Are.

a ¶ *Pietas.* i. nos, qui sumus pij.

b ¶ *Constitutionibus.* vt *C.de Latī.li.tol.l.*j.*&* C. *de dedi.li.tol.l.*j.

c ¶ *Competebat.* sc.manumissis, secũdùm hoc nota tria tempora: in primo, & vltimo deinceps idem iuris est: sed in medio hoc ius pessimum fuit inductum: *vt infr.de suc.lib.*§. *vlti.*

d ¶ *Libertinus.* Ex quo contingit multiplex effectus in primis circa obsequiales [1] operas.s. quæ sunt in faciendo: vt de adiurgẽdo,& seruiendo: siue in non faciendo: vt de non vocando in ius sine venia: quæ ipsa natura patrono debentur etiam sine impositione;*vt* C. *de in ius vo. l. venia. & ff. de cond.indeb.l.si non sortem.* §. *libertus.* Et si vocauerit in ius patronum sine venia, punitur in quinquaginta aureis:*ff. de in ius voc.l.pen. & vltima.* qui aurei accipiuntur quilibet pro vno solido:*vt infr.de pœ. teme. lit.* §. *fi.* ¶ Et ex his iuribus sumitur arg. quòd aureus pro solido accipitur in iure nostro.Sed ex quo pro eodem delicto tales sententiæ promulgantur,eædẽ intelliguntur esse dandæ filio emancipato,si sine venia patrem in ius vocauerit:*vt Cod. de in ius voc. l.fi.* Item contingit reuocatio in seruitutem propter offensam: *vt C.de liber.& lib.l.si manumissus.* & alia multa [b]. Sed hodie hæc omnia tolluntur,præter ea,quæ ipsa natura debentur:*vt in Auth. vt liberti de cætero.*§. j.*coll.vj.quæ est contrà* [c]. Tu dic vt no.*in d. l. si manumissus.*

e ¶ *Dedititios.* quod dixerat in genere, nunc per species ponit. 2.Vel quod coniunctim dixerat,nunc diuidit. ACCVRS.

f ¶ *Altercationes.*quas non habemus. ¶ Sed quare non erant serui sicut illi,qui penitùs sunt serui:cùm toto tempore vitæ suæ seruire cogerentur?Resp. secundũ Io. quòd erant liberi,licèt seruire cogerentur:*vt C.communia de man.l.*j.§.*fin autem proprietarius.*

g ¶ *Iunianos.* i. ex lege Iunia Norbana inductos;*vt suprà, eo.* §. *libertinorum.*

h ¶ *Omnes.* sic [d] cõstrue:& omnes libertos decorauimus.i. honorauimus ciuitate Romana.i.plena libertate:*vt* ℩.*e.*§.*libertinorum.*

i ¶ *Discrimine.*i. nulla differentia habita:nec ætatis manumissi:vt etiam infans possit manumitti, imò etiam in ventre: cùm quantùm ad hoc habeatur pro iã nato:*vt ff.de stã. ho.l.qui in vtero.* nec domini manumittentis:dum tamen habeat xx.annos: *vt infr.tit.* j.§.*eadem.*nec in modo manumittendi.s.in testamento, seu inter viuos quoquo modo:*vt* ℩.*eo.*§.*multis.* ADDITIO. quòd licèt verba sint generalia,restringi tamen possunt,& debent per aliam legem specialiter loquentem:concor.*l.quamuis.ff.de in ius voc. l. vt gradatim.*§.*sed si lege.ff.de mune.& ho.per Bar.in l.* j.*ff. quod vi, aut clam.per cano.in c.item quis.extrà,de restit.spol.*& ideò si statutum dictauerit, quòd contra instrumentum publicum nulla possit opponi exceptio: potest tamen opponi,si alio statuto permittatur: secundùm Christoph.

k ¶ *Anteà.*scil.quàm veniret ista priuata conditio.

l ¶ *Ciuitate Romana.*id est,plena libertate.

m ¶ *Decorauimus.*id est,honorauimus.

c ¶ *Cognita.* vt quia cum vxore sua inuenerit, vel in simili delicto, quo casu etiam occidere licet: *vt ff. de verbo. obl. l. qui seruum. & ff. de leg. j. l. quid ergo. j. §. si hæres. & ff. ad leg. Iuliam de adulter. l. Marito.* " §. j. si autem aliàs deliquerit, vel domino non obedierit: legitimè eum corrigere potest: non tamen vltra modum boni viri arbitrio comprehensum; *vt Cod. de emen. ser. l. j.* ¶ Sed nunquid sine causa verberare potest? Respond. sic modicè, secun. Ioan. b *vt Cod. de emen. ser. l. j.* licèt Pla. dixit, quòd non. aliter si nimis corripiat sine culpa: tenetur vel vendere, vel dare: vt hic sequitur, *& ff. eo. tit. l. j.* ADDITIO. Hæc glosſ. communiter approbatur, & dicunt doc. idem in c marito erga vxorem, & in magistro erga scholaẽ, in patre erga filium, in abbate erga monachum: quia potestas tributa magistro erga scholarem, intelligitur tributa marito in vxorem: *l. sed & si quemcunque. §. fin. ff. leg. Aquil.* Christopho.

d ¶ *Constitutione* cuius verba sunt *infr. eo. § fin.*

e ¶ *Alienum.* Sed certè qui alienum seruum occidit, lege Aquil. tenetur: *vt ff. ad leg. Aquil. l. ij. in prin. & infrà, ad leg. Aquil. in prin.* quæ actio hic locum habere non potest, cùm non domino; imò contra dominum daretur, quod esse non debet: *vt ff. ad leg. Aquil. l. item Mela. § legis. 2.* Sed dic, quòd hîc dicitur, est verũ quantum ad criminalem pœnam legis Corn. de sic. *vt infr. de pub. iu. §. item lex.* quæ pœna tam in seruis, quàm in liberis locum habet: *vt ff. ad leg. Corn. de sic. l. j. §. j.* [a] Interdum etiam ciuiliter tenetur, si alterius interest, vt creditoris: *vt ff. de pig. l. seruum, quẽ quis.* vel fructuarij: *vt ff. ad leg. Aquil. l. sed & si proprietatis. & ff. de dolo. l. & eleganter. §. si seruum vsuarium.*

a Nisi probaret eum non ex vulneribus mortuum: vt quia post triduũ surrexit, & cum baculo incessit: *vt not. Gl. in l. 1. C. de emen. seruo. secundùm Iaſ. hic.*

Sed &.] Diuiditur iste §. in quinque partes.

¶ Primò ponit dictum in genere. ¶ Secundò illud exemplificat, & rationem reddit. ¶ Tertiò ponit verba rescripti, de quo fit mentio in principio §. ¶ Quartò concludit. ¶ Quintò minuatur officiali non obseruãti legem istam. Secunda ibi, *Nam Antoninus.* Tertia ibi, *Cuius rescripti.* Quarta ibi, *Ideoque.* Quinta ibi, *Qui Sabinus.*

f ¶ *Maior.* i. magna, vel maior, quàm æquum sit.

g ¶ *Consultus.* id est, interrogatus: *sic ff. de pact. l. item quia. § fi.* Vnde illud, Consulo te, quærens: tibi consiliũ dans. ACCVRS.

h ¶ *Ædem sacram.* ad quæ loca olim, & hodie confugiunt. circa quæ distingue: vt diximus *in Auth. de mand. prin. §.* Dominorum p quidem potestatem in seruos suos illibatam q esse oportet, nec cuiquam hominum ius suum detrahi: sed & dominorum interest r, ne auxilium contra sæuitiam, vel famem, vel intolerabilem iniuriam s denegetur t his, qui iustè deprecantur. Ideóque cognosce de querelis eorum, qui ex familia Iulij Sabini ad sacram statuam confugerunt: & si vel duriùs habitos, quàm æquum est, vel infami u iniuria affectos esse cognoueris: venundari iube, ita vt in potestatem domini non reuertantur. Qui Sabinus si meæ constitutioni fraudem x fecerit, sciat me hoc admissum aduersus se seueriùs executurum.

DE PATRIA POtestate.

TITVLVS IX.

neque autem. in glo. cogentur. coll. iij. ADDITIO. Et iuuantur, secun. Ioan. Fab & Ange. quãdo sine armis, nullo præcedente delicto: sed propter domini sæuitiam, vel etiam sui criminis grauiorem punitionem confugiunt, vt hîc, aliàs non: *vt l. si seruus. & l. si. §. adicientes. versic. & hoc quidem. C. de hu, qui ad Eccles. confug. & cap. inter alia. extrà de immu. Eccle.* Sed de iure canonico non iuuatur delinquens in Ecclesia: *ca. fin. extrà eo. titu* aliàs sic, nisi esset publicus latro: *vt dicto cap. inter.* & idem per omnia intelligas de cœmeterio: *vt xvij. q. iij. c. si quis contumax.* Ang.

i ¶ *Cogantur.* Nota hîc, quòd [b] aliquis cogitur vendere rẽ suam.

k ¶ *Bonis conditionibus.* f. vt pretium habeat: & ad dominum primum non reuertantur: *vt infr. § prædicta. supr. §. sed hoc. in fin.* & ne simili pœna anteriorum afficiantur, [illegible] exponantur, vel prostituantur, vel exportentur, vel vendantur amodò: *vt j. proxt. § & § fin.* ACCVRS.

b Inuitus quis interdum vendere rẽ suam cogitur.

l ¶ *Rectè.* f. præcepit.

m ¶ *Malè.* quia interest principis locupletes sub se habere subiectos: *vt in auth. vt iud. sine quo. suf. §. consideranimus. collat. ij.* quod non cõtingeret, si cuilibet seruos suos liceret occidere. ¶ Et no. quòd illud idem c, quod interest priuati principaliter, & reipub. interest secundariò: *vt §. diximus de iust. & iur. §. fin.* Arg. cõtrà. *ff. sol. ma. l. etiam. §. licèt.* d *& l. si constante. §. si maritus.* ACCVRS.

c Priuatorum quod interest principaliter, Reipublicæ secundariò interest

n ¶ *Vtatur.* ¶ No. quòd quandoque e detrahitur res inuito domino, propter odium dominorum: vt hîc: Quãdóque fauore religionis: *vt ff. de relig. l. si quis sepulchrum.* Quandóque fauore libertatis: *vt infrà, de donat. in fine.* Quandoque fauore vltimæ voluntatis: *vt ff. de leg. j. l. si fideiussor. §. si memini sse.* & hoc est contra regulam: *vt C. de contrahen. empt. l. inuitum.*

d Solue secundùm doct. hic. Et dic non teneri de culpa, vt ibi: sed de sæuitia, & dolo sic: *vt hic,* quia ex facti qualitate præsumitur: *vt l. 1. ff. de dol. except.*

o ¶ *Martianum.* proconsulem Beticæ, aliàs Euticæ, seu Vticæ vibis: *vt ff. eo. l. ij. in princ.*

e Inuitus multis de causis dominio rei suæ priuatur.

p ¶ *Dominorum.* Hinc inde allegat, & primò duas pro dominis rationes, vel dicta ponit.

q ¶ *Illibatam.* i. non deminutam.

r ¶ *Interest.* i. eis proderit, vt seruos non perdant. & dic denegetur: scilicet à nobis. vel dic interest: id est ad eos pertinet, ne denegetur, scilicet à se dominis: cùm fortè vxor, vel filij, vel alij domini familiares inferant hoc. sed prima verior.

f ¶ *Iniuriam.* quam patiuntur iure naturali inspecto, non iure ciuili: *vt infr. de iniur. §. seruus.*

t ¶ *Denegetur.* sic *ff. de offic. præfect. vrb. l. j. §. quod autem.*

u ¶ *Infami.* i. infamara, seu magna iniuria.

x ¶ *Fraudem.* vel euidentem: quia non obedit: vel callidam, dicens non esse illum seruum, qui fugit.

DE PATRIA POTESTATE.

Quia

* Seruus recidere domino non licet, nisi seruus metuatur.

b Moderata castigatio, & sæuitia dominis in seruos permissa est.

c Hæc opinio Ioan. approbatur hic per Per. d. Bel. Per & Ang.

¶ Vide in Iocum Alc[illegible] *disput. 2.* [illegible] multa e[illegible] pulchra in [illegible] rem disseri[illegible]

a Et ideò ea potiùs, à patre de[illegible] minatur: [illegible] maiora su[illegible] nec onera[illegible] enim ante[illegible] tũ onerosa[illegible] partu dole[illegible] sa, & post [illegible] tum labo[illegible] sa: *vt extrà [illegible] constit. in fi[illegible] ex literis.*

b Hæc Gl. [illegible] tur male d[illegible] re *per l. cũ[illegible] vit. ff. de co[illegible] demun. & [illegible] nuptias ff. d[illegible] iud. & 27. [illegible] in princ. A[illegible]*

c Indiuidu[illegible] est matri[illegible] nium affe[illegible] at non act[illegible]

d Indiuid[illegible] affectione[illegible] beri potes[illegible] cubina: ve[illegible] enim ga nõ[illegible] communic[illegible] tio iuris [illegible] ni, & hum[illegible]

e Vir, & [illegible] eiusdem [illegible] gionis esse[illegible] beat.

f Vxor fo[illegible] viri sequi[illegible]

g Scilicet [illegible] ciali, nec [illegible] cetera ge[illegible] lis. Item[illegible] ratihabiti[illegible] stea seq[illegible] *vt not. Gl[illegible] §. fed. vi[illegible] de iniur.* [illegible] vera: nisi[illegible] cum pa[illegible] gat vel [illegible] niatur.

h Ius [illegible] potestati[illegible] sistit in [illegible] casibus.

Quia suprà dixit de his, qui sunt in potestate dominorum: ideò subiungit de his, qui sunt in potestate parentum: vt promiserat suprà, titul j. § j. *Aret.*

IN potestate.] Totus iste titul diuiditur in quatuor partes. ¶ Primò ponit dictum in genere, qui sunt liberi in nostra potestate. ¶ Secundò, definitionem nuptiarū, vel matrimonij. Tertiò, qui habet filios in potestate. ¶ Quartò, ex prædictis infert specificando, quod primò dixerat. Secunda ibi: *Nuptiæ.* Tertia ibi, *Ius autem.* Quarta ibi, *Qui igitur.* CASVS. Accessi ad Iustinianum, & quæsiui ab eo, Domine, vos vultis tractare de patria potestate, dicatis ergo mihi, qui sunt in patria potestate? Ad hoc resp. Iustinianus dicens, In potestate nostra sunt liberi, quos ex iustis nuptiis procreauimus. Sed quid, domine? Iam video qui sunt in pat. pote. dicatis mihi, quid est matrimonium, seu nuptiæ? Ad hoc resp. Iustinianus, quòd nuptiæ siue matrimonium, est viri, & mulieris coniunctio indiuidam vitæ retinens consuetudinem. & hoc vsque ad illum §. *Ius autem.* FRANC. ACCVRS.

IN potestate [a] nostra sunt liberi nostri, quos ex iustis [b] nuptiis procreauimus.

1. ¶ Nuptiæ [c] autem, siue matrimonium est viri, & mulieris coniunctio [d], indiuiduam [e] vitæ consuetudinem retinens.

Patria potestas iure Romano instituta fuit: soliſque Romanis propria, ac peculiaris est.

2. ¶ Ius autem [f] potestatis, quod in liberos habemus, proprium est ciuium Romanorum [g] [5]. Nulli enim alij † sunt homines, qui talem in liberos habeant potestatem, qualem nos habemus.

Filij ex legitimis nuptiis progeniti, omnésque filiorum stipitem descendentes, in patria sunt potestate: ex filiæ verò nati, nequaquam,

3. ¶ Qui igitur ex te, & vxore [h] tua nascitur: in tua [i] potestate est. Item qui ex filio tuo, & vxore eius nascitur, id est nepos tuus, & neptis, æquè in tua sunt potestate: & pronepos, & proneptis, & deinceps cæteri. Qui autem ex filia tua nascuntur: in potestate tua non sunt [k]: sed in patris eorum.

a ¶ *In potestate.* Hoc verbum multis modis sumitur: *vt supr. prox. tit. diximus.* §. j.

b ¶ *Ex iustis.* quæ sint iustæ, dicitur *infr. tit. prox.*

c ¶ *Nuptiæ.* & dicuntur ab obnubendo: id est velando; quia velatæ incedere debent, vt ait Isid. Sed matrimonium dicitur ideò, quia mulier nubit, vt mater fiat [a]. & hæc duo nomina (licèt diuersis rationibus) idem signant. Item coniugium, & connubium, & consortium: *vt ff. de rit. nup. l. in eo iure. §. hoc caput.* licèt hoc vltimum quandóque inter seruos accipiatur: *vt Cod. de ser. fug. l. fi.* inter quos propriè dicitur contubernium: *vt C. de incest. nupt. l. cum ancillis.*

d ¶ *Coniunctio.* animorum, non corporum tantùm [b]: *vt ff. de reg. iur. l. nuptias.* & illá coniunctio animorum significat vnionē, quæ consistit inter Deum, & iustam animam. Vnde Apostolus; Quia adhæret Deo, vnus spiritus est cum eo. Reliquum: scilicet coniunctio corporum, designat conformitatem, quæ consistit in carne inter Christum, & sanctam Ecclesiam, id est humanum genus. Vnde Euangelista, Verbum caro factum est: & habitauit in nobis. ADDITIO. Vide *cap. debitum. extrà de bigamis.*

e ¶ *Indiuiduam.* quoad [c] affectionem: *sic sup. de iusti. & iu. in prin.* Actu enim plerumque fit separatio tam iure veteri, quàm nouo permittente: *vt C. de repu. l. consensu. in princ. & in Authent. de nupt. §. si ergo. coll. iiij. & in Auth. vt li. ma. & aui. §. quia verò. coll. viij.* ¶ Sed nunquid [d] hanc affectionem habet aliquis ad concubinā quandóque? Certè sic: & ideò adiicias huic definitioni, diuini, & humani iuris communicatio: *vt ff. de rit. nupt. l.* j. Diuini: quia [e] eiusdem sectæ debent esse, vt non sit vnus Christianus, & alter Iudæus: *vt C. de Iud. l. ne quis.* ¶ Humani: quia [f] eorum viri sequitur vxor: *vt ff. ad muni. l. fi. §. ij.* Sed secùs est in concubina, vel qualibet minus legitima vxore: *vt ff. ad muni. l. de iure. §. final.* licèt concubinatus de iure permittente sit. *ff. de conc. l. in concubinatu. in fi.* & Neque valet oppositio de matre ad filium: quia ibi nō est talis consuetudo, qualis ad vxorem: *vt* j. *tit.* j. *§. ergo. & in Auth. quomo. opor. episc. §.* j. *coll.* j. *& §. volumus autem. ibi, Sed aut sola, &c.*

Ius autem.] CASVS. Domine, dicatis mihi, si placet, quorum proprium est ius pat. po. Ad hoc respo. Ius pa. po. quod in liberos habemus, proprium est ciuium Romanorum. i. liberorum omnium de Rom. imp. Nulli enim alij homines sunt. qui talē potestatem habeant in liberos, qualem nos habemus. Sed domine, dicatis mihi, qui sunt in pat. pot. Ad hoc respon. Iust. Amice, diximus quòd illi sunt in potest. nostra, quos de iustis nuptiis procreauimus. Ex hoc igitur manifestè liquet, quòd illi, qui ex te, & legitima vxore tua nascuntur, in tua potestate sunt: vt proprij tui filij, & qui ex filio tuo, & vxore eius nascūtur, vt nepotes: & idem est in pronepote, & cæteris deinceps per masculinam lineam descendentibus. ¶ Sed quanquā dixerim nepotes natos ex filio, in tua esse potestate: secùs tamen in nepotibus natis ex filia. ¶ Nam qui ex filia tua nascuntur, in potestate tua non sunt: sed in potestate patris eorum. & hæc dicuntur vsque ad fi. tit. Franc de Aret

f ¶ *Ius autem.* quod consistit in [h] septem. 1. Primò: quia necessitate famis pater filium vendere potest, vel obligare: *vt Cod. de pa.*

qui. fi. dis. l. ij. 2. Secundò, quia ab eo in ius vocari non potest: *vt C. de in ius voc. l. si.* 3. Tertiò, quia nec cum eis agendo iudicium habere possumus: *vt ff. de iud. l. lis.* 4. Quartò: quia per eum acquirimus: *vt infr. per quas perso. no. acqui. §.* j. 5. Quintò: quia in iudicio contra alium sine licentia nostra esse non potest: *vt C. de bo. quæ libe. l. fi. §.* j. a 6. Sextò, quia eo inuito sua bona aduentitia administramus: *vt infr. per quas perso. no. acqui. §.* j. Quidā tamen dixerunt, quòd aliméta adinuicem hoc iure præstantur: quod falsum est: cùm in [b] emancipatis etiā hoc fit: *vt ff. de lib. ag. l. si quis à liberis. in prin.* 7. Itē ciuilis obligatio inter eos esse non potest: *vt* j. *de inutil. stip. §. itē inutilis.* 8. Est [c] & octaua, vt possim petere filiū in meā potestatē. Circa [d] quod distingue: qa aut à nullo detinetur, aut ab aliquo: volens, an inuitus. Primo casu petam eum per officium iudicis. *ff. de li. exhib. l. ij. §. hoc autem.* & præiudiciali actione in rem agam: *vt infr. à, de act. §. præiudiciales.* non interdicto, nisi in casu: vt si volo eum adire hæredit atē, in qua

a Irem nisi in causa criminali, vel in casibus, vbi patri non quæritur vsusfru. *secundum Ang. hic.* Item nisi sit tutor alicuius. vel procur. c. *qui generaliter. de procur. lib. 6.* Ias.

b Alere etiam emancipatum filium pater cogitur: vt econtrà emancipatus patrē.

c Adde hic septimum, secundū doctō. quia in atrocioribus delictis, filius, qui est in potestate patris, non excusatur propter iussum patris: & in delictis atrocioribus mitiùs punitur licèt non excusetur in totū: *vt ff. de reg. iur. l. ad ea. Petr de Bel. Pertica hic.*

In scriptis quibusdam exemplis legitur. *de nuptiis nuptiis.*

d Pater filium an, & quemad modum vindicare possit.

DE NVPTIIS†. TITVLVS X.

Masculi decimumquintum annum attingentes, & fœminæ decimumtertium, iustas coeunt nuptias: quas in patria potestate constituti, non nisi patre assentiente contrahere possunt: modò talis sit pater, qui consensum præstare valeat.

IVstas autem nuptias inter se factus est hæres: *vt ff. de acquir. hære. l. si quis mihi. §. iussum. & de li. exh. l. si eum.* In secundo eadem auxilia locum habent. & plura scilicet rei vindicatio de iure Ro. *vt ff. de rei vind. l.* j. §. j. In tertio locum habet interdictum de lib. ho. exhi. Item actio in rem de iure Quiritum: *vt ff. de rei vend. l.* j. §. j. *& de lib. exhi. l.* j. j. *resp.* ACCVR.

a ¶ *Proprium est ciuium.* Iam inde à Romulo moribus receptū. *l patre furioso. ff. de his, qui sunt sui, vel al. iur.* atque ideò pupillaris substitutio, quæ fit iure patriæ potestatis, etiam moribus recepta est. CVIAC.

g ¶ *Romanorum.* id est, omnium, qui sunt de Rom. imp. aliæ verò gentes quædam vt seruos tenent filios: vt Sclaui: aliæ vt prorsus absolutos, vt Francigenæ: ideò cautè dicit infrà, talē, qualem. ADDITIO. Dum dicit quòd filij Francigenarum non sunt in potestate parentum: adde quòd hanc gl. in hoc reputat vnicam, & singu. Bal. in c. j. *§ si duos fratres.* aliàs ille § est *c. j. in ti. de fra. de nouo be. inue.* Hanc etiam glo. Bal. commendat *in c.* j. *an maritus succe. vxo. in benefi.* & vide totum in *l. pe. in fi. char. C. qui test. fa. pos. & in d. c. j. an mari. succe. vxo. in benefi.* dicit Bal. quòd ista glo. est singul. Et eam etiam dicit singu. Ias. ad hoc quod rex Franciæ nō est sub imperio Romano. Ias.

h ¶ *Et vxore.* aliud si ex concubina: *vt infrà, tit.* j §. *fi.* vel incesto coitu natus: *vt auth. quib. mod. nat. effi. leg. collat. vj. § fin.*

i ¶ *In tua.* si tamen tu sis tui iuris, non aliàs, *vt ff. ad leg. Iu. de adu. l. sic eueniet.*

k ¶ *Non sunt.* quia qui nascuntur, patris familiam [illegible]untur: *vt infr. de leg. ag. iu. §.* j. ADDITIO. Et in hoc sequitur conditionem patris; *vt ff. de stat. ho. l. cùm legitima.*

DE NVPTIIS.

¶ *Suprà* [c] *ti prox. in prin. dictum est, quòd in potestate nostra sunt liberi nostri, quos ex iustis nuptiis procreauimus: ideò hic subiungitur inter quos dicta iusta nuptiæ contrahantur.* AR.

c Hanc continuationem sequuntur Pe de Bel Pertica, & Ange. hic.

IVstas autem. Iste tit. diuiditur in viij. partes. ¶ In prima ponit, qui possunt contrahere matrimonium: & qualiter: subiiciendo de filio, & filia furiosi. ¶ Secunda ibi: *Ergo non omnes.* vbi ponit generaliter, & specialiter quasdam esse personas, inter quas non potest esse matrimonium. s. inter ascendentes, & descendentes. ¶ Tertia ibi, *Inter eas.* vbi ponit inter quas personas ex collateralibus etiam coniunctis per adoptionem potest fieri, & non fieri matrimonium. ¶ Quarta ibi, *Adfinitatis.* vbi ponit inter quas personas non potest fieri matrimonium ratione adfinitatis. ¶ Quinta ibi, *Illud certum.* vbi ponit qualiter matrimonium prohibetur ratione seruilis cognationis. ¶ Sexta ibi, *Sūt* & aliæ, vbi ponit generaliter quasdam esse alias personas, inter quas nō potest constitui matrimonium. ¶ Septima ibi, *Si aduersus.* vbi annullat matrimonia contracta contra iuris præcepta, & quicquid secutum est exinde: & punit contrà facientes. ¶ Octaua ibi, *Aliquando*, vbi ponit de filiis naturalibus, & quomodo possunt legitimari. Item prima pars principalis diuiditur in tres partes. Nā in prima ponit dictum generale. In secunda illud declarat. In tertia determinat incidentem quæstionem. Secunda ibi, *Masculi.*

† Vide in hūc locum Alci. *li. disiun. 2. ca. 21.* multa enim pulchra in hāc rem disserit.

a Et ideò ab ea potiùs, quā à patre denominatur: quia maiora sustinet onera. Est enim ante partū onerosa: in partu dolorosa, & post partum laboriosa: *vt extrà, de conuer. infidel. c. ex literis.*

b Hæc Gl. videtur malè dicere *per l. cū fuerit. ff. de con. & demon. & peri. nuptias ff. de re iud. & 27. q. 2. in princ. Angel.*

c Indiuiduum est matrimonium affectu: at non actu.

d Indiuidua affectione haberi potest cōcubina: verum cum ea nō est communicatio iuris diuini, & humani.

e Vir, & vxor eiusdem religionis esse debent.

f Vxor forum viri sequitur.

g Scilicet speciali, nec sufficeret generalis. Item nec ratihabitio posteà sequens: *vt not. Glo. in l. j. §. fed. verūm. ff. de minor.* & hæc vera: nisi simul cum patre agat vel conueniatur.

h Ius patriæ potestatis constitit in octo casibus.

Tertia ibi, *Vnde quæsitum.* secundùm Porc. CASVS. Accessi ad Iustinianum, & ita quæsiui ab eo: Domine, vos vultis tractare de nuptiis, dicatis igitur mihi, quæ sunt iustæ nuptiæ? ad hoc respondet Iustinianus dicens, quòd iustæ nuptiæ sunt quas inter se ciues Romani, id est liberi homines secundùm præcepta legum contrahunt: videlicet masculi puberes, & fœminæ viripotentes, & hoc est verum, siue sint patresfam. qui nuptias contrahunt: siue filiisfami. dum tamen filijsfa. de consensu patrum, in quorum sunt potestate, nuptias contrahant. ¶ Nam quòd filiusfa. de consensu parentum, in quorum est potestate, debeat contrahere: tam ciuilis, quàm naturalis ratio suadet: in tantum etiam quòd iussus parentum in matrimonio à filiofa. contrahendo præcedere debeat. vnde quia consensus parentum requiritur, apud veteres dubitatum fuit, & quæsitum, vtrùm filiusfa. alicuius furiosi possit nubere, & contrahere matrimonium, cùm pater furiosus consentire non possit. ¶ Et certè licèt de facili consenserint antiqui. scilicèt quòd ipsa possit sine consensu patris nubere: in filio tamen varij in varias sententias declinauerunt: sed tandem ad huiusmodi dubitationem veterum sopiendam nostra processit constitutio: cuius auctoritate permissum est vt ad exemplum filiæ furiosi filius furiosi sine paterni consensus interuentu vxorem ducere possit: secundùm tamen modum in eadem constitu. expressum h.d. vsque ad §. *ergo*. Franc.

ciues Romani [a] contrahunt, qui secundùm præcepta [b] legũ coëunt: Masculi quidem puberes [c], fœminæ autem viripotentes [d]: siue patresfamiliàs [e] sint, siue filiifamiliàs: dum tamen filiifamiliàs sint [f], & consensum habeant parentum, quorum sunt in potestate [g]. Nam hoc fieri debere, & ciuilis [g], & naturalis [h] ratio [β] suadet: in tantum, vt iussus [γ] parentis præcedere debeat [i]. Vnde [k] quæsitum est, an furiosi filia nubere, aut furiosi filius vxorem ducere possit [l]. Cùmq; super filio [m] variabatur: nostra processit decisio [n], qua [o] permissum est ad exemplum filiæ furiosi [p], filium quoque furiosi posse & sine patris interuentu matrimonium sibi copulare secundùm datum [q] ex nostra constitutione modum.

Ascendentes cum descendentibus naturali, vel adoptionis vinculo cõiunctis, nuptias celebrare nequeunt: idémque iuris est, & si amancipatione soluta sit adoptio.

1. ¶ Ergo [r] non omnes [s] nobis vxores ducere licet: nam à quarundam [t] nuptiis abstinendum est. Inter eas enim personas, quæ parentum [†], liberorúmve locum inter se obtinent, contrahi nuptiæ non possunt: veluti inter patrem, & filiam: vel auum, & neptem: vel matrem, & filium, vel auiam, & nepotem, & vsque in infinitum [† u]. Et si tales personæ inter se coierint, nefarias, atque incestas nuptias contraxisse dicuntur. Et hæc adeò vera sunt, vt quamuis per adoptionem parentum, liberorúmve loco sibi esse cœperint, non possint inter se matrimonio iungi, in tantum vt etiam dissoluta adoptione familiàs sint: nam & emancipatæ minores xxv. annis, necesse est vt habeant consensum patris, vel matris, & propinquorum: *l. 1. l. viduæ. l. in coniunctione. C. de nupt.* quod tamen in filiis emancipatis locum non obtinet. *l. filius. ff. de de ritu nupt.* nisi scilicet credamus Accursio, & Harmenopulo, qui l. *filius.* explicandã ex eis legibus esse censent, quæ ad filias emãcipatas pertinent. CVIAC.

a Citra tamen domini præiudicium. *cap. 1. & ibi Gl. extra de coniugio seruor.* quam verã intellige, nisi domino sciente, & non contradicente: *vt C. de la. li. tol.* vel altero coniugum errante in conditione personæ, si errantis fiat conditio deterior: alias secus, *secundũ Io. Fa. & Ang.*

b Dic quòd de iur. ciui. puberitas attenditur ex annis: *vt l. si vxor. §. si minor. ibi, nisi apud. ff. ad leg. Iul. de adul. & l. minorem. ff. de rit. nu. & ita loquitur Glo. hic.* Sed de iure canonico attenditur pubertas ex potentia: *vt c. puberes. extrà de despons. impub.*

c Canonicum ius in spiritualibus seruandum.

d Sponsalia annorum septimo contrahere quis potest.

e Cur non idẽ tẽpus, quod in nuptiis, requiritur ? sponsalia solo cõsensu possunt perfici: Nuptiæ coniunctionẽ maris, & fœminæ continent. f *Adde ca. puberes. c. contmebatur. extrà de despons. impub. l. vxor. in fi. ff. de adulteris.*

f ¶ *In potestate.* Quid ergo de emãcipatis? Videtur [a] idem: *vt C. eo. l. viduæ.* Sed illud consiliũ est [b]: non præceptum. Quòd autem possit filius emancipatus, dicitur *ff. de contra tab. l. iij. §. si emancipatus. & ff. de rit. nupt. l. filius emancipatus.*

g ¶ *Et ciuilis.* quia est in potestate de iure ciuili Ro. *vt sup. ti. j. §. ius.*

h ¶ *Et naturalis.* quia pater: *vt ff. de iust. & iur. l. ij.* vel quia proauus: *vt infrà, de pupil. substit. §. ij.*

β ¶ *Ciuilis, & naturalis ratio.* Ciuilis patria potestas. Naturalis, id est Ius gentium: quo videlicet comparatum est, vt parentibus, & patriæ pareamus. CVIAC.

γ ¶ *Iussus.* Pro, voluntas: *vt in l. si suspecta. §. quoniam. de inoff. testam.* CVIACIVS.

i ¶ *Debeat.* aliàs nõ valet: *vt ff. de statu hom. l. Paulus respondit* c. videtur tamen consentire, nisi contradicat expressè: *vt ff. de sponsa. l. in sponsalibus. in fin.*

k ¶ *Vnde.* quia patris consensus exigitur.

l ¶ *Possit.* Videtur quòd non, cùm pater non possit consentire: *vt ff. de iure codi. l. ij. §. furiosus.*

m ¶ *Super filio.* nam de filia facilè consensum fuit: quia fortè calidior sanguis est in ea: *vt in auh. de non elig. §. cùm igitur. coll. j.* vel veriùs propter fragilitatem sexus. *Ar. quib. alie. licet. in prin.* sed prima non placet.

n ¶ *Diuisio.* i. sententia, vel lex: *vt C. eo. l. si furiosi.*

o ¶ *Qua.* decisione.

p ¶ *Furiosi.* Idem & si captus fuerit, & abfuit pater per trienniũ: vel si nescitur an viuat, vel nõ: *vt ff. de ri. nu. l. si nepos. §. fi. & l. si ita.*

q ¶ *Secundùm datum.* f. cum authoritate curatoris patris, & dote secundùm quantitatem patrimonij patris data: *vt Co. eo. l. si furiosi.*

r ¶ *Ergo.* quia secũdũ præcepta legũ fiũt matrimonia, ergo, &c.

s ¶ *Non omnes.* scilicet mulieres.

t ¶ *Quarundam.* scilicet mulierum.

u ¶ *In infinitum.* adeò vt si & Adam hodie viueret, non posset habere.

a Emãcipatus potest nuptias contrahere sine consensu patris: *vt hic.* at non emancipata, etiamsi vidua sit, *l. in coniunctione. l. viduæ. Cod. de nuptiis.*

† Quorum appellatione veniunt parẽtes, & liberi in infinitum: *secundùm Iac.*

† Siue ex legitimo coitu nati sint, siue nõ, *l. & nihil. ff. de ritu nup. secundùm Ang. hic, Arg. Per.*

b Si consilium sit reuerentiæ, est de necessitate obediendum, secùs si perfectionis. *Glo. est vtilis in t. ad auren. de ma. & qualita. qua est Glo. fi.*

c Quod verum de honestate: non de necessitate: *vt 27. q. 2. cap. sufficiat. in Glo. Io. & 31. q. 2. c. hoc sanctum. in Glo. & extra, de despon. c. cùm locũ. & de rap. c. cum ratione. Ia.* Vel quod hîc dicitur, verum est de iure ciuili: secùs de iure can. c. videtur, *cùm qui matrim. accusare.*

d Consensus alterius quoties in aliquo actu requiritur, intelligitur tacitè vt sit idoneus.

e Imò iure Canonico idẽ in filiofamilias. Iure enim canonico consensus contrahentium nuptias sufficit. *27. q. 2. c. sufficiat. c. ex libertis. extrà de despon. impube.*

f Matrimonio ineat sua, & propria honestas: quo pertinet illud Pauli, Honorabile coniugium inter omnes.

g Adam si viueret, vxorem ducere non posset.

a Citra tamen domini præiudicium. *cap. 1. & ibi Gl. extra de coniugio seruor.* quam verã intellige, nisi domino sciente, & non contradicente: *vt C. de la. li. tol.* vel altero coniugum errante in conditione personæ, si errantis fiat conditio deterior: alias secus, *secundũ Io. Fa. & Ang.*

b Dic quòd de iur. ciui. puberitas attenditur ex annis: *vt l. si vxor. §. si minor. ibi, nisi apud. ff. ad leg. Iul. de adul. & l. minorem. ff. de rit. nu. & ita loquitur Glo. hic.* Sed de iure canonico attenditur pubertas ex potentia: *vt c. puberes. extrà de despons. impub.*

c Canonicum ius in spiritualibus seruandum.

d Sponsalia annorum septimo contrahere quis potest.

e Cur non idẽ tẽpus, quod in nuptiis, requiritur ? sponsalia solo cõsensu possunt perfici: Nuptiæ coniunctionẽ maris, & fœminæ continent. f *Adde ca. puberes. c. contmebatur. extrà de despons. impub. l. vxor. in fi. ff. de adulteris.*

a *Ciues Romani* i. liberi homines: *vt suprà, de liber. §. fi.* serui ergo non faciunt matrimonium: sed contubernium [a]: *vt hic, & C. de incest. nup. l. cum ancillis. & in auth. de nup. §. si verò decretum. vers. si verò ab initio. coll. iiij.* ¶ Sed aliud est iure canonum [b], quod præualet: *vt in authen. de eccle. ti. in princ. & in glo. collat. ix.* vbi dicitur, quòd canones sunt seruandi pro [c] legibus.

b ¶ *Præcepta.* quæ sunt j. *eo. ti. per totum. & ff. eo. & C. eo. ti. per totum.* vt colligimus in magna *glo. j. eo. §. sunt & alia.*

c ¶ *Puberes.* i. maiores xiiij. an: *vt infr. qui. mo. tute. fin. in princip.* ADDITIO. Hæc gl non bene loquitur. nam licèt quo ad tutelas, & testamenta ille appelletur pubes, qui annũ xiv. cõpleuit, si vir sit: aut xij si mulier fuerit: quo tamen ad matrimonia contrahenda appellantur puberes, quum primum coire possunt: non igitur in matrimonio copulando pubertas cognoscitur ex annorum numero, sed ex potestate coeundi: *c. puberes. extrà de despon. impu.* secundùm Christoph.

d ¶ *Viripotentes.* i. maiores xij. an. *inf. quibus. mo. tu fi. j. resp.* Sed in sponsalibus [d] vij. ann. sufficiunt [e]: *vt ff. de spon. l. in sponsalibus.*

¶ Sed nunquid hodie xv. an. sunt necessarij ad matrimonium: *vt in authent. de tempo. non solu. pe. super do. §. nouimus. colla. vij.* Resp. lex illa consuetudinem, & frequentiam hominum ponit: aliud de iure: vt hîc. ¶ Item quid si aliquis antequàm istud tempus attingat, inuentus sit sufficiens ad matrimonium ? Videtur quòd nubere possit [f]: *vt ff. quando dies lega. ce. l. pen.* quasi fœlici diplomate vsus: *vt ff. de verbo. oblig. l. continuus. §. cùm ita.* Sed contra dico: Imò lege Iulia de adulterio & stupro commisso poterit puniri: *vt ff. de adul. l. inter liberas. j. respon. & est pro hoc. ff. de concub. l. j. §. fi.* Si autem de facto intra dictum tempus vxorem quis acceperit, tunc erit vxor, cùm ad ætatem prædictam peruenerit: *vt ff. de rit. nuptia. l. minorem.* ADDITIO Pro notatis in hac glo. vide *puberes. extrà, de despon. impu.* vbi opinio glo. videtur reprobari. Et pro fine huius glo. vide *cap. j. de despon. impu. lib. vj.* ¶ An mulier possit contrahere matrimonium ante xij annum: dic secundùm Io. de Pla. quòd sic: vt putà propter pacem: *vt ea. ij. de despon. imp.* Item si malitia suppleat ætatem: *vt c. j. de coniu. ser. & c. de illis. de despon. impu.* quia maius periculum est in ea, quàm in masculo, propter callidiorem sanguinem ad luxuriandum, & fragilitatem sexus: *vt infrà, vt glo. quæ incipit, Nam de filia.*

e ¶ *Patresfamiliàs.* f. qui sunt iuris sui, cuiuscũq; ætatis sint, & sic matresfa. sed filij, & filiæfa qui sunt in potestate, cuiuscunq; ætatis sint: *vt ff. de his, qui sui, vel alien. iur. sunt. l. nam ciuiũ* ACCVRS.

¶ *Si filiisfamilias sint.* Idem multò magis dicendum est, si filiæ

g Adam si viueret, vxorem ducere non posset.

habere vxorem secundùm Io. *vt ff. de rit. nup. l. nuptiæ consistere.* ADDITIO Et hæc vera, siue sint ex legitimo matrimonio, siue non: *vt ff. de rit. nupt. l. & nihil.* secundùm Io. de Pla. & Angelum

a ¶ *Idem iuris.* vt non possint coniungi. ADDITIO. Dic secundùm Petrum de Bel. Per. quòd hoc est propter publicæ honestatis iustitiã: aliàs diffameretur: quia in copulãdis nuptiis semper inspicitur honestas: *vt l. semper ff. de ritu nupt.* secundùm Ioã. de Pla. & Angelum.

[*Inter eas.*] Diuiditur in quatuor partes. Primò ponit dictum in genere in transuersalibus. Secũdò illud specificat in transuersalibus coniunctis per sanguinem. Tertiò de cõiunctis per adoptionẽ. Quartò infert ex prædictis vnum casum. Secunda ibi; *Sanè.* Tertia ibi; *Sed & si.* Quarta ibi; *Et ideò.* CASVS. Domine iam vidi de impedimẽtis nuptiarum intercuniẽtibus in linea recta: an eadem sit obseruatio in linea trãsuersali? Respondet Iustinianus, quòd sic. Nã certè inter eas personas, quæ ex trãsuerso gradu cognationis iunguntur, est quædam similis obseruatio: sed non tanta b. Sanè enim inter fratrem, sororémque nuptiæ prohibitæ sunt: siue ab eodem patre, eadéque matre nati fuerint, siue ab altero eorum. Sed si qua per adoptionem soror tibi esse cœperit: quamdiu c quidem constat adoptio, sanè inter te, & eam nuptię consistere non possunt. Cùm verò per emancipationem adoptio sit dissoluta d, poteris eam vxorem ducere. Sed & si tu emancipatus fueris, nihil est impedimento nuptiis. Et ideò constat, si quis generum e adoptare velit, debere eum f anteà g filiam h suam emancipare: & si quis velit nurum i adoptare, debere

idem iuris a maneat. Itaque eam, quæ tibi per adoptionem filia, vel neptis esse cœperit, non poteris vxorem ducere: quamuis eam emancipaueris.

Inter fratrem, & sororem ex vtroque, vel altero parente prognatos, coniugium consistere nequit. quod ius ad adoptiuos fratres (quamdiu adoptionis vinculum permanet) etiam trahitur: eo verò soluto, nihil obstat nuptiis contrahendis.

2. ¶ Inter eas quoque personas, quæ ex transuerso gradu cognationis iunguntur, est quædam similis obseruatio: sed non tanta b. Sanè enim inter fratrem, sororémque nuptiæ prohibitæ sunt: siue ab eodem patre, eadéque matre nati fuerint, siue ab altero eorum. Sed si qua per adoptionem soror tibi esse cœperit: quamdiu c quidem constat adoptio, sanè inter te, & eam nuptię consistere non possunt. Cùm verò per emancipationem adoptio sit dissoluta d, poteris eam vxorem ducere. Sed & si tu emancipatus fueris, nihil est impedimento nuptiis. Et ideò constat, si quis generum e adoptare velit, debere eum f anteà g filiam h suam emancipare: & si quis velit nurum i adoptare, debere ipsam nuptiæ consistere non possunt: si tamen per emancipationem postea dissoluta adoptio fuerit, iam cessat tibi soror esse: vnde eam in vxorem ducere poteris: cùm nec naturali, nec ciuili iure tibi coniuncta sit. Et non solummodò si ipsa fuerit emancipata, eam ducere poteris: sed etiam si tu à patre emancipatus fueris, nihil inter te, & ipsam nuptiis contrahendis obstabit. Vnde si quis generum suum velit adoptare: primò debet filiam suam emancipare: & similiter si quis voluerit nurum suam, id est, vxorem filij sui in filiam adoptare, primò debet filium suum eiusdem mulieris maritum emancipare. nam si esset in potestate eiusdem: nuptiæ non possent inter eos consistere. Et non solùm prohibitæ sunt nuptiæ inter prędictas personas: sed etiam non licet alicui fratris sui, vel sororis suæ filiam ducere, nec etiam neptem: licèt ipsa in quarto gradu sit. Cuius enim filiam ducere vxorem quis non potest: nec eius neptem ducere poterit. Sed licèt filiam sororis naturalis in vxorem ducere non poteris: secùs tamen est in filia sororis adoptiuæ. Nam filiam sororis illius mulieris, quam pater tuus in filiam adoptauit, ducere non prohiberis vxorem: quia neque iure naturali, neque iure ciuili filia sororis adoptiuæ tibi coniuncta est. Sed etiam filiam, vel neptem sororis naturalis vxorem ducere nõ poteris. Liberi quoque duorum fratrum, vel sororum, vel liberi fratris ex vna parte, & sororis ex alia, nuptias inter se contrahere possunt. Item amitam tuam vxorem ducere non poteris: nec etiam materteram: quia parentum loco habẽtur. Et eadem ratione magnam amitam, & magnam materteram vxorem ducere prohiberis. h. d. vsque ad §. *Adfinitatis quoque.* Franci de Aret.

a Scilicet exclusiuè: sed de iure ciuili inclusiue: *vt infrà eod. §. Laorum.* & ideò hanc reprehendit hic Iaf.

b ¶ *Sed non tanta.* f. vsque ad gradum septimũ, secundũ canones: *vt xxxv. q. iij. c progeni. m. & c. de consanguinitate. & c. in copulatione. & c nulli.* Sec secundùm leges vsque ad quartũ: *vt infrà eo. §. fratris.* Idem hodie de iure canonico : *vt extrà de consangui. & adfini. c. non debet. & c. vlt.* Sed tamen aliter accipitur gradus secũdùm canones, quàm secundùm nos: *vt dices infrà de gradi. cogn.*

c ¶ *Quamdiu.* sic *ff. de verborum obligat. l. si stipulatus fuero. in fine. aliàs si stipuler. §. j. sic ff. de liberis, & posthumis. l. si quis posthumos. in fine.*

d ¶ *Dissoluta.* quia ipsa est emãcipata: vt differat à sequenti casu.

e ¶ *Generum.* i. maritum filiæ.

eum anteà filium suum emancipare.

3. ¶ Fratris verò, vel sororis filiam, vxorem ducere non licet. Sed nec neptem fratris, vel sororis quis ducere potest: quamuis † quarto gradu sint †. Cuius k enim filiam vxorem ducere non licet, neque eius neptem permittitur. Eius l verò mulieris, quam pater tuus adoptauit, filiam non videris impediri vxorem ducere: quia neque naturali, neque ciuili iure m tibi coniungitur.

Filij duorum fratrum, vel sororum possunt simul contrahere matrimonium inter se. ANG.

Iure tamen pontificio, cui potiùs in his adhærendum est, duorum fratrum filij legitimo coniugio copulari non possunt, teste Accursio hic, cui subscribunt doctores.

4. ¶ Duorum n autem fratrum, vel sororum liberi, vel fratris, & sororis coniungi possunt.

Nepos cum amita etiam adoptiua, vel matertera matrimonium nõ contrahit: nec etiam cũ magna amita, & magna matertera. ARET.

5. ¶ Item amitã o, licèt adoptiuam p, ducere vxorem non licet, item nec materteram q:

f ¶ *Eum.* scilicet patrem.

g ¶ *Anteà.* i. primò.

h ¶ *Filiam.* hoc ideò: quia emancipatione facta definit esse agnata patri: ergo per patrem non potest fieri agnata tali filio adoptiuo: *vt ff. de adopt. l. qui in adoptione.* Hodie verò non desinit: *vt infrà de leg. agna. suc. §. fin.* & ita hoc consilium hodie non valet. ADDITIO. Sed hæc glo. communiter reprehenditur: quia & si non quo ad facultatem succedendi: definit tamen quo ad familiæ nomen. & ad contra. §. *sed hodie. infrà titu.* j. resp. secundùm Christopho. quòd quamuis in potestatem non transeat: iura tamen adoptionis cõsequitur: *vt C. de in ius voc. l. fi. & l. adoptiuum.* Vel secundùm Iaf. transit: sed habetur pro non transeunte: *vt d. l. fi.* Iaf.

† Vnica ratio est huius: quia ego sum illi loco parẽti: nam quarto gradu de iur. ci. possunt contrahi nuptiæ.

† Aliàs sit. sc. neptis sororis, aut fratris, quæ est mihi iuncta quarto gradu. & caue referas ad filiam sororis: quia hæc non est mihi iuncta, nisi tertio gradu.

i ¶ *Nurum.* i. vxorem filij: vt probatur *infrà eo. §. adfinitatis.*

[*Fratris.*] Diuiditur in tres partes. Primò ponit dictũ. Secundò illud extendit. Tertiò rationem reddit. Secũda ibi: *Sed nec.* Tertia ibi; *Cuius enim.*

k ¶ *Cuius.* Sed opponitur, filiam aui, vel auiæ, non possum ducere: tamen neptẽ possum. quæ est mihi consobrina: *vt infrà eo. ti. §. duorum.* Respon. hãc reg. strictè intelligi in eo casu, in quo loquitur, & in omni simili f. quando ego, & ille, cuius filiam ducere non possum, sumus in gradu primo ad stipitem, & in potestate eiusdem: & sic cuius, scilicet fratris, vel sororis meæ filiam, &c. a & hoc in naturalibus: secùs in adoptiuis: *vt infrà §. proxi.* ADDITIO. Intellige istud verum, quando per adoptionem non contrahitur cognatio: vt ibi, secundùm Ang. & Iaf. aliàs secùs.

a Vel meliùs, *secundùm Iaf.* dic: *vt infrà in Glo. super verbo, materteram magnam. in fi.*

l ¶ *Eius.* Sic cõstrue: non videris impediri ducere vxorem filiam eius mulieris, quam pater, &c.

m ¶ *Ciuili iure.* de naturali cõstat: de ciuili sic probo: Illa filia sororis adoptiuæ non est in potestate matris: *vt infrà de hære. quali. & diffe. §. qua de causa.* ergo non transit in potestatem illius, qui adoptat matrem, licèt mater transeat: quia illi trãseunt cum aliis, qui sunt in potestate: *vt infrà titu. j. §. illud. & ff. de adop. l. si pater.*

¶ At ipsa mater adoptata est mihi coniũcta per agnationem per patrẽ, in cuius potestate est: *ff. de adop. l. qui in adoptionem.* ACCVR.

[*Duorum.*] Diuiditur in tres partes. ¶ Primò ponit de duobus consobrinis. ¶ Secundò de amita. ¶ Tertiò de matertera. Secunda ibi; *Item amitam.* Tertia ibi; *Item nec materteram.*

n ¶ *Duorum.* hoc secundùm leges: *vt hic, & C. eo. l. celebrandis.* secùs iure cano b. Vel dic hunc §. loqui de adoptiuis: secùs in naturalibus. ACCVR.

b Et hoc communiter tenetur, vnde sequitur, filios Iudæorum obseruantium hunc §. non esse legitimos, cùm iis æquè, ac nobis hæc lex correcta censeatur. *arg. l. Iudæorum. C. de Iud. Ang.* c *vide tit. in i. fi. quorum si ff. de ritu. nup. vide. sit. in ver. Item si habeo duas filias.*

o ¶ *Amitam.* quæ est soror patris.

p ¶ *Adoptiuam.* ab auo paterno.

q ¶ *Materterã.* Nor. c cautè: quia nõ repetit adoptiuã materterã,

&c. quia matertera, vel auunculus non fit adoptione. *vt hic, & supra eo. §. eius. & ff. eo. l. si qua. §. fi.* ¶ Sed contrà videtur, *ff. de rit. nup. l. per adoptionem. §. pe.* Resp. Illud intelligitur quãdo adopto in nepotem quasi ex filia natum, vel in pronepotem quasi ex nepote nato ex filia, quod possum. sicut si nullum haberem filium: *vt infra tit. j. §. licet.* Tunc enim soror, & frater eius loco cuius filij facta est adoptio, est matertera, & auunculus: alij mihi filij sunt: vt pater: & sic non imitatur naturam: quia aliter nepos ex filia naturali, & legitima non est in potestate hic autem cum suis concordantiis loquitur quando aliquam adopto in filiã: hęc quidem nõ erit matertera filiis natis ex alia mea filia naturali, & legitima. ¶ Sed quæ est ratio diuersitatis? Resp. quia altero casu: scilicet quando adopto in nepotem ex filia; est commodum materteræ, & auunculo: quia maiores quidem parentes imperant minoribus. Quod secus est in aduerso casu. & ex hac dependet alia, vt naturales, & legitimi sint adoptiuo subiecti, & est ridiculum. è contrario casu esset æquum. ADDITIO. Hanc rationem reprobant Christoph. & Ias. hic: tum quia inter collaterales non est huiusmodi reuerentia: *vt not. in §. inter eas. supra eo.* tum quia idem videretur dicendum in patruo, & amita. Item quia esset contra ver. *eius verò. supra eo.* Et assignant aliam rationem: quia in d. §. *fi.* adoptatus agnascitur existenti in agnatione adoptantis, putà filiæ: hîc autem non existentibus, putà filiis filiæ: quod fieri non potest: *vt ff. de adoptionibus. l. qui adoptionem.*

a ¶ *Materteram magnam.* magna matertera, soror auiæ: maternæ est. amita magna soror aui paterni est: *vt j. de grad. eog §. iiij.* ¶ Sed quid de fratre aui materni? Resp. est patruus magnus [a]: *vt Co. de suc. edict. l. j* licèt Pla. cõtrà: vt ibi no. ¶ Sed cùm sint in quarto gradu, quare prohibentur: *vt* 3. *eo. §. fratris?* Resp. quia hæ personæ sũt de superioribus transuersalibus, quæ habẽtur loco parentum: *vt in hoc §.* & quia ipsa est in primo gradu stipitis: *vt not.* 3. *eo. §. sed nec neptem.* ¶ Et sic no. cautè, quòd ordo [b] trãsuersalium subdiuiditur in tres partes: *supra, infra, & ex latere: vt infra de gradi. §. iij. iiij. v. & vj.* maior est abstinentia versus superiores: vt hîc, & inferiores: *vt supra eo. §. fratris.* quàm transuersales: *vt supra eo. §. duorum.*

a Hæc communiter approbatur. *pro qua facit Gl. in §. quarto gradu. in ver. auunculus. infra de gradi. ficundùm Ias.*

b Transuersalium gradus in tres diuiduntur.

[*Adfinitatis.*] Diuiditur in septem partes ¶ Nam primò ponit quamdam prohibitionem in genere. ¶ Secundò illã prohibitionẽ exemplificat in nuru, & priuigna. ¶ Tertiò rationẽ prohibitionis factæ de nuru, & priuigna adsignat. ¶ Quartò dictam prohibitionem de nuru factam modificat. ¶ Quintò rationem dictæ modificationis adsignat ¶ Sextò modificat prohibitionem circa priuignã. ¶ Septimò rationem dictæ modificationis adsignat. Secũda pars incipit ibi; *Vt ecce.* Tertia ibi; *Quia vtraque.* Quarta ibi; *Quod ita.* Quinta ibi; *Quia eadẽ.* Sexta ibi; *Itẽ si.* Septima ibi; *Quia duæ.* CASVS. Domine, iam vidi de impedimentis nuptiarum interuenientibus ratione cognationis tam ex linea directa, quàm ex transuersali. Nunquid adhuc plura sunt impedimenta nup. Resp. Impe. quòd sic. Nam non solùm ratione cognationis: sed etiã ratione adfinitatis impediuntur nuptiæ. Ratione enim adfinitatis à quarumdam mulierum nuptiis abstinẽdum est. Nam priuignam, vel nurum tuam vxorem ducere prohiberis: quia vtraque illarum tibi loco filiæ est. Sed hæc specialis prohibitio locum habet, si fuit nurus tua, & nunc non est: vel si fuit priuigna tua, & nunc non est. Nam si est adhuc nurus tua. i. si adhuc constat matrimonium inter ipsam, & filium tuum adhuc viuentem: naturali, generali, & communi ratione tibi nubere non poterit: quia viuente filio tuo marito eius, nec tibi, nec cuiuis alij nubere poterit. Eadem enim mulier duobus viris simul nubere non potest. & idem iuris est in priuigna tua. Nam priuigna tua: si adhuc est priuigna tua. i. si mater eius adhuc tibi nupta est, specialis prohibitio nuptiarum inter te, & ipsam contrahendarum locum non habet: quia durante matrimonio inter te, & matrem eius, generali, & cõmuni ratione nõ poteris cum ipsa contrahere: quia eodem tẽpore duas habere vxores non poteris. Et nõ solũ inter has personas prohibentur nuptiæ ratione adfinitatis: sed etiã inter plures alias. Socrũ enim tuam. i. mattẽ vxoris tuæ, vel nouercã tuã i. vxorẽ patris tui, vxorẽ ducere prohiberis: quia vtraq; istarũ loco matris tibi est. & hæc similiter prohibitio specialis, sicuti in casu superiori, tunc demùm locum habet, cùm solutum fuit matrimoniũ, quod est causa adfinitatis, quia parentum loco habentur. Qua ratione verum est magnam quoque amitam, & materteram magnam [c] prohiberi vxorem ducere.

Adfinitatis veneratione, eam quæ olim mihi priuigna, nurus, socrus, vel nouerca extitit, vxorem ducere non licet: multóque minùs licebit, si adhuc mihi sit priuigna, nurus, &c.

Quoties eiusdem dispositionis duæ sunt rationes: sublata è duabus altera, non ob id cessat dispositio, relsqua remanente.

6. ¶ Adfinitatis quoque veneratione à quarumdam [b] nuptiis abstinere necesse est: vt ecce priuignam [c], aut nurum vxorem ducere non licet: quia vtræque filiæ loco sunt [d]. Quod ita scilicet accipi debet [e], si fuit [†] nurus, aut priuigna tua. Nam si adhuc nurus tua est [f]: id est si adhuc nupta est [g] filio tuo: alia ratione [h] vxorem eam ducere non potes: quia eadem duobus nupta esse non potest. Item si adhuc priuigna tua est: id est si mater eius tibi nupta est: ideò eam vxorem ducere non poteris: quia duas vxores eodem tempore habere non licet [i].

† Sic verba præteriti temporis sunt abnegatiua præsentis, *secundam Port. Aegi. Ver.*

7. ¶ Socrum [k] quoque, & nouercam prohibitum [l] est vxorem ducere: quia matris loco sunt.

Quod & ipsum dissoluta demùm adfinitate [m] procedit. Nam si adhuc est tua nouerca. i. si adhuc patri tuo nupta est, generali ratione nuptiæ inter te, & ipsam prohibentur: quia viuente patre tuo marito eiusdem, nec tibi, nec cuiuis alij nubere potest: quia eadem mulier duob. simul, & eodẽ tẽpore nupta esse nõ potest. & idem iuris est in socru tua. Nam si adhuc est socrus. i. si adhuc filia eius tibi nupta est: generali ratione cũ ipsa cõtrahere prohiberis: quia simul duas vxores habere non poteris. Sed ponamus quòd Petrus filiũ ex vxore legitima habuit: similiter & Berta ex marito iã mortuo habuit filiam. ponamus quòd Petrus mortua vxore contrahit matrimoniũ cũ Berta. certè durãte matrimonio inter Petrũ, & Bertã, filius Petri, quẽ habuit ex alia vxore, cũ filia Bertę, quã suscepit ex alio marito: licitè poterit matrimoniũ contrahere. & licèt filij ex matrimonio inter Bertã, & Petrum cõtracto nati, eorũ fratres sint cõmunes: ipsi tamẽ nec naturali, nec ciuili iure coniunguntur. Sed ponamus, quid si diuortium sit celebratũ inter Petrum, & vxorẽ suã, & Berta post diuortiũ cõtrahat cũ secundo marito, & ex eo suscipiat filiã: modò quæritur vtrùm Petrus quondã maritus Bertæ, possit contrahere cum filia Bertę ex secundo matrimonio nata? Et videbatur quòd sic. nã ista filia Bertæ non est priuigna Petri quõdam mariti Bertę: quia priuigna propriè dicitur filia vxoris tuæ, quã habuit, antequàm tibi nuberet. sed ista filia nata fuit ex secũdo matrimonio post diuortium inter Bertam, & Petrũ celebratũ: ergo non est propriè priuigna Petri. Iultanus tamen in hoc casu dicit ab huiusmodi mulieris nuptiis ratione honestatis esse abstinendũ. & hoc probat per duo argumenta à simili. Spõsa enim filij nõ est nurus patris, & tamẽ à nuptiis huiusmodi mulieris abstinendũ est: quia neq; pater cũ spõsa filij, nec filius cũ spõsa patris cõtrahere potetũt. A simili concludit: licet enim huiusmodi non sit priuigna Petri quondam mariti eiusdẽ Bertæ: tamen inter ipsam, & Petrum matrimonium consistere non potest. h. d. vsque ad §. *Illud certum.* FRANC.

[*Adfinitatis.*] Est autem adfinitas regularitas personarum ex nuptiis coniunctarum, omni carens parentela: scilicet sanguinis: *vt ff. de gradi. adfini. l. non facilè. §. adfines. & §. sciendum est.* ideò dicitur ex nuptiis: quia sine nuptiis contrahi non potest a: sed secundùm canones etiam sine nuptiis [b]. ¶ Sed cùm vxor videatur adfinis viro: quare permittitur matrimonio vti? Resp. non est adfinis: sed causa adfinitatis [c]: sicut vnitas non est numerus; sed principium numeri. ACCVR.

a Hoc reprobat Ang. quo ad matrimonium prohibẽdum, *per l. adoptiuus. §. contra quidam. ver. idem tamen ff. & ff. de ri. nup. l. nihil interest.*

b Vide eam discretionem, & ea. *semper. extrà de eo, qui co. cum vxo.*

c Contrarium tenent Christ. & Ias. in vnite: licèt sit secus in causa.

b ¶ *Quarumdam.* scilicet mulierum.

c ¶ *Priuignam.* Hæc nomina exponuntur statim proxi. in versic. *quod ita*, &c.

d ¶ *Loco sunt.* facit ad hoc, *ff. solut. matrim. l. quia. ij. & l. rei iudi. §. fi.*

e ¶ *Accipi debet.* s. hæc prohibitio.

f ¶ *Nurus tua est.* quæ contineantur appellatione istarum, dic: *vt ff. de ritu nupt. l. adoptiuus. §. nunc videamus.*

g ¶ *Nupta est* arg. sumitur hîc, & ex proxi. §. quòd si quis habet generale auxilium, non debet petere speciale: *vt ff. de minorib. l. in causa.). resp. & de verb. obli. l. doli. & ff. de eden. l. quadam sunt.*

h ¶ *Alia ratione.* non solùm supradicta.

i ¶ *Non licet.* imò efficitur infamis: *vt C. ad leg. Iul. de adult. l. eum, qui.* ADDITIO. Idem in habente duas sponsas, vel cõcubinas, sed vxorem, & concubinam: *vt est gl. notabilis in §. si verò effusa. super verb. consistente, in Auth. quib. mo. nat. effic. sui.* licèt de facto non obseruetur: vt hîc per Iasonem.

[*Socrũ*] Diuiditur [d] in quatuor partes: ¶ Quia primò ponit vnum dictum prohibitiuũ, cum ratione. ¶ Secundò illud modificat. ¶ Tertiò modificatum declarat circa nouercam, cum ratione. ¶ Quartò declarat circa socrum, cum ratione. Secunda ibi, *Quod & ipsum.* Tertia ibi; *Alioquin.* Quarta ibi; *Item si.*

d Diuisio.

k ¶ *Socrum.* quæ sint hæ personæ, dic: *vt ff. eod. titu. de ritu nupt. l. adoptiuus. §. nunc videamus.*

l ¶ *Prohibitũ.* iure adfinit. & ad hoc refertur illud, Quod & ipsũ, &c. in ¶ *Adfinitate.* Hæc litera sibi cõtraria videtur. nã si dissoluta est adfinitas: nõ ergo debent nuptiæ ratione adfinitatis impediri. Sed dic, dissoluta, &c. id est dissoluto matrimonio, propter quod contingit adfinitas: sed ipsa adfinitas nõ est dissoluta. ADDITIO Cõcordat cũ hac gl. *c. fraternitatis. §. porrò. & ibi gl xxxv. q. x.* quo ad matrimonium; secùs quo ad alia: *vt iij. q. vj. §. adfinitatis.* ANG.

m ¶ *Nouerca.*

a ¶ *Nouerca.* sic dicta, quasi [a] nocens aceus: vel quia noua est aca, quasi sine fructu. *& facit. ff. de inoffi. test. l. iij. in fi. & l. iiij.*

b ¶ *Non potes.* aliàs non possis: scilicet eodem tempore subaudi: *vt suprà proxi.* §.

c ¶ *Mariti.* licèt inter se frater, & soror prohibeantur: *vt suprà eo.* §. *inter eas tamen*, &c.

d ¶ *Vel contrà.* id est, econtrariò.

e ¶ *Habeant.* illi minores.

f ¶ *Ex matrimonio.* maiorum.

g ¶ *Posteà.* scilicet post natiuitatem istorum. & sic aduerbium, *postea*, determinat dictionem, *cõtracto.* 2. Vel dic quòd determinat verbum, *habeant*: & dic, *contracto*, scilicet priùs [b]. Nam qui ex eo matrimonio: scilicet maiorum nascentur, fratres sunt ex parte matris illi, qui natus est, vel nata priùs ex fœmina. ¶ Idem dicas econtrà, quod erit frater, vel soror ex parte patris illi, qui fuerat ex illo patre natus: & tamen isti nullo iure sibi adinuicem iunguntur. viro enim cognati vxoris iunguntur, & non aliis cognatis viri. Idem econtrà: quia cognati viri vxori iunguntur: non autem aliis cognatis vxoris [c]. Vnde reprobatur quorumdam opinio, qui dixerunt, quòd nullus de arbore ducit aliam. Nã in ea continentur cognati viri, & vxoris: & tamen iunguntur: vt hîc dicitur. ¶ Nec inter se ante matrimonium inter duos cognatos viri, & vxoris contractum succedunt: *vt C. commun. de succeſſ. l. amitæ.* nec posteà, nisi sicut facit vir vxori deficiente omni parentela, & excluso fisco [d]: *vt Co. vnde vir, & vxor. l. j. & in Authent. ibi adsignata.* ACCVR.

h ¶ *Priuigna.* quia illa est priuigna mea, quæ ex mea vxore est nata, antequàm esset vxor. & fœminæ ille est priuignus, qui ex marito natus fuit, antequàm suus esset maritus: *vt suprà eod. §. adfinitatis. & §. socrum.* ¶ Sed hæc posteà fuit nata. Tamen dicit Iulianus abstinendum ratione honestatis [e]: *vt subiecit. & ff. de ritu nuptia. l. si qua vxor. & l. semper.* & ad hoc inducit duo argumenta: Nam, &c. ACCVRS.

i ¶ *Nurum esse.* Licèt sit sponsa: tamen non est nurus, antequàm ejus fiat vxor [f]. & econtrà licèt sit sponsa patris: quia tamen non vxor patris adhuc, ideò non est filij nouerca: *vt hic, & ff. de ritu nupt. l. si qua.* §. j. & tamen licèt nulla sit adfinitas, est abstinendum: vt subiicit, Rectiùs, &c.

k ¶ *Rectiùs.* A simili concludit in casu proposito primò in hoc §.

l ¶ *Facturos.* f. scimus, vel constat.

[*Illud certum.*] CASVS. Domine, iam vidi de impedimentis nuptiarum interuenientibus tam ratione cognationis, quàm etiã ratione adfinitatis: nunquid adhuc sunt plura impedimenta nuptiarum? Resp. Iusti. quòd sic. Non solùm enim impediuntur nuptiæ ratione cognationis inter liberas personas: sed etiã inter seruos. Nam seruiles cognationes præstant impedimentum nuptiis: veluti si pater, & filia manumissi fuerint, & frater, & soror. Nam inter istas personas obstante cognationis impedimento, licèt ad libertatem peruenerint, nuptiæ consistere non possunt. Sunt & aliæ personæ multæ, quæ propter diuersas causas inter se matrimonium cõtrahere prohibentur: quas quidem personas in latioribus libris Digestorum, seu Pandectarum enumerari permisimus. hoc dixit vsque ad §. *si aduersùs.* FRAN.

m ¶ *Seruiles.* i. dum durant serui.

n ¶ *Cognationes.* i. consanguinitates, quæ sunt inter seruos, & impediunt nuptias inter eos. Item adfinitates: *vt hic, & ff. de rit. nup. l. adoptiuus.* § *seruiles.* ¶ Sed quomodo hoc, cùm nulla cognatio sit inter eos: *vt infrà de ea. demi.* §. *quod autem?* Sed illud in iure succedendi, & in tutela. vel hæreditate dicitur: hoc autem in iure sanguinis, quod nullo iure ciuili tolli potest: *vt hic, & ff. de reg. iur. l. iura sanguinis.* & per consequens etiam in prohibitione matrimonij. ¶ Sed nónne & alia ratione inter eos matrimonium impeditur: quia sunt serui? *vt ff. eo.* §. *resp. & C. de incest. nupt. l. cum ancillis?* Resp. dutante seruitute hæc sunt duo impedimenta [g]: & eis manumissis durat hoc vnum, vt sequitur.

o ¶ *Manumissi fuerint.* vel ambo: & tunc tantùm est impedimentum sanguinis: vel vnus tantùm, & tunc duo sunt, quæ impediũt: vt modò diximus.

p ¶ *Enumerari.* Possunt autem enumerari quatuordecim [a] modi cùm his, quos in titulo habemus. ¶ Primus [b] est ratione seruitutis: *vt suprà eo. j. resp. & Co. de incest. nupt. l. cum ancillis.* 2. Secundus est ratione ætatis: vt mares minores quatuordecim annis: fœminæ minores duodecim: *vt suprà eo. §. resp.* [c]. 3. Tertius est ratione sanguinis: quod in tria diuiditur, ascendentes, descẽdentes, & collaterales: *vt suprà eo. §. ergo. & §. inter eas. & §. fratris. & §. eius. & §. duorum.* 4. Quartus ratione adoptionis: *vt suprà eo. §. ergo. & §. inter eas. in fi. vtriusque.* 5. Quintus ratione adfinitatis præsentis, præteritæ, & futuræ, *vt suprà eo. §. adfinitatis. & §. socrum. & §. si vxor.* 6. Sextus ratione matrimonij. Nam si habet vnam, non debet habere alteram eodem tempore: aliàs est infamis: *vt suprà eo. §. socrum. in fi. & §. adfinitatis. in fi. Co. ad leg. Iul. de adulte. l. eum.* 7. Septimus per senatusconsultum, quod vetat fieri matrimonium inter tutorem, & curatorem, & filios eorum ad quondam pupillam, & adultam suam, vel patris [d]: *vt C. de interdict. matrimo. inter tut. l.* j. 8. Octauus per legem Papiam, & Iuliam: s. inter senatores, & eorum liberos, & libertas, vel alias vilis conditionis fœminas: *vt ff. de ritu nuptia. l. Papi. & Co. de nupt. l. si libertam.* quod capitulum hodie correctum est: *vt in Authen. vt lib. de cat.* §. *si quis autem. coll. vj.* 9. Nonus est, vt inter præsidem, & sibi subiectam ratione iurisdictionis: *vt Co. de nupt. l. & si contrà. & Co. si quacunque præpo. l.* j. 10. Decimus est per constitutionem principis: vt cum ea, quam quis de sacro fonte leuauit: *vt C. de nuptiis. l. si quis alumnam. in fi.* Item seruatur de ipsa commatre: licèt nostro iure cautum non reperiatur [e]. 11. Vndecimus est ratione honestatis: *vt suprà eo. §. si vxor. & ff. eodem. l. si qua.* 12. Est & duodecimus ratione ordinis annexi: vt cum clericis in sacris ordinibus constitutis: *vt in Authent. quomodo oport. episc. §. neque autem. coll.* j. *& in Auth. de sanct. episcop. §. si quis. coll. ix* [f]. 13. Est & tertiusdecimus, vt in monialibus, & conuersis monachis: licèt non sint in sacris ordinibus constituti: *vt in Auth. de monachis. § antepe. coll.* j. *& in Auth. de nuptijs. §. per occasionem. 8. coll. iiij.* 14. Est decimusquartus in muliere rapta, quæ proprio nubit raptori: quod prohibetur [g]: *vt in Auth. de rapt. mulie. quæ ra. nubunt. §.* j. *coll. ix.* ADDITIO. Isti autem modi possũt comprehendi his versibus: Ætas, conditio, numerus, monachatus, & ordo: Optio, nobilitas, sanguis, tutela, potestas: Fons sacer, adfinitas, raptus, repugnat honestas. Irrita quæ faciunt connubia legibus: hæc sunt. ANG.

[*Si aduersùs.*] Iste §. cum §. seq. diuiditur in sex partes. ¶ Primò ponit dictum suum annullans. ¶ Secũdò infert. ¶ Tertiò ratione adsignat. ¶ Quartò infert alium effectum quoad nomen. ¶ Quintò infert alium effectum quoad exactionem dotis, & donationis propter nuptias. ¶ Sextò addit alias pœnas. Secunda pars ibi; *Itaque.* Tertia ibi; *Nam nec.* Quarta ibi; *Vnde solent.* Quinta ibi; *Loquitur ergo.* Sexta in §. seq. ibi; *Qui autem.* CASVS. Domine, iam vidi satis de impedimentis nupt. dicatis modò mihi, qualiter puniuntur illi, qui contra præcepta legum iniustas nuptias contrahunt: Ad hoc respon. Iustinianus, dicens, quòd si aliqui aduersùs præcepta legum tradita superiùs egerint: nec erit ibi vir, neque vxor, neque matrimonium, neque dos ibi intelligetur, nec filij ex illo coitu illicito nati potestati patris subiicientur. Sed quãtum ad potestatem patris pertinet: tales erunt, quales sunt hi, quos mater vulgò concepit. Nam nec hi vulgò concepti patrem habere intelliguntur: quoniam pater eorum incertus est: vnde solent filij spurij appellari, à Græca voce sic dicti: vel quasi vulgò concepti, vel quasi sine patre filij. vnde dissoluto tali illicito coitu, dos per actionem ex stipulatione reperi non poterit. ¶ Cùm enim ibi nullum intelligatur matrimonium, neque dos ibi esse poterit: & dos ibi non sit, sequitur quod repetitioni dotis locus esse non poterit. Et non solùm istas pœnas patiuntur illi, qui prohibitas nuptias contrahunt, sed innumeræ aliæ pœnæ, quæ in sacris cõstitutionibus continentur, eis infliguntur. & hæc dicuntur vsque ad §. aliquando. FRAN.

a ¶ *Dixi*

---

a Imò quasi noua domus principiat à patre suspiuncta: quasi νεα αρχη ad accersendum familiam.

b Intellige priùs fuerint contracti. Ang. Ias. May.

† Sic verba præteriti temporis sunt abnegatiua præsentis, *secundùm Porc. Angel. Fer.*

a Hoc reprobat Ang. quo ad matrimonium prohibẽdum, *per l. adoptiuus. §. contra pudorem. ver. idem tamen ff. in. & ff. de rit. nupt. l. nihil interest.*
b Vide eam discretionem, *& ea. semper. extrà de eo, qui ex cõm. vxo.*
c Contrarium tenent Christ. & Ias. in vxore: licèt sit secus in causa.

d Diuisio.

e Idẽ in sponsalicius quã nullus consanguineorũ sponsã potest ducere vxorẽ: *vt in c. fin. extr. de spon. & matri.*
f Facit c. pe. & c. quod super hũ. *extrà de consan. & affini.*
d Hanc reprobant Io. Fa. & Ange. hic: quia non reperitur iure cautum: & contrarium ibi not. quamuis Io. de Pla. eam sequatur.
e Quæ oritur etiam ex sponsalibus de futuro, & de facto contractis: vt non possit contrahi cum aliquo primi contrahentis consanguineo: *vt c. vnic. de despon. impub. 6.* Ang.
f Sic per sola sponsalia non contrahitur ad finitas: sed per nuptias, *secundùm Ang. hîc.*

g Scilicet de iure ciuili: secùs de iure canoni *ex per. 1. extrà de conius. fer.*

a *Idem Gl. Not. 19. in fi. in verbo, participium.*
b Nuptiarum prohibitarum variæ causæ, & quæ illæ sint.
c Sed de iure canonico non inspicitur numerus annorum: sed potentia.

d Secùs de iure canonico: *vt in ca. pe. extrà de fil. nup. secundùm doct. hîc.*

e Hic modus superfluus est, *secundùm Ia.* quia positus est suprà in quinto.

f Secùs in constitutis in non sacris, vel minoribus ordinibus: quia incedant in habitu, & tonsura: gaudent priuilegio *can. si quis suadente. 17. q. 4.* priuilegio fori: *vt c. 1. de cle. coniu. lib. 6.*
g *Alias & vers. sub §. distr. abuntur.*
h Secùs est hodie de iure cano. *vt in c. fi. extrà de rapt.* & alios modos, quibus impeditur matrimoniũ, vide per Ang. & Ias.

a ¶ *Diximus.* vt *suprà eodem, per totum.* & etiam adiecimus in proxi.§. ADDITIO. *Vide Clemen.j.de consanguin. & affi.*

b ¶ *Itaque.*bene infertur.*vt suprà dict.* j.*in princ.*

c ¶ *Ad patriam potestatem.*propter hunc casum posuit de nuptiis post titulum de patria potestate.

d ¶ *Vulgò.*s.qui patrem demonstrare non possunt,vel [a] illicitum: *vt ff. de statu hominum. l. vulgò.*

e ¶ *Nec hi.*scilicet vulgò concepti.2. Vel dic, hi,de quibus loquimur: scilicet illicitè cõcepti.

f ¶ *Incertus sit.* Cui pater est populus,pater est sibi nullus : & omnis, Cui pater est populus, non habet ille patrem. & secũdùm hoc dic his. s. vulgò conceptis. 2. Vel dic his : scilicet incestuosis. & tunc dic iuris fictione est incertus.

g ¶ *Cùm & his pater incertus sit.* legendum, auctore libro scripto: *Cùm is etiam incertus est.* hoc sensu:quia is etiam pater incertus est. Quæ verò sequuntur, vti restituenda sint, exposui in notis ad Vlpianum. CVIA.

g ¶ *A græca voce quasi* ἀποράδην *concepti.* id est vulgo,passim,&sparsim: & ita legi vult Alciatus *lib. prætermissorum*, j. in dictione, *spurius.* nec perperàm,vt video:cùm in vetustis meis exemplaribus eius dictionis vestigia inuenerim.

h ¶ *Sine patre.* iure ciuili inspecto.

i ¶ *Sequitur.* bene infert.cùm enim sine matrimonio esse non potest:scilicet dos,& vbi non est dos, actio dotis non est : *vt C. de donatio.ante nupt.l.si.ibi.*¶ *Sicut enim,*&c.

k ¶ *Exactioni.* per actionem ex stipulatu, quæ datur pro dote: *vt infrà de actionibus.§. fuerat.* ¶ Sed nunquid per condictionem sine causa, vel ob causam,quasi ob causam datum fuerit,nec causa fuit secuta:Resp.Placen.quòd sic:siue ignorans,siue sciens dederit:*vt ff. de condict. sine causa.l.fin.*sed Ioan. dat talem condictionem ignoranter,non scienter danti:*vt C.de condi.ob cau.da.l.j.& ff.de cond.cau.da.l.j.§.si. & l.ij.*nec immeritò : cùm turpiter danti nulla sit repetitio:*vt ff. de condic.ob tur.cau.l. si ob turpem.* & hæc omnia locum habent,quando non fuit secutum matrimonium.

l ¶ *Prohibitas.*per aliquem de quatuordecim modis:licèt Iustinianus has pœnas imposuit tantùm eis,qui incestas nuptias faciunt,vel nefarias, non qui alias inutiles:*vt in Authen.de incest.nuptiis.§.j.coll.ij.*

m ¶ *Alias pœnas.*vt est amissio bonorum,& incursus infamiæ:*vt C.de incest.nupt.l.qui contra.& l.si quis incestã.*hodie verò, & confiscatio bonorum,& exilium,& cinguli.siue dignitatis depositio, & verberatio simul eis imponitur:*vt in Auth.de ince.nup.§. sancimus.qui est §.primus colla.ij.*

[*Aliquando.*] CASVS Domine,vos dixistis mihi suprà ti.proximo præcedenti,quòd illi sunt in potestate parentũ,qui ex iustis nuptiis procreantur:nunquid sunt aliqui, qui statim vt nati sunt, in potestate parentum non fiunt ? Et dicit Imperator, quòd sic.

¶ Contingit enim quòd licèt aliqui in potestate patris beneficio natiuitatis ab initio non fuerint : postea tamen legis auctoritate potestati patris subiiciuntur,vt in tali casu:pone quòd aliquis habeat tantùm filium naturalem : si pater iste filium naturalem seruitio principis,vel præsidis prouinciæ det , vel curiæ alicuius ciuitatis offerat,per istam oblationem filius patris potestati subiicitur,& ius legitimi filij in bonis patris cum cæteris legitimis in omnibus consequitur. ¶ Item pone,quòd aliquis habeat licitam concubinam,ad quam consuetudinem habeat:cuius matrimonio legibus non sit interdictum:& ex ipsa in cõcubinatu prolem procreauerit:postea maritali affectione ductus vir contrahat matrimonium,& dotalia conficiat instrumenta:secundùm nostræ constitutionis tenorem;non solùm filij post dotalia instrumenta procreati:sed etiam ante matrimonium celebratum nati,tãquàm legitimi patris potestati subiiciuntur, & iura legitimorum in bonis patris beneficio nostræ constitutionis obtinebunt. h. d. vsque ad fi. FRANC.

n ¶ *Parentum non sunt.* hoc mirabile per duo probat exempla.

o ¶ *Naturalis.*s.tantùm.

β ¶ *Postea curiæ.* Hic modus faciendi legitimos manat ex constitutione Theodosij *in l.iij.Cod. de natur. lib.* & Leonis in *l.iiij.eo.*in qua & exemplum Philocali ponitur, à patre oblati curiæ Bostræ ciuitatis: sic enim in Leonis constitutione legẽdum est, non,*nostræ.* CVIAC

p ¶ *Curiæ.* cùm enim vult aliquis naturalem filium tantùm, qui in potestate patris non est (*vt hic,& suprà titu.j.in princ.*)facere in potestate,detur in seruitiũ Imperatoris, vel præsidis prouinciæ. Nam in potestate efficitur locomeriti patris, & efficitur legitimus loco meriti filij a : *vt hic, & in Auth.qui.mo.na. effic.sui. §.si quis igitur.coll.vj.*Ac.

q ¶ *Necnon is.*nunc ponitur aliud exemplum.

γ ¶ *A muliere libera.*Id est ingenua:*l.diui.l.cùm quis.C.de natur.lib.*Idem tamen est, si ex libertina,vel ancilla:*ex Nouell. 18.§.vltim. & nouell.89.* CVIAC.

r ¶ *Interdictum.* nam aliam vxorem non habuit tempore concubinatus:aliàs contrà:*vt C. de concub.l.j.* ADDITIO. Et tunc quid si cum ea per dispensationem matrimonium contraxerit: vide Christop.& Iaſ.hic,

ſ ¶ *Constitutione.*vt C. *de nat.lib.l.cùm quis.*

t ¶ *Instrumentis.*sed nunquid sine instrumentis est matrimonium tale?Dicunt quidam quòd non:vt Plac. & Azo:quando decorati maximis dignitatibus faciunt matrimonium:*vt in Authen. vt lic. matri.& aui.§.quia verò legem dudum.colla.viij.* meliùs autem,*ff. quib.mod.natu.effic.legi.§ illud quoque.versi. hæc ergo castra. colla.vj.*

¶ Sed dic quòd matrimonium nudo consensu perficitur sine scriptura:*vt in Authent.de nupt.§.nuptias.colla.iiij.& ff.de regu.iur. l.nuptias.*Sed filij primogeniti non sunt legitimi,si dotalia instrumenta non sunt facta [b] : *vt hic,& facit ad hoc, Co.de natura.libe. l.cùm quis. & l. nuper. & l. fin. & in Auth. de hared.quæ ab intesta. defer.§.j.coll. ix.& in Auth. de filiis ante dot. instru.natis. circa medium.coll.iij.& in Authen.de incest.nupt.§.si.colla. ij. & de trien. & semiss.§.si.*

u ¶ *Constitutio.* vt *C. de nat.liberis.l.nuper.* ¶ Sed si non fecerit eam sibi vxorem : adhuc tamen huiusmodi naturales sunt alendi à patre.Item succedunt ex testamento in totum,si pater vult , legitimis non existentibus,vel parentibus iam defunctis : aliàs liberi in vnam vnciam tantùm permittunt naturales succedere:superiores quando ipsi tantùm supersunt, non impediunt eos , nisi in sua legitima,quæ superioribus debetur : ab intesta. verò duas habent vncias paternæ substantiæ cum matre eorum viriliter diuidendas,quando non sunt ascendentes, nec descendentes. ¶ Asunt & ipsi patrem. & hoc in licitè natis : sed non si illicitè nati sunt,imò ab omni beneficio sunt exclusi : *vt in Auth. quib. mod. nat.effi.sui.§.discretis.vsque in finem constitu.colla.vj.* [c]

a Quod Aug.intelligit verum ficte, non vere: quod nota pro statutis: & est *text.in l.j.Cod. na.lib.* & quare succedant,vide hic per eum.

b Dic quòd hodie de iure canonico etiam in terris imperij sine dictis instrumentis tenet matrimonium,& filij efficiuntur legitimi: *vt habetur in ca. tanta. qui filij sint legi.secundùm Ang.& Ias.*

c Dic quòd de iure canonico debentur eis alimenta.*de hoc est text. sing. ibi. cùm haret. extra de eo, qui cognat. contra.*

DE ADOPTIONIBVS. TITVLVS XI.

Potestas patria etiam adoptione constituitur, cuius duæ sunt species: altera arrogatio dicitur: altera adoptio. Illa principis auctoritate eos, qui sunt sui iuris , arrogamus: hac verò in alterius potestate existentes , imperio magistratus adoptamus.

DE ADOPTIONIBVS.

Quia suprà dixit de nuptiis,ex quibus acquiruntur filij legitimi,& naturales : idèo nunc de adoptionibus, ex quibus acquiruntur filij legitimi tantùm. Vel sic, Suprà qualiter filij nostri sunt in nostra potestate, dixit : nunc autem qualiter alieni efficiantur potestatis nostræ. Angel. Aretinus.

NOn *solùm*] Iste titulus diuiditur in nouem partes principaliter. ¶ Primò ponit quòd adoptiui sũt in potestate adoptãtis. ¶ Secũdò qualiter fiat adoptio,& arrogatio: ¶ Tertiò primũ dictũ limitat,& declarat. ¶ Quartò de impubere,qui se arrogandum dedit. ¶ Quintò quòd adoptans debet saltẽ adoptatũ præcedere

Hoc verum, nisi vterque. s. masculus,& fœmina, vel alter tantùm ignoraverit:quia tunc filij sunt legitimi. *ca.2.in fin. qui filii sint legi.* & succedunt parenti etiam scienti.*ca.ex tenore extrà eo.titu.* & ideò qui eos dicit spurios, debet probare. *secundùm Ange. hic.*

Rationẽ huius etymi reddit Plutarc. in Romanis quæsti. ita scribẽs: Quum veteres, inquit,Romani complura nõmina vnis literis, aut binis, ternisve signarent , veluti P. Cn.Ser. & Sex. hoc est, Publios , Cneos, Seruios,& Sextos, quæ patrũ forent prænomina. Spurium itidem binis literis ita notabant Sp. quæ descriptio & orbatos parentibus indicabat:quoniam si quos sine parẽtibus dicerent, Sp. tantùm scribitabant. Quo factum est, vt spurios etiam vocarent eos, qui incerto genere crederentur. Hæc ille.vide si libet Crinitum *lib.de hone.disc.20.c.j.* & Catellianũ Cotram in dictione sp.

cedere xviij.an. ¶ Sextò, quando aliquis vt nepos, vel pronepos adoptatur. ¶ Septimò in quibus adoptatus æquiparatur naturali. ¶ Octauò in quibus conueniunt, & in quibus non adoptio, & arrogatio. ¶ Nonò, quòd serui adoptati à dominis sunt liberi. Secunda ibi; *Adoptio.* Tertia ibi; *Sed hodie.* Quarta ibi; *Cùm autem.* Quinta ibi; *Minorē.* Sexta ibi; *Licet autem.* Septimaibi; *In plurimis.* Octaua ibi; *Illud.* Nona ibi; *Apud Catonem.* CASVS. Accessi ad dominū Iustinianum: & ita proposui coram eo: Domine, vos vultis tractare de adoptionibus, pro Deo, quæ ratio mouit vos ad tractandum hîc de adoptionibus? Ad hoc resp. Iustinianus dicēs: Amice, suprà tractauimus de his, qui sunt in patria potestate: & quia non solùm naturales liberi, & legitimi, de quibus suprà diximus, sunt in parentum potestate: sed & adoptiui: idcircò de adoptiuis hîc tractare intendimus. Et hæc vsque ad §. *Adoptio autem.*

a ¶ *Non solùm autē naturales.* Duobus casibus adoptio filios facit, si fœmina adoptauerit iussu principis, si extraneus à patre filiū in adoptionem acceperit. CVIAC.

a ¶ *Naturales.* subaudi [a] & legitimi: quare distingue: quia filiorum alij sunt naturales, & legitimi, vt ex legitimo matrimonio nati: *vt hic, & suprà de pat. pot. in princ.* Alij naturales tantùm, vt nati ex concubina: *vt suprà titu* j.§.*fin.* Alij legitimi tantùm: vt adoptiui, de quibus hic tit. loquitur. Alij nec naturales, nec legitimi iuris præsumptione, vt incestuosi: vel aliàs illicitè nati: *vt in Auth. quib. mod. natu. effi. sui.* §. *fi. colla. vj.* Alij sunt, qui priùs non fuerunt legitimi: sed nunc sunt: id est, efficiuntur duobus modis: *vt in Auth. qui. mod. na. effi. sui.* §. j. *& suprà tit.* j. *in fi.*

b ¶ *Adoptamus.* [b] in potestate nostra sunt, & hoc iure veteri: *vt hic, & ff. eo. l.* j. Sed hodie distinguitur: *vt infrà eo.* §. *sed hodie.*

[*Adoptio autem.*] Diuiditur iste §. in tres partes. ¶ Primò ponit in genere dictum bimembre. ¶ Secundò exemplificat, & ponit exemplum primi membri. ¶ Tertiò exemplum secundi mēbri. Secunda ibi; *Imperatoris.* Tertia ibi; *Imperio.* CASVS. Domine, iam video quæ ratio mouet vos ad tractandum de adoptionibus, dicatis ergo mihi, si placet, quot modis fiat adoptio? Resp. Iusti. quòd adoptio fit duobus modis: s. rescripto principis, aut imperio alicuius magistratus. Sed domine, ponatis mihi exemplū quando fit adoptio rescripto principis, & in quo casu fit imperio magistratus alicuius. Ad hoc resp. Iusti. quòd quando aliquis adoptat eum, qui sui iuris est, tunc necesse est fieri adoptionem auctoritate, siue rescripto principis. & hæc species adoptionis: quando s. ille, qui sui iuris est, alienę potestati subiicitur. est primo, & speciali nomine arrogatio. Imperio autem magistratus adoptantur illi, qui sunt in potestate parentum: siue obtineant primum gradum liberorum: qualis est filius, & filia: siue inferiorem gradum obtineant, vt nepos, neptis, & deinceps pronepos, & proneptis. Et hæc vsque ad §. *Sed hodie.*

b Hanc definitionem sequitur Ioā. de Platea hic.

c ¶ *Adoptio.* est autem adoptio secundùm Placen. & Ioan. legalis actio ad solatium eorum, qui liberos non habent: penè, i. ferè naturam imitans. ¶ Sed certè & ab his, qui liberos habent, fit adoptio: *vt ff. eod. l. nec ei.* §. *præterea. & infrà eod.* §. *liceat.* quare sic potest simpliciter definiri: Adoptio [b] est legitimus actus, per quem fit quis filius, qui non est, penè naturam imitans. & hæc est veritas: *vt ff. eod. l.* j. *& infrà eo.* §. *minorem.*

d ¶ *Rescripto.* hoc est, vel ante ipsum principem, vel ante filium magistratum delegatione facta per rescriptum à principe: *vt Co. eo. l. ij. in fi. & l. arrogationes* [c]. ¶ Sed quid si Imperator non est? Resp non potest fieri [d], licèt imperium semper sit: *vt in Authen. quomodo opor. episc.* § *fi. coll.* j.

e ¶ *Magistratus.* s. cuiuscunq; ordinarij, etiam defensoris ciuitatis: qui minimus est: *vt in Auth. de defen. ciui.* §. *nulli. coll. ij.* Nec mirum, cùm sit de voluntaria iurisdictione: *vt ff. de offi. proconsul. & leg. l. ij.*

f ¶ *Arrogatio.* quia adoptator interrogatur, an velit eum, quem adoptat, sibi iustum filium esse, & adoptatus an id fieri patiatur: *vt ff. eo. l. ij* a. Vnde versus;

Arrogo qui suus est: sed habet meus esse necesse.

Non solùm autem naturales, [a] liberi secundùm ea, quæ diximus, in potestate nostra sunt: verumetiam hi, quos adoptamus [b].

1. ¶ Adoptio [c] autē duobus modis fit: aut principali rescripto [d], aut imperio magistratus [e]. Imperatoris auctoritate adoptare quis potest eos, eásve, qui, quæve sui iuris sunt: quæ species adoptionis dicitur arrogatio [f]. Imperio magistratus adoptamus eos, eásve, qui, quæve in potestate parentum sunt, siue primum gradum liberorum obtineant, qualis est filius, filia: siue inferiorem [g], qualis est nepos, neptis: pronepos, proneptis.

Filiusfamilias extraneo in adoptionem datus, extranei potestatem minimè subintrat, quamuis illi intestate succedat: Datus verò cuiuis ascendentium, eius potestati subiicitur. Annotatio. Duo vincula vno fortiora esse.

2. ¶ Sed hodie ex nostra constitutione [h], cùm filiusfamilias à patre naturali [i] extraneæ personæ in adoptionem datur, iura patris naturalis minimè dissoluuntur: nec quicquam ad patrem adoptiuum transit, nec in potestate eius est: licèt ab intestato iura successionis ei à nobis tributa [k] sint. Si verò pater naturalis [l] non extraneo: sed auo filij sui materno [m]: vel si ipse pater naturalis fuerit emancipatus [n], etiam auo paterno, vel proauo simili modo [o] paterno, vel materno filium suum dederit in adoptionem: in hoc casu quia concurrunt [p] in vnam personam & naturalia, & adoptionis iura [q], manet stabile ius patris adoptiui, & naturali vinculo copulatum, & legitimo adoptionis nodo constrictum: vt & in familia, & in potestate huiusmodi patris adoptiui sit.

Impuberis arrogatio, causa cognita celebratur: canéque arrogator se bona arrogati, si intra pubertatem obierit, illis restituturum, ad quos peruentura erant adoptione non facta.

3. ¶ Cùm autem [r] impubes quia in vnam personā concurrunt naturalia, & adoptionis iura, manet stabile ius patris adoptiui: vtpotè naturalis cognationis vinculo copulatum, & legitimo adoptionis modo annexū: & ideò in familiam, & potestatem huiusmodi patris adoptiui amodò efficietur. & hæc vsque ad illum §. *Cùm autem impubes.* FRANC.

a No. arg. quòd in matrimonio contrahendo sponsus debeat priùs interrogari, quàm spōsa: *de quo vide Gl'a. in l. a. in prin. ff. eod.*

a Tu dic quòd ibi text. posset stare sine subauditione, si referatur ad fin. præceden. tamen aduerte: quia ibi non loquitur de naturalibus tantùm: quia ibi naturales tantùm non sunt in potestate, vt ibi dicit: sed quando sūt legitimati. *Iaſ.*

b Dic quòd hodie de iure canonico etiam in terris imperij sine dictis instrumentis tenet matrimonium, & filij efficiuntur legitimi: *vt habetur in ca. tanta. qui filij sunt legi. secundum Ang. & Iaſ.*

b Etiam concurrentibus legitimis, & naturalibus quamuis inter se nihil habeant parentelæ: *quod nota secundum Ang.* & ideò non transit in potestatē: quia per emancipationē priuaretur hæreditate vtriusq; secundùm commune opin. *vt l. cùm in adoptiuis. C. eo.* Sed cùm hodie nemo emancipetur inuitus. §. *generaliter. in auth. quib. mod. nat. effi. sui.* vide tur iste § correctus: de quo vide Iaſ. hic.

c Dic quòd de iure canonico debentur eis alimenta. *de hoc est text. sing. in c. cùm haberet. extrà de eo, qui cognouit consan.*

c Vt filius in potestate patris, per adoptionē transeat in potestatem alterius, necesse est, quòd detur in adoptionem adfini, qui sit de ascendentibus: puta auo paterno, vel materno: quia nepos ab auo trahit originē, & sic exponitur, naturalia. i. natualia. aliàs si detur adfini collaterali: putà fratri patris, non transit. *Similem tib. habes, Cv. in l. pe. §. si verò pater & c. tam ex contra hanc Gl. est text. in c. cùm pluribus. in prin. in verbo, ex extraneum. infrà eod.* Iaſ.

d Sed de iu. canonī fieret auctoritate Apostolica: cùm mortuo Imperatore succedat Ecclesia in administratione: *vt c. ecclesia extrà de fi. compe. Ioan. An. & Ia. hic.*

e Nota. arg. quòd ille qui habet meum esse necesse, non potest arrogari, quia non potest esse meus: *vt ff. de adop. l. ij.* Et ita videtur dicere Iaſ. hic.

f Nota. arg. quòd ille qui habet meum esse necesse, non potest arrogari, quia non potest esse meus: *vt ff. de adop. l. ij.* Et ita videtur dicere Iaſ. hic.

Patris adopto suum: sed patris permanet idē. Acc. g ¶ *Inferiorē.* i. sequestrē. *Sed hodie.*] Diuiditur in duas partes. ¶ Primò ponit quando pater dat filium in adoptionem extraneo. ¶ Secundò quādo dat auo materno vel paterno. Secunda ibi; *Si verò pater.* CASVS. Domine, vos dixistis mihi suprà, quòd illi, qui adoptantur, sunt in potestate patris adoptiui: nūquid hoc indistinctè est verum? Ad hoc respōdet Imperator, dicens: Amice, certè secundùm iura antiqua omnes adoptiui indistinctè transibant in potestatem patris adoptātis: hodie autem secundùm iura noua secùs. ¶ Nam hodie statutum est in nostra constitutione, cùm filius naturalis à patre suo naturali alicui extraneę personæ in adoptionem datur: si pater naturalis filium suum naturalem dederit in adoptionem auo filij sui materno, vel etiam proauo materno: vel si ipse pater naturalis à patre suo emancipatus fuerit, & filium auo, vel proauo paterno in adoptionem dederit, in hoc casu quando iste filius datur in adoptionem alicui de ascendentibus in linea directa:

h ¶ *Constitutione.* vt C. *de adopt. l. cùm in adoptiuis.*

i ¶ *Naturali.* & legitimo.

k ¶ *Tributa.* i. in prædicta constitutione [b]: & facit ad hunc §. j. *de hæredit. quæ ab intest. defer.* §. *sed ea omnia. versi. inuenimus. & infrà de exhæred. lib.* §. *circa adoptiuos. & infrà de inoffi. test.* §. *ij.*

l ¶ *Pater naturalis.* & legitimus.

m ¶ *Materno.* in cuius potestate priùs non erat: sed modò efficitur, vt subiicitur: *vt suprà de pat. pot. in fi.* ACCVR.

n ¶ *Emancipatus.* aliàs cùm esset in potestate aui, quomodo adoptaret eum, quem habet. ¶ Certè nō potest plus esse, quàm filius, vel nepos: *vt hic, & ff. eo. l. si paterfamilias.* §. *qui duos.* & intellige emancipationis tempore filium non esse conceptum, qui nunc datur in adoptionem, aliàs in potestate aui remansisset. *vt* j. *tit.* j §. *fi.*

o ¶ *Simili modo.* i. similem facias distinctionem. nam materno proauo indistinctè: paterno verò secundùm quod modò distinxit in auo, datur in adoptionem.

p ¶ *Concurrunt.* Sed si ego adoptē filiū [c] fratris mei, nunquid potestati meæ subiicitur? Resp. secūdùm Ioā. quòd non & quod hîc dicitur naturalia, expone i. natiualia: quia ab eo auo contrahit natiuitatem, & originem: quod non est in filio fratris mei.

q ¶ *Iura.* vnde præferēdus est ei, in quē ius tantùm concurrit. & sic duæ rationes, vel plures præualent vni: *vt in Auth. de consan. & vter. fra.* §. *quia igitur. ver. vult autē. in Gl. meliores. coll.* vj. *& C. de edic. di. Had. tol. l. fi.* nisi vna sit melior duabus: vt colligitur, *ff. de inof. test. l. nam etsi. & ff. vnde lib. l. scripto.* ACCVRS.

r ¶ *Cū autē.* Diuiditur in quinq; partes. ¶ Primò q̄ arrogatio fiat causa cognita. ¶ Secundò, q̄ sit iusta causa. ¶ Tertiò ponit modū, sub quo fiat. ¶ Quartò, quòd nō potest arrogator ipsū emācipare sine causa. ¶ Quintò, quòd quartā partem bonorum suorum eidē siue in vltima voluntate, siue inter viuos relinquat. Secūda ibi; *Et exquiritur.* Tertia ibi; *Et cùm.* Quarta ibi; *Et nō aliter.* Quinta ibi; *Sed etsi.* Aret. CASVS. Domine, vos dixistis mihi, quòd illi, qui sui iuris auctoritate principis arrogantur. Pone igitur, quòd si aliquis

aliquis impubes sui iuris, qui habeat opulentam hæreditatem: nunquid poterit quilibet indistinctè auctoritate principis ipsum arrogare, & in potestatem suam redigere? Ad hoc respon. Imperator: quòd non. ¶ Cùm enim aliquis impubes arrogatur, in hoc casu arrogatio non indistinctè: id est, non inconsultè permittitur: sed quæritur causa arrogationis, an sit honesta, & an ipsi impuberi expediat. ¶ Item arrogatio fit cum quibusdam conditionibus: videlicet vt pater arrogator cautionem cum fideiussoribus promittat: vt si ipse pupillus arrogatus ante pubertatē decesserit, restituat omnia bona sua integrè illis, qui si adoptio non esset facta, ad eius successionem fuissent venturi. ¶ Item non aliàs poterit ipse pater arrogator istum impuberem auctoritate principis arrogatum emancipare, nisi priùs causa cognita dignus inuentus fuerit emancipatione: & tunc necesse habet eidē omnia bona sua restituere. ¶ Item si iste pater arrogator istum filiū impuberem in testamento suo exhæredauerit, vel inter ipsos viuos ipsum sine causa emancipauerit, iubetur quartā partem patrimonij sui eidem arrogato relinquere, præter bona, quæ ad patrem arrogatorem transtulit: & præter ea bona, quorum vsumfructum post arrogationem patri arrogatori acquisiuit. h.d. vsque ad §. *minorem natu*. FRAN.

per principale rescriptum [a] arrogatur, causa cognita [b] arrogatio [c] fieri permittitur [α], & exquiritur causa arrogationis, an honesta [d] sit, expediátque pupillo. Et cum quibusdam conditionibus arrogatio sit: id est vt caueat [e] arrogator personæ publicæ [f β]: [id est tabulario] si intra pubertatem pupillus decesserit, restituturum se bona illis, qui si adoptio facta non esset, ad successionem eius venturi [g] essent.

Arrogatus non, nisi causa cognita, emancipatur: cui propria bona restitui debent, inbetúrque arrogator quartam bonorum suorum illi relinquere.

Item non aliter emancipare eum potest arrogator, nisi causa [h] cognita dignus emancipatione fuerit: & tunc sua bona ei reddat. Sed & si decedens pater eum exhæredauerit [i], vel viuus sine iusta causa emancipauerit: *vt infrà proxi. respon.* probatur: quod cum isto continuatur: & quod in d.l. continetur, intelligitur quando erat iusta causa contra filium: vt quia prouocabat patrem ad iram, & in tantùm, vt etiam exhæredari potuerit: & beneficium collatum, vel conferendum reuocari: *vt Co. de reuo. do. l. fina. & in Auth. li. de extero. §. illud. vers. quinetiam. coll. vj.* & secundùm hoc intellige proxi. resp. quod seq.

a Adoptio causa cognita fit: & quæ ea causæ cognitione contineantur.

a ¶ *Rescriptum*. vt quia sui iuris est: *vt suprà eo. in princ.*

b ¶ *Cognita*. quæ [a] autem in causæ cognitione vertuntur, per ordinem scripta sunt: *ff. eod. l. si pater. §. in arrogationibus. & l. sequenti, vsque ad §. fin.* ¶ Et quædam etiam hîc dicuntur in persona impuberis, quæ & ibi dicuntur. ADDITIO. Do quibus vide Ange. hîc, qui dicit, quòd si fuerint quæsitæ vel per delegatum à principe: *vt l. ij Co. eo.* Vel etiam per ordinarium ipsius impuberis: quamuis non bene pronunciauerit, actus tamen notabit: *vt no. Gl. in l. cùm hi. §. si prætor ff. de transact.* Angelus Aretinus.

c ¶ *Arrogatio*. vt quia sui iuris est: *vt suprà eo. in prin.*

α ¶ *Arrogatio fieri permittitur*. Ex constitutione Antonini Pij, auctore Vlp. in fragment. CVIAC.

d ¶ *An honesta*, i. non eo proposito, vt eius res deuoret: *vt ff. eod. l. nec ei. §. eorum.*

e ¶ *Vt caueat*. i. vt cautionem promittat: sine fideiussore tamen: *vt C. de verb. signi. l. sancimus*. ACCVR.

f ¶ *Personæ publicæ*. hoc est tabellioni, qui seruus publicus dicitur, *vt Co. eo. l. ij.* aliàs enim seruus purus tabellio esse non potest: *vt C. de tabul. l. generali. lib. x.* Sed certè ideò sic dicitur: quia publicè seruit.

β ¶ *Personæ publicæ*. Rectè in libris scriptis, *personæ publicæ*: hoc est tabulario: *vt in l. orphanotrophos. Co. de episco. & cler.* ne subaudiatur magistratus. CVIAC.

b Et ideò ex aliis substitutionibus: quia nō filij: sed patris testamentum censetur: quod non rumpitur per arrogationem filij: peteretur ab arrogatore tanquā debitum arrogati, *secundum dict. hîc.*

g ¶ *Venturi*. vel iure successionis ex testamento, vel ab intestato. Vel dic titulo vniuersali, vel singulari, vt legatarius. omnibus enim consulitur hac cautione pupillo decedente in pupillari ætate: aliàs si posteà, pupillaris substitutio euanescit: *vt hîc, & ff. eod. titu.* non aliter: *& l. his verbis. & infrà de pup. subst. §.* Sed nónne sine hac cautione facta admittuntur supradictæ personæ ex testamento? Respon. non, cùm testamentum sit ruptum minima cap. de. scilicet arrogatione: *infrà quibus modis test. infir. §. non tamen* [b]. ¶ Item nunquid legitimi sine hac cautione admittentur? Resp. non quia potest arrogator omnia iure peculij occupare: *vt ff. de cast. pecu. l. ij* [c]. Hæc tamen cautio omissa, pro facta habetur: *vt ff. eo. l. his verbis. in fin. vt & alibi, Co. de rei vxo. act. l. vnica. §. j.* ¶ Sed quare legitimi non stipulantur etiam vltra pupillarem ætatem: cùm & posteà erant admittendi ad successionem, si adoptio facta non esset? Respon. illud est de fortuna, & aduentitium erat: vnde non fuit considerandum: *vt ff. qui, & à qui. l. Iulianus.* potuissent enim post pubertatem testamentum fecisse: *vt suprà qui. ex cau. §. cùm ergo.*

c Secùs tamen si præmoreretur arrogator: ex quo etiam tabulæ pupillares conualescerent: *vt hîc per Ang.* dixi. hæc est vera, *secundùm Ioa. de Plat. & eam tenet Gla. & Sal. in l. Cæs.*

h ¶ *Nisi causa*. veluti si ita hæres instituitur iste adoptatus, si emancipatus fuerit: & tunc quartam [d] perdit, quam tunc deberet habere de bonis arrogantis: *vt infrà proxi. resp. & ff. si quid in fraud. pat. l. fina.* secundùm quosdam. 2. Vel dic quòd tunc non perdit

pauerit: iubetur [k] quartam partem [l] bonorum suorum ei relinquere: videlicet præter bona, quæ ad patrem adoptiuum transtulit, & quorum commodum [m] ei posteà acquisiuit.

Quod natura fieri non potest, nec arte poterit. Ars enim naturæ est imitatrix.

4. ¶ Minorem natu [n], maiorem non posse adoptare placet. Adoptio enim naturam imitatur [o]. & pro monstro est [p], vt maior [q] sit filius, quàm pater. Debet itaque is, qui sibi filium per adoptionem, vel arrogationem facit plena pubertate: id est decem, & octo annis [r] præcedere.

5. ¶ Licet autem & in locum nepotis, vel neptis; pronepotis, vel proneptis, vel deinceps adoptare, quamuis filium

i ¶ *Exhæredauerit*. vel præterierit: *vt ff. eo. l. si arrogator*. ACCVR.

k ¶ *Iubetur*. Nota, non cauet sic se relicturum: tunc enim non valeret: *vt C. de inut. stip. l. ex eo. & Co. de inoffi. testa. l. si quando. §. j.* sed ei iubetur per legem vt sic faciat.

l ¶ *Quartam partem*. Quid ergo si alios filios sex, vel plures habeat: nunquid hic plus, quàm alij, habet? Respon. sic, secundùm Bald. quasi debeat imputari ei, quare arrogauerit. 2. Vel dic (vt puto) quartam suæ partis per conditionem ex lege diui Pij petit: *vt hic, & ff. eo. l. si arrogator. & ff. de inoffi. testam. l. Papinianus. §. si quis impubes.* & hoc ad instar naturalium, & legitimorum: *vt ff. de inoffic. testa. l. Papinianus. §. quoniam. & C. de inoffic. testa. l. cùm quæritur. & l. parentibus.* Absurdum [b] est enim hunc legitimum plus iuris habere, quàm naturalem, & legitimum: *vt suprà eo. §. sed hodie. in fin.* Accursius. ADDITIO. Et hanc approbant communiter doctores: & an sit hodie aucta hæc quarta per *auth. nouissima. C. de inoffi. test.* vide glo. in *§. hoc obseruandum. in Auth. de trien. & semiss.*

a Et hæc vera est, *secundùm doct. hîc*, qui dicunt hanc quartam debere dari in vltima voluntate propter verbum, *relinquere*, hic positum. secùs in aliis bonis propter verbū, *tunc. lasom.*

b Arrogatus plus iuris habere non debet, quàm naturalis, & legitimus.

m ¶ *Commodum*. Repete, & præter ea bona: scilicet aduentitia: quorum commodum filius arrogatus post arrogationem acquisiuit patri: scilicet vsumfructum. nam & hæc acquisita restituit: noc dico vsumfructum ipsum, quem [c] debet lucrari pater: *vt C. de bo. quæ libe. l. cùm oportet. §. si quis itaque.* ad instar mariti in rebus dotalibus: *vt ff. famil. erciscun. l. si filia. §. j.* & sic hoc verbum, *præter*, non excludit: *vt hic, & ff. de pigno. act. l. j. in fi. & ff. de procurat. l. sed & hæ. §. pen. & facit. ff. de vulg. substi. l. sed si plures. §. in arrogato.*

c Dotalium rerum fructus magis ritus lucrantur.

Minorem natu.] CASVS. Domine, ego sum quidam iuuenis & habeo amplum, & magnum patrimonium meum: & habeo quēdam viginum valde discretum, & prouidum virum iam bene sexagenarium, cuius consilium in multis extitit mihi fructuosum: possumne ipsum arrogare, vel adoptare in filium? nunquid licet mihi hoc facere? Respon. Imperator quòd non. quia certè minor natu maiorem adoptare, vel arrogare non poterit; & hoc tali ratione: quia adoptio imitatur naturam: sed contra naturam, & pro monstro esset, quòd filius maior esset tempore, quàm pater. vnde dico tibi quòd ille, qui per arrogationem sibi filium facere vult: debet plena pubertate, id est xviij. an. filium arrogatum, vel adoptatum excedere. ¶ Item non solùm potest quis adoptare, vel arrogare aliquem in filium: sed etiam in locum nepotis, vel neptis, pronepotis, vel proneptis potest quis adoptare: quamuis etiā filium non habeat. Et tam filium alienum potest quis adoptare in locum nepotis, quàm etiam alienum nepotem in locum filij. ¶ Sed si aliquis in locum nepotis aliquem adoptet quasi ex filio adoptiuo, aut filio naturali, quem habet in potestate: in eo casu filius patri adoptanti debet consentire, ne ipse nepos ipso inuito adoptatus suus hæres agnascatur. ¶ Si enim filius adoptioni à patre factæ consentiat, tunc mortuo auo iste nepos adoptatus in potestate patris, & suus hæres efficietur. sed licèt in hoc casu consensus filij requiratur: secùs tamen est in casu conuerso. ¶ Nam si auus nepotem ex filio natum alij in adoptionem dederit, non est necesse consensum filij interuenire. hoc dicit vsque ad *§. in plurimis.* Franciscus.

d Aetates sunt septem: infantia durat ad 7. annum: pupillaris ætas ad 14. in mare pueritia, seu pubertas ad 25. inuenis, seu virilis ætas ad 50. & quandóque 60. senectus ad 80. decrepita ad 100. annum. *vigil. per.*

n ¶ *Natu*. id est, natiuitate: *sic ff. de mino. l. j. §. j.*

o ¶ *Imitatur*. plerunque: quandóque tamen non: *vt J. eo. §. sed & illud. & §. j. in plurimis.*

p ¶ *Pro monstro est*. i. non secundùm naturam: sed cōtra naturam: *vt & aliàs, ff. de stat. homi. l. non sunt liberi.*

q ¶. *Maior*. scilicet tempore, non persona.

r ¶ *Decem, & octo annis*. [d] idest, tot annos debet habere plus adoptans, quàm adoptatus, qui faciunt vnam plenam pubertatem tanti

c Patria potestas est inæstimabilis.

d Sed fecit cōtra Gla. secundum Iac. qui & de inæstimabili agitur pro iudicio, vide ne necessaria eius consilius.

tanti emptoris. ¶ Sed nunquid qui plures adoptat, debet pluribus vicibus præcedere in tanto tempore? Resp. non, vt puto: cùm secundùm naturam etiam in vno anno ex diuersis fœminis, vel etiam vna possit habere filios plures. & in hoc adoptio imitatur naturam: *vt hic.* ¶ Et nota pluribus [a] modis dici plenam pubertatem. nam interdum xiiij. ann. *vt infrà quib. mod. tut. sit. §. j. & suprà tit. j. j. respon.* aliàs xv. an. *vt in Auth. de tempo. non sol. pec. super dote. §. generaliter. coll. vij.* aliàs xvij. an. *vt suprà qui manu. non poss. §. fina. & ff. de pollu. l. j. §. pueritia.* interdum xviij. an [b]. *vt hic, & ff. de alimentis, & cibaria. leg. l. Mela.* Accvr.

a Pubertas plena variis modis an dicatur.

b Sed hæc glo. aut malè, aut improbè loquitur, secundùm Christophorũ, quia nullũ tempus plenam pubertatem constituit, nisi 18. ann. *Arg.*

a ¶ *Non habeat.* vel licèt vxorem nõ habeat: quo casu tamen est contra naturam: *vt ff. eo. l. & qui vxores.* Accvr.

b ¶ *In locum filij.* Item nepotem ex vno quasi ex altero natum: *vt ff. eod. l. si pater. §. qui duos.* non autem loco fratris: *vt C. de hæred. instit. l. nec apud.*

c ¶ *Cõsentire debet.* quod non est in aliis cognatis, qui possent separare successionẽ: *vt ff. eo. l. cum adoptio.* ¶ Et si quidem filius consentiat, bene est: & recidet nepos adoptiuus in potestatem suam: scilicet filij mortuo patre: *vt ff. eod. l. si quis nepotem.* Si autem non consentiat filius: tunc agnascitur: id est appropinquat, seu agnatus fit ei: id est auo hic nepos, & suus efficitur hæres etiam filio inuito: nec recidit in potestatem eius: siue dicas eum succedere vt filiũ: licèt non fit filius: siue vt nepotem, quasi ex altero filio præmortuo natum: quo casu æqualiter cum patruo admittatur: *vt infrà de hæred. quæ ab intesta. §. cùm autem.* Alij dicunt hoc totum ei inuito: id est filio inuito. & agnascatur: id est iuxta eum quasi nascatur quo ad successionem. quod satis in idem redit. Alij hoc totum, ei inuito: id est auo inuito, qui voluntate filij proposuerat adoptare: nunc autem contra suum propositum facit: & sic dicitur inuitus ratione propositi primi. Et secundùm istos hic nepos inuito auo, & filio adoptatus non succedit vnà cum filio: sed demùm eo mortuo, prima verior est. Sed quare hic filius impediret matrimonium sui filij etiam auo volente, & non impedit hunc ciuilem actum: *vt ff. de rit. nupt. l. oratione. §. j?* Respon. quia matrimonium est vinculum magis indiuiduum: *vt suprà de pa. po. j. resp.* Additio Et sic ista Glo. intelligit hunc text. tripliciter ibi, ei inuito. Primò diuisim, vt exponatur ei: scilicet auo inuito: scilicet filio. Secundò, & tertiò coniunctim, vt illa verba in totum referantur vel ad filium, vel ad auum, contra quæ facit *d. l. si quis nepotem.* Ia.

d ¶ *Consentire.* sed videtur quòd sic. nam læditur filius in duobus, & in hæreditate, siue in bonis, quæ ad filium suum proponebat ex voto transmittere: *vt ff. vnde lib. l. scripto hærede.* quod non facit: *vt infrà de hæredi. quæ ab intesta. deferuntur. §. at hi.* & quia in potestate illius transit, quare in patris sui naturalis potestatem non recidit iure isto veteri: *vt suprà eodem, primo responso.* ¶ Ad primum respondeo: quia alio modo potest euitare, institutio eum:

c Patria potestas est inæstimabilis.

d Sed licèt cõtra Glo. secundum Iac. quia de inæstimabili agitur præiudicio, videtur necessaria eius cõsensus.

¶ Ad secundum dico, quòd non potest æstimari patria potestas: *vt ff. de lega. j. l. filiusfamilias. §. secundùm vulgarem* [d]. Sed hodie vterque timor cessat. nam & succedet, & in suam potestatem recidet: *vt C. de adoptionibus. l. cum in adoptiuis. § scimus. & suprà eo. § sed hodie.*

In plurimis.] Casvs Dicit Iustinianus, quòd in plurimis ille, qui adoptatus, vel arrogatus est, assimilatur ei, qui ex legitimo matrimonio procreatus est. ¶ Vnde si quis eum, qui sui iuris est, auctoritate principis arrogauerit: vel eum, qui in parentis potestate est, non extraneum, apud prætorem, vel præsidem adoptauerit, poterit eumdem, ac si esset filius suus naturalis, & legitimus, alij in adoptionem dare. ¶ Et non solùm prædicta in vtraque specie adoptionis communia sunt; sed etiam illud vtriusque speciei adoptionis commune est: quòd illi, qui generare non possunt, nihilominùs adoptare possunt, quales sunt spadones. ¶ Ab hoc tamen generaliter excipiuntur castrati, quibus natura beneficium generandi denegauit. ¶ Castrati enim adoptare non possunt. Et idem est in fœminis. Fœminæ enim neque adoptare, neque arrogare possunt: & hoc ea ratione, quia nec naturales liberos habẽt in potestate: verumtamen ex indulgẽtia principis ad solatium liberorum pro repub. amissorum, eis adoptare permittitur. hoc dicit vsque ad §. *illud proprium.* Franc.

præsidem prouinciæ non extraneum [e] adoptauerit, potest eũdem in adoptionem alij dare.

Qui secundùm naturam liberos generare nequeunt, secundùm artem sibi parare queunt.

9. ¶ Sed & illud vtriusque [g] adoptionis cõmune est, quòd & hi, qui generare non possunt [h], quales sunt spadones [i], adoptare possunt: castrati autem non possunt.

Fœmina non potest adoptare, nisi eidẽ propter amissos liberos ex principis indulgentia concedatur.

Adnota, fœminas filios in potestate non habere: quo fit, vt iuribus potestatis patriæ minimè fruantur.

10. ¶ Fœminæ quoque adoptare non possunt [k]: quia nec naturales liberos in sua potestate habent [l]: sed ex indulgentia [m] principis ad solatium liberorum amissorum [n] adoptare possunt.

Arrogatus non solùm in arrogatoris connolat potestatem: sed etiam liberi, quos in potestate habet.

11. ¶ Illud proprium est adoptionis illius, quæ per sacrum oraculum [o] fit, quòd is, qui liberos in potestate habet, si se arrogandũ dederit, non solùm ipse potestati arrogatoris

e ¶ *Extraneum.* vt sic transeat in suam potestatem: *vt suprà eo. §. sed hodie.*

g ¶ *Vtriusque.* quarum vna hodie vocatur arrogatio: alia adoptio: *vt suprà eo. §. Imperatoris.*

h ¶ *Nõ possunt.* qui omnes eunuchi vocantur. sed ab hoc genere detrahit castratos, qui generare non possunt: id est castè sic natos, vt nunquàm potuerint generare.

i ¶ *Spadones.* quibus testiculi, vel genitalia abscissa sunt cultello, vel spatha. & est ratio: quia fortius est impedimentum naturæ, quàm accidentis: *vt hic, & ff. de lib. & postu. l. sed est quæsitum. §. j. & ij.* ¶ Et not. quòd vulgariter promiscuè b appellantur. Accvr.

a Naturæ fortius impedimentum est, quàm accidentis.

b *Vide Alc. lib. prætor. 1. in fin. castrati. & ext. l. 1. & l. ff. ad leg. Corn. de sica. & l. ff. adulterium. ff. de ver. & re. signif.*

k ¶ *Non possunt.* sed ipsæ arrogari possunt: *vt ff. eo. l. nam fœmina.* Accvrs.

l ¶ *Habent.* Nota fœminas [c] non habere filios in potestate. & facit ad hoc, *ff. de suis, & legiti. l. nulla. & infrà de hæred. quæ. & differ. §. cæteri. & ff. de contra tab. l. illud. §. ad testamenta.* Accvrs.

c Fœminæ non habent in potestate liberos.

m ¶ *Sed ex indulgentia.* de nouo iure concedenda [d]: *vt Co. eod. l. mulierem.*

d Scilicet à principe: non autem à comite palatino, secundùm Ang. qui idem, quod hic, dicit etiam in bastardo per eum legitimando.

n ¶ *Amissorum.* in acie principis: vt hîc innuit: *& infrà de excus. tuto. §. sed & si in bello. & ff. de inoffic. testam. l. suspecta. §. fina.* ¶ Sed nunquid & tunc habebit in potestate? Videtur quòd sic, cùm beneficia principum sint extendenda: *vt in Auth. constit. quæ de digni. §. penult. collat. vj. & ff. de constit. prince. l. fixa.* Sed tamen contradico ad instar scilicet naturalium. nam naturam imitatur adoptio: *vt suprà eo. in §. minorem* [e]. *& facit ad hoc, C. eo. l. mulierem.* Accvr.

e Et ad contrarium respondent hîc docto res quòd imò debent moderari secundùm ius commune: *l. ex facto. in prin. ff. de vulgar. & pup. sub.*

Illud proprium.] Casvs Domine, iam vidi in quibus species adoptionis, & arrogationis conueniunt, & in quibus differunt. Nunquid est adhuc alia differentia inter eas? Resp. Imp. quòd sic. Nam illud est proprium, & speciale adoptionis illius, quæ per sacrum oraculum: id est per principem, & rescriptum principis fit: vt si ille, qui se in arrogationem dederit, liberos in potestate sua habuerit: non solùm ipse in potestatem patris arrogatoris transeat: sed etiam omnes liberi eius, quos in potestate habet, potestati arrogatoris tanquàm nepotes vnà cum eo subiiciantur. & hoc factum fuit in persona diui Augusti quemdam Germanicum in filium arrogare volentis: & iste Germanicus nolebat consentire: vnde non potuit procedere arrogatio sua: sed diuus Augustus cuidam nomine Tiberio iniunxit, vt ille Germanicum arrogaret. quo facto princeps arrogauit Tiberium, & ille habuit Tiberium in filium, & per consequens Germanicum filium adoptiuum Tiberij habuit in nepotem. Et hæc dicuntur vsque ad §. *apud Ca.* Fran.

¶ Dic quòd oraculum est, quod ad orationem alicuius, vel preces concessum est. vel est diuina voluntas ore hominis expressa. *per Ioh. in l. digna vox. Co. de legi.* Aegid. Per.

o ¶ *Oraculum.* i. per principem, vt de eo, qui sui iuris est: & ideò transit etiam hodie in potestatem arrogatoris: *vt suprà eo. in prin.* ideò

ideò sic dictum: quia oramus, siue deprecamur eum, vt in talibus præstet auctoritatem.

a ¶ *Liberi.* omnes nati, & nasciturі, & etiã reuersuri ab hostibus: *vt ff. eo. l. si paterfamilias. in prin.* fallit hoc, *ff. de ope. lib. l. opera.*

b ¶ *Diuus Augustus.* Hic Imper. volebat adoptare quemdam nomine Germanicum, & hic Germanicus noluit consentire: vnde non poterat procedere adoptio: *vt infrà tit. j. §. sed si pater. & ff. eo. l. ij. in prin.* vnde Augustus callidè suasit cuidam nomine Tibetio, vt illum Germanicum adoptaret, quod fecit: & hunc Tiberium posteà arrogauit princeps: quare & per consequens habuit German. loco nepotis.

† Huius adoptionis meminit Suet. *in vita Tiberij Cæsaris.*

c ¶ *Is.* Tiberius.

d ¶ *Protinùs.* id est, statim.

e ¶ *Adoptione facta.* à principe.

Apud Catonem.] Casvs Domine, iam video quid iuris quando aliquis adoptat liberum hominem: dicatis mihi si placet, quid iuris est si aliquis dominus adoptauit seruũ suum? Respond. Iust. Imper. dicens, Amice, antiqui referunt in hoc casu se meminisse bene scriptũ apud Catonem, vt si serui fuerint adoptati, ex hoc posse eos consequi libertatem. Vnde nos auctoritate Catonis eruditi, illos seruos, quos dominus actis interuenientibus in filios adoptauerit, in constitutione nostra liberos esse constituimus, licèt hoc eis ad ius filij cõsequendum non possit sufficere. & hæc sunt quæ dicuntur vsque ad fin. tit. Fran. de Are.

† Probãs se filium alicuius, videtur probare se legitimũ. *Iacob. Raneu.*

† Et sic ex nominatione alicuius acquiritur: *vt hîc. & in c. per tuas, cum Gilo super ver. appellauit. post med. ibi, item est arg. extrà qui filij sint legi.*

f ¶ *Adoptati.* s. à domino. ab extraneo autem non potest etiam libertus: *vt ff. eo. l. si pater. in fin.*

g ¶ *Constitutione. vt C. de Lati. li. tol. l. vni. §. simili quoque modo.*

h ¶ *Actis.* id est coram iudice: id icendo hæc verba, veni huc fili, secundùm Azo. a Vel vt puto, coram iudice agebatur vt filius fieret adoptiuus, & inde facta fuit scriptura: non tamen res peruenit ad perfectionem: vt differat à proximo casu superiori. Aliud si extra iudicium talia fierent, vel agerentur: *vt C. de li. cau. l. pe.* ¶ Et sic collige ex hoc, & superiori respon. quòd si b id, quod ago, non valet vt ago, valet tamen vt valere potest: *sic C. de La. li. tol. l. vni. §. simili quoque modo.* Arg. contrà *ff. de iur. eo. l. j. & ff. de pac. l. si vnius. §. si acceptilatio.* Additio. Respon. doct. quòd ibi constabat testantem nolle codicillari. Angel.

a Idem si huiusmodi verba blanda, & adulatoria proferantur in testamẽtis: quia disponit. *l. Paulus. §. Paulus. ff. de fideic. libert.* Enũtiatiuo autem an debeãt verificari, puta si dicatur, Semproniũ filium, vel fratrẽ hæredẽ instituo: *vide hîc per Angel.*

b Actus si non valet, vt agitur, valet vt valere potest.

subiicitur: sed etiam liberi a eius in eiusdem fiunt potestate, tanquam nepotes. Sic enim diuus Augustus b non antè Tiberium adoptauit †, quàm is c Germanicum adoptasset: vt protinùs d adoptione facta e inciperet Germanicus Augusti nepos esse.

Seruus à domino adoptatus, vel apud acta filius nominatus, libertatem nanciscitur.

12. ¶ Apud Catonem bene scriptum refert antiquitas, seruos, si à domino adoptati f sint, ex hoc ipso posse liberari. Vnde & nos eruditi, in nostra constitutione g etiam eum seruum, quem dominus actis h interuenientibus filium † suum nominauerit †, liberum esse constituimus: licèt hoc ad ius filij accipiendum ei non sufficiat.

QVIBVS MODIS IVS potestatis α soluitur.

TITVLVS XII.

Mortuo patre, mox sui iuris filius efficitur: mortuo verò auo, ita demum nepos sui iuris euadit, si non superfit ei pater, in cuius recidat potestatem.

Videamus nunc quibus modis hi, qui alieno iuri sunt subiecti, eo iure liberentur. Et quidem i quemadmodùm liberentur serui à potestate k dominorum, ex his intelligere possumus, quæ de seruis manumittẽdis superiùs exposuimus. Hi verò, qui in potestate parentis l sunt, mortuo eo m sui iuris fiunt. Sed hoc n distinctionẽ recipit. Nam mortuo patre o sanè omnimodò filij, filiæve sui iuris efficiuntur: mortuo verò auo non omnimodò p nepotes, neptésque sui iuris fiunt: sed ita q si post mortem aui in potestatem patris sui recasuri non sunt. Itaq; si moriente auo pater eorum r viuit, & in potestate patris sui est: tunc post obitum aui in potestate s patris sui fiunt. Si verò is t, quo tempore auus moritur, aut iam mortuus est u, aut per emancipationem exiit de potestate patris, tunc hi, qui in potestatem eius cadere non possunt, sui iuris x fiunt.

a Fœminæ non habent in potestate filios.

b Facit contra gradatim nominatum quòd vxore posteà ducta, & ea demùm mortua, prioribus nominationibus vti nequeat. *Aegid. Per.*

c Diuitio.

QVIBVS MODIS IVS potestatis soluitur.

α ¶ *Ius potestatis.* Vulgò scriptum est malè, *Patriæ potestatis.* nã & de potestate dominorum in initio agitur: denique vox, *patriæ*, abest à veter. lib. Cviac.

Videamus.] Totus iste titulus diuiditur in sex partes. ¶ Primò ostendit qualiter dissoluatur patria potestas morte naturali. ¶ Secundò qualiter morte ciuili ex delicto prouenièt. ¶ Tertiò qualiter propter dignitatem à filio acquisitam. ¶ Quartò qualiter propter captiuitatem patris, vel filij. ¶ Quintò qualiter emãcipatione. ¶ Sextò qualiter per dationem in adoptionem auo paterno, vel materno. Secunda ibi; *Cùm autem.* Tertia ibi; *Filius familiàs.* Quarta ibi; *Si ab hostibus.* Quinta ibi; *Præterea.* Sexta ibi; *Sed & si pater.* Item hoc principium subdiuiditur in quatuor, quia ¶ Primò ponit de quo tractaturus est. ¶ Secundò qualiter aliàs suprà dixit de seruis. ¶ Tertiò qualiter filij liberentur à patria potestate generaliter respondet. ¶ Quartò dictam responsionem diuidit. Secunda ibi; *Et quidem.* Tertia ibi; *Hi verò.* Quarta ibi; *Sed hoc.* Casvs. In principio istius tituli dicit Iustinian. continuãdo processum suum. ¶ Videamus nunc de illis qui alieno iuri subsunt, qualiter à nexibus illius iuris liberentur. Sed tamen de liberatione seruorum, qualiter à domi. po. lib. nihil in hoc titu. dicetur. ¶ Qualiter enim serui de potestate dominorum eximantur: per ea, quæ in titu. *de liberti. & de manumiss. ser.* diximus, exponitur. Sed quid domine Imper. videó quòd vultis tractare in titulo isto qualiter liberantur liberi à potestate parentum. ¶ Dicatis ergo mihi, si placet, aliquem modum tollendi pa. po. Ad hoc resp. Imper. dicens: Amice, liberi in potestate parentum existentes, per mortem naturalem parentis, sui iuris fiunt. hoc tamen non est sine distinctionis remedio accipiendum. Nam mortuo patrefamilias, liberi in primo gradu existentes: vt potè filius, vel filia generaliter sui iuris efficiuntur. sed per mortem aui, nepotes, qui in eius potestate fuerunt, non omninò sui iuris fiunt: sed ita demùm, si post mortem aui in patris sui naturalis potestatem non sunt recasuri. Vnde si rẽpore mortis ipsius aui pater ipsorum nepotum vixerit, & in patris sui naturalis potestate sit: nec ante mortem eius de potestate sua exiuit: in hoc casu nepotes ex eo post mortem aui in potestatem eius recidunt: nec per mortem aui, sui iuris efficiũtur. sed si moriente auo pater nepotum aut mortuus fuerit, aut per emancipationẽ de patris sui potestate liberatus: tunc nepotes ex eo, qui in potestatem patris iam mortui vel emancipati recidere nõ possũt per mortem aui, sui iuris fiunt. hoc dicit vsque ad §. *Cùm autem.* Fran.

i ¶ *Et quidem.* quasi dicat: quid sit circa seruos de absolutione potestatis eorum, diximus suprà *de lib. §. j. & §. multis.* Accvr.

k ¶ *A potestate.* subaudi dominica.

l ¶ *Parentis.* strictè accipe pro his tantùm qui sunt superiores ex linea masculina. Nam fœminæ a non habent in potestate filios: *vt suprà tit. j. §. fœminæ* generaliùs accipitur *suprà tit. ij. §. j.*

m ¶ *Eo.* s. parente.

n ¶ *Hoc.* s. quod dixi morte superioris inferiores effici sui iuris.

o ¶ *Patre.* s. familias: subaudi supra quem nullus est ratione potestatis.

p ¶ *Non omnimodò.* i. generaliter.

q ¶ *Sed ita.* s. fiunt sui iuris.

r ¶ *Eorum.* s. nepotum.

s ¶ *In potestate.* & non exiuit. nam si exiuit, & posteà rediit: quia est arrogatus: non recideret filius in potestatẽ eius: *vt ff. de adopt. l. si pater filium.* & est ratio: vt ibi notatur. Additio. Scilicet quòd ius semel quæsitum nepoti non debet tolli per arrogationem: per regulam iuris: Ius nostrum. Alia enim ratio ibi posita reprobatur. quod facit vt post impetrationem vacaturæ nubens non obtineat: etiam si vxor moriatur.

t ¶ *Is.* s. filius prædictus.

u ¶ *Mortuus est.* s. filius prædictus.

x ¶ *Sui iuris.* nisi in casu: vt quando per dignitatem filius sui iuris factus fuisset: *vt in Auth. consti. quæ de dign. §. illud. coll. vj.*

Cùm autẽ.] Diuiditur in c quinq; partes. Primò de deportatione patris. Secũdò de deportatione filij. Tertiò de indulgẽtia principis. Quartò de relegatis. Quintò de seruis pœnæ. Secũda ibi; *Pari ratione.* Tertia ibi; *Sed si ex indulgentia.* Quarta ibi; *Relegati.* Quinta ibi; *Pœnæ.* Aret. Casvs. Domine, laudabiliter video qualiter morte naturali tollitur pat. pot. nunquid pluribus modis tolli poterit? Respondet Imperator quòd sic. Nam non solùm morte naturali: sed etiam ciuili tollitur patria pot. Si quis enim ob aliquod maleficium perpetratum per sententiam deportationis ciuitatem amiserit: sequitur vt liberi eius, qui tali modo tollitur de numero ciuium Romanorum, perinde desinant in sua potestate esse, ac si morte naturali in potestate eius esse desinerent. Eadem ratione & si liberi in potestate existentes deportati fuerint: per deportationem desinunt in potestate parentum esse. Et hæc sunt vera durante

durante deportatione. Nam si ex indulgentia principis restituti fuerint: per omnia pristinum statum recipiunt. Et hæc omnia vera sunt in deportatis: secus tamen est in relegatis. Nam parentes relegati nihilominùs retinent in potestate liberos suos: & similiter in casu conuerso liberi relegati in parentum potestate nihilominùs remanent. Et non solùmodò prædictis casibus morte ciuili tollitur patria potestas: sed etiam in hoc casu. Nã si aliquis pœnæ seruus effectus fuerit, desinit habere liberos in potestate. Sed domine, dicatis mihi quis intelligitur fieri seruus pœnæ? Ad hoc respondet, quòd illi serui pœnæ efficiuntur, qui in metallum damnantur, & qui bestiis subiiciuntur. Et hæc vsque ad illum §. *Filiusfamiliàs.* Franciscus.

Deportatio patris, aut filij, patria potestatis vinculum soluit: restitutio verò principis, id in pristinum statum reponit.

1. ¶ Cùm autem [a] is, qui ob aliquod maleficium in insulam deportatur [b], ciuitatem amittit: sequitur, vt qui eo modo [c] ex numero ciuium Romanorum tollitur, perinde ac si eo mortuo [a] [d], desinant liberi in potestate eius esse. Pari [e] ratione & si is, qui in potestate parentis sit, in insulam deportatus fuerit: desinit esse in potestate parentis. Sed si ex indulgentia principis [f] restituti fuerint [g], per omnia pristinum statum recipiunt.

2. ¶ Relegati autem patres in insulam, in potestate liberos suos retinent [h], Et ex contrario liberi relegati in potestate parentum remanent.

3. ¶ Pœnæ [i] seruus effectus, filios in potestate habere desinit. Serui autem pœnæ efficiuntur, qui in metallum [k] damnantur, & qui bestiis [l] subiiciuntur.

Sola patriciatus dignitas filium à patria potestate eximit.

4. ¶ Filiusfamiliàs si militauerit [m], vel si senator, vel consul factus fuerit, remanet in potestate patris. Militia enim, cum ciuitate bona sua publicentur vel de iure, vel de consuetudine ciuitatum: tunc [l] deportato comparabo, aliàs relegato: *vt arg. ff. de bo. damna. l.* j. ¶ Non autem dico quòd possit deportari [b] à præside de iure: *vt sup. §. prox. diximus*: nec relegari [l] aliquis potest à defensore ciuitatis, cùm sit de imperio mero [l] relegatio: *vt in Auth. de defen. ciu. §. nulla. in fin. §. collat. iij.*

ADDITIO. Vnde versus,

Qui deportantur, semper pœna cruciantur:
Pœna relegatis est temporis, éstque perennis.

a Deportandi ius quibus cõpetat, *similis Gloss. Nouell. de nuptiis. in fi. 2. §. sed etiam. in verbis, ex decreto.*

b Sed tunc videtur obstare *l. i. C. de sen. præfec. prætor.* Pro cuius sol. Iaf. dubitat: dicens à sententiis Senatorum forte non posse iam supplicari.

c Deportatio ob quæ delicta fiat.

d Relegare qui possint. *vide Gloss. similem, infrà, in verbo, retinent in fi.*

e *Perinde*, dictio similitudinis nota est.

f Deportatus pro mortuo ciuiliter censetur. Est enim deportatio mors ciuilis.

g Ratio vbi eadem, ibi ius idem esse debet.

a Deportati, & relegati in familiæ iure differentia.

b Deportatus & relegatus in familia, bonis, ciuitate, pœnæ duratione differunt.

c Relegatus bona sua retinet: *vt hic.* nisi relegato in perpetuum, pars bonorum adempta fuerit. *l. relegati. in fi. l. relegatorum. §. ad tempus. ff. de interdictis, & releg.*

d Deportatus, & relegatus libertate nõ differunt: neutro enim libertas amittitur.

e Banniti nostri temporis quibus comparentur.

f Hæc reproba tur hac parte à doctoribus: Iacob. de Aretio; Federico de Senis, Bart. & Bal. *vide Angel. hic.*

g Deportandi ius qui iudices habeant. *vide Gloss. initio huius §.*

h Relegãdi ius quibus iudicibus competat. (Relegãdi ius meri imperij est. *similis Gl. in vero. deportatur. in fi. supr. eo.*

i Deportati, & relegati in familiæ iure differentia.

k *Vide Gloss. in c. si episcopus à pagan. de sup. neg. prælatis. 6.*

l Miles vt sit aliquis, sex requiruntur.

a Deportandi ius quibus cõpetat, *similis Gloss. Nouell. de nuptiis. in fi. 2. §. sed etiam. in verbis, ex decreto.*

b Sed tunc videtur obstare *l. i. C. de sen. præfec. prætor.* Pro cuius sol. Iaf. dubitat: dicens à sententiis Senatorum forte non posse iam supplicari.

c Deportatio ob quæ delicta fiat.

d Relegare qui possint. *vide Gloss. similem, infrà, in verbo, retinent in fi.*

e *Perinde*, dictio similitudinis nota est.

f Deportatus pro mortuo ciuiliter censetur. Est enim deportatio mors ciuilis.

g Ratio vbi eadem, ibi ius idem esse debet.

a Fœminæ non habent in potestate filios.

b Facit contra graduati nominatum quòd vxore posteà ducta, & ea demùm mortua, prioribus nominationibus vti nequeat. *de iud. per.*

c Diuino.

Jon. 2. com. 27. me pad.

Vide Don. 2 com. 27.

b *Deportatur.* Hîc nota, quòd hæc sententia deportationis vt valeat id est, vt statum, & ciuitatem perdat, non potest dari nisi [a] à quatuor iudicibus, scilicet ab Imperatore, vel ab eo, qui eius vice iudicat: & à præfecto, prætorio. & à prefect. vrb. *ff. de pœ. l. ij. §. j. & de leg. iij. in l. j. §. à præfecto. & ff. de interd. & releg. l. inter pœnas. §. j.* Idem credo in senatoribus, qui parem sententiam, id est parem habent effectum principi, vel maiorem quàm prædicti: *vt ff. à qui. app. non licet. l. j. §. j.* [b] Si autè alius iudex talem sententiã det: non valet, nec mandatur executioni, nisi princeps approbet eam, vel insulã, siue locũ adsignet: *vt ff. de leg. iij. l. j. §. vlt. & §. deportatos. & ff. de iniu. vnp. & irr. test. l. si quis. §. eius. in Glo. j.* Quæ autem sint delicta [c], pro quibus in insulam debeant deportari: dicem[o] J. *de pu. iud. per totũ titulũ.* sed relegare [d] potest quilibet, qui habet merũ imperium: *vt ff. de inter. & rele. l. relegatorii. j. resp.* ¶ Et no. quòd primò de media, secundò de relegatione, tertiò de maxima dicit. Prima & vltima tollũt patriam potestatẽ: sed relegatio non sic, cùm status nõ sit mutatio nec ca. deminutio.

c ¶ *Eo modo.* i. per istam deportationem in insulam. ADDITIO. Et ex isto tex. no. Ang. quòd dictio, *perinde* [e], importat similitudinem: sed non omnimodam, maximè in pœnalibus: *vt per Bart. in l. sacrilegij. ff. ad leg. Iul. pecu.*

e ¶ *Perinde ac si eo mortuo.* Ac si pro, *quasi*: vt in l. 1. C. *de hic, qui à non domino manumiss. sunt. l. 6. C. de erog. mil. ann. l. vlt. C. de castr. pecul. mil. & præf.* CVIAC.

d ¶ *Mortuo.* No. deportatum [f] mortuum, s. ciuiliter. *sic ff. de contra tab. l. j. §. quidam filium. & ff. pro socio. l. verum. §. societas. ver. intereunt.*

e ¶ *Pari.* Hîc not. vbi [g] est eadem, vel similis ratio: idem ius constituatur. *sic ff. de verb. obli. l. à Titio. circa fi. & infrà, quod cũ eo, qui in alie. po. §. si igitur. in fi. & ff. de eden. l. quidam. §. nummularios. in Gl. quia. & ff. ad leg. Aquil. l. illud.* Arg. cõtrà, *ff. de coll. bo. l. si quis. in fi. j. resp.* ibi, *hoc in patre.* ADDITIO. Solue secundùm Ioan. Fab. & Ang. hîc, quòd ibi non erat eadem ratio per omnia.

f ¶ *Principis* aliàs principali. ¶ Sed nunquid per alium poterit restitui? Resp. nõ: nisi fortè per senatorem, qui potest restituere ad statum: *vt ff. de postul. l. j. §. eum, qui. versi. de qua. & §. an autem.*

g ¶ *Restituti fuerint.* Aut specialis est restitutio, aut generalis: hæc strictè accipienda est, vt pœnæ tantum gratiam faciant, & reditum in patriam restituat: *l. tutor. l. si ademptis. l. generalis. C. de sent. pass. Liiij. Co. de bon. proscript.* Illa si concepta sit in infinitum, nempe hoc modo, restituo te in integrum, plenissima, & latissima est: *l. j. l. vlt. §. vlt. C. de sent. pass. l. j. ff. eod.* & ideò patriam potestatem, cæteráque omnia restituit: secùs si finita sit: *vt in specie l. ij. & l. in insulam. C. eo. & l. ij. ff. eo.* CVIAC.

Vide Don. 2 com. 27. *de sen. pas. l. j.* ergo & patriam potestatem. & hoc vult dicere. Sed contradicitur, *C. de sen. pas. l. in insulam. & l. si pater.* Solutio. hic specialiter ad omnia fuit restitutus, secundùm M. & sic facias punctum ibi, per omnia hanc reprobo: quia semper intelligitur ad omnia restitui, nisi contradixerit expressim. nam verbũ, scilicet restituo generale est: *vt ff. de vsu. l. videamus. ij. §. in Faniana.* Alij hoc intelligunt ad patrem reuertentem tantùm referẽdum, cui debet restitui filius in potestatem: sed filio restituto, non sic: quia sic noceret ei restitutio: *arg. Cod. de legib. & constitutionib. l. quod fauore.* Sed hanc opinionem reprobo. nam libertus deportatus, & restitutus in libertinitatem recidit: *vt ff. de iure patro. l. siue libertus.* Dic ergo interesse vtrùm princeps dicat hæc verba, restituo te. & tunc ad omnia restitutus videtur, vt hîc. an hæc, indulgeo tibi. quo casu de pœna tantùm remittẽda cogitasse videtur: vt in contrariis: *ar. C. de sen. pas. l. generalis. & l. tutor. & l. cùm indulgentia. & C. de gene. abol. l. fin.* ACCVRS.

h ¶ *Retinent.* Nota differentiam [a] inter deportatum, & relegatũ quoad familiam [b]: *vt hic, & supr. prox. §.* Item hic [c] bona retinet, ille non: *vt ff. de interdic. & relega. l. relegati. & l. relegatorum. §. siue ad tẽpus. & §. ad tempus.* Item quòd hic ad tempus, vel in perpetuum; ille autem tantùm in perpetuum deportatur: *vt ff. de interdictis & relegatis. l. relegati. & l. relegatorum. §. hæc est differentia.* Sed in libertate [d] non est differentia. nam vterque liber remanet: *vt ff. de bonis damnatorum. l. sed & si alia. §. j.* ¶ Sed bannitos [e] nostri temporis, quibus comparabimus. Resp. si tantum est maleficium vt etiam cum ciuitate bona sua publicentur vel de iure, vel de consuetudine ciuitatum: tunc [l] deportato comparabo, aliàs relegato: *vt arg. ff. de bo. damna. l. j.* ¶ Non autem dico quòd possit deportari [b] à præside de iure: *vt sup. §. prox. diximus*: nec relegari [l] aliquis potest à defensore ciuitatis, cùm sit de imperio mero [l] relegatio: *vt in Auth. de defen. ciu. §. nulla. in fin. §. collat. iij.*

i ¶ *Pœnæ.* i. supplicij. supplicium enim suus dominus est, non fiscus: vnde ei nihil quæritur: *vt ff. de his, quæ pro non script. ha. l. iij.* De nouo iure nemo ingenuus fit seruus ex supplicio: *vt in Auth. de nup. §. quod autem. & §. si verò coll. iij.* ADDITIO Dic istud esse verum, si remanet viuus: secùs si in eo fiat executio mortis naturalis: vel saltem præsens ab habente potestatem capitaliter condemnetur: quia eius testamentum non valet: nisi in malè ablatis restituendis sed in absente secùs: quia valet testamẽtum, secundùm Angelum hîc.

k ¶ *In metallum.* id est, in opus metalli, ad fodiendum metallum, vel etiam deportandum, & ne fugerent, ligabantur, & pondere quodam opprimebantur: vt ferro, vel alio modo. Alij verò erant, qui dicebantur damnati in opus metalli: & hi non tanto pondere opprimebantur. & qui hinc fugiebant, in metallum ponebantur. Alij verò erant qui in ministeriũ, vel in seruitium metallicorum tantùm ponebãtur: & hoc si perpetuò fieret, erant serui: aliàs contrà: *vt ff. de pœ. l. aut damnum. §. inter eos. & §. quisquis. & §. in ministerium.* ¶ Sed quid si prouincia non habeat metalla aliqua vel ferri, vel alicuius similis conditionis? Resp. in vicinam prouinciam mittebantur: *vt ff. de pœn. l. aut damnum. §. est pœna.* Alij sunt in opus publicum perpetuò dati, vel ad tempus qui sunt similes relegatis: *vt ff. de pœnis. l. quidam.* Sed huiusmodi pœnæ non sunt in vsu hodie. ACCVRSIVS.

l ¶ *Bestiis.* deducendis fortè, vel etiam vt comederet cum eis, vel alia bestialia faceret. de hac pœna dic vt no. *ff. de pœn. l. quia vltimò.*

Filius familiàs.] Diuidit in quatuor partes. Primò ponit dictum in genere, Secundò reddit rationem. Tertiò excipit à dicto. Quartò adsignat rationem. Secunda ibi, *Militia.* Tertia ibi, *Sed ex constitutione.* Quarta ibi, *Quis enim.* CASVS. Domine, pono quòd aliquis filiusfamilias factus fuerit miles, & senator, vel consul: nunquid liberatur à patria potestate? Respõ. Imperator quòd non. Nã militia, vel cõsularis dignitas filium à patria potestate non liberat: sed ex cõstitutione nostra summa dignitas patriciatus filium à vinculis patriæ potest. liberat. Quis enim patiatur patrem quemlibet posse filium suum à nexibus suæ potestatis per emancipationem relaxare, & Imperatoriam celsitudinem non valere eum, quem sibi elegit patrem, ab aliena eximere potestate. q. d. hoc nullatenus est tolerandũ? & ideò prædictæ dignitatis adeptione filius incontinenti à patre liberatur. Et hoc vsque ad illum §. *sed si ab hostibus.* Franc.

m ¶ *Militauerit.* i. miles factus fuerit, ad quod multa sunt necessaria: *vt in Auth. de mã. prin. §. fin. ver. si quidem. in glo. j. coll. ij.* diximus etiam in *l. pen. ff. ex quib. cau. ma.* vbi sex [l] requiruntur ad hoc, quòd quis sit miles. Vel dic militauerit, id est in exercitio militiæ fuerit.

a ¶ *Non liberat.* hoc est iure isto. nam nulla dignitas præter patriciatum releuat filium à potestate patris, vt subiicit. Sed hodie xij. sunt dignitates, quæ liberant aliquem hominem curialem à curiali conditione: *vt C. de decur. l. fin. li. x.* & illæ eædem liberant à patria potestate: *vt in Auth. constitut. qua de digni.* §. j & §. *generaliter. collat. vj.* vnde cùm sit ibi cõsul, corrigitur quod de eo hîc dicitur.

a Dignitates vij liberant à patria potesta te adde Episcopalem, & Monachismum. *Auth. Episcopales dignitas. Cod. de Episcopis. Glo. in l si ex causa. §. pe. ff. de minoribus.*

b ¶ *Constitutione.* vt C. *de consul. l. fi. lib. xij.*

c ¶ *Patriciatus.* erat enim patricius, quasi principis pater. vnde Sallustius, O patres conscripti. nam scripta erãt eorum nomina in aliquo loco, vel in corona capitis eorum, vel aliàs.

b Patriciatus summa dignitas quæ: *Gl. in l. vl. ff. de senatoribus. & in rubr. eiusdem tituli.*

d ¶ *Illicò.* Hoc est speciale in patricio & consule; hodie etiam vt sola collatione: id est datione codicillorum: id est dignitatis scriptæ, vel per aliquod priuilegiũ fiant sui iuris etiam sine administratione: in aliis x. tunc demum, cùm cœperint administrare: *vt in Authent. const. qua de digni. §. j. in gle. codicillo. coll. vj. qua est, Cod. de epis. & cle. Authen. sed dignitas. Cod. de decur. l. fi. lib. x.* Item in tertio casu cùm ordinatur episcopus: qui est etiam vltra supradictos casus: *vt in Authent. constit. qua de dignita. § palam. coll. vj.*

ADDITIO. ¶ Et no. quòd vbi electio est necessaria ex parte vtriusque, vt quia eligentes coguntur eligere, & electus consentire: quæritur ius ex sola electione etiam absenti, & ignoranti. *l. illud. ff. de tuto. & curato. da. ab his.* Sed si non sit necessaria ex parte electi, vt in episcopo: non quæritur ius ante acceptationem. *c. si tibi absenti. de præben. lib. vj.* Item vbi fit electio per viam facultatis: vt à populo, vel à domino. Sed est speciale in patricio, & consule: vt hîc Angelus.

c ¶ *Liberat.* scilicet dignitas.

f ¶ *Quis enim.* quasi dicat, si quilibet pater etiam vilissimum filium suum emancipat quandò vult: *vt infrà, eodem. §. admonendi. & §. præterea.* quare hoc Imperator non poterit facere. 2. Vel dic in casu electi patricij. q. d. cùm ipse pater patricij possit emancipare, & ad hoc compellatur cum alapis, & verberibus: *vt in Authent. consti. qua de dignit. j. respon. coll. vj.* quare & ipse Imperator, &c.

A ¶ *Liberare.* omnes veteres Cod *relaxare.* CVIAC.

g ¶ *Elegerit.* quòd rarò fit: *vt Co. de consul. l. final. lib. xij. secundum Ma.* ACCVRSIVS.

§ Diuisio.

Si ab hostibus.] Diuiditur [c] in tres partes principales. Primò loquitur quando pater fuit captus. Secundò quando filius. Tertiò declarat quid sit postliminium. Secunda ibi; *ipse quoque.* Tertia ibi: *Dictum est.* Aretinus. CASVS. Domine, vos dixistis mihi quòd per mortem ciuilem tollitur pat. pot. nunquid generaliter est verum? Respondet Imperator quòd non. Nam si aliquis paterfam. ab hostibus captus fuerit, quuãis seruus hostium efficiatur: tamen pat. pot. omninò non extinguitur: sed propter ius postliminij in tempus futurum suspenditur. Illi enim, qui ab hostibus capiuntur, si in ciuitatem reuertantur, omnia pristina iura iure postliminij recipiunt. vnde & iste pater ab hostibus captus, si reuersus fuerit, liberos in potestate habebit: quia ius postliminij eum, qui ab hostibus captus est, si posteà reuersus est, fingit in ciuitate semper fuisse. Si verò apud hostes decesserit: filij sui iuris effecti sunt. Si ipse quoque filius, aut nepos ab hostibus captus fuerit: ius patriæ potestatis in suspenso erit iure postliminij. Sed domine, dicatis mihi, si placet, vnde dicitur postliminiũ? Ad hoc resp Imperator quòd postliminium dictum est à limine & post. Nam eum, qui ab hostibus captus est, cùm posteà ad fines nostros redierit, postliminio reuersum recte dicimus. Sicut enim limina in domibus quendam finem faciunt: ita finem imperij, limen esse omnes veteres voluerunt. vnde etiam limen dictum est, quasi finis, & terminus quidam. & hac ratione est, vt qui ab hostibus vltra limen: id est vltra metam, & finem imperij ducebatur, posteà eodem limine reuertebatur, quo amissus fuerat. Sed pone quod aliquis sit captus intra fines imperij, & ibidem victis hostibus recuperatus: nunquid censetur ipse postliminio reuersus? Et videtur quòd non, cùm non fuerit vltra limen; id est metam, vel finem imperij. Respondet Imperator quòd iste postliminio rediisse cẽsetur. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *præterea.* Francis. de Aretino.

vel consularis dignitas patris potestate filium non liberat [a]. Sed ex constitutione [b] nostra summa patriciatus [c] dignitas illicò [d] Imperialibus codicillis præstitis, filium à patria potestate liberat [e]. Quis enim [f] patiatur patrem quidem posse per emancipationis modum potestatis suæ nexibus filium liberare [g]: Imperatoriam autem celsitudinem non valere eum, quem sibi patrem [†] elegerit [g], ab aliena eximere potestate?

Captiuitate patris, aut filij pendet magis, quàm intereat ius patriæ potestatis propter postliminij ius. Retrò enim fingitur in ciuitate fuisse, qui ab hostibus regressus est.

5. ¶ Si ab hostibus [h] captus fuerit parens: quamuis seruus hostium fiat: tamen pendet [i] ius liberorum propter ius postliminij [k]: quia hi, qui ab hostibus capti sunt, si reuersi fuerint, omnia pristina iura recipiunt. idcircò [l] reuersus parens etiam liberos habebit in potestate; quia postliminium fingit eum, qui captus [m] est, in ciuitate semper fuisse. Si verò ibi decesserit: exinde ex quo captus [n] est pater, filius sui iuris fuisse videtur. Ipse quoque filius, nepósve si ab hostibus captus fuerit: similiter dicimus propter ius postliminij, ius quoque potestatis parentis in suspenso esse. Dictum est autem postliminium à limine, & post [†]. Vnde eum, qui ab hostibus captus est, & in fines nostros posteà peruenit, postliminio reuersum rectè dicimus. Nam limina sicut in domibus finem quẽdam faciũt: sic & imperij finem esse limen veteres voluerunt. Hinc & limen dictum est, quasi finis quidam, & terminus. Ab eo postliminium dictum est; quia [†] ad idem limẽ reuertebatur, quod amiserat. Sed & qui captus, victis hostibus recuperatur, postliminio rediisse existimatur.

Emancipatio apud quemuis ma-

a Hostes qui dicantur.

† Seruius tamen, vt in Topicis ad Trebatium testatur Cicero, dici vult à *post*: & *liminium* illud productionem esse verbi: sicut in finitimo, legitimo, editimo, non plus est timẽ, quàm in medi. tullio tullium.

b Filius capt. ab hostibus in veritate sui iuris.

† *Alias*, quia eodem limine reuertebatur, quo amissus erat.

Admo

ADDITIO. Etiam quo ad testamentum, vel contractus filij super aduentitiis acquisitis ante captiuitatem, nec in alium translatis quouis titulo præterquàm hæreditario: aliàs secùs secundũ Angelum Areti. sed secundùm Iasonem non pendent cõtractus filij, nisi patris præiudicium concernant.

k ¶ *Postliminy.* Est autem postliminiũ ius amissæ rei recuperandæ ab extraneo, moribus, & legibus constitutum: vt colligitur, *ff. de cap. & postlimi. reuer. l. postliminium. j. resp.* ACCVRS.

l ¶ *Idcirco.* quia reuersi omnia iura recuperant [c].

m ¶ *Captus.* & reuersus: *vt ff. de cap. l. retro.*

n ¶ *Captus.* intra fines nostros, nec vltrà deductus [d]. & ita impropriè reuersus dicitur postliminio. 2. Vel dic captus fuerat vltra fines. & tunc dicitur etiã rediisse, antequàm ad limina redeat: quia sic recuperat statum, licèt impropriè: & facit ad hũc § *ff. de capti. l. in bello* §. j. item ad idem, *ff. de vi, & vi arma. l. qui possess.*

c Excepta possessione rerum suarum. *l. denique. & hæc vtilem. ff. ex quibus caus. ma.* Iad Quia fuit recuperatus antequàm excideret fines. *de gid. per.*

[*Præterea.*] Diuiditur in sex partes. Primò, qualiter per emancipationem liberatur filius à patria potestate. Secundò, qualiter fiebat emancipatio de iure antiquo. Tertiò, qualiter fiat hodie. Quartò, quòd pater habet legitimam in bonis emancipati, sicut patronus in bonis liberti. Quintò, quòd pater legitimus est tutor filij impuberis emancipati. Sextò, quòd neporem potest emancipare retento filio in potest. & econtrà. Secunda ibi; *Sed emancipatio.* Tertia ibi; *Nostra.* Quarta ibi; *Et tunc.* Quinta ibi; *Et præterea.* Sexta ibi; *Admonendi.* Aret. CASVS. Domine, iam vidi plures modos, quibus tollitur pat. põ. nũquid adhuc tolli poterit plurib. modis? respon. quòd sic. Nam certè post supradictos modos tollitur emancipatione pat. pot. Sed domine dicatis mihi qualiter fit emancipatio? Ad hoc resp Imperator, quòd aliter olim fiebat emãcipatio, & aliter hodie fit. Nam olim aut per antiquam legis obseruationem fiebat, quæ per imaginarias renditiones, & manumissiones ab imaginario emptore factas celebrabatur; aut per imperiale rescriptum: sed nostra prouidentia hæc per quandam constitutionem in meliorem statum reformauit statutum enim est constitutione nostra, vt antiquorum fictione sublata, parentes ad competentes iudices, vel magistratus directa via intrent: & ibidem filios, vel filias, & deinceps liberos cæteros à sua potestate dimittant: & ex tempore emancipationis factæ eadem iura præstantur parenti in bonis liberorum ab ipso emancipatorum, quæ tribuuntur patrono in bonis liberti: & etiam si aliquis eorũ emancipatorum impubes fuerit, parens qui emancipauit, per emancipationem eius tutelam nanciscitur. Et hæc vsque ad §.

Admonendi autem. Franc.

a ¶ *Præterea.* non solùm supradictis modis; sed præterea, &c.

b ¶ *Liberi.* generale nomen est ad omnes inferiores. *vt infr. titu. ij. §. finali.*

a ¶ *Per antiquam legis.* Legis xij tab. quæ quidem, vt Hallicarnass. scribit ἐγίνετο ἐν τῇ πατρίᾳ τῶν λεγομένων ἀνωνύμων ἀναδικαίων ἃς ἐνίστασαν ἐν ἀγορᾷ est ergo alia emancipatio legitima, alia Anastasiana, quæ fit ex Imperatoris rescripto, alia Iustiniana. CVIAC.

c ¶ *Procedebat.* id est, ea demùm ad effectum perducebatur. ACCVRS.

d ¶ *Per imaginarias.* id est fictitias [a]: *sic ff. de reg. iur. l. imaginaria.* nam pater vendebat filium pro vno nummo fortè: & emptor eum manumittebat; *vt hic, & ff. de capit. demi. l. liberos. §. j. & Cod. eod. l. fin. j. respon.* & facit ad hoc *infr. de test. §. j.* & propter hoc dicebatur filius capite minui. ¶ Sed cùm hodie talia non fiant, vt sequitur, nunquid dicitur capite minui? Resp. sic: quia statum suũ mutat ad minus: *vt infr. de capi. demi. j. respon. & §. nomina.*

e ¶ *Ex imperiali rescripto.* & hoc modo etiam sine venditione fiebat, vt puto. ADDITIO. Et erat ratio secundùm Angel. hîc; quia frustrà precibus imploratur, quod datur à iure. *l. j. in gloss. fi. ff. ad munici.*

f ¶ *Per constitutionem.* vt *C. de emancipat. liberorum. l. fi.*

g ¶ *Fictione.* aliàs funCtione; id est vsu. aliàs fictione, aliàs factione. ADDITIO. Quæ fictio non debet deduci in genere: putà quòd contractus sit simulatus, sed in specie. & qualiter præsumatur, vel probetur per testes, vide per Ange. hîc.

h ¶ *Explosa.* id est, expulsa. *sic infr. de fidecom. hære. §. sed quia stipu.*

i ¶ *Recta via.* vel indirecta: non curo. vel dic, id est recto iure.

β ¶ *Competentes iudices.* magistratus populi Romani. CVIAC.

k ¶ *Vel magistratus.* quoslibet, etiamsi nõ habent merum imperium; vel mixtum: *vt in Authen. de defen. ci. §. iusiurandum. versic. & quicquid aliud. & ibi gloss. coll. iiij.* & etiam extraordinarios: vt duo Bononiens. coram iudice Mutinens. *vt ff. de manu. vin. l. etiã. §. fi. & C. de iudi. l. vlti. aliàs pen.*

γ ¶ *Vel magistratus.* municipales.

l ¶ *Intrent.* si iudex est in domo. idem vbicunque sit, dummodò non sit in loco turpi: *vt ff. de iusti. & iur. l. pen. & ff. de arbi. l. cùm dies. §. penul.*

m ¶ *Sua manu.* id est, debet capere eum per manum, & relaxare eum per verba ad hoc idonea [b]. 2. Vel dic, manu, id est potestate. nam quandoque & non capta manu emancipatur: *vt C. de eman. libe. l. penul.* ACCVRS.

n ¶ *Et tunc.* i. ex tunc. nam priùs occuparet pater omnia iure peculij: *vt infrà, qui. non est per. fa. §. j.* & est simile tunc, *ff. de condi. & demon. l. iiij. in fin. & ff. si cer. peta. l. lecta. circa princ. ibi, tunc eo ampliùs.* & in glo. *tunc. & ff. de vulg. substi. l. in pupillari. §. j.*

o ¶ *Ex edicto.* s. posito, *ff. si à pa. quis fue. ma. l. j. in fi. j. respon.*

p ¶ *In bonis.* acquirendis, vel acquisitis, vel à patre sibi nunc collatis.

q ¶ *Manumissus.* i. emancipatus. impropriè enim ponitur: *vt ff. quando act. de per. est anna. l. j. §. alienatio.* ADDITIO. Quod est verum de stricto iure C. secus de iure digestorum secundùm Iason, propter *l. Pantonius. ff. si à pa. quis fue. manu.*

r ¶ *Patrono.* patronus autem succedit liberto in totum ab intestato, filiis non extantibus: ex testamento in tertia parte bonorũ liberti: liberis existentibus, in nihilum: licèt olim esset aliter: *vt infrà, de succ. liber. §. j. & ij. §. sed nostra.* Sic erit hîc in parte. ¶ Sed hæc similitudo interdum fallit. nam interdum habet totum pater, vt si filius turpem personam instituit hæredem: *vt ff. si à parent. quis fuerit manu. l. Pantonius. in principio.* Interdum nihil ex

Instit.

gistratum (etiam citra antiquam solennitatem) facta, patriæ potestatis vincula soluit: verùm pater ex emancipati bonis sibi [illegible] debitam portionem consequitur [illegible] ue, si impubes sit, legitimam [illegible].

6. ¶ Præterea [a] emancipatione quoque desinunt liberi [b] in potestate parentum esse: sed emancipatio anteà quidem vel per antiquam legis [c] obseruationem procedebat [c], quæ per imaginarias [d] venditiones, & intercedentes manumissiones celebrabatur: vel ex imperiali rescripto [e]. Nostra autem prouidẽtia etiam hoc in melius per constitutionem [f] reformauit: vt fictione [g] pristina exposa [h], recta via [i] ad competentes iudices [β] vel magistratus [k], parentes intrent [l]: & filios suos, vel filias, vel nepotes, vel neptes, ac deinceps à sua manu [m] dimittant. Et tunc [n], ex edicto [o] prætoris in bonis [p] huiusmodi filij, vel filiæ; nepotis, vel neptis, qui, quæve à parente manumissus [q], vel manumissa fuerit, eadem iura præstantur parenti, quæ tribuuntur patrono [r] in bonis liberti. Et præterea si impubes sit filius, vel filia, vel cæteri, ipse parens ex manumissione [f] tutelam eius nanciscitur [t].

7. ¶ Admonendi autem sumus, liberum arbitrium esse [u] ei, qui filium, & ex eo nepotẽ, vel neptem in potestate habet [x]: filium quidem de potestate dimittere; nepotem verò, vel neptem retinere: & econuersò filium quidem in potestate retinere; nepotem verò, vel neptem manumittere [y], vel omnes [z] sui iuris efficere. Eadẽ & de pronepote, & pronepte dicta esse intelligantur.

Adoptatus ab ascendente, si præsens adoptioni non contradicat, à patris naturalis soluitur potestate. & in adoptantis potestatem transit.

8. ¶ Sed & si pater filium, quẽ in potestate habet, auo, vel proauo naturali, secundùm nostras constitutiones [a] super his habitas, in adoptionem dederit: id est, si hoc ipsum actis interuenientibus apud competentem iudicem manifestauerit, præsente eo [b], qui adoptatur, & non contradicente [c], nécnon eo præsente, qui adoptat: soluitur quidem ius potestatis naturalis patris omninò dissoluitur, & in huiusmodi patrem adoptiuum transfertur: in cuius persona constituimus adoptionem plenissimam esse, quando ea, quæ diximus, concurrunt. Et hæc vsque ad illum §. *illud autem.* Franc.

a ¶ *Constitutiones.* vt *C. de adop. l. cùm in adoptiuis. & sup. de adop. §. sed hodie. & §. si verò.*

b ¶ *Præsente eo.* nisi sit infans: *vt C. de emancip. li. l. pen.* ACCVRS.

c ¶ *Non contradicente.* Nota patientiam [b] consensui comparati. sic qui tacet [c], affirmat: *sic ff. de pignor. l. fideiussor. ij. §. pater. in fi. & ff. sol. mat. l. ij. §. fin.* Argum. contrà *ff. de adop. l. j. §. j.* [d] *& de procur. l. filiusfamilias. §. j.* ACCVRS.

ADDITIO. Sed ibi erubescentia tacuit, quo casu non videtur

a Actio Caluisiana.

a Quæ venditiones, & ex cõsequenti manumissiones, licèt essent nullæ quo ad commodum cõtrahentium. *l. mulier. ff. de contrah. emp. & §. fi. supra, de ing.* tamen ad eorum incommodum bene valebãt: vt hîc per Iason.

b Et ita cõmuniter obseruatur secundùm Ang. quãdo sit inter præsentes: secùs si inter absentes: vt hîc sequitur.

c Excepta possessione rerum suarum. *l. denique. & hinc vi lem. ff. ex quibus caus. ma.* Ia. d Quia fuit recuperatus antequàm excederet fines. *Et gid. Per.*

a Hostes qui dicantur.

† Seruius tamen, vt in Topicis ad Trebatium testatur Cicero, dici vult à *post:* & *liminium* illud productionem esse verbi: sicut in finitimo, legitimo, editimo, non plus est timõ, quàm in medi. tullio tullium.

b Filius capt. ab hostibus in veritate sui iuris.

† *Alias*, quia eodem limine reuertebatur, quo amissus erat.

c Patris filium emancipantis, & patroni seruum manumittentis in emancipatum, & libertum iura, in multis dissimilia sunt.

b Patientia cõsensui comparatur

c Tacès affirmat.

d Sed ibi secũdùm Christophor. requiritur expressus consensus pro forma.

consentire: secundùm Ias. per text. *in leg. penult. ff. de fur.* vel pro solutione distingue vt per Ange. Aret. hic.

a ¶ *Transit.* ergo non tollitur patria potestas; sed transfertur. Ad quid ergo hic casus in hoc ponitur? Respond. quia etsi non tollitur incommutabiliter: tollitur tamen quo ad primum. idem dico in eo, qui iudicatur in potestate mea non esse. Nam non efficitur sui iuris: cùm sententia non faciat ius, imò remanet in potestate: licèt quo ad me pro emancipato habeatur: *vt ff. de cond. indebiti. l. Iulianus. in prin. & l. vltim.*

b ¶ *Diximus.* vt §. *tit.* j. §. *si verò.* ACCVRS.

Illud autem.] Diuiditur [a] in tres partes. Primò dicit de filiis ante emancipationem patris conceptis. Secundò de conceptis posteà. Tertiò quòd filius non potest cogere patrem ad emancipandum eum. Secunda ibi, *Quod si post.* Tertia ibi, *Et quidem.* Aret. CASVS. Ponamus quòd aliquis habeat filium in potestate: & vxor istius filij ex eo conceperit: & posteà eundem filium emancipauerit, vel in adoptionem dederit: modò quæritur, vtrùm partus ante emancipationem conceptus, & posteà editus, nascatur in potestate aui nihilominùs? Resp. Iustinia. quòd sic. sed si post emancipationem conceptus fuerit, secùs erit: quia tũc partus ex ea editus, in potestate parentis emãcipati, vel aui adoptiui erit. Et sciendum quòd in parentum potestate existentes nullo modo possunt compellere parentes eos de sua potestate dimittere. Et hæc vsque in finem titul. Francis. de Aretin.

a Diuisio.

Illud.] Hic §. tradit duo præcepta: *vt supr. de adoptio. §. sed hodie.* ACCVRSIVS.

c ¶ *Ex filio.* §. naturali, & legitimo: secùs in legitimo tantùm, vt in adoptiuo. nam tunc filio emancipato etiam nepos ex eo emãcipatus videtur, secundùm quosdam: *vt ff. de ea. de. l. liberos. §. emãcipato. & ff. de adop. l. sed etiam nepos.* 2. Vel meliùs dic in eo idem, quod in naturali: *vt in fine huius tit. & ff. de adop. l. liberum. & ff. de ca. & postli. reuer. l. si me tibi.* ACCVRS.

b Ratio est fauor libertatis: *vt l. qui in vtero. ff. de statu homi.*

d ¶ *Ex ea nascitur.* secùs [b] in ancilla prægnante manumissa, vel alienata: *vt supr. de inge. §. sufficit. & ff. de acqui. rerum do. l. fin. & C. de proba. l. matrem.*

e ¶ *Et quidem.* hoc est secundum præceptum: & repete, scire oportet, quod neque, &c.

f ¶ *Naturales.* subaudi, & legitimi. nam naturales tantùm non sunt in potestate: *vt supr. de nup. §. fin.*

g ¶ *Penè.* ¶ Hîc not. talem regulam, quòd nullus filius potest compellere patrem vt emancipet eum. quod fallit [c] in quatuor casibus: & ideò dicit, *penè.* 1. Vt si pater agnouerit legatum sibi relictum hac contemplatione, vt liberos emanciparet; nam tunc compellitur extra ordinem emancipare: *vt ff. de cond. & demon. l. si cui legatum.* 2. Item si Titius adoptauit priuignum suum, compellitur emãcipare eũ eo pubere facto, si probauerit sibi non expedire esse in potestate: *vt ff. de adop. l. nonnunquã. & l. seq.* Item in quolibet adoptiuo: *vt ff. de min. l. iij. §. si quis minor.* 3. Item si filium malè, & contra pietatem affecerit: *vt ff. si à pa. quis fue. ma. l. final.* Item econtrà filius non potest compelli vt emancipetur [d]: *vt in Auth. qui. mo. na. effi. sui. §. generaliter. coll. xij.* ADDITIO Nisi [e] ex prædictis causis, secundùm Bar. *in l. quidam cùm filium. 132. ff. de verb. obl.* [f] & Ias. hic. Sed Ange. tenet contrarium: nisi quando filius agnouisset legatum sibi relictum contemplatione emancipationis. & no. in dict. l. *quidam.* ex eisdem causis quem posse inuitum emancipari, ex quibus potest exhæredari.

c Emancipare filiũ pater cogitur in quatuor casibus.

d Etiam si parem malè tractet, &c. *secundùm Ioann. de Pla. & Angel. hic.* Aegi. Perr.

e Aliud putat Gloss. *Nouella quibus modis natur. 89. c. 1. in verbo, non est.*

f *Et in d. Nouell. 89. §. generaliter. num. 9.*

g Continuatio.

subiecta sunt. Verùm quia est reperire aliam diuisionem: quia quidam sunt in tutela, & c. ideò sequitur videre de tutelis.

Ranseamus nunc.] Iste titulus diuiditur [a] in quatuor partes. Primò subdiuidit primum membrum personarum positum suprà, tit. *de his, qui sunt sui vel alieni iuris.* Secundò definit quid sit tutela. Tertiò, qui sunt tutores, & vnde dicantur. Quartò, qui sunt illi, qui possunt tutores ex testamento dare. Secunda ibi, *Est autem.* Tertia ibi, *Tutores.* Quarta ibi; *Permissum.* Aretinus. CASVS. Iustinia. dicit hîc continuando processum suũ. Nunc transeamus ad aliam diuisionem personarum. Nam ex his personis, quæ in potestate sunt: quædam sunt in tutela, vel in cura: quædam neutro iure tenentur. vnde videamus de illis personis, quæ sunt in tutela, vel cura. Nam cognitis illis personis, quæ sunt in tutela, vel cura: cæteras quoque personas: illas videlicet, quæ neutro iure tenentur, simul intelligemus. Priùs enim inspiciamus de illis personis, quæ sunt in tutela. & hæc dicuntur vsque ad illum §. *est autem tutela.* Franciscus.

a Diuisio.

DE TVTELIS. TITVLVS XIII.

Ponit triplicem speciem personarum. Et cognito vno de contrariis, cognoscitur & reliquum. hoc dicit. Aretinus.

Ranseamus nũc ad aliam [b] diuisionem personarum. Nã ex his [i] personis, quæ in potestate nõ sunt [k], quædam vel in tutela sunt, vel in curatione: quædam neutro [l] iure tenentur.

Videamus ergo de his, quæ in tutela, vel in curatione sunt: ita enim [m] intelligemus cæteras personas, quæ neutro iure tenentur. Ac priùs dispiciamus de his, quæ in tutela sunt [n].

Illud ex tutelæ definitione nota, tutorem primariò personæ tuendæ causa datum: secundariò bonorum.

1. ¶, Est autem tutela (vt Seruius [o] definiuit) vis, ac potestas [p] in capite libero [q] ad quòd hîc subdiuidit illud membrum: quędam sui iuris sunt: quod est oppositum illi, quædam alieno iuri subiectæ sunt: vt suprà de his qui sui, vel alieni iuris sunt.

b Omnis, qui in tutela, vel cura est, sui iuris est.

c Curator an, & quomodo & liberalis dari possit.

d Nisi in his, in quibus patris auctoritas, vel consensus non sufficit: vt quia non de ipsius sed filij commodo, vel incõmodo tractatur: quo casu datur curator bonis: *vt l. fi. §. fin autem in secunda. C. de bon. quæ lib.* cuius sola auctoritate in criminalibus, vel actionibus personalibus potest filius esse in iudicio, vt per Ang. & Ia. hic.

e Dic quòd hæc solutionõ procedit quantum ad ver. nã si, ibi positum qui est contrà. sed dicit Ias. quòd ille casus est singularissimus: secundùm Bart. ibi.

f Tutela duob. modis dicit potest esse vis, & potestas.

g Tutela violẽta potestas; quia datur inuito, etiam inuitus.

h Potestas tutelæ à patria, & dominica differt.

i Tutor datur inuito: at non curator.

k Hanc Glo reprehendunt communiter doct. hîc.

¶ Per hoc fert à potestate qua filiu liberatur bertate, pillus à t secũdùm Aegid. P a Scilicet cipaliter in conse tiam: *l. fin* est *itate. C. quæ liber.* non conf tur. *l. ff. Ho. tu. vt h Christ.*

b Et ideò fert à t propriæ næ, & r propriaru Huiusmo nim sui, & rum rerun tela, iuri gentium, ciuilis. *l. v ff. de iusti. & n. & l. 3. leg. Aquil. secundum C*

Imperator § continuat hanc rub. Vel sic: Dictum est sup. de quadam diuisione personarum: quia quadam sunt sui iuris, quadam alio iuri

l ¶ *Neutro.* nec tutela, nec cura.

m ¶ *Ita enim.* quia contrariorum eadem est disciplina: *vt hic, & suprà, de his, qui sui, vel alieni iuris sunt. in princ.*

n ¶ *In tutela sunt.* de aliis dicetur *infr. de cura.*

Est autem.] CASVS. Domine, iam video quòd vultis de aliis tractare, qui sunt in tut. Dicatis ergo, si placet, quid est tutela? Respon. Iustin. definiendo tutelam. Tutela (prout Seruius iurisconsultus definit) est vis, ac potestas, &c. Et definitionis partes in casu mutari non possunt. & hæc vsque ad illum §. *tutores autem sunt*, &c. Sed domine, iam video quid est tutela: dicatis ergo, qui sint tutores: Ad hoc respon. Iustinia. quòd tutores sunt, qui eam vim, & potestatem acceperunt: ex qua vi, & potestate nomen suũ acceperunt. Nam dicuntur tutores à tuendo, quasi tuitores: id est defensores? sicut æditui dicuntur, qui ædes tuentur. Et hæc vsque ad illum §. *permissum.*

o ¶ *Seruius.* nomen est iurisconsulti. & facit ad hunc § *ff. eo. l. j.*

p ¶ *Vis, ac potestas.* i. [r] violenta potestas. Nam [s] datur tutor inuitus (cùm enim sit munus publicum: *vt infr. de exc. tut. & in prin.* ibi, *exemplo cæterorum munerum.* ergo inuitus datur: *vt Co. de decu. l. nullus. lib. x.*) Item inuito datur: *vt ff. de tut. & cura. da. ab his. l. nẽcnon. & ff. de tute. l. ij.* Vnde patet quòd hîc est alia [h] potestas, quàm patris in filium, & domini in seruum; cùm illa ad commodum sit: *vt infrà, per quas perso. no. acqui. §. j. & suprà, de his, qui sui, vel alie. iuris sunt. §. ij.* hæc verò ad onus, tenetur enim de dolo, & lata culpa: *vt C. arbit. tut. l. ij.* Item per hoc quòd datur inuito, differt [t] à curatore, qui volenti datur: *vt infr. de cura. §. item inuiti. & ff. eo. l. ij. §. si pupillus. 2.* ¶ Vel dic, vis ad cogendum, potestas ad imperandum.

q ¶ *Libero.* nam nisi sit liber pupillus, non potest habere tutorẽ, cùm si seruus sit, non sit sui iuris, quod est necesse: *vt suprà eod. in prin.* [k] Item & si dubius est, potest habere tutorem: *vt ff. de tut. & cur. da. ab his. l. ei, qui.* est tamen casus vbi seruo datur tutor: *vt ff. de tut. & curat. da. ab his. l. si impuberi. j. resp.* cui tamen legi signatur contra, *ff. ad Treb. l. si res aliena. §. si seruus. & l. cogi. §. fin.* & his duabus

duabus est alia contra. *ff. eo. ti. l. mulier. §. non est.* Quæ legum contrarietas ita soluitur, cum libertas fideicõmissaria, & hæreditas relinquitur ab eodem præstanda: poterit seruus cogere vt instituatur hæreditatem adeat, & tunc datur etiam seruo tutor. vbi verò ab vno hæreditas, & ab alio libertas relicta est: non potest nisi priùs præstita ei libertate: tunc enim coget alium hæredem hęditatem adire, & sibi restituere, secundùm Ioa. a ¶ *Ad tuendũ.* per hoc etiam remouet patriam potestatem, quę non est ad tuendum [a], sed ad gubernandũ prout vult, & sibi acquirendum.

¶ Per hoc differt à patria potestate, à qua filius non liberatur pubertate, vt pupillus à tutela, secũdùm Nic. Aegid. Per.

a Scilicet principaliter: sed in consequentiam: *l. fin. §. necessitate. C. de bo. quæ liber.* vnde non considerat. *l. 1. ff. de auct. tu. vt hîc per Christ.*

b ¶ *Per ætatem.* ad differentiam curatorum, qui dantur furiosis, & mente captis, qui propter morbum se defendere non possunt: *vt infrà, de cura. §. furiosi.* Accvrsivs.

b Et ideò differt à tutela propriæ personæ, & rerum propriarum: Huiusmodi enim sui, & suarum rerum tutela, iuris est gentium, non ciuilis. *l. vt vim. ff. de iustit. & iur. & l. 3. ff. ad leg. Aquil. secundùm Christ.*

c ¶ *Iure ciuili.* Not. tutelam esse de iure ciuili [b], licèt omnes ferè contractus sint de iure gentium: *vt suprà, de iure natur. §. ius autem.* a ¶ *Iure ciuili.* lege xii. tab. Cviacivs.

d ¶ *Data.* scilicet à lege, vel iudice: permissa verò à testatore dicitur: *vt infr. eod. §. permissum. 2.* Vel dic, data personæ principaliter: permissa secundariò rebus: *vt infrà tit. j. §. certa. & infr. de excusa. tutorum. §. datus.*

β ¶ *Data, ac permissa.* Datur legitima, Permittitur testamentaria. Datiua ex aliis legibus descendit. Cviac.

c ¶ *Eam vim.* quæ est dicta *supr. proxi. §.*

f ¶ *Ex qua re.* i. vi, & potestate.

g ¶ *Defensores.* & secundùm hoc etiam curatores sunt tutores: secundùm Ioan. & plerumque sic appellantur: *vt ff. de leg. iij. l. cum filio. § j. & ff. de mi. l. j. §. ij.* Additio. Hanc gl. probat Ias. quia licèt allusio vocabuli conueniat; non tamen procedit: quia repugnat definitio: vt not. Bart. *in l. j ff. de testa.*

h ¶ *Qui ædes.* vt est præfectus vigilum, & qui cum eo de nocte vadunt: *vt ff. de offic. præfect. vigi. l. ij. §. sciendum.* Accvrs.

Permissum est.] Diuiditur in tres partes. Primò ponit dictum in genere. Secundò illud modificat. Tertiò modificationem exemplificat. Secunda ibi; *Nepotibus.* Tertia ibi; *Itaque.* Aretinus.

Casvs Domine, ex quo vultis tractare de tutelis, & testamentaria tutela; quæ dignior est: dicatis ergo in primis: qui possunt dare tutores in testamento, & quibus? Ad hoc respon. Amice, permissum est parentibus, qui liberos tempore mortis in potestate habent, liberis suis impuberibus in testamento suo dare tutores. & hoc in filiis, & filiabus generaliter locum obtinet: sed secùs est in nepotibus, & neptibus, & cæteris liberis in remotiori gradu constitutis. Nepotibus enim, & neptibus ita demùm possunt patentes in testamento suo tutores dare, si post obitum eorum huiusmodi nepotes in patris sui potestatem recasuri non sunt: vnde si in tempore mortis me filium tuum, & ex me nepotes, & neptes in potestate tua habeas, nepotes, & neptes in testamẽto tuo tutores accipere non poterunt: licèt in potestate fuerint: quia statim post mortem tuam in potestatem patris sui sunt recasuri. Sed pone, Domine, iam video quòd parentes in testamento suo liberis suis impuberibus tutores dare possunt: sed nunquid permittitur parentibus dare posthumis tutores in testamento? Repond. Imperator quòd sic. Nam cùm pluribus aliis causis posthumi pro iam natis habeantur, statutum est in hac causa nõ minus posthumis, quàm etiam iam natis tutores à parentibus in testamento dari posse. & hoc est verum, si in hac causa sint posthumi, vt si viuis parentibus essent nati, in eorum potestatem caderent. Et hæc vsque ad illum §. *sed & si emancipato filio,* Franciscus.

i ¶ *Permissum est itaque.* quia quædam generaliter vidimus de tutelis: & omnis tutela est vel testamentaria, vel legitima, vel datiua: itaque priùs de testamentaria, vtpotè de digniore videamus in hoc titulo, & sequenti. De legitima autem dicetur infrà, *de legiti. agnat. tut. vsque ad tit. de Atti. tut.* de datiua dicetur *infr. de Attil. tut. per totum.*

γ ¶ *Permissum est itaque parentibus.* Vt verò parentes instituere liberis tutores possunt, an & substituere? sic videtur: *l. verbis. ff. de verb. sign.* Cviacivs.

nepotes ex eo non poterunt [p] ex testamento tuo tutores ¶ habere, quamuis in potestate tua fuerint: scilicet quia mortuo te, in patris sui potestatem recasuri sunt.

Posthumo quoque (qui si viuo patre natus esset, in eius potestate futurus fuisset) testamento tutor dari potest.

4. ¶ Cùm autem in compluribus [r] aliis causis posthumi pro iam natis habeantur, & in hac causa placuit non minùs posthumis, quã iam natis testamẽto tutores dari posse: si modò in ea causa sunt, vt si viuis parentibus nasceretur, sui hæredes, & in potestate eorum fierẽt [s].

Emancipato, inutiliter testamento datur tutor: datus tamen etiam sine inquisitione à iudice confirmandus est.

5. ¶ Sed & si emancipato filio tutor à patre datus fuerit testamento: confirmandus [t] est ex sententia præsidis omnimodo; id est sine inquisitione [u].

k ¶ *Impuberibus.* etiam inuitis [a]: *vt ff. de tu. l. muto.* hoc etiam prætori, & præsidi licet: *vt ff. de tutor. & curato. dat. ab his. l. necnon. & l. nec mãdante. §. fin.*

a Inuito tutor à patre, & iudice dari potest.

l ¶ *In potestate.* naturalibus etiã dare possunt in his, quæ sibi relinquuntur [b]: *vt C. de confir. tut. l. fi.*

b Et est ratio, quia tunc non dicitur dari tutor personæ: sed hæreditati, siue rebus. *l. pater. §. r. ff. de test. tut.* Et si dixeritis, nonne tutor datur personæ? Resp. verum quando datur à iudice, qui habet subditos in potestate: vel à testatore habente pupillum in potestate, secũdum Christop.

m ¶ *Testamento.* vel codicillis testamento confirmatis: *vt ff. de testa. tute. l. ij.*

n ¶ *Tutores.* sed non curatores: *vt infr. de cur. in princ.*

o ¶ *Tua fit.* & nunquã exiuit, alioquin non recidit: *vt ff. de adopt. l. si pater filium,* & de hoc dixi *suprà, titul. j. §. j.* Accvrsivs.

p ¶ *Non poterunt.* licèt miles sit testator: *vt ff. de testa. tu. l. ij.*

q ¶ *Tutores.* si autem filius vel emãcipatus est, vel mortuus: tunc nepotes ex eo sunt sui iuris mortuo auo: *vt supr. ti. j. §. j. in fin.* vnde ex testamento aut possunt habere tutorem: vt hic innuitur.

r ¶ *In compluribus.* vt quotiens de commodo eorũ quæritur: *vt ff. de stat. ho. l. qui in vtero.* non si de commodo aliorũ: *vt ff. de verb. sig. l. quod dicimus.* vel si de incommodo matris: *vt ff. de sta. hom. l. Imperator. ij.* quo casu non habetur pro iam nato.

s ¶ *Fierent.* vt quia ex vxore nasciturus erat, vel nuru. aliud si ex concubina, nisi in his, quæ sibi dimitteret: *vt Co. de confir. tu. l. fi.* tales enim tunc non nascerentur in potestate. *supr. de nupt. §. fina.*

Sed & si emancipato.] Casvs Domine, iam video quòd permissum est parentibus liberis suis impuberibus in sua potestate existentibus in testamento suo dare tutores. sed pone quòd pater in testamento filio emancipato dederit tutorem: nunquid valet in casu isto tutoris datio? Resp. quòd non: sed tamen licèt in casu isto de iure non teneat tutoris datio: si tamen de facto pater in testamento filio emancipato tutorem dederit, iste tutor à patre de facto datus, ex præsidis sententia confirmandus est omnimodo. i. sine inquisitione. Et hæc dicuntur vsque in fi. titu. Franc.

t ¶ *Confirmandus.* non ergo valebat datio per se: cùm non esset in potestate: *vt supr. eo. §. permissum.* ¶ Sed nũquid hic tutor confirmatus dicitur testamentarius? quòd si esset, præferretur legitimo: *vt infr. tit. ij. in prin.* an datiuus quod potest admitti [c] & facit pro hoc: *ff. de ver. sig. l. lege.* [d] *& in Auth. de defen. ciu. §. si de catero. coll. iij.* ita legitimus tutor huic præfertur: *vt infr. de Attil. tu. in prin.* [e] & ideò glossauit, sine inquisitione. nõ quod vellet eum confirmari, si alius esset legitimus: sed quia non quæritur an sit locuples, vel non. Sed arg. contrà *ff. de cur. fu. l. si furioso puberi.*

c Tutor confirmatus est datiuus, & non testamentarius.

d Imò non facit secundùm DD. quia dare non videtur, qui ex necessitate cõfirmat: *vt hîc in ver. omnino. arg. l. rem legatam. ff. de adi. le.* Sed melius probatur *l. 3 ff. de confirm. tu.* vbi cùm assimiletur testamẽtario, patet quod non est idem *i. quod Nerua. ff. depo.*

e Dic quòd cõmunis opin est in contrarium propter ordinẽ titulorum.

u ¶ *Sine inquisitione.* i. quia non satisdat, (rem pupilli saluam fore. Item locuples sit, vel non. hoc enim non quæritur: *vt ff. de confir. tut. l. j.* Sed aliud in matre dante tutorem filio. ibi enim & si nõ satisdetur, tamen cum inquisitione datur: *vt d. l. dicitur. & Cod. de confir. tu. l. j.* Sed quare diuersum in matre dante tutorẽ filiæ? Resp. in memoriam præcedentis potestatis: *vt ff. de quæst. l. vnius. l. seruus. j. & ff. qui pet. tutores. l. fin.* facit ad hoc, *infr. de satisd. tut. & cura. in prin. & ff. de liber. agno. l. j. §. Iulianus. & Co. de epis. audien. l. de creationibus.* Sed arg. contrà, *ff. de in lit. iuran. l. videamus.*

ô ¶ *Sine inquisitione.* A patre tutor emãcipato datus, sine inquisitione confirmatur: naturali datus non item. nisi ei aliquid relictũ sit. A matre nũquam datur, nisi instituto: *l. pater. ff. de test. tu.* ex qua *in l. 4. C. eo. tit.* tollenda est negatio in eo loco, quãdo autem eos & is quidem ex inquisitione etiam confirmandus est. Cviac.

Minus recte Accursius ait. Dom. 3. dom. s. in fin.

Qvi testamento tutores dari possunt. Titvlvs XIIII.

Filiusfamiliàs etiam tutor testamento recte datur. Item proprius

Dictum est suprà in §. permissum. ti. 1. *quibus dantur tutores. restat videre, qui possint dari tutores: ideò ad hoc videndum ponitur hic hæc rubrica.* Aret.

Dari autem.] Totus iste titulus diuiditur in quinq; partes. Primò, qui possint tutores dari. Secundò, quomodo seruus alienus potest in testamento tutor dari. Tertiò, quando furiosus, vel minor tutor datur. Quartò, quando ad certum tempus, vel sub cõditione, vel certæ rei datur. Quintò, quando filiis, vel filiabus datur: quibus datus videatur. Secunda ibi; *Seruus autem.* Tertia ibi; *Furiosus.* Quarta ibi; *Ad certum tempus.* Quinta ibi; *Si quis filiabus.* Et hoc principium subdiuiditur in quatuor partes. Primò, quòd paterfamiliàs, & filiusfamiliàs potest tutor dari. Secundò, quando seruus proprius datur cũ libertate. Tertiò, quòd si sine libertate, tunc tacitè videtur sibi data libertas. Quartò, quando credebatur liber. Partes de se patẽt.

Domine, iam vultis tractare qui possint tut. dari in testamẽto. Ad hoc respon. Imp. Amice, tutor in testamento dari potest non solùm paterfamiliàs; sed etiam filiusfamil. & non solũ liberi homines in testamento tutores dari possunt; sed etiam serui. Nam quis seruum proprium in testamento suo cum libertate tutorem dare potest. & non solum si libertatem expresserit, tenebit tutoris datio: sed etiã si proprium seruum sine libertate in testamento tutorem dederit. Ex ipsa enim datione tutelæ ipse seruus videtur directam libertatem accepisse: & per hoc administrationem consequitur. & hoc verum est quando testator, qui dedit eum in tutorem, serui conditionem non ignorauit. Nam [c] per errorem quasi liberum eum dedit, aliud erit dicendum: quia in eo casu nec liber, nec tutor erit. Et hæc vera sunt in proprio seruo. Sed si seruus alienus purè in testamento datus tutor fuerit, cùm liber erit: putà testator ita dixit, Stichum seruũ Petri, cùm liber erit, tutorem do: vtiliter datus videtur. & hoc est verum in seruo alieno. Sed si proprium seruum eo modo dederit tutorem, videlicet cum adiectione, cùm liber erit: inutiliter dedisse intelligitur. Sed pone, quidam satis in consultè prouidens liberis suis, dedit eis quẽdam furiosum tutorem, vel fortè minorem xxv. ann. quid iuris est in hoc casu? Ad hoc resp. Imp. quòd si furiosus, vel minor xxv. annis tutor datus fuerit: tunc demùm tutor erit. cùm furiosus compos mẽtis factus fuerit, aut maior xxv. an. extiterit. Et hæc vsque ad illum §. *ad certum tempus.* Franc.

Seruus cum libertate: quin etiam si non facta libertatis mentione tutor datus sit, tacitè libertas data videtur in errore: quasi liber datus sit.

DAri autem tutor potest testamento non solùm pater familiàs: sed etiam filiusfamiliàs.

1. Sed & seruus proprius testamento cum libertate rectè tutor dari potest. Sed sciendum est eum & sine libertate tutorem datum, tacitè libertatem directam accepisse videri, & per hoc rectè tutorem esse. Plane si per errorem quasi liber tutor datus sit: aliud dicendum est.

Alienus seruus sub conditione libertatis futuræ tutor in testamento creari potest: proprius autem sub conditione prædicta tutor inutiliter datur.

Seruus autem alienus purè inutiliter testamento datur tutor: sed ita, *cum liber erit,* vtiliter datur. Proprius autem seruus inutiliter eo modo tutor datur.

Tutor creatur, qui est inhabilis ratione alicuius accidentis connexi temporale impedimentum præstantis: eo cessante tutor efficaciter erit. Aretinus.

2. Furiosus, vel minor viginti quinque annis tutor testamẽto datus, tutor tunc erit, cùm compos mentis, aut maior viginti quinque annis fuerit factus.

Ad certum tempus, ex certo tempore, vel sub conditione, & ante hæredis institutionem tutor dari potest: secus autem ad rem certam, vel causam. Aretinus.

3. Ad certum tempus, vel ex certo tempore, vel sub cõditione, vel ante hæredis institutionem posse dari tutorem non dubitatur.

4. Certę autem rei vel causæ tutor dari non potest: quia personæ, non causæ, vel rei tutor datur. Filiorum appellatione, posthumi quoque primi gradus continentur. Cæterùm quòd ad libertatem directam. Immò fideicommissariam. *l. etsi non adscripta. Cod. de fi. lib. l. si hæreditas. §. vlt. ff. de testa. tut. l. generaliter. §. si quis tutorem. ff. de fid. lib.* idque verum est, siue institutus sit pupillus, siue exhæredatus. nam pupillo instituto perinde libertas ex S C. Dasumiano competit, atque si, vt oportet, is ex causa fideicommissi manumissus esset. & hoc Paulus sentit *lib. 4. Sent. tit. de fid. liber.* Iustinianus verò vt ex hæreditatis; ita & ex tutelæ institutione hoc in loco directam libertatem tribuit, inuita Iurisprudentia, & hoc probare videtur Thalelæus *lib. 48. βασιλικῶν, tit. 13.* Cæterùm videtur & in hac specie Paulus directam libertatẽ tribuere in l. *quæro. §. vlt. C. de testa. tut.* Id autem ideò: quia testator seruum quasi liberum duplici nomine, L. Erotem appellauit. Cvi ac.

a *Paterfamiliàs.* nisi sit mutus, vel surdus [a]: quia tutor & loqui, & audire debet: *vt ff. de tut. l. j. §. pe. & §. fi.* Et ideò taciturnitas, seu sapientia tutoris non haberetur pro auctoritate: *vt no. gl. in l. iij. ff. de aucto. tut.* posset tamen esse procurator ad negocia: sed non curator: vt per Ang. & alios hîc.

b *Filiusfamiliàs* [b]. cùm enim tutela sit ius publicum: *vt infr. de excu. tu. in princ.* non curatur ius pa. po. *vt ff. ad Trebell. l. nam quod. j. resp. & ff. de hîr. qui ius. vel alie. iur. sunt. l. filiusfamiliàs.* quo casu pater de peculio tenetur, nisi agnoscat: tunc enim, sc. quia agnouit in solidum: *vt ff. de tu. l. si filius. & ff. de admi. tu. l. Lucius Titius.*

c *Testamento.* sed à præside tutor dari non potest seruus: *vt Co. qui dari tut. pos. l. in seruili.*

d *Et sine libertate.* non expresso hoc quòd sine libertate det: sed omisit libertatis dationem: *vt supr. qui ma. non pos. §. licet. in fin. & Co. l. de necessa. ser. l. quidam. §. ille.* Accvrs.

e *Directam.* Imò videtur quòd fideicommissariam: *vt Co. de fi deic. li. l. & si non adscripta* [c] contra. Sed certè hîc testamento: hoc fit. vbi alia voluntate, putà codicillis, vel per epistolam. 2. Vel dic quòd ibi alienum credebat, hîc suum sciebat. Item alia ratione non videtur valere datio: quia ille solus datur tutor, qui testamenti habet factionem: *vt ff. de testa. tut. l. testamento tutores.* Resp. illud intellige in passiua significatione: in qua etiam seruus dicitur habere testamenti factionem; *vt infr. de hæredum qualit. & dif. §. testamenti.*

f *Libertatem directam.* Immò fideicommissariam. *l. etsi non adscripta. Cod. de fi. lib. l. si hæreditas. §. vlt. ff. de testa. tut. l. generaliter. §. si quis tutorem. ff. de fid. lib.* idque verum est, siue institutus sit pupillus, siue exhæredatus. nam pupillo instituto perinde libertas ex S C. Dasumiano competit, atque si, vt oportet, is ex causa fideicommissi manumissus esset. & hoc Paulus sentit *lib. 4. Sent. tit. de fid. liber.* Iustinianus verò vt ex hæreditatis; ita & ex tutelæ institutione hoc in loco directam libertatem tribuit, inuita Iurisprudentia, & hoc probare videtur Thalelæus *lib. 48. βασιλικῶν, tit. 13.* Cæterùm videtur & in hac specie Paulus directam libertatẽ tribuere in l. *quæro. §. vlt. C. de testa. tut.* Id autem ideò: quia testator seruum quasi liberum duplici nomine, L. Erotem appellauit. Cvi ac.

f *Datus sit.* s. proprius seruus: licèt hoc non sit verisimile: *vt Co. de rese. ven. l. quisquis.* sed fortè ex causa hæreditaria nouiter habeat: *vt ff. de reg. iur. l. qui in alterius. & infr. de vsucap. §. quòd autem.*

g *Dicendum est.* sci. vt neque liber, neque tutor sit. idem multò magis in alieno. *vt ff. de fideicom. lib. l. generaliter. §. si quis tutorem. & ff. de testam. tutel. l. si quis tutorem.*

h *Inutiliter.* s. vt statim sit: sed cùm liber erit.

β *Purè inutiliter.* Immò inest semper hæc conditio, cùm liber erit: vel exemplo serui proprij data ei potiùs per fideicommissum libertas videtur. Potest defendi hæc non esse contraria: *arg. l. qui tutelam. §. j. & §. vl. ff. de test. tut.* Cvi ac.

i *Datur.* quia directò non erit liber, sed [a] per fideicommissum: *vt ff. de test. tute. l. si hæreditas. § finali. & C. de fideicommiss. liber. l. & si non adscripta.*

k *Eo modo.* sci. cùm liber erit. nam non erit tutor. inutilis enim dicitur etiam stipulatio propter inutilem adiectionem: *vt ff. de stipu. ser. l. sed si sibi* [b]. vel aliter inutiliter: quia pro non adiecta habetur: & erit tutor, ac si non esset adiecta: *vt & aliàs infr. de hared. instit. §. impossibilis. 2.* Vel dic tertiò secundùm P. non erit tutor nunc sed conditione exante. hæc non placet: quia sic non esset differentia inter suum, & alienum [c]. sed prima verior est: *vt ff. de regulis iur. l. actus.* Quæ lex procedet etiã in testamentaria tutela, quando scilicet conditio est prohibita, vt hîc. aliàs secùs: *vt infr. prox. §.* secundùm Ioan. Fab. & alios hîc.

l *Compos.* siue hoc dictum fuerit à testatore, siue nõ: *vt ff. eo. l. si hæreditas. §. si furiosus,* & facit ad hoc, *ff. de iudic. l. cùm furiosus. j. respons.*

Casvs

Ad certum.] Domine, quidam sub conditione dedit tutorem: nunquid tenet datio in isto casu? Respon. Imp. quòd sic. Nam ad certum tempus, & ex certo tempore, & sub cõditione, & ante hæredis institutionem tutorem dari posse non dubitatur. Certæ autem rei, vel causæ tutor dari non potest: quia tutor principaliter personæ, & non causæ, vel rei datur: & hoc in secunda parte vsque ad illum §. *si quis filiis.* Franc.

m *Ad certum tempus.* vsque ad pascha.

n *Ex certo.* i. à pascha te in antea: *vt ff. de act. & obli. l. obligationum. §. j.*

γ *Sub conditione.* Ex conditione, vel ad conditionem. Cvi ac.

o *Vel ante hæredu.* cont. videbatur *infrà, de leg. §. ante hæredu.*

p *Posse dari.* à testatore, non à iudice: *vt ff. de reg. iu. l. actus.* Accvrsivs.

q *Certæ autem rei.* sci. Afri canæ, vel Syriacæ vtiliter datur: *vt ff. de testa. tu. l. si tamen tutor.*

r *Causæ.* s. certæ: vt ad rei vin. sed videtur contrà, *Cod. de in lit. tan. tu. l. ad litem.* sed ibi tutor pro curatore ponitur. Item videtur contrà *ff. de testa. tut. l. si tamen tutor.* sed ibi vniuersitati rerum datur, non rei certæ.

s *Personæ.* scilicet pupilli principaliter: vt [d] eum instruat bonis moribus, & etiam salaria præstet magistris eius: *vt ff. de admi. tu. l. cum plures. §. cùm tutor. & Cod. de aliment. præstand. l. fi.* ad hoc enim principaliter datur: secundariò autem rebus datur: *vt infr. de excu.*

a Scilicet penùs aliàs secùs. *l. si. ff. de leg. tut.* Item hoc verũ in personalibus: *vt hîc.* etiã si talis morbus supereuenerit: quia desinit ipso iure: etiam si ad motus labiorum intelligeretur; vt hîc per Baldum. Secùs tamen in muneribus patrimonialibus. *l. omnes. 6. t. ff. de muner. & hono.*

b Nam in his, quæ sunt publici iuris, filius habetur pro patre: maximè in his, quæ repræsentant duplicem personam, vt sunt magistratus: sed in his, in quibus repræsentant simplicem personã, vt in testamenti factione, non habetur pro patre, secundùm Nico. Aegi Per.

c Ex quo nor. quòd promouens ad dignitatem scienter inhabilem: videtur cum eo dispensare, si potest, non aliàs *l. 2. C. si seruus, aut liber ad decur. aspir. lib. 10.* secundùm Ange.

a Die quod testator videtur rogare hæredẽ vt seruum hũc emat, & manumittat: secundùm Nic. Aeg. Perr.

b Imò ibi vitiatur inutilis adiectio: secundũ Angel. hîc.

c Quamuis op. Pla. sit reprehensibilis: hæc tamen ratio reprehensionis est falsa *l. sed si hæreditas. §. si. ff. de testa. tu. secundum Ang.*

de excu.tuto.§. datus. sed in cutatore econtrà. nam principaliter rebus, secundariò personæ datur: *vt C. de nupt. l. in copulandis.*

Si quis, &c. CASVS Ponamus, Titius in testamento dedit tutorem liberis suis in hunc modum; Filiis, & filiabus meis Mæuium tutorem do. & posteà decessit vxore prægnante relicta: demùm procedente tempore peperit posthumum, & posthumam: nũquid in casu isto istis posthumis tutor datus videtur? Ad hoc respon. Imper. quòd sic. Nam ex quo filiis, & filiabus tutorem dedit: & posthumo, & posthumæ intelligitur dedisse. Filij enim, vel filiæ appellatione posthumus, & posthuma continentur. ¶ Sed pone quòd nepotes posthumi nati sunt ex vxore filij, quã pater tẽpore mortis habuit in potestate: nunquid huiusmodi posthumis nepotib. tutores dati intelliguntur? Resp. Imperat. quòd refert quibus verbis vsus est testator dãdo tutorem. Nam si testator dixit sic: liberis meis tutorem do: tunc non solùm filiis: sed etiam nepotibus posthumis dedisse intelligitur. Cæterùm si pater dando tutorem ita dixit, filiis meis tutor. do: in hoc casu filiorũ appellatione nepotes non continebuntur. Aliter enim nepotes, & aliter filij appellantur. Sed si pater ita dixit; posthumis meis tutorem do. posthumorum appellatione non solùm filij posthumi; sed etiam cæteri liberi in remotiori gradu nasciturí continebuntur. hoc dicit vsque ad fin. Franc.

gradus continentur, non etiam vlterioris. liberorum autem appellatio etiam nepotes, cæterósque descendentes includit: posthumi verò nomen quoscũque liberorum gradus complectitur.

5. ¶ Si quis filiis suis, vel filiabus tutores dederit, etiam posthumæ, vel posthumo [a] dedisse videtur: quia filij [h], vel filiæ appellatione & posthumus, & posthuma continentur. Quid si nepotes sint: an appellatione filiorum † & ipsis tutores dati sint? Dicendum est vt & ipsis quoque dati videantur, si modò liberos dixerit. Cæterùm si filios [c]; non continebuntur [d]. Aliter enim filij, aliter nepotes appellantur [e]. Planè si posthumis † dederit: tam filij posthumi, quàm cæteri [f] liberi continebuntur.

† Vide in hãc rem Alciat. *lib. 2. Paradox. c. 14.*

† posteris.

DE LEGITIMA AGNATORVM tutela.

d Cõtinuatio.

Suprà [d] duobus titulis præcedentibus dictum est de tutela testamẽtaria: hic autem ponitur de tutela legitima, quæ sequitur Testamentariam. Angelus.

e Diuisio.

Vibus autem.] Totus [e] iste titulus diuiditur in quatuor partes. Primò ponit qualiter lex xij. tabu. dat agnatos in tutores, pupillis, deficientibus tutoribus testamentariis. Secundò, qui sunt agnati, & qui non sunt. Tertiò, qualiter intelligenda sunt illa verba posita hîc in principio: videlicet, quibus autem in testamento tutor datus non sit. Quartò, qualiter ius agnationis perimitur. Secunda ibi, *Sunt autem.* Tertia ibi, *Quod autem.* Quarta ibi, *Sed agnationis.* Et subdiuiditur hoc principiũ in tres partes: quia primò dicit qualiter deficiente tutela testamentaria vocantur legitimi. Secundò, qui sunt agnati. Tertiò, qui cognati. Secunda ibi, *Sunt autem.* Tertia ibi, *At qui.* CASVS Domine, iam video quòd vultis tractare de legitima agnatorum tut. dicatis ergo mihi, quando locum habet huiusmodi tutela? Resp. Imp. quòd deficiente testamentaria tutela, locum habet legi. agna. tut. Nam quibus impuberibus liberis tutor in testamento à parente datus non fuerit: ex his leg. xij. tab. agnati sunt tutores: & isti agnati ex leg. xij. tab. ad tutelam vocati, legitimi tutotores appellantur. ¶ Sed pone, domine, iam video quando legi. agna. tut. habet locum: & vnde descẽdit: dicatis modò mihi qui dicuntur agnati? Resp. Imp. quòd agnati sunt cognati per virilis sexus cognationem coniuncti. & dicũtur agnati, quasi à patre cognati: quia ab eodem patre natus, tibi agnatus est, vt fratris filius, & etiam nepos ex eo. Item patruus est tibi cognatus, & filius patrui, & nepos ex eodem filio patrui natus. Sed qui per fœminini sex[p] cognationes iunguntur, nõ sunt agnati: sed aliàs naturali iure cognati. vnde amitæ tuæ filius non est tibi agnatus: sed tantùm naturaliter cognatus: quia per fœmininam lineam. s. per amitã tuam tibi coniũgitur: & tu inuicem illi. eodẽ iure cõiungeris: quia qui agnascuntur, patris, non matris familiam sequũtur. Et hæc vsque ad §. *quod autẽ lex.* Franc. de Aret.

† Agnatus vt sit aliquis oportet vt habeat cõmunẽ stipitẽ mascu. generis: vt patruus meus, & pater sunt ex eodem patre. Itẽ quòd ipse nõ habeat maiorẽ fœmi. generis, à quo descendat, & sic filius amitæ meę nõ est mihi agnatus. *Aegi. Perr.*

† *Concor. cap. ex parte M. ũ Glos. vnic. in prin. extrà de appel. & ca. 2. iuncta Glos. super ver. potest. de consue. infide.*

DE LEGITIMA AGNATORVM tutela.

Cessante testamentaria tutela, locum est legitimæ: quæ quidem ad proximos defertur agnatos: non etiam ad cognatos. Agnati autem sunt per virilis sexus cognationem cõiuncti: cognati verò per fœminei sexus personas.

Vibus [g] autem testamento tutor datus nõ est, his ex lege duodecim tabularum [h] agnati sunt [i] tutores, qui vocantur legitimi.

1. ¶ Sunt autem agnati † cognati per virilis sexus cognationem coniuncti, quasi à patre cognati [k]: veluti frater ex eo dẽ patre natus, fratris filius, nepósve ex eo [l]: item patruus [m], & patrui filius: nepósve ex eo. At qui per fœminini sexus personas cognatione iũgũtur, agnati [n] non sunt: sed aliàs naturali iure cognati. Itaque amitę [o] tuę filius non est tibi agnatus: sed cognatus: & inuicẽ tu illi [∝] eodem iure [p] cõiungeris: quia qui nascuntur, patris, nõ matris familiam [q] sequuntur †.

g ¶ *Quibus*, scilicet pupillis.

h ¶ *Duodecim tabularum.* quos ipsa lex vocat verbis, & sententia: & nisi gerant, eorum periculo agatur: *vt ff. eo. l. legitimos.* aliàs autem quandóque ex sententia legis dantur: non ex verbis: *vt infrà ti. ij. & iij.* ADDITIO. Qui facto inuentario, & præstito iuramento de vtilibus faciendis, & prætermittendis inutilibus, promittendo etiam expresè ipsum pupillum defendere, & satisdare rem pupilli saluam fore: non antè administrabunt: quàm sibi per iudicem administratio decernatur. *l. ij. §. fi. ff. de admi. tut.* ANG.

i ¶ *Agnati sunt.* si sint minores xxv. annis: *vt infrà de fidu. tu. in fi.* & minores lxx. an aliàs excusantur: *vt j. de excu. tut. §. item maior.*

k ¶ *Cognati.* Nomen [a] ergo cognationis generale est: agnationis nomen speciale. nam omnis agnatus est cognatus: sed nõ cõuertitur: *vt hic & infrà de leg. agn. suc. j. resp. & ff. eo. l. sunt autem.*

a Cognatio & agnatio se habent sicut genus, & species.

l ¶ *Ex eo.* filio patris.

m ¶ *Paruus.* repete, si fuerit natus eodem patre cum patre tuo: alioquin est cognatus: *vt C. de legit. here. l. fi. §. sed nec. & §. cùm autem.*

n ¶ *Agnati.* etiam si masculus interueniat: vt putà si sint duo fratres vterini: filius vnius fratris filij fra. sui patris non erit agnatus: sed cognatus inspecto fœminino sexu, propter quem adinuicem sunt cognati, secundùm Ioan.

o ¶ *Amitæ.* sed ipsa amita est tibi agnata: quia per patrem tuum tibi coniungitur.

∝ ¶ *Inuicem tu illi.* Omnes vet. Cod. *Et inuicem scilicet tu illi.* CVIACIVS.

p ¶ *Iure.* s. cognationis.

q ¶ *Familiam.* i. agnationem: licèt & alias multas habeat significationes hæc dictio, familias: *vt ff. de ver. sig. l. pronunciatio. §. familiæ. & fac. C. de ver. si. l. fi. & suprà de pat. pote. §. fi.*

Quod autem.] CASVS. Domine, Titius laborans liberis suis impuberibus, quos in potestate habuit tempore mortis, Męuium tutorem dedit: sed viuẽte adhuc Titio testatore decessit Mæuius: isti impuberes adhuc tutore carent. Agnati autem proximi ab onere administrationis se nituntur excusare tali ratione. Dicunt enim quòd legitima agn. tu. ex lege xij. tab. locum habet, cùm tutor in testamento datus non est. Cùm autem in testamento patris sui istis impuberibus tutor datus fuerit: dicunt se ab onere excusati. Domine pro Deo dicatis mihi, quid iuris est in hoc casu? Ad hoc respond. Imperator dicens: Amice, isti agnati frustrà nituntur se excusare in hoc casu ab onere tutelæ. malè enim intelligunt §. xij. tab. qui ab intestato proximos agnatos ad tutelam vocat. Non enim hanc significationem habet tantùm, vt si ille,

a *Vide Glo. in c. generali. de elec. lib. 6.*

b Natorũ appellatione cõtinẽtur nondũ nati.

c Filius vnde dicitur.

d Tutor quem in finem detur pupillo.

ille,qui tutorem in testamento dare poterat,omninò testamentũ non fecerit,tunc demùm vocentur agnati:sed etiam si quantum ad tutelam pertinet,intestatus decesserit.quod tantum valere poterit,si is qui in testamento datus fuerat, viuente testatore decesserit.Cùm igitur in hoc casu proposito id contigerit,manifestum est quòd agnati ab onere tutelæ non poterunt prædicta ratione excusari.Et hæc vsque ad illũ §. *sed agnationis.* Fran. de Aret.

Quantum ad tutelam pertinet,is intestatus decessisse videtur,qui etiã cùm testatus sit, tutorem testamento non dedit, aut datio effectum sortita non fuit.

2. ¶ Quòd autem lex duodecim tabularum ab intestato vocat ad tutelam agnatos: non hanc habet significationem [a], si omninò [b] non fecerit testamentum is, qui poterat tutores dare: sed si quantum ad tutelam pertinet, intestatus decesserit. quod tunc quoque accidere intelligitur, cùm is, qui datus est tutor, viuo testatore decesserit.

Agnationis ius (cùm ciuile sit vinculum) capitis deminutione tolluntur:cognationis verò non ita. Adnotato, Nil tam naturale esse,quàm eo genere quodque dissolui,quo ligatum est.

3. ¶ Sed agnationis quidem ius [c] omnibus modis † capitis deminutione plerumque [α] perimitur. Nam [d] agnatio, iuris nomen est [e]. Cognationis verò ius non omnibus modis commutatur: quia ciuilis ratio ciuilia quidẽ iura corrumpere potest:naturalia [f] verò non vtique [αβ].

Sed agnationis.] Casvs. Domine,iam video quando habet locum leg agnato.tutela,& qui sint agnati,& etiam quomodo intelligantur verba leg. xij.tabul quibus agnati vocantur ad tutelam. nunquid est aliqua differẽtia inter ius agnationis,& ius cognationis?Respond.quòd sic? quia ius agnationis omnibus modis capitis deminutione plerumque perimitur.Nam nomen agnationis,à iure ciuili deriuatum est:sed ius cognationis, quod ab origine nomen sumpsit, & à iure naturali descendit,non omni cap.dem.mutatur. Ciuilis enim ratio ciuilia iura corrũpere potest:naturalia autem nequaquam.hoc dicit vsque ad finem. Franc.

c ¶ *Sed agnationis quidem ius.* ¶ No.diligenter hunc §. Est autem ius agnationis,& ius cognationis,siue cognatorum.Agnati enim habent ius prærogatiuum ad cognatos:scilicet vt præferantur in hereditatibus agnatorum mortuorum: *vt infrà de legi. agn.suc.j. respon.* Item præferuntur in tutelis agnatorum paruulorum:*vt supra eo.tit.j.respon.* his autem deficientibus,in hæreditatibus, & tutelis cognati suo iure admittuntur: inter quos etiam agnati vocantur,qui desierunt esse in iure agnatorum, vel desierunt habere iura agnatorum,vt per cap. de. *vt infrà de hared.qua ab intesta. § admonendi.* Illud autem ius prærogatiuum,quod habent agnati: quia vltrà iura communia habẽt per l.xij. tabu. facilè perdunt: vt omnibus modis capitis demi.i. per omnem cap.de.vt per maximam,vel per mediam:de quibus duabus non est dubium:cùm & iura cognationis perdantur:*vt infrà tit.j.§.quod autem.* Item per minimam tollitur ius agnationis:vt hic dicitur,*& ff.de capit.demi. l.tutelas.* nisi [b] in duobus casibus tantùm, vt inter fratres, licèt alter emancipetur:*vt C.de legit.tute.l.ij.& iij.* Item inter patrem, & filium:*vt infrà de leg.agna.suc.§.fina.* & propter hos duos casus, qui de minima cap.de.excipiuntur, dicit hîc, plerunque.at iura cognationis nõ commutantur omnibus modis:quia non tolluntur minima cap.demi.& est ratio,vt subiicit.

a ¶ *Plerumque.* Quid hîc facit, *plerumque?* Nempe vt intelligamus non semper ius familiæ perimi minima capitis deminutione.Est Anastasij constitutio,ex qua fratres emancipati ad fratrum legitimam successionem,tutelam,curationem vocantur. §.j. *infrà de succes.cog.§.vlt.infrà de grad.cog.l.frater. Cod.de leg.tut.l.ne lucrum. C.de cur.fur.* Est Iustiniani constitutio, ex qua & fratrum emancipatorum filij vocantur *l.vlt.C.de leg.hared.* Est rursus alia Anastasij constitutio,qua cautum est,vt ne iura familiæ amittant,qui Anastasiana emancipatione fuerint liberati:videlicet si ita nominatim id in Imperiali rescripto comprehensum sit: *l.si ab eo.C.de leg.hæred.* Cvi ac.

d ¶ *Nam.* pro quia.

e ¶ *Nomen est.* i. à lege xij.tab. est inducta hæc prioritas agnatorum:sed ius cognationis est naturale nomen: nam ratione sanguinis hoc nomen impositum est:vnde & vnum ius ciuile potest per aliud facilè tolli:*vt hic,& ff.de reg.iur.l.nihil est.*

f ¶ *Naturalia.* i.iura cognationis,sic dicta:quia ea quis cõsequitur per natiuitatem:*vt supra de adop.§.sed hodie.in fin.§.* non sic de facili tolluntur.

β ¶ *Non vtique* non omninò;non omnibus modis. Cvi ac.

g ¶ *Vtique.* i certè non tolluntur capitis deminutione : cùm sint immutabilia hæc iura:*vt supra de iur.nat.§.sed naturalia.* Item nec ea,quæ naturalem æquitatem habent: *vt ff.de cap.de.l.eas, & l.legatum.* ¶ Item no.quia quædam [a] cognatio est ciuilis tantùm: vt per adoptionem:*vt ff.de adop.l. qui in adoptionem.* Item naturalis tantùm:vt ad filios naturales tantùm. Item naturalis,& ciuilis: vt ad eos,qui legitimi sunt:& de hac intelligitur hîc:*vt ff.de grad. adsi. l. non facilè.* §. j. ¶ Item no. quia & ciuili iure hæc. l.tutela & hæreditas tribus [b] modis deferuntur : vt ex verbis, & sententia legis xij.tabul.vt in agnatis. Item ex sententia tantùm:*vt infrà de legit. pat.tut.& infrà de fidu. tu.* Item ex aliis legibus veteribus,vel nouis : *vt ff.de ca.demi.l.tut.* quam quidam mediã vocant.

¶ Nunquid ergo hæc omnia facilè perduntur per omnem capitis deminutionem? Respõ. sic [c] in duobus primis tantùm: non in tertio: *vt hic, & in d. l. tutelas.* ¶ Item quæro, an futuras [d] tutelas acquirendas, & hæreditates tantùm tollat:an etiã præteritas adimat? Resp. futuras tantùm:*vt ff.vnde lib.l. fin.* Quid enim potuit diuinare [e] lex deferens hæreditatem, vel tutelam,de futura cap.de.*vt C.de testam.l.tubemus.in fin?* Certè nullo modo:*vt ff.manda.l.fideiussor.j.resp.* Hodie [f] verò istam differentiam agnationis quærere non oportet: cùm agnati ante cognatos nihil habeant:*vt in Auth.de hæred.ab intest. venien.§. ex hoc.coll.ix.* ¶ Item not. quòd licèt prædicta iura cognationis tollantur maxima, & media capitis deminutione : ipsa tamen consanguinitas non tollitur:*vt ff.de reg.iur.l.iura sanguinis.*

a Agnati præferũtur cognatis in duobus: hoc est in hæreditatibus, & tutelis.

b Hæc Glo.refertur ad ius nouum:de quo in *l. 4. ff. eo.*secùs de iure antiquo:*vt ibi not. Ang.*

c Et ideò si statutum vtitur verbis naturalibus, putà filius,pater, mater,frater,& soror non attendimus ius ciuile : sed solùm naturale, vt sic comprehendatur etiam naturalis, & spurius, & etiam femina:*vt in d. l.tutelas. secundum Ang.hic.*

a Cognatio alia ciuilis tantùm,alia naturalis tãtùm, alia naturalis,& ciuilis simul.

b Legitima agnatorũ tutela & hæreditas defertur vel ex verbis,& sententia legis xii.tabul.vel ex sententia tantùm, vel ex aliis legibus.

† Id est per omnem capitis deminutionẽ.

c Legitimæ tutelæ,& hæreditates maximæ, & media capitis diminutione tantũ amittuntur? at non minima. Imò & minima.*Gl.l. capitis, 11.ff.de suis.*

d Tutelas præteritas tãtùm, capitis deminutio tollit: non futuras.

e Diuinare nemo præsumitur

f Cognati agnatis hodie fi miles.

DE CAPITIS DEMINVTIONE.

TITVLVS XVI.

St autem capitis deminutio, prioris status [h] vel tutelam,de futura cap.de.*vt C.de testam.l.tubemus.in fin?* Certè nullo modo:*vt ff.manda.l.fideiussor.j.resp.* Hodie [f] verò istam differentiam agnationis quærere non oportet: cùm agnati ante cognatos nihil habeant:*vt in Auth.de hæred.ab intest. venien.§. ex hoc.coll.ix.* ¶ Item not. quòd licèt prædicta iura cognationis tollantur maxima, & media capitis deminutione : ipsa tamen consanguinitas non tollitur:*vt ff.de reg.iur.l.iura sanguinis.*

DE CAPITIS DEMINVTIONE.

Continuatur &:quia suprà visum est de legitima agnatorum tutela : & quia ius agnationis capitis deminutione corrumpitur. § fin. suprà titul. j. *meritò sequitur videre de capitis deminutione.* Porc.

g Continuatio.

Est autem.] Totus iste titulus diuiditur in quinque partes [h]. Primò ponitur quid sit capitis deminutio, & quotuplex sit. Secundò, de maxima capitis deminutione. Tertiò,de media. Quartò,de minima. Quintò remouet certa dubia. Secunda ibi; *Maxima.* Tertia ibi; *Minor.* Quinta ibi; *Minima.* Quinta ibi:*Quibus autem.* Et hæc diuisio sufficit.licèt alij aliter diuidant. Casvs. Domine,iam video quòd vultis tractare de ca.de. Dicatis igitur mihi quid est ca.deminutio?Re.Imp.quòd capitis deminutio est prioris status commutatio.Sed pone:Domine, video quid est ca. de.sed si placet, dicatis mihi quot modis fit capit. deminutio?Et resp.Imp.quòd cap.de.fit tribus modis.Aut enim est maxima capitis deminutio:aut minor,quam quidã mediam vocant:aut minima.Sed pone:Domine,iam video quot modis fit ca.de Dicatis ergo mihi,quando locum habet ca.de.maxima,quando minor,& quando minima?Ad hoc resp.Imp.dicens,quòd maxima cap.de. est,quãdo aliquis ob aliquod enorme delictum ciuitatem simul, & libertatem amittit, quod cõtingit in his,qui atrocitate sententiæ serui pœnæ efficiũtur:vel etiam in libertis,qui propter ingratitudinem contra patronos commissam, in seruitutem redigũtur,vel etiam in his, qui maiores xxv.annis ad participandũ pretium suæ venditionis se venundari passi sunt. Minor autem siue media ca.de.est,cùm aliquis ob delictum suum ciuitatẽ amittit sed tamen retinet libertatem:quod in eo accidit,cui ignis,& aqua interdicitur,& qui in insulam deportatur.Minima ca.de.est,cùm quis ciuitatem simul,& libertatem retinet,qui statum suum tantùm commutat:quod accidit in his, qui sui iuris fuerunt,& se in arrogationem postea dederunt:& ita alieno iuri per speciẽ arrogationis subiecti esse cœperunt. Et similiter in casu conuerso,s. cùm hi,qui alieno iuri subiecti sunt,per emãcipationem sui iuris efficiuntur,veluti si filius fa. emancipatus à patre fuerit. Nam in hoc casu minimam ca.de.pati intelligitur.Et hæc dicuntur vsque ad illum § *seruus autem.* Fran.de Aret.

h ¶ *Status.* hic status cõsistit in tribus,in libertate,ciuitate, & familia.i.iure agnationis.Cùm enim primum.i. libertatẽ quis perdit per consequens & duo vltima perdit, & tunc maximam cap-

h Diuisio.

dem,

demin.patitur. Cùm verò ſecundum perdit: per conſequẽs perdit & vltimum: ſed non primum: & tunc dicitur media ca de. Cùm verò vltimum perditur, non perduntur duo prima: & tunc minimã cap. de. patitur: *vt* j.§.j. *ij & ij & ff.eo.l.ſi.* Sed P. dicit ſtatum hominis; id eſt conditionem in qua quis plurimum poteſt.

commutatio [a]: eáque tribus modis accidit. Nam aut maxima eſt capitis deminutio, aut minor, (quam quidam mediam [b] vocant) aut minima.

Qui perdit ciuitatem, & libertatem: patitur maximam capitis deminutionem.

1. ¶ Maxima capitis deminutio eſt, cùm aliquis ſimul & ciuitatem, & libertatem amittit: quod accidit his, quin ſerui pœnæ efficiuntur atrocitate [c] ſententiæ: vel libertis [d] vt ingratis erga patronos condemnatis: vel his, qui ſe ad pretium participandũ venũdari paſſi [e] ſunt.

Per deportationem, vel aquæ, & ignis interdictionem, contingit media capitis deminutio. Aret.

2. ¶ Minor, ſiue media capitis deminutio eſt, cùm ciuitas quidem amittitur: libertas verò retinetur [a]. quod accidit ei, cui aqua, & igni interdictum [f] † fuerit: vel ei, qui in inſulam [g] deportatus eſt.

Per emancipationem, vel arrogationem contingit minima capitis deminutio. Aretin.

2. ¶ Minor, ſiue media capitis deminutio eſt, cùm ciuitas quidem amittitur: libertas verò retinetur [a]. quod accidit ei, cui aqua, & igni interdictum [f] † fuerit: vel ei, qui in inſulam [g] deportatus eſt.

Per emancipationem, vel arrogationem contingit minima capitis deminutio. Aretin.

3. ¶ Minima capitis deminutio eſt, cùm ciuitas retinetur, & libertas; ſed ſtatus hominis cõmutatur: quod accidit his, qui cùm ſui iuris fuerint, cœperunt alieno iuri ſubiecti eſſe [h], vel contrà [i] β: veluti filiusfamilias ſi à patre emancipatus fuerit, eſt capite deminutus.

Nemo poteſt dici perdere, quod non habet. Vel ſic: Priuatio præſupponit habitum. Aret.

4. ¶ Seruus autem manumiſſus capite non minuitur [k]: quia nullum caput habuit.

Remotus à dignitate non perdit ſtatum. Vel ſic: Qui non turpiter à dignitate remouetur, non dicitur capite minui. Aret.

5. ¶ Quibus autem [l] dignitas magis, quàm ſtatus permutatur, capite non minuuntur: & ideò à ſenatu motos, capite non minui conſtat [m].

Cognationis ciuiles effectus, non minima, ſed media, aut maxima capitis deminutione tolluntur.

Non ab re dixi, ciuiles effectus: quoniam ſanguinis iura nullo iure ciuili dirimi poſſunt. Regula iuris.

6. ¶ Quod autem dictum

traord.cog. vnde & aliàs dubitatum fuit, an de deportatis quæſtio haberi poſſet. ſed ex reſcripto D. Pij, nõ ij tantùm, qui iure Quiritium; ſed & qui iure gentium liberi ſunt, non torquentur. *l. Diuus. §. vlt. de quæſt.* CVIAC.

f ¶ *Interdictum.* hanc [a] pœnam in vſu non habemus: ſed eius loco ſucceſſit deportatio: *vt ff. ad leg. Iul. pecul. l. ij.* ſed inſtar excommunicatorum habebãtur, quibus talia denegabantur. Sed videtur hunc etiam fieri ſeruũ, licèt hîc negetur: *vt ff. de var. cog. l. cognitionum. in fi. contrà.* ſed perditur libertas: vt ibi dicitur, vt non poſſit facere teſtamentum, cui ſic eſt interdictum: *vt ff. de iniu. rup. teſta. l. ſi quis filio §. eius.* non quòd fiat ſeruus verè.

g ¶ *In inſulam.* ſecùs ſi in metallum: *vt ſup. qui. mo. ius pa. pot. ſol. §. pœna.* in caſu tamen etiam libertatem perdit damnatus in inſulam: *vt Co. vt nemo priu. l. ij. §. cùm autem.*

h ¶ *Subiecti eſſe.* vt in arrogatis.

i ¶ *Vel contrà.* aliàs eſt in litera: ſi filius à patre emancipatus fuerit, eſt capite minutus [b]. & ſecundùm hoc eſt expoſitio huius verbi, vel contrà. aliàs verò hoc totũ deeſt. & tunc idem ſubintelligo. Alij dicũt, quando ſui iuris non eſt, transfertur in poteſtatem alterius; putà aui materni, vel etiam paterni: *vt ſuprà, de adopt. §. ſed hodie.* qui caſus eſt contrarius illi, quando qui ſui iuris eſt, in arrogationem datur. ¶ Sed quare filiusfa cũ emancipatur, capite minui dicitur. Reſpõ propter imaginariam venditionem, quæ fiebat: *vt §. quib. mod. ius pat. pot. ſol. §. præterea. in prin.* Sed cum hodie non fiat hæc venditio: vt in eo § continetur, videtur quòd hodie non minuatur capite. Sed certè illa ſola [c] nõ erat ratio: imò & alia: quia mutat familiam: *vt ff. eod. l. liberos. in princip.*

β ¶ *Vel contrà.* Nam vno tãtùm modo is, qui ſui iuris eſt capite minuitur: id eſt emancipatione. quod ipſe in libello Vlpiani latiùs executus eſt. CVIAC.

Seruus autem.] CASVS. Quidam manumiſit ſeruum ſuum: nunquid in caſu iſto ſeruus manumiſſus capite deminutus cenſetur? Reſp. Imp. quòd non. Seruus enim manumiſſus capitis deminutionem non patitur: quia ante manumiſſionem nullum caput habuit. Sed pone, quòd aliquis ſit ab ordine ſenatorum remotus: nunquid in caſu iſto capite minuitur? Reſp. Impe. quòd nõ. Nam dignitas eius, qui ab ordine ſenatorum remouetur, magis, quàm ſtatus commutatur. Cùm igitur capitis deminutio ſit prioris ſtatus commutatio, manifeſtum eſt ab ordine ſenatorum remotum nullam pati capitis deminutionem. Et hæc dicuntur vſque ad illum §. *quod autem.* Francif. de Aret.

k ¶ *Non minuitur.* id eſt, eius ſtatus non mutatur: cùm nullũ primò habuerit ſtatum: *vt hic, & ff. eo. l. liberos. in fin. & l. ſequent.* ſed contrà eſt, *C. de bon. proſcrip. l. j.* [d] ¶ Sed dic quòd ibi crimine capitali ſeruus accuſatur. id eſt tali; quod eſſet aliàs in libero capitale. Item quid ſi quandoque habuit caput: quia fuit liber, & nũc ſeruus eſt, & manumittatur: Reſpond. idem: quia præſens tempus conſidero. ACCVRS.

l ¶ *Quibus autem.* dixi aliquem aliquo de tribus modis capite minui: *vt ſupr. eo. in princ.* autem, pro. ſed. ſed quibus dignitas, &c.

m ¶ *Conſtat.* vt *ff. de ſenat. l. ij.* & hic ſi fuerit remotus propter turpitudinem: non poteſt iudicare, vel teſtimonium dicere: *vt ff. ad leg. Iul. re. l. eadem. §. j. & ff. de ſenat. l. ij.* ACCVRS.

Quod autem.] CASVS. Domine, vos dixiſtis mihi ſ. *ti. pro. §. fi.* quòd ius cognationis dũrat etiam poſt capitis deminutionem: nunquid generaliter hoc eſt verum in qualibet capit. demin. Ad hoc reſp. Imp. quòd nõ. Nã quòd dictum eſt manere ius cognationis poſt ca. dem. hoc intelligẽdũ eſt de minima ca. de. interueniente: quia per illam ius cognationis non perimitur. ſed ſi mi-

a Et ſic ex maioris amiſſione ſequitur peditio minoris, ſi inerat: *vt hîc, & l. fin. ff. eo.* aliàs non. *vt l. relegatorum. §. poteſt. ff. de inter. & rele.* immò regula eſt in contrarium: *vt l. qui indigne. ff. de ſenat. ſecundùm Ang. hîc.*

b Hanc ſubauditionem improbat Iaſ. & ad contrarium reſpond. quòd ibi filius non mutat familiam: & ſic nec ſtatum. *l. familiæ. verſi. cum tu re ff. de verbo ſignific.*

c Hoc exemplum reprobat Iaſon per *l. 3. ff. de inter. & rele.*

† De aquæ, & ignis interdictione, vide Bud. *in l. pe. ff. de de. inter. vi. & vxo.*

d Libertus ingratus qua actione in ſerui tutem reuocetur.

e Hæc communiter tenetur *in d. l. 2. in Glo. allegata, ſecundùm Angel hîc.*

f Idem in filio emancipato, & vaſallo patri, vel domino alimenta denegantibus, & in donatario omnium bonorũ, vel maioris partis: *vt no. Gl. in d. l. fin.* ſe. ijs in paruæ quantitatis, vt per Bal. & Chriſtoph.

a Aquæ, & ignis interdictionis loco ſucceſſit deportatio, & excommunicatio.

b Conuenitur tamen in ſolidum pro obligationibus cõtractis ſub patria poteſtate: *vt l. 1. §. ff. eod.* niſi in caſibus not. *in l. 1. & 2. ff. quod cum eo.* vbi poteſt excipere, quod non condemnetur n. ſi quatenus facere poteſt. *l. pater filio. ff. quod cum eo. per Ang. & Ioan. Fa. hîc.*

c vide omninò quę ad hũc locum notant in Gloſ. *l. ſi vetti. §. in hanc. in ver bo, credere ff. de priuil. credit.*

nima ca.de.interueniat,vt putà si aliquis de cognatis in seruitutē redactus fuerit: tunc in casu isto ius cognationis amittit: & licèt postea beneficio manumissionis ad libertatem peruenerit:nō tamen ius cognationis recuperabit.Et non solùm maxima:sed etiā media cap.de.ius cognationis perimitur:veluti si quis in insulam deportatus fuerit. Nam etiam in isto casu ius cognationis amittit. Et hæc vsque ad illum §. *cùm autem*.Fran.de Are.

a ¶ *Quod autem dictum est*.suprà *tit.prox.§.fi.*

b ¶ *Cognato*. id est,ius cognationis à prætore inductum, ex quo ad bon. poss. vocantur per vnde cognati. *infrà de hære.quæ ab intes.§.admonendi.*

c ¶ *Nā si maxima*.Maxima & media similis est morti:atque ideò vt mors: ita ius sanguinis vtraque minutio perimit. Igitur mater mea mihi mater esse desinit me seruo,aut peregrino effecto:*l.y.§.j. ff. ad Tertyll.* CVIAC.

a Cognationis ius pro iure succedendi.

† *aliàs*,quòd si.

b Cognationis ius neque pacto, neque delicto tolli potest: licèt effectus ex eo iure prouenientes coerceri, seu tolli possit.

c Est & ratio differentiæ secundū Christ. quia restitutio intelligitur vt fiat pleno iure.*vt d.l.fi.* sed manumissio de lect tantùm nu beculam seruitutis.*l. manumissiones. ff. de iustit.& iur.*

d Ibi,si restitutus fuerit omnia iura recuperauit.

e Restitutus recuperat bona, & vxorem.*l.seruus ff. de oblig. & q.a.c.decreti.*

f Commodum ex eo delicto nemo debet in quo deliquit.

est [a], manere cognationis ius etiam post capitis deminutionem. hoc ita est, si minima capitis deminutio interueniat: manet enim cognatio [b]. Nā si maxima [α] capitis deminutio interueniat, ius quoque cognationis [c] perit: vtputà seruitute alicuius cognati; & ne quidem si manumissus [d] fuerit, recipit cognationem. Sed & si in insulam [e] quis deportatus sit, cognatio [f] soluitur.

Tutela defertur proximiori in gradu: & si plures sunt de eodem gradu,defertur ad omnes. hoc dicit. Aretinus.

7, ¶ Cùm autem ad agnatos tutela pertineat [g]: non simul ad omnes pertinet; sed ad eos tantùm, qui proximiores gradu [h] sunt:vel † si plures eiusdē gradus sunt:ad omnes pertinet:veluti si plures [i] fratres sunt, qui vnum gradum obtinent, pariter ad tutelam vocantur.

DE LEGITIMA PATRONORUM TUTELA. TITVLVS XVII.

Quia [h] *suprà visum est de legitima agnatorum tutela:& quia est & alia,quæ appellatur legitima:scilicet tutela patronorum: ideò de ea tractaturus subdit de legitima patronorum tutela*.Porc.

Si inter tutorem.] CASVS. Domine,iam vidi qualiter debeat interponi tut.auct.dicatis mihi modò, si aliquod iudicium agendum sit inter tutorem,& pupillum:quid iuris est in casu isto ? Ad hoc Imp.dicit: Amice,si iudicium inter tutorem,& pupillũ agendum sit,in casu isto non prætorius tutor (vt olim consueuit ueri) constituetur:sed loco eius curator dabitur : & interueniente ipso curatore iudiciũ peragetur:& finito iudicio desinet esse curator. Et hæc dicuntur vsque in fi. ti Franc.de Aret.

g ¶ *Iudicium.* [g] rei vindicationis [δ] , vel alterius personalis, vel realis actionis:præter actionem tutelæ , quæ contra tutorem erit danda:quæ durante officio non datur:*vt ff.de tute. & ra.dist.l.nisi finita.§.fi.& l.cùm adhuc.* & idem in vtili generali nego.gest. quæ datur contra curatorem adultis:*vt ff de minor.tut.l.cùm curatore. & C.de admi.tut.l.ij.& l.rationes.* Sed certè nec aliæ videntur interim posse intendi:*vt ff.de tu.& ra.dist.l.sed non dantur.* Sed illud intelligo,vt ipsemet exerceat,non dantur : sed per procuratorem sic:vt hîc dicitur. ¶ Item nunquid hæc correcta sunt hodie per authen.*vt hi,qui obli.se perhi.haret mi.§.j.coll.vj.* cum nullus creditor [η],vel debitor possit esse tutor,vel curator? Respond.sic : nisi in tutore testamentario , in quo potent adhuc hodie hic §. loqui: cùm fides talis tutoris ab ipso testatore sit comprobata:*vt infrà de satisda. tutor. vel cura. §. j. & Co. de episco. audien. l. de creationibus.* [θ] *in prin.* Vel idem in eo,quod in aliis:*vt in prædict. authen. diximus.* Item & circa reales actiones hunc §.hodie facimus loqui: cùm in eis non sit obligatio:vnde authen.cessat:*vt infrà de act.§.j.* ACCVR.

h ¶ *In rem suam.*& pupilli: quæ sua dicitur, cùm bene administrat: *vt ff.de fur.l. interdum.ij. §.qui tutelam.*

i ¶ *Auctor esse non potest.* facit ad hoc , *ff. de verb.sign.l. quod dicimus. & Co. ne quis in sua cau. l.vnica.* [b] *& C. de testi.l. omnibus. & ff. eo.l. v. j. respon. argu.contrà,Co.de fideicommiss.l.fin.ibi,cùm ipse sibi iudex , & testis, &c.* [c] Ratio autem textus præsentis est : quia sequeretur vt in eodem negotio esset quis actor , & reus : quod est inconueniens. ACCVRSIVS.

k ¶ *Vt olim.* nam olim in tali casu dabatur tutor prætorius, quod hodie non est : *vt hîc dicitur.*

l ¶ *Sed curator.* C. *de in lit.dan.tut.l.j.*

γ ¶ *Sed curator.* Id moribus receptum erat hoc casu vt tutorem habenti daretur tutor auctore Vlpiano in fragmentis:hodie quia solemnia iudicia non sunt, in locum prætorij tutoris curator adhibetur. CVIAC.

m ¶ *Datur.* etiam inuito:*vt ff.de tute.l.iiij.§.idem Cassius.*

n ¶ *Et eo.* [η] iudicio.

---

a Et hæc est communis opinio si testator sciuerit ; non si ignorauerit,secundum Ang.

b Potest tamẽ in consequentiam etiam ad propriam rem & sibi soluere, ac traderegrem debitam etiam immobilẽ sine iudice : *vt l. fistula. ff. de contrah.empt.*

c Dic quòd ibi impropriè dicitur iudex , & testis.

d Diuisio.

a Ratio secundùm Bart. quia oculus certior aure.*per.c. aguamine infra de gradeign.* Aegi. Per.

a Hanc rationẽ sequitur Bart. in *l.quinti. Co.de iudic.*

c iudicio.

b Contrarium tenet Ias. quia potest torqueri sine tuto. auctoritate,quam supplet iudicis præsentia : *vt n.Iald. in §.itẽ semenenia. in aut.de pace iur. firm.*

c Pupillus quamor casibus in iudicio esse potest sine tutoris auctoritate.

d Ratio quare solus pupillus nequit adire hereditatem: quia non habet discretionem : nec cognoscit causas acquirendæ hereditatis: quod requiritur: *vt l. pupillus.ff.de acquir.her.* Aegid. Pu.

e Hæreditatis definitio.

f Hęreditas intelligitur dedũcto ære alieno.

g Bonorũ possessio quid.

e Singula singulis reddenda sunt in vera,ac legitima interpretatione. Idem Tul. *lib. quæst. epistola 3.* Aegid.Per.

g Iudicium vtrùm inter tutorem , & pupillum possit esse.

h Si tamen sit infans : potest soli tutori fieri restitutio.*l.pupilli tuta. §. fi. ff. ad Treb.* & solus tutor adire.*l.si infans.C. de iudic. lib.* aliàs secùs.*l. potuit.C.eo* item potest solus honor.poss.agnoscere : quia in facto consistit, secundùm Ang. & Ias.

i Hîc sequitur Ang.hic.

k Sienec debitor, nec creditor Ecclesiæ potest esse mater ecclesiæ cuius est filiũ. Aegi.Per.

personis satis bene positam, in suo statu integram, & illibatam reliquimus: vt videlicet ipsæ fœminæ post xij. annos completos, prout antiquitàs bene erat statutum, viri potentes esse credantur. ¶ Secundus modus finiendæ tutelæ est, si pupillus dederit se arrogandum alicui. Qualiter autem det se arrogandum, vide suprà de adopt. ¶ Tertius est, si pupillus deportetur. Quartus modus est, si pupillus efficiatur seruus: vt quia cùm sit libertus alicuius, reuocatur in seruitutẽ propter ingratitudinẽ. ¶ Quintus modus est, si ab hostibus pupillus capiatur. ¶ Sextus modus est, si alicui pupillo datus sit tutor in testamento hac forma, vt sit tutor vsque ad certam cõditionem, putà vsque dum nauis venerit ex Asia. Nã conditione existente desinit esse tutor. ¶ Septimus est, si moriatur pupillus, vel tutor. Octauus est, si tutor patiatur maximam, vel minimã ca.demi. quia cuiuscunque generis tutor sit, desinit esse tutor. Quid autem si patiatur tutor minimam capi. de. putà quia arrogandum se dederit: an desinat esse tutor? Resp. si legitimus erat tutor, bene desinit esse tutor: sed si erat testamentarius, vel datiuus, tunc non desinit esse tutor. ¶ Nonus modus finiendæ tutelæ est, si pupillus patiatur quãcunque cap. de. quamuis de minima habuimus suprà in secundo modo. ¶ Decimus, si alicui pupillo datus sit tutor in testamento hac forma, vt esset tutor vsque ad certum tempus, putà vsque ad pascha. Nã adueniẽte paschate desinit esse tutor. ¶ Vndecimus est, si à tutela remoueatur tanquã suspectus: *vt infrà de suspe. tu. & cur per totũ.* ¶ Duodecimus, si iusta ex causa se excusauerit à tutela, quam iam incœperat administrare: *vt infrà de excu. tut. per totum. h.d. vsque ad finem tit.* FRANC.

PVpilli [a], pupillęque cùm puberes esse cœperint, à tutela liberantur. Pubertatem autem veteres quidam non solùm ex annis: sed etiam ex habitu [b] corporis * in masculis æstimari volebant. Nostra autem maiestas dignum esse castitate nostrorum temporum existimans, * bene putabit, quod in fœminis etiam anti quis impudicum esse visum est: id est inspectionem habitudinis corporis, hoc etiam [c] in masculos extendere. Et ideò nostra sancta constitutione [d] promulgata pubertatem in masculis post quartumdecimum annum completum illicò initium accipere dispoſuimus: antiquitatis normam in fœminis bene positam in suo ordine relinquentes, vt post duodecimũ annum completum viri potentes esse credantur [e].

Varios tutelæ finiendæ modos vsque ad tituli calcem videre potes: quos breuiori compendio perstringere potiùs laboriosum, quàm vtile fuisset.

1. ¶ Item finitur tutela, si arrogati sint adhuc impuberes [f], vel deportati: item si in seruitutem pupillus redigatur [g], vel si ab hostibus captus fuerit.

Tutela conditionalis finitur cũ tu conditionis. ARET.

2. ¶ Sed & si vsque ad certam [h] conditionem datus sit tutor testamento [i]: æquè euenit, vt desinat esse tutor existente conditione.

Morte naturali pupilli, vel tutoris, tutela finitur.

3. ¶ Simili modo finitur tutela morte [k] vel pupillorum, vel tutorum.

Capitis deminutione tutoris maxima, vel media, vel etiam minima pupilli, omnis tutela finitur: minima autem tutoris, solùm legitima finitur.

4. ¶ Sed & capitis deminutione tutoris, per quam libertas [l], vel ciuitas [m] amittitur, omnis tutela [n] perit.

Huius dicti ea est ratio: nam capitis minima deminutione tollitur agnatio.

Minima autem capitis deminutione tutoris, veluti si se in adoptionem [o] dederit, legitima [p] tantùm tutela perit: cęteræ [q] non pereunt. Sed pupilli, & pupillæ capitis deminutio, licet minima sit [r], omnes tutelas tollit.

Temporalis tutela tempore adueniente finitur.

5. ¶ Præterea qui ad certũ [s] tempus testamento dantur tutores, finito eo deponunt tutelam.

Qui remouentur à tutela propter suspicionem, vel qui in perpetuum excusantur: tutores esse desinunt. ARET.

6. ¶ Desinunt etiam tutores esse, qui vel remouentur à tutela ob id, quòd suspecti visi sint: vel qui ex iusta causa se excusant [t], & onus administrandæ tutelæ deponunt, secundùm ea, quæ inferiùs [u] proponemus.

a Pupilli, qui sunt.

b Iudicare an iudex debeat secundùm conscientiã: *vt hic:* Verùm dic, si quid est notũ iudici, vt iudici, debere iudicare secundùm conscientiam: si vt priuato secundùm allegata: *secundùm Por.* Quod verum est in iudice, qui est infra legem. nam si est supra (vt princeps) vtcumque sit ei nota veritas, debet secundùm eam iudicare. *l. i. C. si aduer. vendi.* Aegi. Per.

aliàs ex habitudine corporis æstimare solebant.

abest à libr. vet. Cuiac.

Hæc duo posteriora finiendæ tutelæ modi reprobanda per leg. iuris sub. a. q. i. ff. de testam. tutel. Nam si pupilla eget tutela, legitimus admittetur. at datiuus admittitur. quia etiam supersunt reliquis prioris tutelæ. Vide Baldum in l. non autem. in fin. de Attilia. tutor. Quod aliqui dicit finiri potest dicere ad administrationem finiri, vt tutores qui desinunt quo ad administrationem vt in fin. vlt. Sic.

a Ingratitudine minor doli capax libertatẽ potest amittere: at non sine venditione.

a Cõtinuatio

Diuisio.

e Tutores quibus iudic bus dantur.

Credantur. facit ad hoc, *suprà de nupt. j. resp.*

f ¶ *Adhuc impuberes. i.* in pupillari ætate adhuc existentes. *vt hic, & ff. de adopt. l. nec ei. §. eorum.* & hoc cum consensu omnium tutorum: *vt C. de auct. præstan. l. fi.*

g ¶ *Redigatur.* ex [a] ingratitudine, si sit doli capax: non autem ex venditione: quia non nisi sit maior viginti ann. potest per venditionem fieri seruus: *vt suprà de iu. persona. §. pe.* cõtrà est, *C. de inoffi. test. l. si quis. §. fi.* Sed ibi de eo dicit, qui doli capax non est.

h ¶ *Certam.* id est, specificatam: vt quãdo Titius erit consul.

i ¶ *Testamento.* Nota quòd dicit, testamento: nam à lege, vel iudice non sic: *vt ff. de reg. iur. l. actus.*

k ¶ *Morte.* naturali. nã de ciuili iam dixit suprà proxi. f. vbi dixit de deportato, & seruo facto per ingratitudinẽ: quia mors omnia soluit, nedum tutelam: *vt in Aut. de nup. §. deinceps. in prin. coll. iij.*

l ¶ *Libertas.* Et tunc maxima: *vt suprà de cap. demi. §. maxima.* ACC.

m ¶ *Ciuitas.* & tunc media. *vt suprà de cap. demi. §. minor.* ACC.

n ¶ *Omnis tutela.* etiam testamentaria, vel datiua: cùm ea, quæ sunt iuris naturalis, tolluntur [b]: *vt suprà de capi. demi. §. quod autem.*

o ¶ *Si se in adoptionem.* sed emancipatione filij legitima tutela non finitur: quia filius familiàs legitimus tutor esse non potest, cùm scilicet pater eum præcedat: *vt suprà de capi. demi. §. fi* [c]. nisi in casu: vt cùm manumittit seruum maternum delatum sibi: *vt suprà de legitima pat. tut. §. j.* [d] Et tunc defertur cùm sui iuris erit: *vt ff. familiæ ercis cun. l. si maritus.*

b Hæc ratio Gl. reprobatur per Ange. hic quia naturalia sunt immobilia: *vt §. ne. suprà de iu. natu.* & capitis deminutio est de iure ciuili. *§. vlt. suprà de legitima agnat. tutela.* vt hinc sequatur capitis deminutionem non posse tollere iura naturalia.

c Hoc dictum Gl. communiter reprobant *docto. per. j. §. pe. ff. de legat.* vt quia patet sit impedimento impedimento naturali, vel ciuili, iudice hoc principaliter non agente: & quod facilitèr tolli nõ potest. d Quod potest saltem ei consensu patris, secundum Ialon. quamuis Ioan. Fab. & Ange teneant indistinctè contrà per *l. fi. §. sicine aut. C. de bon. quæ lib.* Et si hoc casu Gl. intelligit tutelã perdi per emancipationẽ, eriã reprehenditur: cùm the non ius agnationis: sed patronatus: ãtium consideretur: *vt suprà de legit. patr. tut. per tot.* Ang.

e Cura quando finitur.

f Cura quibus modis finitur.

a ¶ *Legitima.* Agnatorum scilicet, non patronorum: quod nos in notis ad Vlpianum satis diligenter expoſuimus. CVIA.

p ¶ *Legitima.* Sed quare hæc legitima tantùm perit? Respon. quia agnatio perit minima cap. de. *vt suprà de leg. agn. tut. §. fi.* & legitima inter agnatos tantùm consistit: *vt suprà de legitima agn. tut. j. resp.* ADDITIO. Dic quòd hodie hoc non procedit: quia ita cognatis: sicut agnatis defertur tutela: *vt not. gl. suprà de legi. agnat. tut. §. fi.* ¶ Sed cùm iste, licèt capite minutus, remaneat cognatus, vt ibi habetur: ergo tutela potest deferri: *facit l. j. cum gl. in ver. prouidentia. & quod ibi not. Bart. ff. de legit. tut.*

q ¶ *Cætera.* f. testamentaria, & datiua, secundùm M & Azo.

r ¶ *Licèt minima sit.* vt quia datur in arrogationẽ: *vt suprà eo. §. j.*

s ¶ *Ad certum.* idem si ad incertum tempus. f. ad conditionem: *vt suprà eo. §. sed & si.* Quæ cõditio ad esse, & ad non esse se habere potest: *vt infrà de verb. oblig. § conditiones.* ACCVR.

t ¶ *Excusant.* f. in perpetuum: vt quia mutus. quod dic: *vt ff. de mino. l. verum. §. ex pacto.* Nam si ad tempus, non desinunt esse tutores: *vt infrà de exc. tut. & cur. §. item qui reipublicæ.*

u ¶ *Inferiùs* [e]. *vt infrà de suspec. tuto. per totum. & infrà de excus. tuto. & curat. per totum.* ¶ Et no. quòd [f] eisdem modis finitur cura, si quos habeant pupilli curatores: & eodem tempore: *vt C. quando tuto. vel cura. esse desi. l. j.* Adultorum verò curatores tunc finiuntur,

ficare. *c. literas. §. nos autem. versi. omne, quod de resti. sfol.* Consilium istud, quod re vera tutissimum putatur, fundamentum habet ex *c. dilecto. extrà de testi.*

c ¶ *Hoc etiam.* quòd sit iudicandum per aspectum impudicum.

d ¶ *Constitutione.* vt C. *quando tut. vel cura. esse desinant. l. fi.*

finiũtur,cùm virilem vigorem compleuerit minor l.xxv.ann.*vt ff.de min.l.j.in fin.& infr.tit.j.j.respon.* nisi ad certam causam, vel speciem fuerint dati. Nam & tunc finito negotio finitur officiũ: *vt supr.tit.j.§.fi.* Item curatores aliorum,quàm minorum: *vt infr. tit.j.§.furiosi.& §.sed & mente captus.* tunc desinunt, quando sanã mentem prædictæ personæ recipiunt: *vt ff. de cura.furio.l.j.§.j.& §.fin.* ADDITIO. Nota quòd eisdẽ modis, quibus finitur tutela, finitur etiã auctoritas officij adiũcti tutori, quod est in multis casibus: *vt infr.titul.j.§.interdum.in verbo idoneus.& in l.potuit.& in l.propter.Co. in quibus casibus tutor. vel curator.hab. tutor. dari.* Nã finito officio principalis, etiam finitur illud coadiutoris adiuncti.*l.j.C. quando tut. vel cur. esse desin.* & ideò coadiutor datus debili, vel suspecto episcopo; de quo in *c. generabili. extrà de offic. deleg.* desinet morte prælati esse, per dictam l.j.Iason.

a Ingratitudine minor dos capax libertẽ potest amittere: at non ne venditione.

DE CVRATORIBVS. TITVLVS XXIII.

Adultis vsque ad annum vicesimumquintum curatores dantur ab eisdem magistratibus, à quibus & tutores: testamento autem non rectè datur curator: datus tamen, à iudice confirmandus est, item volenti, non etiam inuito (nisi in litem) curator dari potest.

DE CVRATORIBVS.

a Cõtinuatio.

Finita [a] *tutela, pupilli indigent curatoribus: idèo de ipsis subdit.*

b Diuisio.

Asculi. Tot[b] iste titulus diuiditur in tres partes principales. Primò de curatoribus datis puberibus. Secundò de datis illis, qui laborant aliquo morbo, vel vitio. Tertiò, de curatoribus datis pupillis. Secunda ibi; *Furiosi.* Tertia ibi; *Interdũ.* Itẽ prima pars diuiditur in tres partes. Primò qualiter puberibus dãtur curatores. Secundò à quibus dantur. Tertiò, an inuitus quis cogatur curatorem accipere. Secunda ibi; *Dantur.* Tertia ibi; *Item inuiti.* Aretinus. CASVS. Domine, vos vultis tractare de curatoribus: dicatis ergo mihi, quibus dantur curatores, & vsque ad quantum tempus? Ad hoc respondet Imperat. Amice, masculis puberibus, & fœminis viripotentibus à tempore pubertatis, quo à tutela liberantur, dantur curatores vsque ad vicesimumquintum annum completum. Licèt enim huiusmodi personæ puberes sint, adhuc nihilominùs ætatis talis sunt, vt sua negotia rectè administrare non possint. Sed pone, Domine, iam video quibus dantur curatores: dicatis modò mihi, à quibus dantur? & respondet Imperator, quòd curatores ab eisdem magistratibus dantur, à quibus tutores: & in hoc conueniunt tutores. & curatores: sed certè in aliis differunt: quia licèt tutores testamento dentur: curator tamen testamento dari non potest. Si tamen de facto datus fuerit curator, confirmatur ex sententia prætoris in vrbe: & ex præsidis sententia in prouincia. Item inuiti adolescentes non cõpelluntur curatores accipere, licèt secus sit in pupillis. & hoc verũ est, quòd adulti inuiti non compelluntur curatores accipere præterquàm ad litem: tunc enim inuiti coguntur: licèt tutor ad certam causam dari non possit. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *Furiosi quoque.* Franciscus.

1 ¶ Dantur autem curatores ab iisdem magistratibus [b], à quibus & tutores. Sed curator testamento non datur [a]: datus [c] tamen cõfirmatur decreto prætoris [d], vel præsidis [e].

2. ¶ Item inuiti adolescentes curatores non accipiunt [f], præterquàm in litem [g]. Curator [h] enim & ad certam causam dari potest.

Cura furiosi, & prodigi cuiusuis ætatis, lege duodecim tabularum agnatis defertur: quibus deficientibus, à iudice datur curator: reliquis item maioribus viginti quinque annis, qui in ea causa sunt, vt rebus suis superesse non possint, æquè à iudice decernitur.

3. ¶ Furiosi quoque, & prodigi [i] licèt maiores vigintiquinque an. sint: tamen in curatione sunt agnatorum ex lege duodecim tabularum. Sed solent [k] Romæ præfectus vrbi, vel prætores, & in prouinciis præsides ex inquisitione eis curatores dare [l].

4. ¶ Sed & mente captis, & surdis, & mutis, & qui perpetuo morbo laborant; quia rebus suis superesse non possunt, curatores dandi sunt [m].

Si tutor pupilli, cuiuscumque generis sit, non est idoneus, vel si ad tempus excusatur: datur pupillo etiam curator.

5. ¶ Interdum autem [n], & puturi sed etiã mente captis, & surdis, & mutis, & illis, qui perpetuo morbo laborant. qui suis rebus administrandis superesse nõ possunt, curatores dandi sunt. Et hæc vsque ad illum §. *Interdum.* Franciscus de Aret.

a Etiam si sit actor, secũdùm Angel. & Iaſ. hic. *in §.j. supr. de tutel.* Glos. & Bartol. *in d.§.si pupillus.* tenent contrarium Et not. quòd ipse curator non cogitur nisi ex causa: *vt l.2. §. item quæritur.ff. de curato. bon. dan.* & debet esse præsens. & licèt de consuetudine non conficiat inuẽtarium: satisfacit tamen ad instar tuto. *Angel.*

b Et erunt tũc duo actus, secũdùm Bald. scilicet interdictio administrationis subueniẽs prodigalitati, & decretũ tutelæ subueniẽs ætati. Et quando naturalis causa accidentali præponderet, & econtrà: *vide in §. permissum. in Gl.2. sup. de tut.*

g ¶ *In litem.* tunc enim cogitur [a]: sed pupillus in litem non cogitur: *vt ff. de tut.l.qui habet. §. si pupillus.* quod expone vt ibi. ACCVRS.

h ¶ *Curator.* quasi dicat, non dubites de hoc licèt aliud sit in tutore: *vt supr.qui da.tu. poss. §. certè.*

Furiosi quoque.] CASVS. Domine, iam video quibus dantur curatores ratione minoris ætatis, & à quibus dantur: nunquid sunt aliqui alij, quibus dantur curatores? Resp quòd sic. Nam quidam sunt, quibus dãtur curatores ratione inordinati consilij, vel ratione morbi: licèt sint maiores vigintiquinque annis. Furiosi enim, & prodigi quamuis legitimæ ætatis sint: tamen sunt in curatione agnatorum ex lege duodecim tabularum. Deficientibus autem agnatis, solẽt præfecti vrbis, vel prætores in defectum agnatorum curatores dare: in prouinciis verò præsides ex inquisitione. Et non solùm istis personis curatores dantur, sed etiã mente captis, & surdis, & mutis, & illis, qui perpetuo morbo laborant. qui suis rebus administrandis superesse nõ possunt, curatores dandi sunt. Et hæc vsque ad illum §. *Interdum.* Franciscus de Aret.

i ¶ *Furiosi quoque, & prodigi.* Nota hos duos accipere curatorem à lege: alij omnes sunt datiui, vt cautè hîc colligitur, & *infrà, proxi.§.& Cod.de epist. aud.l.de creationibus.* ACCVRS.

ADDITIO. Contra hanc glo. tenent Bal. Io. de Pla. Por. & Iaſ. hîc, vt omnes accipiant à lege curatorem, qui ex defectu mentis ipsum sibi petere nequeunt: licèt Ang teneat cum glos.

k ¶ *Sed solent.* Agnatis deficientibus, vel non habilibus cõstitutis: *vt C.de curatore furios.l.fi.§. sin autem testamentum.* ACCVRS.

l ¶ *Sed solent.* Iam igitur non sunt legitimi; sed honorarij dumtaxat curatores. *l.j.l.obseruare.l.sæpè.ff.de cur.fur.* CVIACIVS.

l ¶ *Curatores dare.* & hoc ratione furoris, vel dementiæ, nisi istæ personæ sint minores xxv. annis: & tunc ratione ætatis tutores, vel curatores recipiunt: *vt ff.de tutel.l.qui habet. §. quod autem* [b]. Item nisi sint in potestate: *vt Cod.de cur.fur.l.fin.§.j.*

m ¶ *Dandi sunt.* sc. ab his, quos modò in superiori §. diximus.

Interdum.] CASVS. Domine, iam video qualiter dantur curatores quibusdam maioribus vigintiquinque ann. nunquid aliquibus aliis dantur curatores, putà si legitimus tutor idoneus non sit, in subsidium eius carator datur: quia alius tutor dari non potest? Habenti enim tutorem, alius tutor non datur. Et non solùm in subsidium legitimi tutoris datur curator; sed etiam quandóque in defectum testamentarij, vel datiui datur curator. ¶ Si enim tutor testamentarius, vel à prætore, vel à præside datus, nõ sit idoneus ad administrationẽ, nec tamen fraudulenter negotia pupilli administrat: solet ei in subsidium curator adiungi. Item in locum tutoris, qui non in perpetuum, sed ad tempus ab administratione tutelæ aliqua rationabili causa excusatur, solent curatores subrogari. Item si tutor aliqua aduersa valetudine, vel alia necessitate fuerit impeditus, vt negotia pupilli sui administrare nõ possit: & ipse pupillus vel absit, vel infans sit, poterit prætor in vrbe, vel præses in prouincia, quem velit actorem periculo ipsius tutoris decreto suo pupillo constituere. Et hæc vsque in fin. titul. Franciscus.

n ¶ *Interdum autem.* Tutorem habenti tutor non datur: Tutorem habenti causa cognita, curator datur. denique curatorem habenti causa cognita, curator datur. *l.curatorem. Cod.qui da.tut. vel cur.l.ventri.ff.de tut.& curat. da.* Prima regula non est perpetua: nam tutorem habenti certis ex causis (vt ait l.4.C. *in quib.cau.tut. hab.tutor, vel cur.det.*) alius idoneus substitui sententia compete-

c Tutores à quibus iudicibus dantur.

tis iudicis solet; id est, in locum suspecti, qui conuictus, ac remotus est. & in locum excusari: & hoc quidem SC. introductū est, cùm ex pluribus tutoribus vnus aut remouetur; aut excusatur in perpetuum. *l. si quis sub cond. ff. de testam. tut.* Sequitur in d.l. 4. vel defuncti, vel relegati tutoris; *vt l. 3. Cod. qui pet. tut.* & hoc etiam SC. inductum est. *d.l. si quis sub con.* In locum ergo relegati tutor, vel curator datur. *l. quod si forte. §. quid ergo ff. de solut.* Hoc amplius in locum furiosi, surdi, muti tutoris legitimi, ex S C. alius tutor datur. *l. penul. ff. de tutel.* est & alius casus in l. *cùm in vna. §. 1. ff. de appellat.* & alius in *l. si quis tutor ff. de tutel.* & alius in tit. *de auct. tut. supr.* CYACIVS.

pilli curatores accipiunt; vt putà si legitimus tutor non sit idoneus [a]; quoniam habenti tutorem, tutor dari non potest [b]. Item si testamento [c] datus tutor, vel à prætore, aut præside, idoneus [d] non sit ad administrationem; nec tamen fraudulenter negotia administret; solet ei curator † adiungi. Item loco tutorum, qui nō in perpetuum, sed ad tempus [e] à tutela excusantur, solent curatores [f] dari.

† Curator id est adiunctus siue coadiutor. *Ias. sup. tit. 1. §. fi. in Gl. fin.*

Si pupillus sit infans, vel absens: & tutor infirmitate, vel alia necessitate impediatur: potest actor pupillo constitui. Aret.

a ¶ *Non sit idoneus.* vel ratione paupertatis, vel quia non est industrios, vt decet: fidelis tamen est, & diligens. aliàs repelleretur prorsus: *vt infr. de suspe. tu. §. penul. & fin. Cod. de suspe. tuto. l. pietatis.* Et bene dico, curatores, & non tutores: quoniam. &c. ACCVRSIVS.

a Tutorem habenti quibus, & quot casibus tutor dari possit.

b ¶ *Dari non potest.* fallit [a] hæc regula in casibus sex: vt si detur tutor loco tutoris surdi, vel muti, vel furiosi: *vt ff. de tut. l. [b] pen.* 2. Item & si habet tutorem ratione rerum vnius prouinciæ, poterit habere alium ratione rerum, quas habet in alia prouincia: *vt ff. de excusa. tu. l. propter litem. aliàs, l. licet. §. fi. & C. in quibus casibus tutorem habenti tutor, vel curator dari possit. l. fi.* 3. Item & mater antequam nubat, tutrix existens, alium petit tutorem dari: *vt in Auth. de nup. §. si verò etiam naturalium tutelam, coll. iiij.* Sed ratio est, quia abire nunc sperat: *vt C. cōmunia de legat. l. fi. §. ij.*) 4. Item & quando ad tempus est relegatus, vel excusatus, vel remotus, nam interim tutor datur: *vt Cod. in quib. ca. tutorem habenti. l. pen.* 5. Item si quis tutor sit apud hostes non vt seruus; sed vt legatus, vel transfuga, alius datur: *vt ff. de tu. c l. si quis tutor.* 6. Item si reipublicæ causa absit, potest alius dari: *vt ff. de tut. l. quæsitum. & ff. de suspectis tutoribus. l. tertia. §. si quis abfuturus.* Sed secundū Pla. in his omnibus casibus tutor pro curatore accipitur: & hæc regula nō fallit. Sed cùm litera in omnib. supradictis legibus de tutore faciat mentionem, ab ea non discedamus: *vt ff. de leg. iij. l. non aliter. & ff. de exerci. l. j. §. si vs. ibi, in registur.*

b Quod nō est verum in habente dilucida interualla: *vt l. non solùm. §. fi. & l. post susceptam ff. de excu. tut.* secùs in perpetuo furioso: *secundùm Ang.*

¶ Sed quæ est ratio, cùm vbique dari possit curator habenti curatorem, vel tutorem: sed tutor non potest dari habenti tutorē? Respond. quòd [d] tutor, qui priùs dabatur, habebat plenam potestatem *infr. tit. y. §. datus. & supr. de tut. §. j.* ita quòd alium secū in eadem plenitudine admittere non potest: sed non sic in curatore, qui rebus datur: *vt C. de nup. l. in copulandis.* Vnde tutor auctorizatur hæreditati adeundæ: quod in curat. pupilli nō est: *vt ff. de appellat. l. cùm in vna. § tutor.* ¶ Sed nónne [e] tota die inuenimus vnum pupillum plures habere tutores: *vt Co. de diui. tut. l. ij.* Respond. illud est quando simul dantur. Nam quædam fiunt simul bene, quæ non valent, si fiant separatim, vt duorum reorum obligatio: *vt infr. de duobus reis stipul. §. j.* ADDITIO. Nota glossam magistram, quæ plenè ponit casus, in quibus pupillo habenti tutorē tutor datur. Sed contra finem huius glossæ facit *l. ij. C. de testamen. tute.* vbi simul non dantur, & tamen vterque administrat. ¶ Sed dic quod ibi simul dicuntur dari habito respectu ad tempus mortis, quo vterque tutor confirmatur. Sed de hac materia pleniùs videas hîc per Angelum.

d Tutor cur dari non possit habenti tutorem, cùm curator dari possit habenti curatorem vel tutorem.

e Tutores plures pupillus habere potest.

c ¶ *Item si testamento.* posuit exemplum de legitimo, nunc de datiuo, & testamentario minùs idoneo.

d ¶ *Idoneus.* i. sufficiens.

e ¶ *Ad tempus.* excusatur enim aliquis quandóque in perpetuū. quandóque ad tempus: vt patet per multa exempla *infr. de excusatio. tutorum, & curatorum. §. j. & quasi per totum titulum.*

f ¶ *Curatores.* vel etiam tutores: *vt supr. proximo §. dixi*; scilicet prout iudici videbitur: *vt Cod. in quibus ca. tu. hab. l. j. & ij.* ¶ Sed quid si pupillo tutor non sit, an dari possit curator? Respondeo, sic & argumentum à contrario sensu sumitur. *ff. de tutoribus & curato. da. ab his. l. curator.* quod [f] est validum. *ff. de offic. eius, cui manda. est iurisdictio. l. j. §. huius rei.* ACCVRS.

f Argumētum à cōtrario sensu in iure validum est.

ADDITIO Nisi sit contrarium legi: *l. nemo. Cod. de iurisdictione omnium iudicum.* vel rationi naturali: *vt C. de episco. & cleri. l. conuenticula.*

g ¶ *Aduersa valetudine.* id est, infirmitate, quæ valetudini & sanitati contraria est.

h ¶ *Necessitate.* vt quia longo tempore abfuturus est, vel sua maiora negotia habet pertractare, vel alias similes necessitates: *vt ff. de procu. l. filius familias. §. final. & l. sequen. vsque ad l. qua omnia* [a]. Et nisi huiusmodi necessitas sit, non potest, secundùm quosdā: *vt C. qui da. tuto. vel cur. poss. l. curatorem. & l. curator.* Imò certè & si [b] quæcunq; alia sit iusta quoquo modo: *vt ff. de admi. tuto. l. decreto* [c]. Et hæc eadem sunt in curatore: *vt Cod. de appella. l. si actor.*

a Idem est propter inimicitias: nisi essent capitales: quia tunc esset tutor remouendus. *Ang.*

b Actorem tutor pupillo constituere nō potest, nisi ex iusta, & legitima causa.

c Et ita secundùm Ang. sic, & Bart. in *l. actor. ff. rem ra. ha.* quamuis idem Bart. & Dy. *in d.l. decreto*, teneāt quòd possit etiam sine aliqua causa.

6. ¶ Quòd si † tutor, vel aduersa valetudine [g], vel alia necessitate [h] impediatur, quò minùs negotia pupilli administrare possit, & pupillus *vel absit* [i], *vel infans sit* [α], quem velit [β] [k] actorem [l], periculo ipsius tutoris prætor, vel qui prouinciæ præerit, decreto [γ] constituet.

i ¶ *Absit.* Si [d] enim præsens sit, & habet intellectum, etiam procuratorem cum auctoritate tutoris facere potest: *vt Cod. de procuratoribus. l. neque.*

ACCVRS.

α ¶ *Vel absit, vel infans sit.* Etenim si præstò sit, & fari possit, cōmodissimum erit, eum sibi procuratorem, tutore auctore, cōstituere. *l. neque. C. de procurat. l. cùm minores. Cod. si ad rem iud.* CVIAC.

d Actorem necessariò constituere pupillo infanti tutor debet: præsenti, & infanti verū, si ipse tutor velit.

β ¶ *Quem velit.* Ex eadem causa curator, vel actor, vel adiutor dari potest: vt ecce in relegati tutoris locum, vel cui. quemadmodùm superiùs dictum est, vel actor: *l. siue. §. vltim. ff. de adm. tut.* sic in locum minùs idonei tutor, vel curator datur. §. *interdum. supr.* vel actor, vel adiutor. Curatorem eligit magistratus: Actorem, Adiutor tutor. Actor ad agendum à tuto. vel à cu. constituitur. *l. j. C. de act. à tut. seu cur. dand. l. si actor. Co. de appell. l. tutor ff. quā. ex fac. tut. l. actor ff. rem rat. hab.* quia enim ab eis procurator constitui non potest, propterea quòd domini nō sunt, ideò hoc eis datum est, vt quotiens essent abfuturi, vel aliàs impedirentur, decreto Prætoris, vel Præsidis actorem darent. Adiutor ad alia tutelæ munia deligitur. *l. solet. ff. de tutel.* qui ab Constantino βοηθὸς dicitur. Suidas λύτωρ παρὰ ῥωμαίοις, βοηθός. Vbi legendum ἄντωρ. CVIAC. ADDITIO Rectè, *quem velit.* & ideo sæpè is à tutore dari, constitui, ordinari dicitur in libris nostris. CVIAC.

e Imò actor, & adiutor differunt, *secundùm Ioan. Fab.* quia curatorā iudice: actor verò iudicis decreto constituitur.

f Eorum, qui alienā gerit negotia, variæ appellationes.

k ¶ *Velit.* scilicet tutor.

l ¶ *Actorem.* qui hîc dicitur actor, aliàs [e] adiutor dicitur: *vt ff. de tutel. l. solet.* aliàs curator: *vt ff. de tut. & curato. datis ab his. l. in omnem. & C. de procuratori. l. neque.* ¶ Et nota [f] hîc varia nomina eorum, qui aliorum facta agunt, vt actor: *vt hic iam dictum est.* 2. Item tutor, qui datur pupillis: *supr. de tut. §. est autem.* 3. Item curator, qui datur adultis, vel etiam furiosis, vel similibus: *vt ff. eo. in prin. & §. furiosi. & §. sed & mente captis.* 4. Item procurator, qui aliena gerit negotia cum mandato: *vt ff. de procur. l. j.* 5. Item negotiorum gestor, qui siue mandato gerit: *vt infr. de obliga. quæ ex quasi contra. §. j.* 6. Item œconomus, cui res ecclesiastica gubernanda mandatur ab episcopo cum consensu fratrum, vel capituli: *vt C. de sacrosanctis Ecclesiis. l. iubemus. & C. de epi: scopis & clericis. l. omnes. §. hoc nihilominùs. versicul. nunc enim sine dubio.* 7. Item idem dicitur apocrisarius: *vt in Authentic. quomodo oportet episcop. §. non aliter. & §. neque autem. & §. si verò ibi, præsertim.* 8. Item syndicus, qui sic Græcè dicitur, Latinè singulorum dicens causas: *vt ff. de muneribus & honoribus. l. muneri. §. defensores.* Quandóque tamen actor, & syndicus pro eodem ponuntur: *vt §. quod cuiusque vniuer. l. j. §. quib. & §. pen. & l. item eorum. §. actor.* facit ad hoc, *ff. de auctoritate tutorum, vel curatorum. per totum.* Vel etiam dic quòd differunt, vt ibi notatur, scilicet in *d. l. j. quod cuiusque vniuersitatis. §. quib. in glos. syndicum.* ADDITIO. Hodie tamen non fit differentia in nomine: *vt in cap. petitio. extrà de procura.* Ang.

e Imò actor, & adiutor differunt, *secundùm Ioan. Fab.* quia curatorā iudice: actor verò iudicis decreto constituitur.

γ ¶ *Decreto.* Valde nouum est, vt qui procuratorem dare nō potest, actorem constituat: ideóque decreto est opus. CVIAC.

DE SATISDATIONE tutorum, & curatorum.

TITVLVS XXIIII.

Soli testamentarij tutores, & ex inquisitione dati, immunes sunt à satisdando: cæteri verò rem pupilli saluam fore satisdare coguntur.

DE SATISDATIONE TVTORVM, vel curatorum.

Ista rubrica sic continuatur [g]: *Dictum est suprà de tutoribus, & curatoribus: & quia ipsi tenentur satisdare, ideo videndum est de satisdatione tutorum, vel curatorum eorundem.*

g Cōtinuatio.

E tamē.] Totus iste titulus diuiditur [h] in tres partes principales. Primò ponit qui tenentur satisdare, & qui non. Secundò, quòd illi, qui non tenētur satisdare, si satisdant, præferuntur sociis in administratione. Tertiò, qui officiales teneātur de satisdatione non exacta, vel non idonea. Secunda ibi: *Sed si.* Tertia ibi. *Sciendum.* Item prima subdiuiditur in duas partes. Nam primò ponit regulam. Secundò ponit duas fallentias. Secunda ibi, *Sed hoc.* CASVS. Domine, iam video qualiter dantur tutores, vel curatores: nunquid ad libitum suum res pupillorum, vel adultorum sine metu periculi possunt administrare? Respondet Imperator quòd non. Ne enim tutores, vel curatores res pupillorum, vel adultorum, vel cæterorum, qui in cu-

h Diuisio.

ratione

ratione sunt, aut in totum consumant, aut in parte deminuant, curat Prætor vt tam tutores, quàm curatores satisdent rem pupilli saluam fore. Sed domine, nunquid est hoc generaliter verũ, quòd omnes tutores, & curatores indistinctè ad prædictæ satisdationis interpositionem teneantur? Respondet quòd non. Nam certè hoc, quòd diximus tutores, vel curatores debere satisdare, non est perpetuum. Nã tutores testamẽto dati, huiusmodi satisdationẽ præstare non coguntur. Et hoc tali ratione: quia fides, & diligentia eorũ à testatore, qui eos in testamento dedit, satis probata videtur. Idem dico in tutoribus cũ inquisitione à iudice datis. Nam certè illi similiter huiusmodi satisdatione non onerantur: quia idonei electi sunt. Et hæc vsque ad illum §. *Sed si ex testamento.* Franciscus de Aret.

NE tamen pupillorum [a], pupillarúmve, & eorum, qui, quæve in curatione sũt, negotia à curatoribus tutoribúsve consumantur [b], vel deminuãtur [c]: curet prætor [m] [d], vt & tutores, & curatores eo nomine satisdent [e]. Sed hoc non est perpetuum [f]: nam tutores testamento dati satisdare non coguntur: quia fides eorum, & diligentia ab ipso testatore approbata est [g]. Item ex inquisitione [h] tutores, vel curatores dati, satisdatione non onerantur: quia idonei [i] electi sunt.

Si quis ex pluribus testamentariis, aut ex inquisitione datis tutoribus satisdationẽ offerat, is solus administrat, ni alius etiam offerret: nullo autem satis offerente, is geret, quem testator destinauit. quòd si testamento scriptum non sit, electo à maiori parte datur administratio. ipsos autem inter se in electione discẽdò quid fiet, si nullus ex contutoribus vult satis offerre de indemnitate. Tertiò quid agendum cùm tutores discordant in eligendo. Quartò extendit ad datiuos dictum in testamentariis. Secunda ibi; Quòd si nemo. Tertia ibi; Sin autem. Quarta ibi; Idem & in pluribus. Aretinus. CASVS. Dixistis mihi, quòd tutores testamentarij, & cum inquisitione dati, non satisdant: nunquid hoc est generaliter verum? Respõdet Imperator quòd non. ¶ Nam si duo, pluréve tutores in testamento dati fuerint, poterit vnus ex his offerre satisdationem de indemnitate pupilli cõtutori, vel concuratori suo. & si ipse admittit huiusmodi satisdationem, ei in administratione præfertur. sed tutor, vel curator non poterit per se à contutore, vel cõcuratore suo huiusmodi satisdationem exigere: sed offerre eam debet: vt electionem det cõcuratori, vel contutori suo satis accipere, & administrationem ei exponere, vt ipse solus administrare possit. & si nullus eorum satisdationẽ huiusmodi offerat: tunc si testator in testamento expresserit quis in administratione præferri debeat, ille solus administrabit. si verò à testatore de hoc nihil dictũ fuerit, tunc quem maior pars eorum idoneum elegerit, ille solus administrabit. Sed si ita fuerit, quòd in electione ipsi tutores nec aliquatenus per se concordare poterunt, Prætor partes suas interponet, & aliquem idoneum administratorem eligere compellet. Idem iuris est in pluribus tutoribus, vel curatoribus ex inquisitione datis: vt videlicet maior pars possit eligere aliquem idoneum, qui solus negotia pupilli administret. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *sciendum est autem.* Franciscus.

Sidentes, iubet prætor concordes esse. 1. ¶ Sed si ex testamento [k], vel inquisitione duo, pluréve dati fuerint, potest vnus offerre satisdationem de indemnitate pupilli, vel adolescentis, & cõtutori suo, vel cõcuratori præferri, vt solus administret: vel vt contutor, aut concurator satis offerens præponatur ei, & ipse solus administret. Itaque per se non potest petere satisdationem à contutore suo, vel concuratore; sed offerre debet, vt electionem det concuratori, vel contutori suo, vtrùm velit satis accipere, an satisdare [l]. Quòd si nemo eorum satis offerat: si quidem adscriptũ [m] fuerit à testatore quis gerat: ille gerere debet. quòd si non fuerit adscriptum: quem maior pars [n] elegerit, ipse gerere debet, vt edicto prætoris [o] cauetur. Sin autem ipsi tutores dissenserint circa eligẽdum eũ, vel eos, qui gerere debent: prætor partes suas [p] interponere

a Rem pupilli saluam fore tutor satisdat eũ fideiussore.
b Perpetuum multipliciter sumitur.
c Curatores dati in testamento liberãtur à satisdando.
d Tutor datus à matre in testamento tenetur satisdare.
e Consiliũ patris, (& sic masculi) firmius est, & melius fœminæ, etiam matris consilio.
f Probatio nõ admittitur cõtra præsumptionem iuris.
g Iurare quæ teneantur tutores. Adde tutarem debere promittere, cũ satisdat, pupillum indefensum non relinquere. Item facere inuentarium. Item recipere administrationem ex decreto iudicis excepto testamentario, qui sua auctoritate administrare potest. *Angel. Per.*
h Tutorum quatuor genera.

a Idem est propter inimicitias: nisi essent capitales: quia tunc esset tutor remouendus. *Ang.*
¶ Facit ad hoc §. *significauit cum Clos. 2. ibi, sed si extrà, de appell.*
b Actorem tutor pupillo constituere nõ potest, nisi ex iusta, & legitima causa.
c Et ita secundùm Ang. hic, & Bart. in *l. Ctor. ff. rem ra.* quamuis idem Bart. & Dy. *in d. l. decreto*, teneãt quòd possit etiam sine aliqua causa.
d Actorem necessariò constituere pupillo infanti tutor debet: præsentis, & infanti verũ, si ipse tutor velit.

e Imò actor, & adiutor differunt, *secundum Ioan. Fab.* quia curatorà iudice: actor verò iudicis decreto constituitur.
f Eorum, quia lienz gerũt negotia, variæ appellationes.

g Cõtinuatio.

h Diuisio.

a Imò vtrumque, *secundum Angel. vsque ad vers. quod si nemo.* quia cùm indefinitè loquatur: præsumitur respondere ad interrogata. *l. si defensor. §. qui interrogatus. ff. de interroga. action.*
b Reo tamen postulante vnam ex eis eligi, plures simul agere non possunt. & si vnus velit diuidere, & alij gerere: fiet diuisio cæteris inuitis per officium iudicis: *argu. l. & puto. ff. fa. ercisc. & l. communi. diuid. & si duo. ff. communi diu.* Ang.
c Parti maiori standum.
d Partes suas iudex interponit, se, vel officiales interponendo.
e Sorti fortunæ, (seu aleæ) dicio pupillorum tutelæ, & earum gestio committi non debet.

a Idem est propter inimicitias: nisi essent capitales: quia tunc esset tutor remouendus. *Ang.*
¶ Facit ad hoc §. *significauit cum Clos. 2. ibi, sed si extrà, de appell.*
b Actorem tutor pupillo constituere nõ potest, nisi ex iusta, & legitima causa.
c Et ita secundùm Ang. hic, & Bart. in *l. Ctor. ff. rem ra.* quamuis idem Bart. & Dy. *in d. l. decreto*, teneãt quòd possit etiam sine aliqua causa.
d Actorem necessariò constituere pupillo infanti tutor debet: præsentis, & infanti verũ, si ipse tutor velit.

e Imò actor, & adiutor differunt, *secundum Ioan. Fab.* quia curatorà iudice: actor verò iudicis decreto constituitur.
f Eorum, quia lienz gerũt negotia, variæ appellationes.

g Cõtinuatio.

h Diuisio.

a Rem pupilli saluam fore tutor satisdat eũ fideiussore.
b Perpetuum multipliciter sumitur.
c Curatores dati in testamento liberãtur à satisdando.
d Tutor datus à matre in testamento tenetur satisdare.
e Consiliũ patris, (& sic masculi) firmius est, & melius fœminæ, etiam matris consilio.
f Probatio nõ admittitur cõtra præsumptionem iuris.
g Iurare quæ teneantur tutores. Adde tutarem debere promittere, cũ satisdat, pupillum indefensum non relinquere. Item facere inuentarium. Item recipere administrationem ex decreto iudicis excepto testamentario, qui sua auctoritate administrare potest. *Angel. Per.*
h Tutorum quatuor genera.

a Rem pupilli saluam fore tutor satisdat eũ fideiussore.
b Perpetuum multipliciter sumitur.
c Curatores dati in testamento liberãtur à satisdando.
d Tutor datus à matre in testamento tenetur satisdare.
e Consiliũ patris, (& sic masculi) firmius est, & melius fœminæ, etiam matris consilio.
f Probatio nõ admittitur cõtra præsumptionem iuris.
g Iurare quæ teneantur tutores. Adde tutarem debere promittere, cũ satisdat, pupillum indefensum non relinquere. Item facere inuentarium. Item recipere administrationem ex decreto iudicis excepto testamentario, qui sua auctoritate administrare potest. *Angel. Per.*
h Tutorum quatuor genera.

a Idem est propter inimicitias: nisi essent capitales: quia tunc esset tutor remouendus. *Ang.*
¶ Facit ad hoc §. *significauit cum Clos. 2. ibi, sed si extrà, de appell.*
b Actorem tutor pupillo constituere nõ potest, nisi ex iusta, & legitima causa.
c Et ita secundùm Ang. hic, & Bart. in *l. Ctor. ff. rem ra.* quamuis idem Bart. & Dy. *in d. l. decreto*, teneãt quòd possit etiam sine aliqua causa.
d Actorem necessariò constituere pupillo infanti tutor debet: præsentis, & infanti verũ, si ipse tutor velit.

e Imò actor, & adiutor differunt, *secundum Ioan. Fab.* quia curatorà iudice: actor verò iudicis decreto constituitur.
f Eorum, quia lienz gerũt negotia, variæ appellationes.

g Cõtinuatio.

h Diuisio

a ¶ *Idem & in pluribus.* per omnia vt suprà, nisi quia hîc à testatore non potuit scribi quis gereret: cùm nihil dixerit de tutela, nam non daretur ex inquisitione, si essent testamentarij: *vt sup. de Attil. tuto. j. respon.*

x Diuisio. *Sciendum.*] Diuiditur [a] in quatuor partes. Primò quòd officialis conuenitur subsidiaria actione. Secundò quãdo, & in quibus casibus teneatur. Tertiò ad hæredes extendit. Quartò ponit nouum casum: videlicet quòd tutor cogitur satisdare. Secũda ibi; *Subsidiaria*, Tertia ibi, *Quæ quidem*. Quarta ibi, *Quibus constitutionibus*. Aretinus.

CASVS. Domine, iam video in quibus casibus tutores satisdationem rem pupilli saluam fore, interponere debeant. Pone modò, quòd nõ fuerit pupillis per tutores bene cautum: qualiter in defectum tutorum, vel fideiussorum ab eisdem receptorum subueniatur ipsis pupillis? Respondet Impe. Amice, in hoc casu optimum remediũ beneficio legis ipsis pupillis indulgetur. Scire enim debes, quòd non solùm tutores, vel curatores ex administratione sua pupillis, vel adultis, vel furiosis, vel cæteris, qui in curatione sunt, tenentur: sed etiam in magistratus, qui huiusmodi satisditionem à tutoribus, vel curatoribus accipiunt, vtilis actio subsidiaria dabitur: quæ quidem actio subsidiaria vltimum huiusmodi pupillis, vel adultis possit præstare subsidium. Et hæc actio subsidiaria non solùm aduersus illos competit, qui non idoneam cautionem à tuto. vel cur. exponi passi sunt: nec solùm aduersus magistratus datur: sed etiam tam ex prudentum responsis, quàm ex constitutionibus principis in hæredes eorum extenditur: nec immeritò. In eisdem enim constitutionibus expressè cauetur, vt tutores, vel curatores ad prædictam satisdationem interponendam per pignorum captionem coërceantur. vnde cùm ipsi magistratus sibi legis beneficio poterant ab huiusmodi periculo cauere: non est mirum si ipsi, & etiam eorum hæredes pro sua negligentia teneantur. Scire tamen debes, quòd neque præfectus vrbis, neque prætor, neque præses prouinciæ, neque aliquis alius, qui ius dandi tutores habet, prædicta actione subsidiaria pupillis, vel adultis, vel cæteris in curatione existentibus tenebuntur: sed solùm hi, qui huiusmodi satisdationem accipere solent. Et hæc dicuntur vsque in fi. tit. Franc.

b ¶ *Caterisque.* vt furiosis, & mente captis: *vt supr. tit. j. §. furiosi. & §. sed & mente captis.*

c ¶ *Accipiunt.* vt magistratus. quòd dic vt dicemus *infr. eod. §. neque autem.*

d ¶ *Eis.* s. pupillis, & similibus. ACCVRS.

e ¶ *Subsidiaria.* s. [b] tutelæ vtilis contra eum, qui malum dederit tutorem: vel vtilis negotiorum gestorum, quando malum curatorem. Nam eadem vtilis in magistratum datur [c], quæ in administratorem directa datur: & vsuræ veniunt vt in prima: *vt ff. de magistra. con. l. fi. & C. eo. l. pe.* Subsidiaria autem dicitur pœnalis aptitudine, vt legis Aquiliæ actio dicitur pœnalis aptitudine: *vt infr. ad leg. Aquil. §. his autem.* Num nec illa semper pœnalis est: nec hæc semper in subsidium datur: quia quandóque agitur antequã conueniantur omnes tutores: vt colligitur ex his, quæ dicuntur in hac glo. circa fin. ¶ Quare ad horum euidentiam distingue [d]: aut fuit vnus tutor, vel curator, aut plures. Primo casu cõuenitur priùs tutor, vel curator, & postea magistratus, vt hîc. Si verò plures: & tunc aut omnes gesserunt tutelam, aut curam, aut nullus, aut alter tantum. Primo casu omnes conueniuntur ante magistratum: *vt ff. de admi. tu. l. Lucius. ij. §. pe. & de magistra. con. l. duo.* in secundo idem: *vt ff. de adminis. tut. l. si plures. ij.* In tertio subdistingue, aut fuit diuisa tutelæ administratio per iudicem, vel testatorem, aut non. Primo casu pro sua gestione quilibet tenetur. & non pro alterius, & posteà magistratus in subsidium. *ff. de admi. tut. l. Lucius. ij. §. pen. & C. de diui. tut. l. ij.* Sed tamẽ in quatuor casibus vnus pro alterius parte tenetur, tamẽ post magistratum: scilicet si tutorem vt suspectum remouendũ non remouit, vel tardè remouit, vel remouendo iura pupilli prodidit, vel non exegit satisdationem rem pupilli saluã fore, cùm videret eũ nõ soluẽdo: *vt in l. C. de diui. tut. l. ij. & ff. de admi. tut. l. Luci⁹. ij. §. pe.* Secundo casu cõuenitur primò gerẽs, secundò magistratus, tertiò non gerens: nisi in dictis quatuor casibus: vbi conuenitur etiam, qui non gessit, ante magistratum: *vt Co. de diui. tute. l. ij. & ff. de admi. tuto. l. etiam & l. Æmilius. in fin. & l. tres tutores. de hoc dixi in l. j. ff. de tut. & ra. distra. & l. j. Cod. de transact.* ADDITIO. Et not. quòd in omnibus prædictis casibus pupillus conueniens tutorem, præfertur cæteris creditoribus. *l. dubimus. ff. de priuilegiis credit.* secùs si conueniat iudicem. *l. j. §. priuilegium. ff. de magistra. con.* ACCVRS.

f ¶ *Idoneè.* aduerbium est: *& facit ad hoc, ff. de magist. conue. l. j. §. sciendum. & §. exigere.*

g ¶ *Quæ.* scili. tutelæ actio subsidiaria, vel negotiorum gesto. vt diximus.

h ¶ *Responsis.* vt *ff. de mag. conue. l. j. §. sciendum est. & l. quod ad haredem.*

i ¶ *Ex constitutionibus.* vt *Cod. de mag. con. l. ij.* & in aliis Græcis constitutionibus: sed aliter hæres tenetur, qui de dolo, & lata culpa tantùm: aliter defunctus, qui etiam de leui culpa tenetur: *vt ff. de mag. con. l. non similiter.*

k ¶ *Quibus constitutionibus.* s. Græcis.

l ¶ *Caueant.* s. rem pupilli saluam fore.

m ¶ *Coerceantur.* facit *ad hoc, ff. de administra. tuto. l. j. j. respon. & ff. de dam. infect. l. iiij. §. ij.* [a] *& ff. de lib. agno. l. si quis à liberis. §. si quis ex his. & C. de suspec. tut. l. iij. & ff. de vent. inspi. l. j. §. quod ergo.*

n ¶ *Vrbi.* s. Romanæ, per excellentiam: *vt supr. de iur. natur. §. sed quoties.* Item facit ad hunc *§. ff. de magistr. con. l. j.* Sed contrà est, *ff. de admi. tut. l. Æmilius.* [b] Sed distingue tria [c] genera iudicum. quidam possunt dare tutorem, & non exigere satisdationem: de quibus hîc loquitur. Alij & dare, & exigere, de quibus ibi dicit [d]. Alij exigere, & non dare: vt tabelliones, & aliquis milites iustitiæ, cui talia committuntur: & isti tenentur in subsidium: *vt supr. de Attil. tut. §. pen. & ff. de mag. con. l. fi.* Item æstimatores [e] patrimonij pupillorum, propter quorum prauam æstimationem viliores fideiussores accepti sunt: *vt ff. de mag. con. l. j. §. diuus.* qui erant dandi pro rei qualitate: *vt ff. de in ius vocan. l. j. & qui satisdare coga. l. si verò. §. j.*

o ¶ *Dandi.* sc. tantùm.

a ¶ *Si hi tantummodò.* in prouinciis duumuiri, aut defensores: in vrbe. scriba, aut is, quem prætor in hoc delegauerit: *l. y. & ij. ff. rem pup. sal. for. l. vlt. C. de mag. conuen.* CVIAC.

p ¶ *Solent.* aliàs debent. sed isti nec debent, nec solẽt, vt diximus.

a Imò ibi dicitur magistratũ municipalem non posse cogere quem cauere captis pignoribus. Verùm ibi agitur de magistratu municipali.

b Gloss. in *d. l. Æmilius.* est fi similis huic.

c Iudicum tria genera.

d Et si differãt accipere satisdationem, vel expedire processum, vt hoc onus transeat ad successores, poterunt conueniri in syndicatu: *vt d. l. j. §. fi. & idem.* Ita

e Æstimatores bonorum pupilli quare nõ teneantur.

b *Similis est Gl. in l. j. §. plane. ff. de tutelæ & rationibus distr. & in l. j. Co. de admin. tut.*

c Contrarium tenet Gloss. *in l. actio. ff. de negot. gest. & ibi Bart.* vbi vide quæ sit actio directa, & quæ vtilis.

d Tutores plures, & magistratus quo ordine conueniri possint.

DE EXCVSATIONIBVS tutorum, vel curatorum.

TITVLVS XXV.

Liberorum numerus hîc scriptus à tutelæ munere vacationem præstat: adoptiui verò liberi ita demùm ad excusationem prosunt, si à quopiam ascendentium adoptini sint: non etiam si ab extraneo. Item nepotes ex filio præmortuo prosunt.

Excusantur autem tutores, & curatores variis ex causis: plerunque tamen propter caueant [l] tutores, vel curatores, pignoribus captis coërceantur [m].

Actione subsidiaria non tenentur, qui tantum dant tutores: sed qui satisdationem exigunt.

4. ¶ Neque autem præfectus vrbi [n], neque prætor, neque præses prouinciæ, neque quisquam alius, cui tutores dandi [o] ius est, hac actione tenebitur: sed hi tantummodò [a], qui satisdationem exigere solent [p].

DE EXCVSATIONIBVS TVTORum, vel curatorum.

De excusationibus tutorum, vel curatorum nunc dicit: quod suprà, quib. mod. tut. fin. §. fin. promisit. Accur. Vel continua sic, secundùm Proc. Quia supr. visum est de tuto. & curat. & quia hi variis ex causis excusari solent: ideò meritò subdit de excusationibus tutorũ, vel curatorum. PORC.

Excusantur.] Totus iste titu. diuiditur [f] in sedecim partes. Prima ponit qualiter quis excusetur à tutela propter numerum liberorum. Secunda ibi, *Item diuus.* qualiter excusetur, qui impedi

f Diuisio.

impeditur negotiis fiscalibus,& Reip. Tertia ibi; *Et qui potestatẽ.* qualiter quis excusetur propter potestatem, & iurisdictionem. Quarta ibi; *Item propter.* qualiter excusetur propter litem præcedentem cum pupillo, vel adulto. Quinta ibi; *Item tria.* qualiter excusetur propter numerum tutelarum. Sexta ibi; *Sed & propter.* qualiter excusetur propter paupertatẽ. Septima ibi; *Itẽ propter aduersam.* qualiter quis excusetur propter infirmitatẽ. Octaua ibi; *Similiter.* qualiter quis excusetur propter imperitiam literarum. Nona ibi; *Itẽ si propter inimicitias.* qualiter quis excusetur propter inimicitias. Decima ibi, *Item is, qui.* qualiter quis excusetur propter controuersiam status. Vndecima ibi, *Item maior.* qualiter quis excusetur propter ætatem. Duodecima ibi, *Idem & in milite.* qualiter excusetur propter militiã. Decimatertia ibi, *Item Romæ.* qualiter excusetur propter exercitium liberalium artium. Decimaquarta ibi, *Qui autem.* in quantum tempus potest quis se excusare. Decimaquinta ibi, *Qui tutelam.* qualiter quis excusetur à cura pupilli sui, vel vxoris suæ. Decimasexta ibi, *Si quis autem.* declarat quòd falsa excusatio non prodest. Item prima pars diuiditur in quinque partes. Primò ponit quòd plures, & variæ causæ sunt, quibus quis à tutela vel cura excusatur. Secundò ponit qualiter quis propter liberos excusatur. Tertiò quot liberi habent excusare, seu propter quot liberos quis excusetur à tutela, vel cura. Quartò fortificat dictum suum per similem rationem diuertendo. Quintò declarat qui liberi sint illi, qui præstant excusationem. Secunda ibi, *Plerumque.* Tertia ibi, *Si enim tres.* Quarta ibi, *Exemplo.* Quinta ibi, *Sed adoptiui.* CARVS. Accessi ad Iustinianũ, & ita coram eo proposui: Domine, vos vultis tractare de excu.tu.vel cu.dicatis ergo mihi, quibus modis excusantur tuto.vel curat. ab onere administrationis? Ad hoc respon. Imperat. Amice, tutores, vel curatores variis modis à tutela, vel cura poterunt excusari. Quandoque enim per numerum liberorum suorum merẽtur excusari: siue huiusmodi liberi in potestate sint, siue emancipati. Si enim tres liberos aliquis habuerit Romæ superstites, vel in Italia quatuor; vel in prouincia quinque, à tutela, vel cura poterit excusari. & hoc ad modũ aliorum munerũ ciuilium. Nam & tutelam, & curam placuit esse munus publicum. vnde sicut à cæteris muneribus publicis quis excusari poterit, ita & ab istis. Sed quid, domine Iustiniane, vos dixistis per liberos quẽ posse à tutela, vel cura excusari: dicatis mihi pro Deo, an illud locum habeat indistinctè in omnibus liberis? Respondet Imperator: quòd tibi dixi generaliter aliquem per liberos posse excusari: intelligere debes de naturalibus, & legitimis. Nam adoptiui liberi patri adoptiuo ad excusationem non proficiunt. liberi enim naturales, & legitimi extraneæ personę à patre naturali nihilominus ad excusationem prosunt. & hoc vsque ad versicul. *item nepotes.* in quo sic pone casum: Vidimus quòd per liberos quis à tutela, vel cura excusatur: sed quia appellatione liberorum veniunt nepotes, quæritur à domino Iustiniano, an istud se extendat ad nepotes? Respondet Imperator, quòd non solùm liberi in primo gradu existentes prosunt, sed etiam nepotes filio mortuo auo suo ad excusationem prosunt: quia in locum sui patris mortui succedũt. sed licèt nepotes ex filio post mortem ipsius filij, hoc est patris nepotum, auo prosint: nepotes tamen ex filia ei prodesse non poterunt. Et hoc vsque ad versiculum: *Filij autem.* in quo sic figuratur casus. Vidimus superiùs à principio titu. hucusque, quòd liberi, & nepotes ex filio excusant quẽ à tutela, vel cura. Sed quæro, domine Iustinian. an hoc verum sit de filiis mortuis? Respondet dominus Imperator, quòd dixi tibi filios prodesse: intelligere debes, quòd filij superstites tantùm ad tute. vel cura. oneris excusationem prosunt: mortui enim non prosunt. & hoc vsque ad versiculum illum: *Sed si in bello.* in quo sic ponitur casus: Ostensum est suprà quòd liberi mortui non prosunt ad excusationem tutelæ, vel curæ. Nunc quæritur ab Imperatore, quid si in bello pro Republica occisi fuerint: an patri ad excusationem prodesse possint? Et respondet: Certè constat eos prodesse, qui in acie principis ceciderunt. Qui enim pro Republica ceciderũt, in perpetuum per gloriam viuere intelliguntur. hoc dicit ad §. *Item diuus Marcus.* Franciscus de Aret.

Ita demùm liberi à præfato munere immunitatem præbent, si superstites fuerint: mortui verò nõ, nisi gloriosè pro Republ. in acie ceciderint.

Filij autem superstites [n] tantùm ad tutelæ, vel curæ muneris excusationem prosunt: defuncti [o] autem non prosunt. Sed si in bello amissi sunt, quæsitum est an prosint. Et constat eos solos prodesse, qui in acie [o] amittuntur. Hi enim, qui pro Republica ceciderunt [†], in perpetuum per gloriam viuere [p] intelliguntur.

liberos [a], siue in potestate sint, siue emancipati [b]. Si enim tres liberos superstites Romę [c] quis habeat, vel in Italia quatuor, vel in prouinciis [d] quinque: à tutela, vel cura potest excusari, exemplo cæterorum munerum [e]. nam & tutelam, & curam placuit publicum munus [f] esse [g]. Sed adoptiui liberi non prosunt [h]: in adoptionem autẽ dati, naturali patri [i] prosunt [k]. Item nepotes ex filio prosunt, vt in locum patris [l] sui succedant: ex filia non prosunt [l].

[†] Tull. *in som. Scip.* dicit omnibus, qui patriam seruarunt, iuuerunt, auxerunt, certum esse in cœlo, & definitũ locum: vbi beati sempiterno æuo fruuntur. *Aegi. Per.*

a Imò ibi dicitur magistratũ municipalem non posse cogere quem cauere captus pignoribus. Verùm ibi agitur de magistratu municipali. b Gloss. in *d.l. Aemilius.* est similis huic. c Iudicum tria genera. d Et si differãt accipere satisdationem, vel expedire processum, vt hoc onus transeat ad successores, poterunt conueniri in syndicatu: vt *d.l. 1.§. fin.* e Aestimatores bonorum pupilli quatenus teneantur.

a Et hæc est verior, *secundum Aeg. hic.* quia beneficio quod habeo propter te, nõ debeo vti contra te: saltem vbi tu participas de eodem, *secundum Christoph. per l. fin. dex circumtu. ff. de minor.* alias secus; vt in *d.l. amicissimos.* b Hanc approbat Dy. *in d. §. fin & Aeg. hic.*

a Ab eo tamẽ excusante 12. liberi; vt tenet Glos. *in l. si quis decurio 2. Cod. de decu. lib. 10.* quã approbãt Aeg. & Por. hic: licèt Glos. *in l. 1. C. de his, qui num. vel paup. &c.* dicat quòd requirãtur 16.

b Tutela an, & quomodo publicum sit munus: An authoritate, an verò vtilitate.

c Sic in generali dispensatione ad obtinendũ quoduis beneficium regulare: non continetur beneficium regulare Cluniacen. ordi. nisi exprimatur. *Aegi. Per.*

d Generalis immunitas sicut non extenditur ad munus publicum auctoritate priuatum; ita nec ad reale ordinarium: sed extraordinarium sic: *vt not. Bar. & Dyn. in d. §. qui accipit,*

e In bello mortui, viuere per gloriam intelliguntur.

a Imò ibi dicitur magistratũ municipalem non posse cogere quem cauere captus pignoribus. Verùm ibi agitur de magistratu municipali. b Gloss. in *d.l. Aemilius.* est similis huic. c Iudicum tria genera. d Et si differãt accipere satisdationem, vel expedire processum, vt hoc onus transeat ad successores, poterunt conueniri in syndicatu: vt *d.l. 1.§. fin.* e Aestimatores bonorum pupilli quatenus teneantur.

f Diuisia.

miliarium: *vt ff. de offic. præfect. vrb. l. j. §. cùm vrbem.* ACCVRS.

ADDITIO. Secùs si dixisset, in vrbe, vel in vrbibus: quia vrbs muris cingitur: *vt l. vrbis. ff. de verborum significatione.* Et quid appellatione ciuitatis, vel patriæ contineatur: & quid si dicatur Aretium, Florentia, &c. Angelus hîc se remittit.

a Imò ibi dicitur magistratũ municipalem non posse cogere quem cauere captus pignoribus. Verùm ibi agitur de magistratu municipali. b Gloss. in *d.l. Aemilius.* est similis huic. c Iudicum tria genera. d Et si differãt accipere satisdationem, vel expedire processum, vt hoc onus transeat ad successores, poterunt conueniri in syndicatu: vt *d.l. 1.§. fin.* e Aestimatores bonorum pupilli quatenus teneantur.

a Et hæc est verior, *secundum Aeg. hic.* quia beneficio quod habeo propter te, nõ debeo vti contra te: saltem vbi tu participas de eodem, *secundum Christoph. per l. fin. dex circumtu. ff. de minor.* alias secus; vt in *d.l. amicissimos.* b Hanc approbat Dy. *in d. §. fin & Aeg. hic.*

a Ab eo tamẽ excusante 12. liberi; vt tenet Glos. *in l. si quis decurio 2. Cod. de decu. lib. 10.* quã approbãt Aeg. & Por. hic: licèt Glos. *in l. 1. C. de his, qui num. vel paup. &c.* dicat quòd requirãtur 16.

b Tutela an, & quomodo publicum sit munus: An authoritate, an verò vtilitate.

c Sic in generali dispensatione ad obtinendũ quoduis beneficium regulare: non continetur beneficium regulare Cluniacen. ordi. nisi exprimatur. *Aegi. Per.*

d Generalis immunitas sicut non extenditur ad munus publicum auctoritate priuatum; ita nec ad reale ordinarium: sed extraordinarium sic: *vt not. Bar. & Dyn. in d. §. qui accipit,*

e In bello mortui, viuere per gloriam intelliguntur.

a Propter liberos. superstites, & incolumes: *vt ff. de va. mu. l. ij.*

b Emancipati. nisi pater filio emancipato curator petatur. tunc enim non [a] excusatur à cura emancipati: *vt ff. eo. l. amicissimos. §. fi. 2.* Vel dic [b], quòd licèt faciat contrà stimulos naturales: tamen bene potest, vt ibi innuitur.

c Romæ. hoc est in ciuitate Romana, & vsque ad centesimum

d *In prouinciis.* Sed nunquid illę prouincię, quæ aliàs habẽt ius Italiæ, & hîc habebũt? Respond. non: quia illud propter tributa conceditur eis: *vt ff. de censi. l. j. & fin.*

e *Munerum.* id est onerum ciuilium, vt decurionatus: secùs si patrimonij sit onus: *vt ff. de va. mu. l. sextumdecimum. §. numerus. & §. qua patrimoniorum. & l. his oneribus. j. respon. & Cod. de his, qui nume. lib. vel pau. excus. mer. l. j. lib. vel pau. excu. mer. l. j. lib. x.* Item secùs in honoribus: *vt ff. de va. mu. l. iiij. & l. in honoribus* [a]. Item secùs in oneribus, quæ honoribus inhærent: *vt ff. de var. mun. l. sextumdecimum. §. numerus.*

α *Exemplo cæterorum munerum.* Numerus trium liberorum excusat à legationibus *l. j. C. de legatio.* A cæteris muneribus personalibus, numerus quinque: Ab omnibus muneribus numerus xvj. *l. semper. ff. de iu. immun.* ac legendum omninò est in *l. si quis decurio. C. de decur.* non xiij. sed xvj. liberorum. Constantinus rectè in hunc modum, ὅ ἔχων ἕνδεκα ἐξ υἱῶν ἢ θυγατέρων, πάντων λειτουργιῶν ἀπαλλάττεται. CVIACIVS.

f *Publicum munus.* auctoritate [b]: nam datur inuitis: *vt Cod. de decurionibus. l. nullus. libro x. & facit, ff. de verborum significatione. l. pupillus. §. munus. & l. munus propriè. & ff. de muneribus, & honoribus. l. j. §. illud.* Sed contrà, *ff. eodem. l. athletæ. §. tutela.* Sed non est publicum munus, vt ibi dicitur, vtilitate: licèt auctoritate sic, vt hîc dicitur: sed vtilitate publicum est secundariò: quia expedit Reipublicæ, &c. *vt suprà, de his, qui sunt sui, vel alieni iuris. §. final.* Item contrà, *ff. eodem. l. ff adonem. §. qui accipit. & l. non tantùm. §. non omnia.* Sed licèt ibi generaliter remissione publicorum munerum habuit, tamen generali remissione non continetur tutela, vel cura fauore pupillorum, & adultorum [c]: sicut & àliàs de generali dicto quædam excipiũtur: *vt ff. de legatis iij. l. vxorem. § fæliciſſimo. & ff. de procuratoribus. l. Pomponius. j. responſo. & ff. de liberatione legata. l. Aurelio. §. Gaius.*

β *Publicum munus esse.* Tutelam esse publicum, vel ciuile munus nemo est qui nesciat: neque video qua in re ab hac sententia discrepet *l. ideo & ibi. §. tutela ff. de tut.* At existimo tamen spurium esse *§. tutela.* nec enim solet Modestinus græco contextui latinas, nisi ex aliis authoribus sententias inserere. nullum verò auctorem habet *§. tutela.* denique eo sermone contextus est, qui nostris auctoribus non est in vsu. nec enim prouincialis muneris vsquam fit mentio, nec reipub. munus à ciuili munere quasi diuersum vsquam secernitur. CVIAC.

g *Non prosunt.* & hoc dico ad excusationem: *vt hic, & ff. de vacatione munerum. l. sextumdecimum. §. adoptiui.* maximè hodie, cùm nihil ad adoptiuum transeat: *vt suprà, de adop. §. sed hodie.* Sed olim bene acquirebant ei: scilicet patri adoptiuo. Aegi. Perr.

h *Naturali patri.* licèt adoptiuo non prosint: *vt supr. prox. respon.* & secundùm hoc puncta ibi, dati. 2. Vel dic, dati in adoptionem naturali patri: id est auo, vel proauo.

i *Prosunt.* scilicet arroganti: cùm transeant in familiam eius: *vt supr. de adopt. §. sed hodie. in fin. §. & §. sequent.* & secundùm hoc fiet hîc mentio illius noui iuris: & punctabis ibi, naturali patri.

k *In locum patris.* Apparet quòd eo mortuo tantùm prosunt: eo autem viuo nõ prosunt: vt hîc cùm dicit, in locum patris, &c. *& C. de his, qui nu. lib. l. ij. & iij. lib. x.* ¶ Sed nunquid omnes loco vnius computantur? Respond. quidam quòd non. Sed contradicunt leges expresè: nam loco vnius numerantur quotcũque sunt vt in Græca *l. ff. eo. l. ij. §. quotcunque.* Nam etiam in successione loco vnius computantur: *vt infr. de hared. quæ ab intesta. §. cùm filius. arg. ff. de contra tab. l. j. §. j.*

l *Non prosunt.* quia non sunt in potestate sua: *vt supr. de pat. potest. §. fin.* hæc ratio non est bona: *vt supr. eo. in prine.* dicit enim de emancipato. vnde dicas, non prosunt auo materno: quia alij prosunt: *vt C. de testamen. mili. l. v. & fin.*

m *Superstites.* id est, viui.

n *Defuncti.* idem & in non natis, licèt conceptis: quia quoad hunc casum non sunt pro iam natis: *vt ff. eodem. l. ij. §. qui autem in ventre.* ACCVRS.

o *In acie.* scilicet principis: *vt supr. de adop. §. fœmina.*

p *Per gloriam viuere.* Not. mortuum [e] viuere per gloriam: *vt ff. ad leg. Aquil. l. qua actione. §. si quis in collectatione.* Et econtrà

a Mortuus fingitur, qui viuit in vituperio, & infamia.

quis fingitur mortuus, qui viuit per vituperium, vt deportati: *vt ff. de contra tab. l.j. §.j. & § pen. in fi. & ff. de donat. inter vir. & vxo. l. cùm hic. §. si donator.* vbi seruus viuit, & tamen pro mortuo reputatur quo ad ius ciuile: *vt ff. de regul. iur. l. quod attinet. & l. seruitutem.*

Item diuus Marcus.] CASVS Domine, iam vidi qualiter quis excusatur ab onere tutelæ, vel curæ: nunquid pluribus modis poterit cõpetere excusatio? Resp. quòd sic. diuus enim Marcus rescripsit in Semestribus suis, administrantem res fiscales durante administratione posse se ab onere tutelę vel curæ, excusare. h. d. vsque ad §. *item qui.* In quo sic figura casum. Tiius causa reipubli. absens datus est tutor, vel curator. quæritur ab Imperatore an possit se legitimè excusare? Res. Imperator, quòd qui absentes causa Reipublicæ dati sunt tuto. vel curat. ab onere administrationis tute. vel curæ excusantur. hoc dicit vsque ad versiculum; *Sed & si.* in quo sic figuratur casus; Vidimus qualiter absens datus tutor, vel curator excusatur. Sed quid si aliquis datus tutor, vel curator Reipublicæ causa abesse incipiat, an similiter excusetur? Respõdet dominus Impera. quòd non solùm illi, qui in absentia dati erant, possunt excusari; sed etiam si primò fuerant dati tutores, vel curatores, & postea cœperunt abesse causa Reipublicæ, à tutela, vel cura excusantur: & interim curator loco eorum datur: quibus reuersis curator loco eorum subrogatus, definit curator esse: & ipsi administrationis onus recipiunt. nec in casu isto post reuersionem anni habent vacationem: vt Papinianus libro v. Responsorum scripsit. Hoc enim spatium indulgetur his, qui post reuersionem ad nouas tutelas, vel curas vocantur: non autem eis, qui pristinæ administrationis onus recipiunt. h. d. vsque ad §. *Et qui potestatem.*

Procurator fisci excusatur à tutela, vel cura. Aret.

1. ¶Item diuus Marcus in Semestribus [a] ρ, rescripsit, eum, qui res fisci administrat, à tutela, vel cura, quandiu administrat [b], excusari posse.

Reipublicæ causa absens, à tutela, & cura recenter delata excusatur: susceptam autem quamdiu abest, intermittit; regressus verò, intermissæ onus statim reassumit.

2. ¶Item qui Reipublicæ causa absunt [c], à tutela, vel cura excusantur [d]. Sed & si fuerint tutores, vel curatores dati, deinde Reipublicę causa abesse cœperint: à tutela, vel cura excusantur [e], quatenus Reipublicæ causa absunt, & intereà curator loco eorum datur: qui si reuersi fuerint, recipiunt onus tutelæ. Nec anni habent vacationem, vt Papinianus lib. quinto Responsorum scripsit. Nam hoc spatium habent ad nouas tutelas vocati.

Publicam habens iurisdictionem, à suscipienda tutela excusatur: susceptam autem non deponit.

3. ¶Et qui potestatem [f] alium habent, se excusare possunt, vt diuus Marcus rescripsit: sed susceptam [g] tutelam deserere non possunt.

Propter litem, quam quis habet cum pupillo, non excusatur à tutela: nisi sit omnium, vel maioris partis bonorum. Aretinus.

4. ¶Item propter litem, quam cum pupillo, vel adulto tutor, vel curator habet, excusari non potest: nisi fortè [h] de omnibus, vel hæreditate [i] controuersia sit.

Tria tutelæ non affectatæ onera separatorum patrimoniorum, quandiu administrantur, immunitatem tribuunt.

5. ¶Item tria onera [k] tutelæ non affectatæ, vel curæ, præstat vacationem quamdiu administrantur: vt tamen plurium pupillorum tutela, vel cura †eorumdem bonorum, veluti fratrum, pro vna computetur.

Paupertas, infirmitas, & literarum imperitia simplicitati annexa, vacationem à munere tutelæ tribuunt.

6. ¶Sed & propter paupertatem excusationem tribui, tam diui fratres, quàm per se diuus rem, vel curatorem petierint, aliàs non: *vt C. si tu. reipub. causa. l.j. & ff. de admin. tut. l. tutores. §. qui se.*

β ¶*Et intereà curator.* vel tutor. *l. quæsitum. ff. de tut.* nisi dicamus, vti vulgus solet tutoris, & curatoris abuti nominibus, ita Paulo. quæstionem fuisse propositam. rectè autem Paulum non de tuto. sed de curat. respondisse, quemadmodum apparet ex *l. curatorem. ff. de tut. & cur. dat.* quæ ex eodem sumpta est libro, paríque errore is, qui abfuturus erat Reipu. causa, desiderabat tutorem in locum suum dari, in *l. 3. §. si quis abfuturus. ff. de susp. tut. & in l. 9. ff. de tut. & rat. distr.* Vlpianus, tutelam, obiter dixit, pro curatione: *vt in l. ne lucrum. Cod. de cur. fur.* Is enim, qui Reipublic. causa abest, cùm non desinat esse tutor, in eius locum, tutor substitui non potest. CVIAC.

Et qui potestatem.] CASVS. Visum est superiùs de plurib. personis, qualiter se possũt excusare à tut. vel cura. ¶Nunc quæritur à domino Imperatore, an sint aliæ personæ, quæ possint excusari? Resp. Imperator, quòd non solùm prædicti à tutela, vel cura excusantur; sed & qui aliquam potestatem habent: vt præfectus vigilum, vel annonæ: quia tunc illi à susceptione tutelę, vel curæ durante officio suo se possunt excusare: vt diuus Marcus rescripsit: sed tutelam susceptam occasione potestatis nõ possunt deserere. Sed nunquid si aliquis datus tutor, vel cur habeat litem cum pupillo, vel cum adulto, poterit occasione litis se excusare? Respõ. quòd non, nisi de omnibus bonis ipsius pupilli, vel fortè de hæreditate aliqua ipsi pupillo delata controuersia fuerit. In hoc enim casu excusatio habebit locum. Et hæc dicuntur vsque ad §. *Item tria.* Aret.

† Bene expressit tutelæ, & curæ differentiã. Tutela est personarum: Cura bonorum. Cuiac.

f ¶*Potestatem.* vt quia sit præfectus vigilum, vel annonæ: *vt ff. eo. l. administrantes* [a]. & similes, qui potestates vocantur: *vt Cod. de mod. mul. l. eos.* Secùs si sit circa latus principis. cœptam enim non complebit: *vt ff. eo. l. iurisperitos. in prin.* ACCVRSIVS.

g ¶*Sed susceptam.* vt *supr. proxi. §.* ACCVRS.

h ¶*Nisi fortè.* imò & sine, *fortè*: vel etiam si de maiori parte bonorum pupilli sit controuersia: *vt ff. eo. l. propter litem. j. resp. & fa. C. eo. l. si vt allegas. & supr. de auctorit. tuto. §. fi. & C. qui da. tuto. poss. l. creditorem.* ¶Sed hodie non potest creditor, vel debitor esse tutor. *vt in auth. vt hi, qui ob. fo. ha. per. §. j. coll. vj.*

i ¶*Hæreditate.* scilicet pupilli à parte delata, vel à quocumque, non curo. propter magnitudinem enim litis ponit de hæreditate.

Item tria.] CASVS. Domine, nunquid sunt adhuc plures modi, quibus tut. vel cura. ab onere administrationis poterunt excusari? Resp. quòd sic. Nam tria onera tutelæ, vel curæ non affectatæ quandiu administrantur, tribuunt excusationem: ita tamen in casu isto intelligenda sunt tria onera, vt tut. vel cura. pluriũ pupill. eiusdem hæreditatis: vt putà fratrum, vel nepotum, pro vna tutela cõputentur. Nam non numerus pupillorum: sed separatio patrimoniorum facit plures tut. & nõ solùm in prædictis modis locum habet excusatio. Et hoc vsque ad § *sed & propter.* Fran. Aret.

k ¶*Item tria onera.* ¶Not. dicit onera. quatuor enim posset habere tutelas, quæ sibi excusationem non darent, si [b] sint leues, vel leuissimæ, vt hîc. ¶Item no. quòd dicit tria onera. tres enim posset habere, & [c] tamen pro vna computarentur: putà fratrum, vt sequitur. Non enim numerus pupillorum plures tutelas facit; sed patrimoniorum separatio: *vt ff. eo. l. tria. & l. ff. u.* Item quod dicit, *non affectata.* no. Nam si dedisset operam, & sic affectasset eas habere, non prodessent: quia non viderentur onerosæ: vt & alias qui data opera reipublicæ causa abest: *vt ff. ex qui. cau. ma. l. qui data. & facit. ff. si quis cau. l. ij. § si tamẽ. & ff. ad leg. Cornel. de fal. l. vxori.* §. j.

a Melius facit *l. nihil. §. gentium. ff. eod.* vbi dicit Bartol. quòd officiales publici, vel anciani sunt immunes à gabellis, vel collectis extraordinariis: nõ ordinariis. Ang.

b Item si altera ipsarum, vel etiam quarta supereniens sit breui tempore finienda: putà semestre. *l. non tantùm. in prin. fi.*

c Ex hoc tex. infert Bart. vnicum furtum magnum æquipollere tribus: & pro eo furti suspendi posse. Et quomodo intelligatur furtum vnum, vel plura; vide in *l. qui. 6. idem scribit ff. de furtis.* Ang.

b Alij *semestrib* appellatione notari putant libros, quibus res gestæ, & administratæ sex mensibus explicabantur: vti & Annales, quia res vnius anni gestas cõtinerent, dicti sunt.

c Quod parũ distat: nihil distare videtur: ait Aristo. *Aegi. Per.*

d Milites bello missi quot annos excusationis habeãt.

§.j. [iuxta illud; Hoc portat leuiter, quod portat quisq; libenter.] Item hęc tria onera in domo vna esse sufficit: vt si pater, vel filius gerat, omnes excusantur: sed non computantur, nisi ob alium tutorem teneantur: *vt ff.eo.l.diximus.§.fi.& ff.de rit.nupt.l.si quis tutor.* Item honoratius hoc nomine non computatur: *vt ff. eodem. l. spadonem. §. si ciuitatis.*

ADDITIO. Itē duæ excusationes imperfectæ diuersi generis; putà duæ tutelæ duobus filiis, non faciunt vnam plenam. *l. excusantur. §. amplius. ff. eodem.* & an vnus testis cum fama probet in criminalibus, vide Ang. hîc.

Sed & propter.] CASVS. Titius volens facere testamentū suum, Męuium, vicinum pauperem, & adeò rebus tenuem, vt non habeat vnde viuat, nisi ex suis operis: in suo testamento filiis suis impuberibus curatorem instituit. Quærebatur à domino Impera. an iste Mæuius propter suam paupertatem possit se excusare ab administratione huiusmodi tutelæ? Respo. dominus Iustinia. quòd quis excusatur à tutela, vel cura propter paupertatē, si sit adeò pauper, vt non possit administrationi tutelæ, vel curæ intendere; sed habeat necesse operari vt viuat. & hoc tam diui fratres, quàm diuus Marcus rescripserūt. Et hanc paupertatem debet probare is, qui ad tutelam, vel curam vocatur. *Franc. Aret.*

a ¶ *Imparem.* id est, si non habeat tantum in bonis [c], quantum pupillus, cui datur tutor: *vt hic, & ff.eo.l.paupertas. 2.* Aliàs autem dicitur pauper, qui non habet quinquaginta aureos in bonis: *ff.de accu.l.nonnulli. 3.* Vel dic vtiùs, eum esse hîc pauperem, & imparem oneri, qui sic laboribus est implicatus propter paupertatem, vt tutelæ superesse non possit: cum fortè in agro eum tota die esse oporteat. Nec enim placet prima expositio: cùm hoc munus magis in obsequio personæ, quàm in aliqua erogatione consistat, vnde paupertas talis non nocet, dummodo possit superesse tutelæ [d]: *vt ff.de mu.& ho.l.cur.§.inopes.& infr.tit.j.§.fin.* ACCVRS.

b ¶ *Docere.* 1. probare. ACCVRS.

Item propter.] CASVS. Titius in extremis vitæ constitutus Mæuium in suo testamento tut. aut cura. suis filiis dedit: qui quidem Mæuius adeò infirmitate detinebatur, vt suis rebus, seu propriis negotiis interesse nequisset. iste Mæuius voluit se excusare ab administratione huiusmodi tutelę, vel curæ propter suā infirmitatem, quam tenebatur: quærebatur à domino Imperat. an ista excusatio eum reddat immunem ab onere tute. vel curæ? Respō. dominus Imper. quòd propter aduersam valetudinem, per quam quis propriis rebus administrandis superesse non possit, excusatio locum habebit. h.d. Franc. de Aret.

c ¶ *Aduersam valetudinem.* vt si est surdus, vel mutus, vel perpetua valetudine detentus: *vt Cod.qui mor. se excus. l.* j. qui morbus prout durauerit, excusat. Sed furor [e] non excusat: sed interim curator datur, secundùm Ioannem. *vt ff.eo.l.non solùm. §. fin. & seq. duabus legibus, vsque ad §. sunt & alij.* Sed quidam ex tupradictis etiam si velint, non admittuntur: vt surdus, & mutus: *vt ff.de tu.l.j. §. penul. & §. fi.* Quare dic quòd quantum ad eos impropriè [f] ponitur excusatio: *vt infrà, eo §. minores. &*

Similiter.] CASVS. Vidimus supèriùs qualiter propter penuriam rerum temporaliū, & sanitatis quis à tutela excusatur: sed quia est alia penuria, quæ dicitur ignorantia, ideò quærebatur à domino Imper. an imperitia literarum quem possit à tutela, vel cura excusare? Resp. dominus Imper. quòd etiam ratione imperitiæ literarum possit quis à tut. vel cura excusari. Diuus enim Pius rescripsit eum, qui literas nescit, ab onere administrationis tutelæ, vel curæ excusandum esse. No. quòd dictio, *quamuis*, in medio §. posita, potest poni aduersatiuè. Item potest poni correctiuè, sine determinatione; sc. vt etiam imperiti literarum possint esse tut. vel cur. si sint experti negotiis. & hoc vltimum verius est. hoc dicit. Franc.

d ¶ *Literas nescit.* & simplices sunt, vel rudes: aliud si sunt sagaces in negotiis: tunc enim non excusantur, vt subiicit: quamuis, &c. *vt ff.eo.l.athleta.§.pe.& fi.* ¶ Et no. literatum [a] ad aliqua admitti, ad quæ non recipitur illiteratus [b]: *vt Co.de postu.l.ij.& in auth. de iudi.§.j.in glo.qui ex se.colla.vj.* Et no. melioris [c] conditionis esse sapientem, quàm stultū.

Item si propter.] CASVS. Si pater in testamento aliquem tu. propter inimicitias dederit, putà sic dicendo: Titium tutorem pupillis filiis meis do, vt debitis supponatur. & à pupillis vexetur: eo ipso quòd pater hoc expressit, iste Titius tutor datus se poterit ab onere administrationis excusare: sicuti per contrarium nō excusantur illi, qui promiserunt patri pupillorum se eorundem tutelam administrare. Sed pone quòd datus fuit tutor quibusdam pupillis: & ipse hoc solum adducit in excusationē, quòd erat ignotus patri pupillorum: nunquid ratione talis excusationis ab onere administrationis liberatur? Respond. Impe. quòd non. Nam diui fratres rescripserunt non esse admittendam excusationem eius, qui habet solùm pro ratione, quòd patri pupillorū ignotus fuerit. Item si aliquis exercuerit capitales inimicitias cum patre pupillorum, nec postea recōciliatio interuenit: poterit se ab onere tutelæ, vel curę excusare. ratio iuris est. Et si aliquis status quæstionem à patre pupillorū passus fuerit, vel si ille quæstionem status moueat: in vtroque casu locum habet excusatio. Et hoc dicit vsque ad *§. item maior lxx.* Franciscus de Aret.

e ¶ *Inimicitias.* vt quia ideò eum dedit tutorem, vt debitis supponatur, & à pupillo vexetur. ¶ Et no. quòd tribus [d] casibus excusat inimicitia: vt si expresserit vt dictum est, *vt hic.* Itē & quando interuenit post testamentum. Item & secūdùm quosdā etiam quando ante testamentū: si tamen fuit capitale certamē. In quarto casu non: vt si ante testamentū facta fuit, & non capitalis: quia videtur remississe ex quo in testamento dedit tutorem: *vt ff. eod. l.athleta. §. dat remissionem.* prout est ibi in litera priùs: *vt & infr.eo.§.inimicitia.* ACCVR.

f ¶ *Promiserunt.* licèt aliàs habeant excusationem: *vt hic, & ff.de testa.tu.l.ex sententia.in fin.* & hoc vbi promisit, vel sic se iactauit. ¶ Quid autem si in testamento se tutorem scripsit? Respond. non erit tutor, nisi vel euidenter idoneus appareat, vel pater eum non firmauerit: *vt in d.l.ex sententia.* & tunc de cætero erit tutor: *vt ff. ad leg.Cornel.de fal.l.vxori.§.* j. ACCVRS.

g ¶ *Ignotus.* sed is excusatur, qui ibi domicilium non habet, vbi datus est: *vt ff.eo.l.fi.in fi.* ADDITIO. Quod est verum secundùm Angel. si ibi constituerit domicilium: aliàs autem non est opus excusatione: cùm à iudice dari non possit: *vt est gl.in l.neque. C.qui da.tuto.poss.* Et qua actione teneatur si sponte gessit, & an testis debeat cognoscere contrahentes: vide hîc cùm determinat quòd sic, si deponant de facto contrahentis.

a ¶ *Inimicitiæ.* Qui post susceptas inimicitias testamento tutor datus est, se excusare non potest: quandoquidem hoc ipso gratiæ videtur facta reconciliatio, nisi, vt plerumque fit, pater ideo inimicum tutorem dederit, vt molestum ei, & operosum negotium exhiberet. A cæteris tutelis inimicitiæ capitales excusant, dum tamen facta non sit reconciliatio.

h ¶ *Si capitales.* Capitales [e] accipe, vel quia accusabat eum de aliquo crimine, quod ingerebat pœnam capitis; id est status: vel quod ingerebat pœnam sanguinis: vel quia insidiatur vitæ ipsius, secundū Azo. Et not. hîc fieri aliquid ratione inimicitiæ, quòd non fieret aliàs [f]: *sic ff.de arbi.l.non distinguemus.§.cùm quidā.& l. licèt autem.& ff.de lib.cau.l.si pariter.§.quod adhuc.* Nam inimicus iudex esse nō potest: *vt ff.de proc.l. filius familias.§.fi.& l.vel exilio.*

i ¶ *A tutela.* vel datiua, vel legitima. si autem testamentaria, dic *vt supr.in glos.vt quia,* &c.

k ¶ *A pupillorum patre.* vt quia pater pupillorum quandóque di-

a Literati illiteratis præferendi.

b Sic de iure canonico illiteratus non potest obtinere beneficium: *vt c.cum nostris. extrà de constit. præben. vbi per Inno.*

c Sapiens melioris conditionis esse debet, quàm stultus.

d Inimicitia tribus casibus excusat à tutela.

e Inimicitiæ dicuntur capitales dupliciter

f Inimicitiarum causa aliquid fit, quod aliàs non fieret.

a Tutor per quam pauperatem à tutela excusatur.

b Pauper quis dicatur vide quæ scripsi ad Glos. *Nouell.de exhibendis.53.c. vlt.in verb.pauper.*

c Ratio: quia onus tutelę nō est reale: sed personale, nec iniungitur cui quam respectu patrimonij; sed personæ, *secundùm Ang. Arg. Per.*

d Hæc communiter approbātur per doct.

e Furor nō excusat à tutela delata, cùm interim, dū cessat furor, tutor alicui detur.

f Excusatio impropriè est in eo, qui non iuste, ac legitimè tutor datus est.

g Nam morbus dat vacationem ipso iure, & sic volens nō admittitur. *l. Iunnibus. C. qui da.tut. possunt. Aegi. Per.*

a Melius facit *l.athleta.§. gentium.ff.eod.* vbi dicit Bartol. quòd officiales publici, vel anciani sunt immunes à gabellis, vel collectis extraordinariis: nō ordinariis. *Ang.*

b Item si altera ipsarum, vel etiam quarta superueniens fit breui tempore finienti: puta semestre. *l.non tantùm. in prin. eod.*

c Ex hoc text. infert Bart. enicum furtum magnum æqui pollere tribus & pro eo fieri suspendi posse. Et quomodo intelligatur furtum vnum, vel plura; vide in *l qui. §. idem scribit ff.de furtis.* Ang.

† Bene expressit tutelæ, & curæ differentiā. Tutela est persona rum: Cura bonorum. *Cuiac.*

xit hunc, quem dat modò tutorem, suum seruum fuisse, vel libertum. Istæ enim sunt quæstiones de statu: *vt infrà, de act. §. præiudiciales.* Et est ratio: quia mortis accusationi hæc quæstio adsimilatur: *vt ff. quod met. caus. l. ista qui sem.* §. j. Idem est contrà, si hic moueat quæstionẽ status ipsis pupillis: *vt ff. eo. l. athletæ. §. amplius.* Acc.

ADDITIO. Intellige istud verum, si non studiosè, vel per calũniam mouit quæstionem: vt ibi: aliàs secùs: quod facit vt testis non repellatur à testimonio contra eũm, qui ipsum accusauit, vel percussit studiosè, vt ipsum excluderet: secundùm Angel. hîc.

Item maior.] CASVS. Domine, iam vidi plures modos, quibus tutores, vel curato. excusantur: nunquid adhuc poterunt pluribus modis excusari? Respon. quòd sic. quandóque enim excusantur ratione ętatis. nam si maior lxx an. tutor, vel curat. datus fuerit: ratione ætatis se excusare poterit. Et non solùm ratione senectutis: sed etiũ ratione minoris ætatis secundùm iura antiqua excusatio locum habebit. minores enim xxv. ann. olim ab onere administrationis tutelæ, vel curæ excusabantur: hodie verò per constitutionem nostram ad tutelæ, vel curæ administrationẽ aspirare prohibetur: in tantum videlicet, vt de cætero excusatione opus non sit. Nam etsi vellent, nullo modo admitterentur. In cõstitutione enim nostra expressè cauetur, vt nullus pupillus ad tutelam legitimam vocetur, nec adultus. In ciuile enim nobis videtur, eos, qui in rebus suis administrandis alieno auxilio egere noscuntur. & sub aliis reguntur: aliorum tutelam, & curam subire. Et idem in milite in expeditione militari existente seruandum erit, vt ipse etiam volens ad tutelæ vel curæ administrationem non admittatur. Et hæc dicuntur vsque ad §. *qui autem vult.* Franç.

Maior septuaginta annis, à tutela se excusat: minor vigintiquinque non admittitur, Aret.

13. ¶ Item maior septuaginta annis [a] à tutela, & cura se potest excusare. Minores autem vigintiquinque annis olim quidem excusabãtur; nostra autem constitutione prohibentur ad tutelam, vel curam aspirare, adeo vt nec excusatione [b] opus sit. Qua constitutione [c] cauetur, vt nec pupillus ad legitimam tutelam vocetur, nec adultus: cùm sit inciuile, eos, qui alieno auxilio in rebus suis administrandis egere noscuntur, & sub aliis reguntur, aliorum tutelam, vel curam subire [d].

Miles militãs tutor esse non potest.

14. ¶ Idem & in milite [e] obseruandum est, vt nec volens [f] ad tutelæ onus admittatur.

Docentes Grammaticam, vel Rhetoricam, vel Medicinam, vel Romæ, vel in patria sua, intra numerum deputatum, excusantur à tutela. Aret.

15. ¶ Item Romæ Grammatici [g], Rhetores, & Medici, & qui in patria sua has artes exercent, & intra numerum sunt, à tutela, & cura habent vacationem.

Plures vacationis causas habẽs, si in quarundam probatione defecerit, aliis intra præscriptum à lege tempus vti non prohibetur.

16. ¶ Qui autem † vult se excusare, si plures habeat excusationes, & de quibusdam non probauerit: aliis vti [h] intra tempora [i] constituta non prohibetur.

Qui se à tutela immunem dicere vult, si intra centum miliaria à loco, in quo tutor destinatur, constitutus sit: excusationis causas intra dies quinquaginta continuos, ex quo nouit se tutorem, proponat: qui verò supra centum distat, pro singulis viginti millibus vnam diem habet: & extra hos, dies triginta: sic tamen, vt collectis omnibus non minus sint, quam quinquaginta dies,

personis, *lxxxvj. distinct. c. peruenit. & xvj. q. j. c. generaliter. in glo.* j. g ¶ *Grammatici.* id est, magistri de grammatica. & idem dicas de sequentibus. Et adiunge his Sophistas: id est Dialecticos: ita vt omnes, qui docẽt triuiũ, excusentur: *vt hic, & ff. eo. l. si duas.* §. j. & hoc si doceãt Romæ, vbi est cõmunis patria: *vt ff. ad munici. l. Roma, & hic.* Item si in patria sua: vt hîc subiicit. Item oportet quòd sint intra numerum. habebat enim quælibet ciuitas numerum secundùm suam quantitatem, & Grammaticos, & Dialecticos, & Rhetores, & Physicos, siue Medicos: ita tamẽ, quòd nulla vltra decem haberet, quibus hanc immunitatem daret: *vt ff. eo. l. si duas.* §. *fi.* Sed aliud videtur in [b] his, qui docent quadriuiũ: vt Musicam, Astronomiam, Geometriam, & Arithmeticã: nam non videtur habere excusationem: *vt ff. eo. l. Geometræ.* Quid de legum [c] doctoribus? Non excusantur nisi Romæ: *vt ff. eod. l. sed & reprobari, §. fin. & §. pen.* vel nisi in consilium principis sint assumpti: *vt ff. eo. l. iurisperitos.* Vltra numerum autem, vel extra patriã suam nemo excusatur: nisi [d] sint multùm disciplinati: *vt ff. eodem. l. sed & reprobari.* §. *amplius.* Item philosophos, qui docent in naturalibus, constat excusationem habere: *vt ff. eodem. l. sed & reprobari. §. amplius.*

[a] Scientiæ triuiales excusãt tutorem.

[b] Scientię quadriuiales non excusant à tut.

[c] Tutelæ excusationem habent legum doctores Romæ profitentes, aut in consilium principis assumpti.

[d] Peritiæ, seu peritis multum tribuitur: *vt hic. addo hîc. & ibi Cepolam. l. 2. C. de sacrosanct. eccles. pro emptor.* vbi notatur iuste esse causam probibendę alienationis ieiuni, quod sit peritus.

Qui autem vult.] CASVS. Domine, quidam datus fuit tu. vel cura. qui multas, & varias habuit excusationes: & quasdam ex illis proposuit, & alias proponere prætermisit: postea excusationes propositas in processu iudicij probare non potuit: nunquid alias excusationes, quas ab initio non proposuit, adhuc proponere poterit? Respond. quòd sic. Qui enim se excusare vult: si plures habeat exceptiones, & quasdam ex eis in exordio litis propositas nõ probauerit: alias exceptiones sibi competentes, licet ab initio omissas, attamen intra statutum tempus proponere, & probare non prohibetur. Et hæc vsque ad illum §. *qui autem excusare se volunt,* &c. Franc. de Aretino.

[e] Et tunc licet vt vltà probet. & hæc tempora concurrunt, etiamsi ignorauerit ius sibi competere, *secundum doct. hic.*

[f] *Nec volens.* & ita ipso iure non tenet datio: *vt hic, & Cod. qui da. tu. pos. l. militiæ.* nisi à cõmilitone detur: *vt ff. e. l. propter magistratum.* §. fi.

[g] Aliud in cœlesti milite, vt in clerico, qui admittitur vsque ad quartum gradum: *vt in auth. de san. epis.* §. *presbyteros. coll. ix.* quam habes, Co. *de epis. & cleri. super l. generaliter.* ADDITIO. Dic quòd imò hodie vsque ad decimũ gradum, sicut ad successionem, secundùm Ioan. de Pla. per §. *si verò neque. in auth. de hæred. ab intest.* de iure tamen canonico omnis electus, vel promotus episcopus, & monachi possunt suscipere tutelam ex causa pietatis: quamuis non cogantur nisi in subsidium, & pro miserabilibus

[h] *Alius vti.* dummodò in initio omnes proposuerit, secundùm quosdã [e]: aliàs non potest: *vt ff. eodem. l. scire oportet.* §. *sufficit. versic. scire autem.* Vel quod verius est secundùm Ioan. dic quòd illud. quod ibi dicit, quod similis est ei, qui se non excusauit, qui omnes priùs non proposuit: verùm est quoad non nominatas: quia oportet quòd adhuc proponat, si non est lapsum tempus: vt hîc, & *ff. eo. l. propter litem.* §. j. & *ff. de exceptio. l. nemo. & ff. de transact. l. cum hi.* §. *si prator. contrà. Cod. de inoffi. testa. l. contrà maiores.* Sed ibi ab initio duas proponere non potuit: quia sibi esset contrarius. & ita verum est.

[i] ¶ *Tempora,* quæ sunt ista tempora, habes *infr. prox.* §.

Qui autem excusare.] CASVS. Domine, datus fui tut. cuidam pupillo; & ego habebam tres liberos in vrbe, vel quatuor in prouincia, vel quasdam alias excusationes mihi competentes, vnde à datione tutelæ volebam appellare: iudex non admisit appellationem meam. dicatis mihi, quid iuris est in casu isto? Ad hoc respondet Iustinian. Amice, iudex contra te iustè processit. Qui enim ab onere administrationis tutelæ, vel curæ se voluerint excusare: ab ipsa datione non debent appellare: imò intra quinquaginta dies continuos connumerandos, ex quo nouerunt se datos esse tut. excusationes sibi competentes debent coram iudice proponere, cuiuscumque generis sint; hoc est, siue à testatore, siue à lege, siue à iudice dati extiterint: & hæc sunt vera, si intra centesimum miliare à loco, in quo dati fuerint, habitent. Alio enim modo facienda est computatio, si vltra centesimũ miliare ab eo loco, in quo dati fuerant, habitent. Tunc enim pro singulis viginti miliaribus donec venerint ad locum, in quo dati fuerunt, computabitur eis vnus dies: & cùm venerint ad eundem locum, numero resultanti ex computatione dierum, ex beneficio legis adiicietur spatiũ xxx. dierum; intra quod poterunt se excusare. Sed tamen, vt Scæuola dicebat, in hoc casu si minor numerus ex computatione dictarum. & adiectione xxx. dierum resultet, quàm spatium l. dierum: de æquitate ita erit

facien

[a] Quando autem requiratur annus completus, vel sufficiat cœptus, vel quando tẽpus requiratur de momento ad momẽtum; dic *vt ibi per Gl. Bartol. & doct. Angel.*

[b] Senectutis ratione quædã singulari iure permittuntur,

[c] Sed Ia. de Arett. ibi tenet contrarium, & illum text. intelligit in veterano.

facienda computatio, vt illi, qui habitant vltrà centesimum miliare, ad suas excusationes proponendas nunquam minus habeant, quàm l. dies. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *datus autem tutor.* Franc. de Aret.

a ¶ *Non appellant.* Sed contra *ff. de appel. l. cùm in vna. §. tutor.* Sed ibi appellatum fuit ab ipsa sententia lata contra excusationem: sed ab [a] ipsa datione appelli non potest: *vt hic & ff. quando appellan. sit. l. j. §. si quis tut.* Sed in aliis muneribus contrà: quia à datione appellatur: *vt C. de appel. l. hi, qui. &* C. *de tem. & re. app. l. j. &* C. *de decur. l. ij. lib. x.*

[a] Appellari an possit ab iniunctione munerum.

b ¶ *Intra quinquaginta dies.* ita tamen quòd intra quatuor menses contineantur isti quinquaginta dies: licèt cognouerit se fortè datum circa finem quatuor mensium: *vt ff. eo. l. quinquaginta.* argum nto eius, quod est, *ff. a gem Iuliam de adult. mariti. §. præterea.* & hoc secundũ quosdã. 2. Vel dic quòd hi quatuor menses currunt à die cognitionis: sicut & quinquaginta: & hoc quantum ad cursum causæ. Sed initium est vsque ad quinquaginta dies: & sic parum vltra duos menses potest hæc causa durare post l. dies: & sic intelligitur prædicta lex, *quinquaginta.* Et quòd ibi dicit in fine, *ex die nominationis.* subaudi, & cognitionis [b] aliàs verò regulariter triẽnio durant lites: *vt C. de iudic. l. properand. in prin.*

¶ *In scriptis extrinsecus legitur:* quòd tamen, vt Scœuola dicebat. sic debet computari.

[b] Et hoc ne incidamus in absurdum: videlicet quòd priùs præscribatur tempus cognitionis: scilicet quatuor mensium, quàm propositionis: scilicet quinquaginta dierum: quod non contingit *in d. l. marti.* cũ ibi omne tẽpus detur ad initiã dũ accusationes: non autem ad perficiendũ & sic non obl.

c ¶ *Cognouerunt.* Sed numquid in dubio præsumetur eum scire, vel ignorare semper? Resp. Videtur quòd semper scire præsumatur, etiam ex die nominationis, saltem ex tunc, quando ad eũ notitia venire potuit: nisi probet se ignorasse: *vt C. de pericu. tutor. l. si tutor.* Sed tamen contradico: s. vt præsumatur semper eum ignorasse, nisi probetur eius scientia: *vt ff. de admi. tut. l. hoc autem. &* C. *qui mtli. pos. vel non poss. l. super seruis. in gloss. ij. libr. xij. & ff. de proba. l. veriùs.* ¶ Nec obstat prædicta *l. si tutor.* quia ibi publicè erat notum: vnde [c] nec iste tutor potuit ignorare: *vt ff. de iur. & fac. igno. l. regula.* Vel quòd dicit ibi, idque liquidis probationibus ostenderis. s. eo quòd non probetur contrà, vel aliter vt ibi solet dici.

[c] Et tunc licet vt vna probet. & hæc tẽpora concurrunt, etiamsi ignorauerit ius sibi competere, *secundum dict. hic.*

d ¶ *Se excusare.* s. dando initium excusationi, vt modò diximus: & eam redigendo in scriptis per libellum: *vt ff. eo. d. l. scire oportet. §. oportet autem.* Non tamen solus libellus hîc sufficit, nisi & probet excusationem quæ ibi cõtinetur: *vt ff. e. l. excusare.* Accursius. ADDITIO. Quod facit vt terminus datus ad opponendum seu excipiendum, intelligatur etiam datus ad opposita, seu excepta probandum, secundùm Christoph. hîc.

e ¶ *Dati fuerint.* siue à testatore, siue à lege, siue à iudice: *vt* j. *tit.* j. *§. ij.*

f ¶ *Lapidem.* id est, miliarium. lapidibus etenim signabantur miliaria.

g ¶ *Viginti millium.* vt pro vnoquoque die viginti miliaria computentur: *vt ff. si quis cau. l.* j.

h ¶ *Triginta dierum.* s. debet dari termi. intra quem se excusent. 2. Vel dic, excusare se debent facta dinumeratione triginta dierum, &c.

i ¶ *Qui tamen.* repete. debent se excusare intra illos xxx. dies: qui tamen, &c.

k ¶ *Computari.* caueas ne fallaris in hac cõputatione. ¶ Si enim per centum miliaria abest, vel minùs: tantùm habet dies quinquaginta: si autem abest vltra etiam per vnum miliarium, habet pro quibuslibet xx. miliaribus vnam diem: & sic pro centum miliaribus habet quinque dies: cùm quinquies viginti faciant centum. Item fortè vnum diem: quia vltra est per miliarium vnũ, vel parum plus. Item xxx. dies hab. & sic hab. xxxvj. dies: & ita est in deteriori conditione, qui remotior est. Sed tamen, vt subiicit, ita est faciẽda cõputatio, ne sint minus, quàm l. dies. Et sic apparet quòd nisi per xxj diætas, vel plus sit vltra centesimum miliarium, non prodest adiectio xxx. dierum: *vt hic, & ff. eo. l. scire §. aliud autem.*

Datus autem tutor.] CASVS. Domine, quidam in testamento suo habenti duo patrimonia in prouinciis, tutorem dedit, sic dicẽdo: Titium tutorem do pupillo meo. Modò quæro à vobis, vtrùm teneatur ex illa datione administrare res existentes in alia prouincia, quàm in qua habet domicilium: videtur enim mihi quòd ipso iure non debeat teneri de administratione existentiũ in alia prouincia: ita quòd non sit sibi opus aliqua excusatione vti. Ad hoc resp. Iust. Amice. tut. in testamento datus, ad vniuersum patrimonium pupilli datus intelligitur. Vnde dicitur quòd ipso iure non est liberatus ab onere administrationis alterius prouinciæ: sed si nõ vult teneri, necesse habet earum nomine se excusare. Et hæc dicuntur vsque ad illum *§. qui tutelam.*

17. ¶ Qui autem excusare se volunt, nõ appellant [a]: sed intra quinquaginta dies [b] continuos, ex quo cognouerunt [c] se esse tutores, vel curatores datos, se excusare [d] debent, cuiuscũque generis sint: id est qualitercunque dati fuerint [e] tutores, si intra cẽtesimum lapidem [f] sunt ab eo loco, vbi tutores dati sunt: si verò vltra cẽtesimum lapidem habitãt, dinumeratione facta viginti millium [g] diurnorum, & ampliùs triginta dierum [h], qui † tamen [i] (vt Scœuola dicebat) sic debent computari [k], ne minus sint, quàm quinquaginta dies.

Tutor simpliciter datus, totius patrimonij tutor est.

18. ¶ Datus autem tutor, ad vniuersum patrimonium [l] datus esse creditur.

Cuius pupilli quis tutelam gessit, eius curam subire non cogitur.

19. ¶ Qui tutelã alicuius gessit, inuitus curator eiusdem fieri non compellitur [m]: in tantum, vt licèt paterfamiliàs, qui testamento tutorem dedit, adiecerit se eundem curatorem dare: tamen inuitum eum curam suscipere non cogendum [n], diui Seuerus [o], & Antoninus rescripserunt.

Maritus etiã si se immiscuerit in cura vxoris suæ, habet excusationẽ. ARET.

20. ¶ Idem rescripserunt, maritum [p] vxori suæ curatorem [q], datum, excusare [r] se posse, licèt se immisceat [s].

Falsis excusationibus liberatus, nõ est excusatus. ARET.

21. ¶ Si quis autem falsis [t] allegationibus excusationem tutelæ meruerit, nõ est liberatus [u] onere tutelæ.

l ¶ *Patrimonium.* facit, *ff. e. l. propter litẽ. §. fi.* Sed contra. ℈. *qui da. tuto. pos. §. certè.* Solue vt ibi.

Qui tutelã.] CASVS. Domine datus fui tutor cuidam pupillo: & administraui tutelã eius: & iam pubertate adueniente finita est tutela: modò idẽ adultus quondam pupillus meus me petit in curatorem sibi dari, & iudex me inuitũ cogere vult susc ipere onus administrationis: ergo quæro à vobis, quid iuris est in hoc casu? Respon. Imp. Amice, iudex te ad hoc cogere non potest. Qui enim tutelam alicuius gessit, inuitus curator eiusdem fieri non compellitur. & hoc in tantum est verũ, vt licèt testator, qui in testamento suo tutorem dederit, illum eundem curatorem se dare adiecerit: tamen in hoc casu diui Seuerus, & Anto. rescripserunt illũ inuitũ nullo modo cogendum esse administrationem curæ suscipere. Item si maritus fuerit datus curator vxori suæ, iidem principes rescripserunt eum posse ab onere curæ se excusare, licèt administrationi rerum vxoris suæ se immiscuerit. Et hęc vsque ad illum *§. Si quis autem.* Franciscus de Aret.

† Alcia. *lib. Aspun. 3. c. 1. in fi.* dicit Aelium. Verum vnà cũ Antonino iuisse: vt hic legendum sit, *diui Verus, & Antoninus.* Idem vult Nebris. *in lexico iuris ciuilis dictione, Antoninus.* Pius tamẽ Antoninus Bartolinus *in fi. annot. fu. rerum in leges, de ordine imper.* dicit post diuum Iulianũ occisum Seuerum imperasse vnà cum filio Antonino, cognomento Caracalla. tu dispice.

m ¶ *Non compellitur.* quasi sufficiat ei tantum seruisse: *vt C. de negotiis gestis. l. tutori.*

n ¶ *Non cogendum.* facit ad hoc, *C. e. §it. l. curator.* Sed contra est *ad hunc §. C. e. l. libertos. §. fin.* Sed speciale est in liberto [a], vt non excusetur: licèt tutor fuerit.

t ¶ *Conſentiente.* Quid ſi primò conſenſit: pòſt pœnituit ante illationem? Reſp. ſufficit ſemel voluiſſe: *vt ff. de aqua pluuia arcen. l. in diem. & infrà prox. §.*

γ ¶ *Quàm illatus eſt mortuus.* In libris ſcriptis adduntur hæc, *ſine voluntate eius.* quæ ſiue auctoris ſunt, ſiue interpretis, meo iudicio recta ſunt, & ratihabitionem illatione poſteriorem eſſe indicant. CVIAC.

Sanctæ quoque.] CASVS Domine, iam video quæ ſunt ſacra, & religioſa: dicatis mihi quę ſunt res ſanctę? Ad hoc reſp. Amice, ſanctæ res ſunt veluti muri & portæ ciuitatis. Huiuſmodi enim res quodãmodo diuini iuris ſunt: & idcircò in nullius bonis eſſe cenſentur. Sed domine, quare dicuntur muri ſancti? Ad hoc reſp. Amice, idcircò muros ciuitatis ſanctos legis auctoritate: i. firmos dicimus: quia pœna capitis cõſtituta eſt aduerſus eos, qui aliquid in muros deliquerint. vnde & illas partes legũ, quibus pœna contra earum tranſgreſſores conſtituimus, ſanctiones appellamus. & hæc dicuntur vſque ad §. *ſingulorum.*

a ¶ *Muri.*

a Et tunc capite punitur: *vt l.ij ff. e.* in aliis autem est pœna extraordinaria ad arbitrium iudicis: quòd quandoque potest se extendere vsq; ad mortem, si sit enorme delictum. *Angel. Arct.*

a ¶ *Muri.* ſ. ciuitatis Romanæ [a]. ¶ Quid de ciuitate alia, vel castro? Resp. nec ibi quicquam facere licet sine auctoritate præsidis: *vt ff. eo. l. sacra. §. muros.* 2. Vel fortè vniuersitati licet, non priuato: *vt C. de oper. pub. l. omnes.* ADDITIO. Ista glos. iuncta suo textui est not. ad hoc, quòd illi stultè agũt, imò etiam contra ius, qui domos construunt contiguas, seu adhærentes muris ciuitatis, vel castri: *vt ff. eo. l. sacer. §. muros.* PLA.

a ¶ *Ciuitatis.* Abest à li. vet. vt & in *l. 1. ff. de diui. re.* CYAC.

b ¶ *Sanctos.* id est, firmos, à sancio, sancis: nõ calce, vel lapidibus: sed lege firmatos, vt sequitur.

c ¶ *Deliquerint.* ſ. transcendẽdo, vel rumpendo: sicut fecit Remus frater Romuli: *vt hic, & ff. eo. l. fin. vnde Lucanus:*

Fraterno primi maduerunt sanguine muri.

d ¶ *Constituimus.* vt *C. de leg. & con. l. non dubiũ. & similes.* ACCVR.

e ¶ *Sanctiones.* in stricta significatione quandóque ponitur largiùs pro qualibet imperiali lege: *vt C. de no. Co. fa. §. quibus. verſ. colligentes verò. &c.* Quandóque largissimè pro collectione totius iuris ciuilis: *vt in præc. Digestorum. in prin.*

Singulorum.] Ista est secunda pars principalis huius tituli, quæ diuiditur [b] in quinque partes principales. Primò qualiter acquiruntur nobis res, quæ in nullius bonis sunt. Secundò qualiter acquiruntur ea, quæ sunt alterius ex facto nostro, ex permixtione, vel fabricatione. Tertiò quando vsufructuarius, vel bonæ fidei possessor facit fructus suos: & quid contineatur appellatione fructuum. Quartò ponit vnum casum exceptiuum à prima parte: videlicet quòd ea, quæ sunt in nullius bonis, non tamen in totum efficiuntur occupãtis. Quintò quando per traditionem, vel non in personam certam, vel incertam dominium transferatur. Secunda ibi in *§. cùm ex aliena materia.* Tertia ibi: *si quis autem.* Quarta ibi in *§. Thesauros.* Quinta ibi in *§. per traditionem.* CASVS. Domine, iam video quæ sunt naturali iure communia, & quæ publica, & quæ vniuersitatis, & quæ nullius. Dicatis ergo mihi, si placet, quæ sint singulorum hominum res? Et respon. Imper. dicens quòd multis modis fiunt. Quarundam enim rerum dominium nanciscimur iure naturali, quod, sicut diximus, ius gentium appellatur: & quarundam rerum dominium nanciscimur iure ciuili. ¶ Sed pone casum. Domine, iam video quòd rerum dominium acquiritur de iure gentium, & de iure ciuili. sed pro Deo dicatis mihi de quo iure intenditis primò tractare? Ad hoc resp. Amice, commodiùs est à vetustiore iure incipere. Manifestum autem est ius naturale vetustius esse: quod cum ipso genere humano rerum natura prodidit. Ciuilia enim iura tunc primò esse cœperunt, cùm ciuitates condi, & magistratus creari, & leges scribi cœperunt. Et hæc dicuntur vsque ad *§. fera igitur.* FRANC.

f ¶ *Diximus.* Sed vbi? Resp. *supra de iur. nat. §. j. ibi, quod verè nat.* 2. Vel *supra de iure nat. §. sed naturalia.* 3. Vel melius, *supra eo. §. & quidem.* ADDITIO. Die quòd ista Gl. videtur approbare vltimam opin. hîc positam in Gl. sed illa non videtur vera: *vt in §. j. in verſ. quod vero. supra de iure nat.* ANG.

g ¶ *Iure ciuili.* vt vsucapione, arrogatione, successione, deportatione, monachatione: de quibus incipiet dicere *infrà de vsucapio.*

h ¶ *Vetustiore.* sic *ff. de jure immu. l. semper.*

i ¶ *Rerum natura.* i. Deus.

k ¶ *Prodidit.* i. statim cùm procreauit Deus gentes, statim fuit ius gentium Accur. ADDITIO. Et potes exponere, prodidit, id est adinuenit. inde proditus. i. adinuentus: *vt infrà si quadr. paup. fecis. di. in princ.* Quandóque etiam proditus. i. datus. *infrà de ac. §. huic autem. ver. qua de causa.* Et sic accipi in hoc loco non esset ineptũ.

Fera igitur.] CASVS. Domine, iam video quòd vultis tract. de iure gentium tanquam de vetustiore: dicatis ergo mihi, si placet, aliquem modum acquirendi dominium de iure gentium. Ad hoc resp. Iust. Amice, feræ bestiæ, & volucres, pisces, & omnia animalia fera, quæ in terra, & quæ in mari, & quæ in cœlo. i. in aëre nascuntur, statim cum ab aliquo capta fuerint, iure gentium occupãtis fiunt: & hoc tali ratione. Mundi enim animalia fera, in nullius bonis esse intelliguntur: & quod antè nullius est, id iure gentium (quod naturali ratione introductum est) occupanti conceditur. Nec interest quantũ ad acquirendum dominiũ, vtrùm quis huiusmodi feras bestias, & volucres in suo proprio fundo ceperit, an in alieno: & hoc est verum, nisi prohibitio domini intrare volentes præcesserit. Nã qui in fundum alienum ingreditur venandi, aut aucupandi gratia: poterit à domino prohiberi ne ingrediatur, si dominus fundi eũ præuiderit: Sed po. Domine, iã video quòd per occupationẽ huiusmodi ferarum, & volucrũ acquiritur mihi dominiũ: dicatis mihi, quandiu durat mihi huiusmodi dominiũ accquisitum? Ad hoc resp. Amice, dico tibi quòd quicquid prædictorum animaliũ ceperis, tamdiu tuo dominio subiectum esse intelligitur, quãdiu in custodia tua detinetur: sed cum tuam custodiam euaserit. & in pristinam naturalem libertatem se receperit, in tuo dominio esse desinit: & rursus sicut priùs, occupanti conceditur. Sed domine, dicatis mihi, quando dicitur se recepisse in naturalem laxitatẽ, vel libertatem? Ad hoc resp. In naturalem laxitatem dicitur se recepisse, cùm vel omninò conspectum oculorum tuorum euaserit: vel ita sit in conspectu tuo, vt impossibilis sit eius persecutio. Vnde super tali quæstione apud veteres multum fuit disputatum, & quesitũ: Quidam venator, putà Titius, quendam ceruum vulnerauit, & mortale vulnus ei inflixit: ita quòd ceruus vulneratus capi poterat. Nã in casu isto dubitatur, vtrùm dominium cerui vulnerati incontinenti post vulnus inflictum intelligatur Titio vulneranti acquisitum. Et certè quidam veteres dixerunt statim post vulnus inflictum huiusmodi ceruum vulneratum fieri Titij vulnerantis: & tamdiu in eius dominio videri, quandiu eum persequitur. Et si Titius eum persequi desierit: dixerunt huiusmodi ceruum desinere in dominio Titij esse: & rursus occupanti concedi. Alij verò non aliter putauerũt huiusmodi ceruum fieri Titij, quàm si eum Titius ceperit. Sed domine, quid dicitis vos super hoc? Certè dicit Iust. Nos posteriorem sententiam tanquam iustiorem confirmamus: vt videlicet ita demùm intelligatur Titij esse, si Titius eum ceperit. Multa enim solent accidere impedimenta, vt Titius eum non capiat. Et hæc dicuntur vsque ad *§. apium quoque.* FRANC.

Fera igitur.] Quia à vetustiori incipiendum est: igitur, &c. ACCVRSIVS.

l ¶ *Cœlo.* i. aëre. ACCVR.

m ¶ *Simul atque.* i. statim postquam, &c. ¶ Sed nunquid res sacræ conceduntur occupanti: *vt supra eo. §. nullius?* Resp. Res dicitur esse in nullius bonis sex, vel septem modis. 1. Natura: *vt hic.* 2. Facto: *vt infrà eo. §. pe.* 3. Item tempore: *vt ff. de acq. rer. do. l. nunquàm. §. thesauros.* (Et in his tribus locum habet hæc regula nisi quòd in thesauro de æquitate dimidiũ domino soli restituitur: *vt infrà eo. §. thesauros.*) 4. Item censura? *vt supra eod. §. nullius.* 5. Item casu: vt in hæreditate iacente, quæ vicem domini repræsentat: *vt supra de stip. seruo. in prin.* 6. Item culpa hominis: vt si eiiciam seruum ægrotantem: *vt C. de lati. lib. tol. l. j. §. sed scimus. & etiam hic.* 7. Item iuris naturalis constitutione, vt liber homo: *vt ff. de verb. obligat. l. inter stipulantem. §. sacram.*

a Res dicitur esse in nullius bonis septem modis.

b Scilicet cum auctoritate iudicis, quã de iure ciuili præstitis. Sed in alia re perditã ita demùm, si aliqua etiã leuia præcedãt indicia. *Secundũ Cuiac.* Et an quis cogatur indicere iuremirada *Iac. hic.*

3 ¶ *Iure gentium statim illius esse incipiunt.* Nam hæc quoque iure gentium communia sunt: *l. quod in littore. ff. de adqu. rer. dom.* CVIAC.

n ¶ *Nec interest.* quoad acquirendum dominium.

o ¶ *Venandi.* aliud si causa requirendi fugitiuum meum: *vt C. de fer. fug. l. ij.* [b]. Vel glandis colligendæ causa: *vt ff. de glan. l. j.* vel vt recip. pecuniam, quam ibi abscondi: *vt ff. ad exhi. l. thesaurũ.* vel si vindemiam,

† Quod in nullius bonis est, id occupanti conceditur: *& ad hoc §. & sequentes mentis Gl. inc. ſi culpa. ſuper verbis, animalia. ante fin. Gl. extra de cons. & dom. da.*

† Et sic in rebus incertis potest fieri sententia certa: *hic, & in ca. inuest. inuest. a. post prin. ex de ſponſ. & ma. & est arg. quẽ ad ea, quæ frequentius accidunt, iura adpantur: vt h. & in ca. lite. inclta Glo. ſuper verbo, conſuetudinem. in med. verſ. item ar. te. extrà, de ſpõ. imp.*

b Imò text. bet intelligi prout iacet: hoc totũ st. in arbitrio i dicis: *vt ſent Gl. ſuper verb. capi. infrà eo. ſ. eundùm Chriſt.* Et nota hun text. Ang. P eo, qui non r tè captus po ſteà restituitu libertati pr ſtinæ.

d Alueus d ſignificat.

e Scandal timendum

vindemiam, quam emi, tollere me venditor prohibeat [a]: *vt ff. de act. empt. l. qui pendentem.*

a ¶ *Ingrediatur.* Quid si post prohibitionem quid ceperit? Resp. non facit suum: *vt C. de rei vin. l. si fundum. & l. eorum. & facit* j. *eo l. §. apium. vers. planè.* ADDITIO. Dic istud verum secũdùm Angel. si fructus fundi consistebant in venatione, aliàs secùs: *vt tenet Glo. in l. diuus. ff. de seruit. vrban. prad. & in l. iij. ff. de acquir. rer. domi.* quamuis Porc. sequatur istam Glos.

b ¶ *In libertatẽ.* i. laxitatẽ, vt statim sequitur: *vt ff. de acqu. rer. do. l. naturalem. & l. Pomponius.*

c ¶ *Difficilis.* i. impossibilis. *sic ff. pro soc. l. de illo* b. *in Glo. difficile.* e contrà. *ff. de his, qui deie. vel effu. l. ij.* ACCVRS.

d ¶ *Persecutio. sic ff. de acquir. poss. l. iij. §. Neruа.*

e ¶ *Illud.* sic *ff. de acqu. rer. do. l. naturalẽ. §. illud.*

f ¶ *Capi possit.* considerata natura hominis, & animalis, nõ diuina possibilitate, licèt nec omnino facilitatem considero.

g ¶ *Sed posteriorem,* sic *ff. de acqui. rer. do. l. in laqueum.*

h ¶ *Accidere.* licèt enim probetur vnum, id est, eam vulneratã: non tamen sequitur vt capi possit: *vt C. de probat. l. neque natales.*

i ¶ *Non capias.* Nota quòd inspicitur quod euenire potest: *sic ff. locа. l. si quis domum. §. idẽ quærit si sumptus. & ff. ad Treb. l. Lucius. §. pen. & ad leg. Fal. l. in quantitate. §. magna. & ff. ex quib. cau. ma. l. sed & si per prætorem. §. si feria. & ff. de ser. rusti. prædi. l. qui fella. §. ij. & de dam. infe. l. qui bona. §. cùm inter.* Arg. tamen contrà *ff. de pecu. l. eã tempore.* j. resp. ADDITIO. Ibi euẽtus erat impossibilis, cùm nihil esset in peculio, secundùm Ang. vel nõ erat ciuilis, nec honestus, secundùm Christ. de quo brocardo dic, vt per Ang. Aret. hîc.

Apium quoque.] CASVS. Iustin. in hoc §. prosequitur materiam suam de prorsus feris. ¶ Et dicit quòd natura apium fera est. id est, non mansueta. vnde apes si in arbore tua consederint: antequam à te in alueo tuo fuerint inclusæ, non magis intelligũtur esse tuæ, quàm volucres, quæ in arbore tua nidificauerint: vnde si huiusmodi apes in arbore tua considentes aliquis alius incluserit, ipso earum dominus efficietur: & etiam si huiusmodi apes, antequam à te fuerint inclusæ, aliquos fauos in arbore tua, vel in fundo tuo fecerint, quilibet eos eximere potest: verũtamen si re integra præuideris aliquem ingredientem in fundum tuum, poteris iure prohibere ne fundum tuum ingrediatur. ¶ Sed pone, quoddam examen. i. immensitas apium euolauit ex alueo meo, in quo à me fuerat inclusum. ego quæro quãdiu domi. meo intelligitur esse subiectum? Ad hoc resp. si examen ex alueo tuo euolauerit, tamdiu intelligitur esse tuum, quamdiu intelligitur esse in conspectu tuo, nec difficilis sit eius persecutio: alioquin si euasit cõspectum tuum, vel ita sit in conpectu tuo, vt difficilis sit eius persecutio, occupanti conceditur: Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *pauonum.* Francisc.

k ¶ *Apium.* concordat, *ff. de acq. rer. dom. l. naturalem. §. apium.*

l ¶ *Fera.* id est, non mansueta.

m ¶ *Alueo.* Vas d est vbi apes manent. Quandóque pro loco: vbi flumen currit, ponitur: *vt infrà eo. §. insula.*

n ¶ *Incluserit.* quod Bul. facere noluit in his, & similibus, dicens, magis timeo scandalum, [e] quàm futurum iudicium: *vt no. ff. de acquir. rer. dom. l. in laqueum.*

Instit.

si is præuiderit, prohiberi ne ingrediatur [a]. Quicquid autem eorum ceperis, eousque tuum esse intelligitur, donec tua custodia coërcetur. Cùm verò tuã euaserit custodiam, & in libertatem [b] naturalem sese receperit: tuum esse desinit, & rursus occupantis fit.

Naturalem autem libertatem recipere intelligitur, cùm vel oculos tuos effugerit, vel ita sit in conspectu tuo, vt difficilis [c] sit eius persecutio [d].

Licèt fera syluestris ab aliquo vulneretur, ita vt verisimiliter possit capi: tamen non efficitur vulnerantis, nisi eam ceperit. Aret.

Annotato illud vulgatum, Multa cadunt inter calicem, supremáque labra.

13. ¶ Illud [e] quæsitum est, an si fera bestia ita vulnerata sit, vt capi possit [f], statim tua esse intelligatur. Et quibusdam placuit statim esse tuam: & eousque tuã videri, donec eam persequaris, quòd si desieris persequi: desinere esse tuam, & rursus fieri occupantis. Alij verò putauerunt non aliter tuam esse, quàm si eam ceperis. Sed posteriorem [g] sententiam nos cõfirmamus: quòd multa accidere [h] soleant vt eã non capias [i †].

Apes, quæ in nullius bonis sunt, occupanti conceduntur, & earum fructus: sicut & aues, licèt in aliena arbore capiantur. Dominus tamen à principio ingredi prohibere potest. Et examen earum tuum est, donec difficilis non est persecutio. Aret.

14. ¶ Apium [k] quoque fera [l] natura est. Itaque apes, quæ in arbore tua consederint, antequàm à te alueo [m] includantur, non magis tuæ intelliguntur esse, quàm volucres, quæ in arbore tua nidum fecerint. Ideoque si alius eas incluserit [n], is earum dominus erit [o]. Fauos quoque, si quos effecerint [p], eximere quilibet potest. Planè integra re [q] si præuideris [r] ingredientem fundum tuum: poteris eum iure prohibere ne ingrediatur. Examen [s] quoque, quod ex alueo tuo euolauerit, eousque intelligitur esse tuum, donec in conspectu tuo est, nec difficilis persecutio eius est: alioquin occupantis fit.

Animalia, quæ naturaliter sunt fera: sed per accidens mãsueta: tamdiu sunt nostra, quamdiu retinent consuetudinem eundi, & redeundi.

15. ¶ Pauonum quoque, & columbarum fera [t] natura est: nec ad rem pertinet [u], quòd ex consuetudine euolare & reuolare solent. nam & apes idem faciunt, quarum [x] constat feram esse naturam. Ceruos quoque quidam ita mansuetos habent, vt in syluam ire, & redire soleant: quorum [y] & ipsorum [z] feram esse naturam nemo negat. In his autem animalibus, quæ ex consuetudine abire, & redire solent, talis regula [z] comprobata est, vt eousque tua esse intelligantur, donec animum reuertendi habeant. Nam si reuertendi animum habere desierint [a], etiam tua esse desinũt, [b] Dominus erit. nec furti tenetur: *vt ff. de fur. l. si apes.*

c ¶ *Si quos effecerint.* Legendum *si quos ea effecerint.* eos autẽ eximere, & mel capere quilibet potest citra furti crimen. CVIAC.

p ¶ *Integra re.* id est antequàm intret, vel priusquàm eximãtur.

q ¶ *Præuideris.* Quid si fuerit ingressus, an poterit retinere eum, vt det quod acceperit: cùm homo quilibet possit prohibere ne quis intret fundum suum? Respon. a cùm dominus factus sit per occupationem, nõ video quare desinat esse dominus: arg. huius §. qui tantum præuidenti consulit.

r ¶ *Examen.* id est [b], vniuersitas apium. 2. Aliàs pro approbatione ponitur. 3. Aliàs pro iudicio: *vt C. de aduoc. diuer. iudic. l. nemini. §. j.* Et fortè seruatur aliud de consuetudine. *in hoc §. j. & in superioribus duobus.*

Pauonum quoque.] CASVS. Domine, quidam habent pauones, & columb. qui ex consuetud. sol. euolare, & reuol. modò quæro à vobis, vtrũ natura huiusmodi pauonum, & colũbarum debeat cẽseri fera? Respõ. quòd sic. nec obstat quominùs natura pauonum, & colũbarum fera cẽsearur, quòd huiusmodi pauones, & columbę ex consuetudine euolare, & reuolare solẽt. Nam hoc idem faciũt apes, & tamen manifestum est naturam earum feram esse. Hoc idem etiam in ceruis quandoque contingit. Quidam enim ceruos ita mansuetos habẽt, vt in syluas ire, & redire soleant. Nemo tamen negare potest naturam omnium ceruorum in genere, & etiam ipsorum singulorum speciem feram esse. In his igitur animalibus accidentaliter mansuetis, quæ ex consuetudine ire, & redire solent: talis regula à iure comprobata est, vt tamdiu intelligantur tuo dominio subiecta esse, quamdiu habuerint animum reuertendi. Nam si reuertendi animum habere desierint, in tuo dominio esse desinunt: & occupanti conceduntur. Sed domine, pro Deo dicatis mihi, qualiter perpendam, quòd desierint habere animum reuertendi? Ad hoc respondet: Amice, tunc intelliguntur desinere habere animum reuertendi, cùm reuertendi consuetudinem deserunt. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *Gallinarum.* vbi tractatur de animalibus prorsus mansuetis: & casus eius planus est vsque ad illum §. *item ea, quæ ex hostibus.* Franc. Aret.

[a] Videtur Accurs. hoc velle, fundi dominum posse retinere eũ, qui ingressus sit, atque prædam ei eripere posse, quod admittendum non videtur. Nec enim potest quis in sua causa iudex esse. *l. si quis in tantam. C. vnde vi.* & aliud sentit *Gl. in l. diuus. ff. de seruitu. rusti.* Dicẽdum igitur venatorem ingredientem fundum alienum cõtra domini prohibitionem, teneri ipsi domino actione iniuriarum. *l. iniuriarum. in fin. ff. de iniurijs.*

† Et mel capere citra furti crimẽ. *Cuia.*

b Examen tripliciter accipitur.

c Animalium quædam mansueta: quædam fera prorsus: quædam non prorsus fera. Mansueta, nec prorsus fera animantia vbicumque sint, dominij nostri manent: fera prorsus, cedũt occupanti.

d Hæc Glo. reprehenditur per doctos. hîc quia apium natura, non est adeò fera, quin mutari possit, *sic hîc Porc. hîc.*

e Exteriorib⁹ interiora indicantur.

f ¶ *Fera.* id est, non prorsus domestica, vel mansueta. ACCVRS.

t ¶ *Nec ad rem pertinet.* i. non obstat his, quæ diximus.

u ¶ *Quarum.* scilicet apium.

x ¶ *Quorum.* scilicet ceruorum in genere.

y ¶ *Ipsorum.* scilicet singulorum in specie.

z ¶ *Talis regula.* Hîc not. tria genera animalium: Mansueta, vt sunt gallinæ, in quibus habet locum hæc regula c, vt vbicũque sint, domini esse intelligantur: *vt infrà proxi.* §. Item fera prorsus, & in his habet locum alia regula: quia occupanti conceduntur: *vt suprà eo. §. fera. & §. illud. & §. apium. & §. examen.* Item fera naturaliter, sed accidentaliter mansueta [d]: & in his obtinet hæc præsens regula. & facit ad hæc, *ff. eo. de acquir. rer. domi. l. naturalem. per totum vsque ad §. fin.*

a ¶ *Desierint.* Exteriora [e] indicant animi secreta interiora. *facit ff. de ædil. edict. l. si tamen. §. ij.* vnde versus:

Intima per mores cognoscimus exteriores. ADDITIO. Et hoc

a Idẽ vbi via publica, vel etiam priuata est diruta: *secũdùm La. hîc.*

b Imò text. debet intelligi prout iacet: & hoc totũ stat in arbitrio iudicis: *vt sentit Gl. super verbo, capi. infrà eo. secundùm Christo.* Et nota hunc text. Ang. pro eo, qui non ritè captus postea restituitur libertati pristinæ.

c Euentu facilia inspicimus.

† Et sic in rebus incertis nõ potest fieri sententia certa: *vt hîc, & in ca. innotuit. inuĉta Gl. 2. post prin. extr. de spon. & mat.* & est arg. quòd ad ea, quæ frequentiùs accidunt, iura adaptantur: *vt hîc, & in ca. literas. inuĉta Glo. super verbo, consuluerint. in med. in vers. item ar. ad te. extrà, de desponsa. imp.*

a Res dicitur esse in nullius bonis septem modis.

b Scilicet cum auctoritate iudicis, quã dicit Scilicii præfatio. Sed in alia re perdita ita demum, si aliqua etiã leuia præcedãt indicia, *secundũ Christ.* Et an quis cogatur indicare furem: *vide de luc.*

d Alueus duo significat.

e Scandalum timendum est.

comprehenditur, si viso domino, vel familiaribus non redeunt vt solebant: nisi per aliquos dies hinc inde: non tamen si in syluis aberrassent, secundùm Angel.

a ¶ *Gallinarum.* scilicet omnium, vt statim innuit. Vel dic singularum in specie.

b ¶ *Feras.* vt phasianos. Accvrs.

c ¶ *Anseres.* scilicet domestici.

d ¶ *Gallinæ.* scilicet domesticæ.

e ¶ *Turbati.* vt per vulpem, vel miluum.

f ¶ *Qui lucrãdi animo.* s. vt habeat pennas, vel oua. aliàs enim non committitur furtum, nisi lucrãdi animus interueniat: *vt ff. de fur. l. j. §. fi.* ¶ Sed [a] nunquid dolus sit in vno quo [b]? Respon. sic. sed de dolo non agitur in re minori duobus aureis: *vt ff. de dolo. l. si oleum. §. fi. & l. seq.* ¶ Sed quare non agitur de dolo, cùm agitur furti: vt hîc? Respon. furtum sit plerũque [c]: & ideò frequẽtiùs puniendum est, secundùm Ioan. *vt ff. de pœn. l. aut facta. §. fin.* [d] ¶ Et no. ex hoc §. quòd quælibet actio etiam pro [e] vno nummo datur: *vt ff. de dam. infect. l. si proprietarius, in fi. j. respon. & ff. de coniun. cum emanc. libe. l. j. §. illud.* ¶ Sed fallit in casibus: vt ecce si commodo tibi seruum, & tu eum alis: non repetis à me expensas modicas: *vt ff. commod. l. in rebus. §. possunt. & ff. de impensis in re. do. fa. l. omnino.* Et excepta actione doli, vt dictum est. item excipe quod est, *ff. de dãno infecto. l. ex damni. in princ.* Accvrs.

a Furti actio pro modico datur, non autem actio de dolo.
b Dolus nõ fit in vno ouo.
c Puniẽda sunt grauiùs, ac seueriùs quæ frequẽter admittuntur.
d Hanc rationem improbat Io. Fa. quia dolus fit sine furto: sed non econtrà. Dic ergo furtum esse improbius, & eius actionem competere de iure cõmuni: de dolo autẽ, iure speciali, cùm sit quedã species restitutionis restringens ea, quæ cõsensus partium cõfirmauerat *l. j. ff. de dolo. argu. l. eius. §. militia. ff. de re militari.* Angelus.
e Facit in proœ. Decre. Glos. vlti. vbi dicitur quòd pro vna gallina furtum cõmittitur. post med. & Gl. fi in fi. in ca. cùm te. extrà, de re iud.
e Potest & hęc ratio afferri, quòd quando aliquid nõ est fundatum in quãtitate rei, sed in ipso iusto, tunc non differt paruũ à magno. sic à quolibet etiã minimo grauamine potest appellari, quia appellatio nõ est fundata super quantitate grauaminis, sed super iniustitia, & iniquitate iudicij. vide plura apud Gerardũ de Petra, *singulari 19.*
f Hostes qui dicantur.
g Hoc verũ in vacantibus: *vt hîc. & l. si Barbatorum. C. de fideiuss.* Quod nota pro statuto loquẽte de eo, qui inuenerit bannitum. Item in non vacantibus, si possidentis animus nõ cõcurrat: aliàs solo acquiritur aspectu.

Gallinæ, & anseres domestici tui sunt, etiam si conspectum tuum effugerint: & qui eas accipit animo lucrandi, furtum committit. Aret.

Illud annota, Etiam in re modica, & exigui pretij furtum fieri.

16. ¶ Gallinarum [a] autem, & anserum non est fera natura: id, quod ex eo possumus intelligere, quòd aliæ sint gallinæ, quas feras [b] vocamus: item alij sunt anseres, quos feros appellamus. Ideóque si anseres [c] tui, aut gallinæ [d] tuæ aliquo modo turbati [e], turbatæve euolauerint, licèt conspectum tuum effugerint, quocunque tamen loco sint, tui, tuæve esse intelligũtur: & qui lucrandi animo [f] ea animalia detinet, furtum committere intelligitur [†].

Etiam si hominem liberum ex hostibus ceperimus, de iure gentium noster fit: qui si exierit potestatem nostram, recuperat antiquam libertatem. Aret.

17. ¶ Item ea, quæ ex hostibus [g] capimus, iure gentium statim nostra fiunt, adeò quidem, vt & liberi homines in seruitutem nostram deducantur: qui tamen si euaserint [h] nostram potestatem, & ad suos reuersi fuerint, pristinum statum recipiunt [i]:

Inuentoris fiunt lapilli, & alia, quæ in littore maris inueniuntur. Aret.

18. ¶ Item lapilli [k], & gemmæ, & cætera, quæ in littore maris inueniuntur [l], iure naturali [m] statim inuentoris [n] fiunt.

Nata ex animalibus nostris, nostra sunt. Aret.

19. ¶ Item ea [o], quæ ex animalibus [p] dominio tuo ¶ subiectis nata sunt, eodem iure [r] tibi acquiruntur.

Quod per alluuionem (id est paulatim, & latenti incremento) fundo nostro adijcitur, nostrum fit: quod verò impetu fluminis vicino prædio ademptum est, & nostro accessit, vicini remanet: arbores autem, quæ fundo nostro adhæserunt, & tandem radices egerunt, nostræ fiunt.

20. ¶ Prætereà quod per alluuionem [«] agro tuo flumen adiicit [ſ], iure gentium tibi acquiritur. Est autem alluuio incrementum [t] latens. Per alluuionem autem id videtur adiici, quod ita paulatim adiicitur, vt intelligi non possit [u] quantum quoquo momento temporis adiiciatur.

c Fallit in leporibus habẽtibus vtrũque sexum. *Argid. Perr.*

g. ¶ *Ex hostibus.* vt [f] quibus populus Romanus bellum indixit: vel ipsi populo Romano: *vt ff. de capti. & postlim. reuer. l. hostes. & ff. de verb. sign. l. hostes. & l. quos nos hostes.*

h ¶ *Si euaserint.* animo, & corpore: *vt ff. de capti. & postli. reuer. l. nihil. in princ.*

i ¶ *Recipiunt.* iure postliminij: *vt suprà, quibus modis ius pat. pot. soluitur. §. si ab hostibus.* Addit. Hodie tamen quantum ad personas non obseruantur iura captiuitatis, & postliminij, nisi quantum ad res.

k ¶ *Lapilli.* scilicet precioſi. Et quæ sit inter lapillos, & gemmas, & margaritas differentia: dic vt *ff. de auro, & argento legato. l. & si non sunt. §. fin.*

l ¶ *Inueniuntur.* quæ tamen non sunt alicuius, aliàs econtrà: *vt infrà eodem. §. fin.* Accvrs.

m ¶ *Iure naturali.* id est, gentium: *vt ff. eod. §. singulorum.* Accvr.

n ¶ *Inuentoris.* ita demum si occupet, siue apprehendat [ß], non aliàs, secundùm Azo. nam in superiori §. & in aliis præcedentibus, de his quæ per occupationem quæruntur, tractatur: vnde quòd idem prosequatur hîc, vicinitas scripturæ innuit: *vt ff. de testa. l. heredes. §. sed & si notam. & ff. de lega. j. l. si seruus plurium. §. fin.* Et aduerbium similitudinis: scilicet *item* [a], quod est in prin. §. apertè dat intelligere aliud esse in thesauro, cuius tractatus est valdè ab hoc separatus: *vt ff. eo. §. thesauros.* & ideò primũ videnti [b], & inuenienti, non capienti quæritur.

Item ea, quæ ex animalibus.] Casvs. Domine, iam vidi qualiter acquiritur dominiũ rerum per occupationem: nunquid pluribus modis acquiri potest? Respon. quòd sic: Nam ea, quæ ex animalibus dominio nostro subiectis nata sunt, iure gẽtiũ per accessionem nobis acquiruntur. Et hęc dicuntur vsque ad illũ §. *Prætereà quod per alluuionem.* Franc. de Aret.

o ¶ *Item ea.* nunc mutat stylum, & materiã, & dicit de his, quæ acquiruntur per accessionem discretam: & in seq. §. *prætereà.* dicet de accessione concreta.

p ¶ *Ex animalibus.* fœminini [c] generis, siue rationabilibus: vt ex ancillis: *vt ff. de iure personæ. §. serui. & C. de rei vind. l. partum.* siue irrationabilibus: *vt ff. de rei vind. l. idem Pomponius scribit si frumentum. §. idem scribit.*

q ¶ *Dominio tuo.* vel quasi: vt si bona fide possides animal irrationale: *vt ff. de acquir. rer. domi. l. bonæ fidei. §. fi.* non ita in rationali: *vt ff. eo. §. in pecudum.* & est ratio vt ibi.

r ¶ *Eodem iure.* s. gentiũ.

Prætereà.] Casvs. Iustinianus in hoc §. dicit, quòd præter suprà dictos modos acquirendi, de iure gentium acquiritur nobis dominium per accessionem concretam. Quod enim per alluuionem agro tuo flumen adiicit, iure gentium tibi acquiritur. Sed domine, pro Deò dicatis mihi, quid est alluuio? Ad hoc respond. Est autem alluuio incrementum latens. vnde illud per alluuionem agro tuo videtur adiici, quod ita paulatim, & successiuè adiicitur, vt licèt tota die intuitum figas: tamen intelligere non possis quantum in quolibet momento agro tuo adiectum fuerit. verum est tamen, quòd istud latens incrementum tibi iure accessionis acquiritur, sed si impetus fluminis aliquam partem grossam ex prædio tuo detraxerit, & illam partem detractam vicini prædio appulerit: manifestum est eam partem ex prædio tuo detractam nihilominùs in tuo dominio permanere. Si tamen longo tempore fundo vicini tui adhæserit, ita quòd arbores, quas secum traxit, in fundum vicini radices emiserint, ex tempore immissionis radicum videntur fundo vicini iure accessionis acquisitæ esse. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *insula.* Franc.

a Quod si fecerit: potest directò vindicari.
b Peritis in te, licèt a conditione statu rusticæ sint, credendum. sic a medicis, sectricibus, litibus, in quæ ad eorum artem pertinent, creditur. Imò & veterinariis, & marischalis, si de his qui valeat, vel litigetur. *Argid. Perr.*

« ¶ *Prætereà quod per alluuionem.* In [d] occupatoriis agris, vel arcifiniis, ius alluuionis locum habet: non etiam in diuisis, & assignatis: nam hi certa mensura continentur: illi etsi finibus distincti sint, certa tamen mensura non continentur. *l. in agris. C. de acquir. rer. dom.* eadémque ratione ius subseciuorum interuenit: in illis non item. Qua autem ratione non est ius alluuionis in agris limitatis: eadem quoque in lacubus, & stagnis alluuio cessat: nam, *vt ait in l. lacus. ff. eod. tit.* licèt interdum crescant, interdum decrescant: (sic enim lego: *vt in l. vicinis. de aqua, & aq. pl.*) suos tamen terminos retinent. Cviac.

d Alluuionis ius quibus in agris locum habeat.

ſ ¶ *Adijcit.* ponendo iuxtà tuum prædium.

t ¶ *Incrementum.* id est, augmentum. Accvrs.

u ¶ *Intelligi non possit.* licèt [e] tota die ibi figas intuitum: & hoc propter imbecillitatem naturalis visus, qui tam subtilia perpẽdere non potest: vt in cucurbita patet, quæ citò crescit, quæ tamẽ percipi nõ potest, quantũ crescit quoquo momẽto tẽporis. ¶ Sed

e Alluuionis incrementum latens est, & quomodo.

¶ Sed in quodam genere agrorum cessat ius alluuionis: vt in agris militibus assignatis à principe, qui limitati dicuntur: *vt ff. eo. de acqui. re. domi. l. si in agris.* Quæ sit ratio diuersitatis, die *vt in ea. leg. in fi.*

a ¶ *Quòd si vis.* Torrentia flumina aut ex vna parte terras abstrahunt, quas in contrariam transferunt: id, quod vel alluuione fit, vel vi maiore: aut alueum mutant: aut per circumluuionem insulas efficiunt: aut etiam latè agros inundant, ac tum ex iure quid statuendum sit, diligenter hoc in loco Iustin. exequitur. Apparet autem, aut cẽsitores, vel agrimensores fluminum vice, aut hæc illorum vice, ex publico in priuatũ, & ex priuato in publicum, & ex vno in aliũ addicere: *l. ergo. §. fluminã. ff. de adq. rer. do. Cassiod. li. iii. Var.* Agrimensor, inquit, more vastissimi fluminis, aliis spatia tollit, aliis rura concedit: nec erit alienum id etiam ex Alexiade ea confirmare, quam tu P. Faber, me auctore, in manib[b] habes, vt emendatã omni ex parte quàprimum in lucem emittas: in qua sic de vi, atque impetu vastorum fluminum Anna disserit Imperatoris Alexij filia, πάσχουσι δὲ οἱ μάγιστροι τῶν ποταμῶν τοιοῦτόν τι, ἐπειδὰν διὰ τὸ περιχώτους ἀναῤῥήγματι ἀξιολόγου ἐπιῤῥωήσωσι γῆς· τότε δὴ ἐπὶ τὰ κατώῤῥωπα ῥέουσιν, ὥσπερ δὴ μεταμειβοντες τὰς πρώτας κοίτας αὐτῶν, καὶ τὴν ἰδρὼ παλαίαν καταλιμπάνουσι πάροδον διάκενον ὑγρᾶ, καὶ χηλοῦσιν ὕδατος. ἣν δὴ νῦν ὁλοσυρσὸν ἐμπιπλῶσι ῥευμάτων πολλῶν. Quod & de Mæandro, quem idem auctor tuus σκολιώτατον ποταμῶν ἁπάντων καὶ κάμπτας συνεχεῖς ποιούμενον. *lib. xiij.* appellat: Strabo in hunc modum extulit *lib. xij.* ὁ Μαίανδρος δι' ὃ τοῦτο σκολιός, ὅτι πολλὰς μεταστάσεις λαμβάνει τὸ ῥεῖθρον, καὶ πολὺν χῶν κατάγων. ἄλλα μέρη τῶν αἰγιαλῶν προσβηκε. CVIAC.

a ¶ *Attulerit.* aliàs applicuerit, id est, apposuerit vt subiicit, putà crustam terræ fortè vineatæ, vel arboratæ.

b ¶ *Longiori.* id est, longo. s. tanto vt faciat radices, vt sequitur, vel etiam ipsa terra apposita vnitatem alteri terræ fecerit, cui apponitur: *vt ff. de dam. infe. l. hoc amplius. §. ita demum.* a ¶ Sed quomodo scitur quando hæc vnitio, vel immixtio erit facta? Resp. per b rusticos, qui talia sciunt: *vt in Auth. de non alie. aut permu. §. quod autem dictum est. coll. ij.* ACCVRS.

c ¶ *Acquisita.* Vtilis tamen rei vindicatio priori domino datur, secundùm M. *vt ff. de rei vind. l. idem Põponius scribit, si frumentum. §. de arbore.* Sed nos contrà: sed in factum ad æstimationem dãni: *vt ff. de rei vin. l. in rem. j. §. item.* Sed rei vindicatio non datur: *vt ff. de dam. inf. l. hoc amplius. §. Alphenus.* ADDITIO. Dic secundùm Ioan. Fab. quòd imò nec in factum datur: *vt d. l. hoc amplius. §. ita demum. ff. de dam. infe. l. nec obstat. §. de arbor.* quia ibi loquitur quando fuit facta vnitio actu, siue facto hominis: hîc loquitur quando fuit facto fluminis, & ideò cùm quærit. de flumin. hîc videtur satis rationab. & fuit opinio antiquorum: sed opin. quæ hîc not. fuit Azo. quæ satis est æqua secund. Ang. hîc.

Insula.] CAESVS. Domine, ponamus quòd aliqua insula nascitur in mari: dicatis mihi, cuius iuris esse intelligatur? Resp. si aliqua insula in mari nata sit, (quod tamen rarò accidit) occupanti conceditur. ¶ Nam ante occupationem nullius esse intelligitur. ¶ Sed licèt dixerim tibi de insula, quæ in mari nascitur quod occupantis fit: secùs tamen est de insula in flumine nata. nam in flumine insula nata (quod frequenter accidere solet) si quidem mediam partem fluminis teneat: communis est eorum hominum, qui ab vtraque parte fluminis prope ripam prędia possidẽt: videlicet pro modo latitudinis cuiusque fundi: quæ latitudo prope ripam sit. Quòd si alteri parti fluminis proximior est: eorum est tantùm, qui ab ea parte prope ripam prædia possident. quòd si in aliqua parte diuisum flumen sit, deinde infra vnitum, agrum alicuius in formam insulæ redegerit: huiusmodi ager ad modum insulæ diuisione fluminis circundantis redactus, eiusdem permanet, cuius ante diuisionem fluminis fuerat. ¶ Sed ponamus quòd flumen est tantùm, qui ab ea parte prope ripam prædia possidẽt. Quòd si aliqua parte i diuisum sit flumen, deinde infra k vnitum l, agrum alicuius in formam insulæ redegerit: eiusdem permanet is ager, cuius & fuerat.

Prior alueus à flumine derelictus, eorum fit, qui prædia secundùm ripam propiora habent: nouus verò incipit publicus fieri: flumine autem in antiquum alueum reuerso, nouus alueus derelictus, eis accedet, qui iuxta ripam agros habent.

23. ¶ Quòd si naturali alueo in vniuersum derelicto, ad aliã partem fluere cœperit: prior quidem alueus m eorum est, qui prope ripam eius prædia possident: pro modo scilicet latitudinis cuiusque agri, quæ latitudo prope ripam sit. Nouus autem alueus eius iuris esse incipit n, cuius & ipsum flumen est: id est publicus. Quòd si post aliquod tempus ad priorem alueum reuersum fuerit flumen: rursus nouus alueus γ eorum esse incipit, qui prope ripam eius prædia possident.

Ager impetu fluminis inundatus, nõ desinit eius esse, cuius fuerat.

dereliquit. & ex alia parte cœperit fluere, dicatis mihi quid iuris in isto casu? Ad hoc respon. quòd si naturali alueo in vniuersum derelicto. ab alia parte fluere cœperit: tunc prior alueus à flumine derelictus, eorum incipit esse, qui prope ripam eius prædia possident, pro modo latitudinis cuiusque agri, quæ latitudo prope ripam sit Sed ponamus: nouus alueus iam occupatus, publici iuris incipit esse: sicut est ipsum flumen. ¶ Sed si post aliquod tempus ad priorem alueum flumen reuersum fuerit, nouus alueus iam à flumine derelictus, eorum incipit esse, qui prope ripam eius prædia possident. ¶ Aliud tamen iuris est, si totus ager alicuius aqua inundatus fuerit. Inundatio enim aquæ faciẽ fundi non immutat: & idcircò si aqua fundo recesserit, manifestum est manere dominum fundi, qui antè dominus fuerat. ¶ Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *cùm ex aliena*, &c Fran.

Insula.] Dicitur locus vndique circundatus aqua: *vt hic, & ff. de acquir. re. do. l. adeò. §. insula. & l. insula.* aliàs quandóq; pro domo in mari posita, quę in salo, id est, in salso posita est, secũdùm Isidorum. Item quandóque pro qualibet domo: *vt ff. de eo, quod certo loco da. l. inj. §. si quis insulam.* Item no. diligenter ista sex respon. vsque ad §. *alia sanè.*

d ¶ *Quod rarò accidit.* Sed op. nam ad ea, quæ frequẽtiùs accidunt, potiùs iura aptantur: *vt ff. de leg. & senatus. l. nam ad ea.* Respon. quòd illud verb. *potiùs*, solutionem inducit. nam bene infertur, potiùs: ergo ad alia. ACCVRS.

e ¶ *Creditur.* scilicet, anteà.

f ¶ *In flumine.* id est, in medio fluminis.

g ¶ *Mediam partem.* quod scilicet poterit sciri accepta chorda, & puncto posito in medio inter vtrunque agrum: & tunc si punctum est ex vna parte tantùm, alij cedat: aliàs secundùm quod punctum extenditur: *vt colligitur ff. eod. de acqui. re. do. l. inter eos. & l. seq.* Ex his pat. quòd pro diuiso possidẽt insulam. & hab. dominium, circundantes flumen: *vt ff. eo. de acq. re. do. l. pro regione.*

β ¶ *Prope ripam prædia possident.* Qui prope ripam prædia possident, ripæ sunt domini, & insulæ natæ in flumine, & ædificij ibidem constructi, & aluei derelicti. CVIAC.

h ¶ *Latitudinis.* existentis ab vna parte, cùm plures sint ex vna parte, & vnius fundus latior est, quàm fundus alterius. & in hoc tantùm frontem agri considero: *vt ff. eod. de acquir. re. do. l. insula. in prin.*

i ¶ *Parte.* scilicet superiori.

k ¶ *Infra.* scilicet in inferiori parte.

l ¶ *Vnitum.* scilicet flumen, id est, coadunatum. & hîc fit punctum. 2. Vel dic vnitum agrum, &c. & tunc puncta ibi, infrà.

m ¶ *Alueus.* à quo nunc vltimò recessit flumen.

n ¶ *Incipit.* quantum ad strictam rationem. nam de æquitate vix obtinet. id est, non obtinet: *vt ff. eo. l. adeò. §. insula. in fin.* ¶ Et no. hîc quòd flumina b vicẽ iudicum tenent, & dant, & auferunt dominia: *vt ff. eo. de acqui. re. do. l. ergo. §. alluuio.* ACCVRS.

γ ¶ *Rursus nouus alueus.* Ergo aluei mutatione dominium amissum non restituitur: inundatione amissum restituitur: *l. si ager. l. cum vsufr. ff. quibus mod. vsusfruc. amit.* sunt qui hac in re putant, *l. Martius. & l. ergo. §. alluuio. de acqu. rer. do.* inter se discordare. Id secus est: nam *l. Martius.* est de aluei mutatione, §. *alluuio.* de inundatione. CVIAC.

a Quod si non fecerit: poterit directò vindicari.

b Peritis in arte, licèt aliàs conditione, & statu rustici sint, credendum. sic aliàs medicis, obstetricibus, militibus, in iis, quæ ad eorum artem pertinent, creditur. Imò & veterinariis, & mareschalis, si de equi valetudine litigetur. Ange. hîc.

a Insularum alia est naturalis, vt Corsica, & Sardinia: alia casualis, vel accidentalis: quæ in flumine sępè nascitur: in mari per rarò. Naturales insulæ sũt principis: non in dominio patrimoniali: sed in dominio iurisdictionali: *vt l. insulæ ff. de iudic. & l. illicitas. §. qui vniuersis. ff. de off. præs.* sed de hac materia plenius vide hic per Angel.

b Flumina, & iudices æquiparantur.

a ¶ *Speciem.* i. faciem fundi. Sed contra, *ff. de flu. & ne quid in flu. l.* j. §. *si fossa. in fi.* §. Solu. ibi totum occupauit. hîc partem. 2. Vel hîc eodem impetu recessit, quo venit: ibi non: sed diu cooperum tenuit.

b ¶ *Manere.* Fuit ergo dominus etiam tunc temporis, quando aqua inundabat. Sed contra. *ff. quib. mo. vsusfru. amit. l. si ager.* Sol. ibi impropriè dicit amitti: scilicet quantum ad commodum fruendi a. Vel hîc inundauit propter impetum aquarum: ibi vt faceret alueum: *vt probatur pradicto titu. l. quid tamen.* §. *agri.* Et hæc vera sunt quantum ad proprietatem: sed possessio indubitanter tẽpore inũdationis amitteretur: *vt ff. de acquir. possess. l. iij.* §. *Labeo. & l. qui vniuersas.* §. *ij. & l. Pomponius.* j. *respon* b. tamen aqua recedente, etiam possessio restituenda est: *vt ff. de iti. actúque priua. l.* j. §. *sed & si quis.*

a Vel fortè ibi capitur proprietas pro possessione: hic propriè. *Aegi. Per.*

b Et est ratio, secundũ Christoph. quia possessio est facti, & ex solo animo dependet, sed dominium est iuris, & in re consistit. Et ideò possidentes prædia penes fluminа, quæ sæpè solẽt inundari: item prope confinia belli, vel epidimię: rarò prę scribunt.

Cùm ex aliena.] Diuiditur in quinque partes. Primò ponit thema. Secundò quæstionem. Tertiò per exempla thema declarat. Quartò ponit responsionem. Quintò per exempla responsionem declarat. Secunda ibi; *Quæri solet.* Tertia ibi; *Vt ecce.* Quarta ibi; *Et post multam.* Quinta ibi; *Vt ecce vas.* CASVS. Domine, iam vidi plures modos acquirendi dominium de iure gẽtium. Nunquid pluribus modis de iure gẽtium acquiri poterit? Respond. quòd sic. Per specificationem de iure gentium acquiritur nobis dominium. Cùm enim quis ex aliena materia, &c. Casus planus est vsque ad illum § *si tamen alienam.* Fran.

c ¶ *Facta.* facta autem intelligitur etiam cœpta. licèt non perfecta: *vt ff. de aur. & argen. leg. l. & si non sunt.* §. *quid ergo.* Ratio huius est, quia quæ in opere sunt, inesse videtur. *ff. si cer. pet. l. lecta.* §. *dicebam. & c. officij. extrà de elect.* ADDITIO. Sed ibi species quantum ad materiam erat perfecta: licèt quædam ad bene esse deficerent. Et ideò reprehenditur hæc glo. propter verbum, fecerit, quod perfectionem significat: *vt l.* j. *ff. quod quisque iuris.*

d ¶ *Ab aliquo.* scilicet bona fide: *vt ff. ad exhib. l. de eo.* §. *si quis.* & suo nomine: *vt ff. de acqui. re. do. l. adeò.* §. *cùm quis. in prin. & l. quicquid.* §. *ij.* Item & tertium: scilicet quòd non possint redire ad priorem materiam, secundùm Io. *vt in fi. huius* §. ¶ Quid si duo specificauerunt: vnus bona fide, alius mala fide? Respon. communis est domini, & specificantis bona fide: non autem mala fide: *vt* c *ff. qui. ad lib. proclam. non licet. l. si duo.* Azo. ¶ Eodem modo quæro d, & soluo ea, quæ sequuntur. Quid si ex diuersorum materiis speciem fecit: & in vna habuit bonam fidem, & in alia malam fidem? Item quid si materia vnius partim bonam, partim malam fidem habuerit? Item quid si partim suo specificantis nomine, partim nomine domini? ADDITIO. Intellige secundùm præcedentia, quòd habeat bonam fidem: item quòd omnia sint paria: aliàs minus pretiosum cedet pretiosiori, secundùm omnes doct. hîc, *per l. quicquid.* §. *fi. ff. eo. de acqui. rer. do.*

c Imò nomine proprio, & bona fide: secundùm Christop.

d Solutio vna multas quæstiones terminat.

e ¶ *Naturali ratione.* id est, iure gentium.

f ¶ *Fecerit.* id est, detexerit quo ad spicas: *vt ff. eo. de acquir. re. do. l. adeò.* §. *cùm quis. in fi. sic suprà, de liberti.* §. j.

g ¶ *Mulsum.* id est, nectar, siue stalladiam.

h ¶ *Collyrium.* id est, vnguentum ad oculos.

i ¶ *Sabinianorum.* id est Sabini, & suorum fautorum, qui dixerunt speciem cedere domino materię. Sed Proculus cum suis sequacibus ecõtrà. scilicet vt specificanti tãtùm: *vt ff. eodem. l. adeò.* §. *cùm quis.*

e ¶ *Sabinianorum, & Proculianorum.* Hi speciẽ, illi materiam spectant. Est verò harum familiarum hac in re dissidentium inter se vestigium in *l. Minicius. ff. de rei vind.* quæ lex nauem ædificatam ex aliena materia negat ædificantis esse: sed Minicius, & Iulianus Sabiniani fuêre. Vt autem eæ familiæ proseminatæ sint, nemo est, qui nesciat. Id nondum quisquam animaduertit in *l.* j. *ff. rerum amot.* inuerso ordine, permixtísque familiis iurisc õsultorũ legi, Neruа, & Cassio: Sabino, & Proculo, quod sanè emendatione indiget. CVIAC.

24. § Alia sanè causa est, si cuius totus ager inundatus fuerit. neque enim inundatio fundi speciem a commutat: & ob id, si recesserit aqua, palam est eum fundum eius manere b, cuius & fuit.

Cùm ex aliena materia noua species confecta est, refert an ad eandem materiam, & pristina initia species reduci possit, an non possit. priore casu, qui dominus est materiæ, idem quoque speciei dominus erit: altero verò casu, qui speciẽ induxit, dominium nanciscitur.

25. § Cùm ex aliena materia species aliqua facta c sit ab aliquo d, quæri solet, quis eorum naturali ratione e dominus sit: vtrùm is, qui fecerit f, an potiùs ille, qui materiæ dominus fuerit: vt ecce si quis ex alienis vuis, aut oliuis, aut spicis, vinum, aut oleũ, aut frumẽtum fecerit, aut ex alieno auro, vel argento, vel ære vas aliquod fecerit, vel ex alieno vino, & melle mulsum g miscuerit, vel ex medicamẽtis alienis emplastrũ, aut collyrium h cõposuerit: vel ex aliena lana vestimentum fecerit: vel ex alienis tabulis nauem, vel armarium, vel subsellium fabricauerit. Et post multam Sabinianorum i, & Proculianorum e ambiguitatem, placuit k media sententia l existimantium, si ea species ad priorem, & rudem materiam reduci possit: eum videri dominum esse, qui materiæ dominus fuerit: si non possit reduci, eum potiùs intelligi dominum, qui fecerit m: vt ecce vas conflatum potest ad rudem materiam æris, vel argenti, vel auri reduci. vinum autem, vel oleum, aut frumentum ad vuas, vel oliuas, vel spicas n reuerti non potest. ac ne mulsum quidem ad vinum, & mel resolui potest. Quòd si partim ex sua materia, partim ex aliena o speciem aliquam fecerit quis, veluti ex suo vino, & alieno melle mulsum miscuerit: aut ex suis, & alienis medicamentis emplastrum, aut collyriũ: aut ex sua lana, & aliena p vestimentum fecerit: dubitandum non est hoc casu eum esse dominum q, qui fecerit: cùm non solùm operam suam dederit: sed & partem eiusdem materiæ præstiterit.

Quod cuiusque rei ornandæ causa adhibetur, vt accessio principali cedit: etiam si precioſius sit, quàm ipsa res, cui accedit.

26. § Si tamen alienã purpuram r vestimento suo quis inregula locum habet in quinque casibus, scilicet vbi dominus specificauit: item vbi alius eius mandato: item vbi sine mandato: sed ratum habet s: item vbi alius mala fide, & suo nomine: item vbi bona fide: sed res potest ad priorem materiam reduci: quorum nullus est hîc. ¶ Item si hæc vera sunt, quòd specificanti cedant: contraria est regula, quæ dicit neminem cum alterius iactura fieri locupletiorem: *vt ff. de cond. indeb. l. nam hoc natura.* Respon. licèt fiat sua species quo ad dominium: tamen actione in factum tenetur ad æstimationem: *vt ff. de rei vin. l. in rem.* j. §. *item quæcunque. & ff. de dona. inter vir. & vxo. l. si mulier.* §. j. *& l. seq.*

a Medium dicitur, quod nec vni in totum, nec alteri concordat, vel discordat: sed distinguit, vt sequitur. ¶ Et not. b medium seruãdum. *sic* 3. *quibus. ex cau. ma. non licet.* §. *pent.* Arg. c contrà. *ff. de neg. gest. l. Nosennius. in fi.*

b Mediũ tenuere beati. *hinc Luc. 22.* Ego in medio veſtrũ sum. *Aegi. Perr.*

c Dic quòd in dubio. s. quolibet extremorũ æqualiter se habẽte, media via est eligenda: sed vbi clarum est pro altera parte, nõ: vt in cõtrario. *Aegid. Perr.*

m ¶ *Fecerit.* si & alia duo interuenerunt, quę in principio huius §. diximus.

n ¶ *Vel spicas.* & ita apparet quod frumentum cedit specificanti. Sed contrà, *ff. de acquir. re. do. l. adeò.* § *cùm quis. in fi.* §. Sol. hæc posuit gratia exẽpli pro pueris: secundùm Pla. quędam enim gratia d docendi dicuntur, quæ aliàs non dicerentur: *vt ff. de act. & obli. l. obligationum substantia.* §. *fi.* Vel dic, secũdò secundùm Azo. illam per istam corrigi. ¶ Item ad hæc omnia exempla, in quibus dicitur speciem specificanti cedere: est contraria regula, quę dicit, Quod e ex re mea est, vel nascitur, meum est: *vt ff. ad exhib. l. de eo. l. si quis. in fi. & ff. de rei vindi. l. solum.* §. *meum.* Sol. Illa

d Nihil prohibet falsam legem exempli causa ponere, quò facilius res intelligatur. *Tullius de inuent. ti. i.*

e Meum an sit, quod ex re mea est, vel nascitur.

f Intellige Gl. quando nomine domini specificauit: aliàs si non fuisset specificata nomine domini: non posset habere ratũ, cùm fic factum sui fauore: *vt l. si pupilli.* §. *si ego. ff. de nego. gest.*

o ¶ *Ex aliena.* scilicet materia.

p ¶ *Et aliena.* scilicet lana.

q ¶ *Dominum.* sed si non possit reduci ad priorem materiam: sit communis, habita ratione materiarum, vt non cedat specificanti: *vt ff. de acquir. re. do. l. quidquid.* §. *fi. in fi.* Idem fortè erit & quando mala fide fecit, licèt reduci non possit: *vt ff. ad exhi. l. de eo.* §. *si quis.* ACCVRS.

Si tamen alienam.] CASVS. Titius manicam vel gyronem de purpura aliena intexuit vestimento suo: modò quæritur, vtrùm purpura cedat vestimento: vel vestimentum tanquam vilius. & minus precioſum accedat purpuræ. Resp. quòd purpura licèt pretiosior sit: iure tamen accessionis cedit vestimento: & per consequens Titio domino vestimenti acquiritur. Verumtamen ille, qui dominus fuerat purpuræ, licèt iam dominium purpuræ per accessionem amiserit, contra eum tamen, qui surripuit, furti habet actionem, & condictionem furtiuam, quæ semel ei contra furem competit: quam licèt posteà sine culpa sua à dominio cadat, non amittit. Nam huiusmodi res, quæ iure accessionis alteri rei cedunt: licèt à priori domino vindicari non possint: à furibus tamen, & quibusdam aliis malæ fidei possessoribus per condictionem furtiuam, vel sine causa condici poterunt. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *si duorum.*

r ¶ *Si tamen alienam.* hîc incipit dicere de accessione, quæ fit humana natura operante.

s ¶ *Purpuram.* vt manicã, vel gyronẽ. si autem ipsa fila, putà in tela:

tela : tunc alia ratione eſt dominus factus purpuræ. ſcilicet iure ſpecificationis : *vt ſuprà, proxi. §. & precedenti.* hîc autem §. aliquid vult adiicere ſuprà dictis. ſcilicet de acquiſitione iure acceſſionis. ne ergo nihil operetur, adiungit hoc, quod nunc dixi: *vt ff. de leg. j. l. ſi quando. in prin.*

a ¶ *Precioſior.* ¶ No. precioſius [a] accedere viliori : *ſic ff. de contrah. emp. l. ſi in emptione.* Sed contra. *ff. de adil. edi l. iuſtiſſime:* Sed ibi ſpecia le in nomine. Sed contrà j. *de fideiuſ. §. fideiuſſores.* Sol. vt ibi. Item loquitur hic §. quando dicta purpura gratia ornandi veſtimenti fuit appoſita. Sin autem econtrà vt veſtimentum ſeruiret purpuræ. vt fortè eam ſeruaret: tunc cedet veſtimentum purpuræ, vt in duabus legibus contrariis : *vt ff. de vſucap. l. rerum mixtura. §. quid ergo. & ff. de aur. & argen. leg. l. & ſi non ſunt. §. peruenimus.* ¶ Si autem neutrum cauſa alterius apponatur, tunc neutrum alteri cedit: & vtrumque [b] poſſidetur: *vt ff. de vſuc. l. rerum mixtura. §. quid ergo.* ADDITIO. Die ſecũdùm doc. quòd neutrum poſſidetur communiter: ſed quodlibet de per ſe ſic: *vt no. in d. §. quid ergo.* Ang. Aret.

texuerit : licèt precioſior [a] ſit purpura: tamen acceſſionis vice cedit veſtimento : & qui dominus fuit purpuræ, aduerſus eum qui ſurripuit [b], habet furti actionem & condictionem [c] : ſiue ipſe [d] ſit qui veſtimentum fecit, ſiue alius. Nam extinctæ [e] res licèt vindicari non poſſint: condici tamen à furibus, & quibúſque aliis poſſeſſoribus [f] poſſunt.

Materiarum confuſio, dominorum voluntate, aut fortuitò facta, eius, quod ex confuſione factum eſt, communionem inducit : ſpecierum verò commixtio ita demum, ſi inuicem commiſcentium dominorum voluntas acceſſerit.

27. ¶ Si duorum [δ] materiæ [β] voluntate dominorum [h] confuſæ [i] ſint, totum id corpus, quod ex confuſione fit, vtriuſque commune eſt : veluti ſi qui vina ſua confuderint, aut maſſas argenti, vel auri conflauerint. Sed & ſi diuerſæ materiæ ſint, & ob id propria ſpecies facta ſit, fortè ex vino, & melle mulſum: aut ex auro, & argento electrum [k], idem iuris [l] eſt. nam & hoc caſu communem eſſe ſpeciem non dubitatur. Quòd ſi fortuitò, & non volũtate dominorũ cõfuſæ fuerint vel diuerſæ materiæ, vel quę eiuſdem generis ſunt, idẽ iuris eſſe placuit [m].

28. ¶ Quòd ſi frumentum [n] Titij frumento tuo mixtum fuerit, ſi quidem voluntate veſtra, commune eſt: quia ſingula corpora, id eſt ſingula grana, quæ cuiuſque propria fuerunt, conſenſu veſtro cõmunicata sũt [o]. quòd ſi caſu id mixtũ fuerit, vel Titius id miſcuerit, ſine tua voluntate, non videtur commune eſſe : quia ſingula corpora in ſua ſubſtantia durant [p]. Nec magis iſtis caſibus commune fit frumẽtum, quàm grex intelligitur eſſe communis, ſi pecora dictũ eſt in §. *ſi tamen alienam.* vindicatio nõ eſt. Si per ferruminationẽ non eſt ad exhibendum actio: quia referruminari vix poteſt: eſt tamẽ condictio. eſt & in factum actio. *l. in rem. §. itẽ quæcũque. ff. de rei vin.* i. vtilis vindicatio. Cùm verò alia aliis per plumbaturam, vel ferruminationem non accedunt, ſua cuiuſque res manet. *l. quidquid. ff. ad adq. re. dom.* ideòque integra eſt vnicuique in rẽ actio: & hîc igitur eſt actionũ ordo: Vindicatio, ad exhibendũ, in factum. CVIAC.

b Imò neutrũ poſſidetur cõmuniter, ſed per ſe. *Angel.*

c Sciens igitur qui alienũ ſuo adtexuit, furti tenebitur. *l. ſi liberum. C. quod cum eo. l. alienũ. C. de furtis.*

d Diuiſio.

e Dominium variis modis quæritur.

a Precioſius ce dit viliori. *vt hic.* Quod verũ quando apponitur pretioſi gratia ornatus: alias ſecùs, quia ipſum vilius ſequitur nobilius. *Angel. Perr.*

h ¶ *Dominorũ.* bene dicit, dominorũ volũtate. nã ſi vnus dominus fecit inde ſpeciẽ. i. mulſum, vel vas ex argento meo, & ſuo: ſua eſt iure ſpecificationis, non cõmunis: *vt ſ. e. §. quod ſi partim. & ff. de rei vin. l. idẽ Põponius ſcribit, ſi frumentum. §. j.* ADDITIO. Hoc intellige bona fide, & ſuo nomine : vt vidiſtis in §. *ex aliena.* ſ. *eod. per gl. vt hic.* ANGE.

i ¶ *Confuſæ.* id eſt, ſimul fuſæ.

k ¶ *Electrum.* Genus a eſt vaſis: Vel ſpecies metalli. & ad hoc eſt, *ff. de au. & arg. le. l. pediculis. §. Neratius.*

l ¶ *Idem iuris.* vt ſit cõmune, vt ſubiicit.

m ¶ *Placuit.* ſ. vt ſit cõmune, niſi ſeparari poſſit, veluti ſi ex ære meo, & plũbo, vel argento tuo ſpecies facta ſit: quib. caſib. ſeparari poteſt: & quilibet vindicat ſuum: *vt ff. de rei vin. l. idem Põponius ſcribit ſi frumentũ. §. ſed ſi plumbũ. & ff. de acq. re. do. l. lacus. §. ſi. Quòd ſi frumentũ.*] CASVS In hoc §. dicit Iuſti. quòd ſi frumẽtũ Titij frumẽto tuo mixtum fuerit voluntate veſtra: totũ illud frumentũ tibi, & Titio cõmune erit. nã licèt ſingula corpora. i. ſingula grana, ante mixtionem in ſua ſubſtãtia durent: tamẽ ex cõſenſu veſtro per mixtionẽ cõmunicata ſunt. & hoc verum eſt quando fuit facta mixtio de volũtate veſtra. Si tamen caſu frumentũ mixtum fuerit, vel ſi Titius nõ volentate tua id miſcuit: non videtur huiuſmodi frumẽtum per mixtionẽ cõmune eſſe. Singula enim grana in ſua ſubſtãtia remanẽt, & durãt in dominio eius, cuius fuerãt ante mixtionẽ. ¶ Nã in caſib. iſtis quãdo fit mixtio ſine dominorũ voluntate, non magis intelligitur frumentũ cõmune eſſe, quàm grex ouium cõmunis eſſe intelligitur, ſi pecora Titij tuis pecorib. permixta fuiſſent. vnde ſi totum huiuſmodi frumentũ retineatur à Titio, actio in rem aduerſus Titiũ competit: & iudex, qui in huiuſmodi actione cognoſcet: æſtimabit quantũ, & quale tuum frumentũ fuerit: & tantundem frumenti, & eiuſdẽ qualitatis vel eiuſdẽ æſtimationis tibi faciet reſtitui. Et hęc dicũtur vſque ad illũ §. *cùm in ſuo ſolo.* Fran. Aret.

n ¶ *Quòd ſi frumentum.* diximus quando confunduntur ita, vt ſeparari non poſſint : nunc videndum eſt quando ſingula corpora in ſua ſubſtantia durant : quo caſu dicuntur immiſceri.

o ¶ *Communicata ſunt.* & ideò locũ habet cõmuni diuidendo actio: *vt ff. de rei vind. l. idem Pomponius ſcribit ſi frumentum, ij. reſp.*

p ¶ *In ſua ſubſtantia durant.* Sed [b] nunquid idẽ ſi noſtra voluntate fuiſſent immixta? Videtur quòd ſic. noſtra enim cõtemplatio, vel volũtas non poteſt mutare ſubſtantiã granorum, quin ſemper diſcreta, & diuiſa ſint à ſe inuicẽ: quod videtur eſſe cõtra §. præcedentem. Sed reſpon. non eſt mirum. aliàs enim ſimile reperimus. nónne tempus cõtinuum eſt ſui natura? cùm tẽpus ſit menſura motus primi mobilis: qui motus eſt vniformis, & cõtinuus: *vt dicit Ariſtot. in viij. Phyſicorum.* & tamen partes in ipſa contẽplatione diſtinguimus, & adſignamus, dicentes quoddam præſens, quoddam præteritum, quoddam futurum: ſic in granis frumenti dicimus quòd licèt eorũ corpora ſint diſcreta in ſuis terminis: communia tamẽ ea poſſumus facere, ita quòd aliqua non ſit particula in tuo grano, quam tu non communices mihi: nulla in meo, quam ego tibi non cõmunicem: quod non eſſet deficiẽte noſtra voluntate ſicut nec in tẽpore diſtincto generarẽtur hę diuerſitates noſtra ſignificatione, vel reſpectu deficiẽte.

a Electrũ quid ſit, dic, aurum, in quo quinta argenti portio eſt, electrũ vocari. *Plin. lib. 33. c. 4. & lib. 37. c. 2.* vbi dicit, Succinum eſſe. Et erat ſpecies ſicut ſpecies electri.

b Hæc Gl. non eſt verisimiliter Accurſij, vt quæ non reperiatur in antiquis originalibus, nec de ea doct. aliquam faciunt mentionem.

b ¶ *Surripuit.* ſi ſurripuit [c] : al. iſtis actionib. famoſis nõ tenetur.

c ¶ *Et condictionem.* ſcilicet furtiuam, vel ſine cauſa: *vt ff. de condi. ſine cauſ per totum.*

d ¶ *Siue ipſe.* ſcilicet fur. nam fortè erat ſattor.

e ¶ *Extincta.* quantum ad dominium, quod perdidit dominus eius. & ideò dicitur quantum ad eum extinctum: quia quandiu eſt intexta purpura, extincta eſt : nec poteſt vindicari : ſed agi poteſt ad exhibendum, vt exhibeatur, & pòſt vindicetur : *vt ff. ad exhibendam. l. gemma. & ff. de rei vind. l. in rem actio.*

f ¶ *Poſſeſſoribus.* veluti à prædonibus, & malæ fidei poſſeſſoribus, vt iſte fuit: *vt hic, & infrà, de act. §. ſic itaque. & ff. vſufru. quemadmodum ca. l. ſi. in fine.*

« ¶ *Et quibuſque alijs poſſeſſoribus.* Quia res extincta eſt : ideò quibuſque æſtimatio eius rectè condicitur: nec enim quod extinctum eſt, meum eſt. Porrò extinctum videtur, quod acceſſionis loco alienę rei cohæret, atque adeo vindicari non poteſt: condici poteſt: poteſt & ad exhibendum agi. CVIAC.

Si duorum.] Diuiditur [d] principaliter in duas partes. ¶ Primò quando voluntate dominorũ. ¶ Secundò quãdo caſu ſunt confuſæ. Secũda ibi; *Quòd ſi fortuitò.* Itẽ prima ſubdiuiditur. Primò quando eiuſdẽ generis materiæ confunduntur. Secũdò quando diuerſi generis. Secunda ibi; *Sed & ſi diuerſæ.* Aret. CASVS. Sed dñe Imper. nunquid dominiũ de iure gentium adhuc pluribus modis acquiri poterit? Reſp. quòd ſic. Nã per confuſionem materiarum acquiritur dominium de iure gentiũ. Si enim materiæ duorũ dominorũ de voluntate, & conſenſu eorũ confuſæ ſunt: totũ corpus, quod ex confuſione materiarũ reſultat vtrique dominorũ cõmune fit: veluti ſi aliqui vina ſua confuderunt, aut maſſas argenti, aut auri in aliquod vas conflauerunt. Et iſta ſunt vera quando eædẽ materiæ cõfunduntur. ¶ Sed pone quod materiæ ſunt diuerſæ: nũquid idem iuris eſt? Reſ. quòd ſic. Si enim diuerſæ materiæ confuſæ fuerint, & ex illis materiis confuſis aliqua ſpecies facta ſit, veluti ex vino Petri, & melle Martini mulſum: aut ex auro Petri, & argento Martini electrum: in hoc caſu nulla dubitatio eſt huiuſmodi ſpeciem ex diuerſarum materiarum confuſione de voluntate dominorum factam, communem eſſe. ¶ Sed pone quòd diuerſæ materiæ, vel materiæ eiuſdem generis, fortuito caſu, & non interueniente voluntate dominorum ſunt confuſæ : nunquid idem iuris erit? Reſp. quòd ſic. Hoc tamen intelligo, niſi materiæ ſeparati poſſint. Si enim ſeparari poſſent : ſecùs tunc eſſet. Et hæc dicuntur vſque ad illum §. *Quod ſi frumentum.* Fran. de Aret.

g ¶ *Si duorum.* Acquiritur [e] dominium non ſolùm ſpecificatione: *vt ſ. e. §. cùm ex aliena. & §. quod ſi.* & acceſſione: *vt ſ. eo. §. ſi tamen.* ſed etiam confuſione: *vt hic.* item immixtione: *vt infrà, proximo §. quòd ſi frumentum.*

β ¶ *Si duorum materia.* Confuſio, aut permixtione fit, aut ferru-

a ¶ *Mixtæ.* quod fit per errorem, quo casu dominium nõ transit: *vt ff. eod. de acquir. rer. dom. l. si procurator.* Vel vt melius pascantur. *& facit infrà ad legem Aquil. in princip.* vbi dicit quod gregatim pascuntur. ¶ *Sed contrà, ff. de solut. l. si alieni.* Solut. ibi speciale [a] est in pecunia numerata, vt ibi dicitur: *vt ff. si certum peta. l. singularia.*

a Quia in pecunia non cadit affectio specialis interesse. Tantundem enim præstant ipsi, vel illi aurei, quàm mei: in frumẽto sua est specialis bonitas, vt nõ sit mirum. prior casu per cõmistionẽ trãsferri dominiũ, licèt qui commiscuit, teneatur ob id factũ, condictione sine causæ.

Titij tuis pecoribus mixta [a] fuerint. Sed si ab alterutro vestrûm totum id frumentum [b] retineatur, in rem quidem actio pro modo [c] frumenti cuiusque competit [d]: arbitrio autem iudicis continetur, vt ipse æstimet quale cuiusq; frumentũ fuerit.

b ¶ *Frumentum.* nondum bona fide cõsumptum: tunc enim in factum actio daretur: *vt ff. ad leg. Aquil. l. qui occidit. §. si quis alienum vinum.*

c ¶ *Pro modo.* id est, mensura.

d ¶ *Competit.* id est, quòd cuilibet tantum frumẽtum restituatur, quantum fuit suũ, quãdo non apparet, quòd fuerit suũ: & hoc propter impossibilem discretionem: *vt ff. de vsufruct. l. vsufructuarium. §. si in vinarijs.* Si autem apparet quod cuiusque fuerit, hoc iudex æstimet: vt subiicit, secundùm Azonem, & secũdùm hoc dic quale, id est, quod & sic cuilibet sua grana restituantur. 2. Vel dic proxi. respõ. *arbitrio autem, &c.* esse de eo, de quo est istud: scil. quando non apparet quod fuerit suum: & hoc innuit hoc verbum, *quale.* non enim dicit, quod [b], sed quale: vt in qualitate officium vertatur, & quantitate: non autem in corpore: cùm illud sit impossibile discernere. & sic probabit [c], qui dicit suum fuisse melius. ¶ Et nota triplicem [d] esse differentiam inter hunc §. & superiorem. Species enim dicuntur misceri [e]: *vt hic*: materia confundi: *vt* ſ. sed P. econtrà. Item hîc remanet eadem substantia: ibi non. Item ibi confusa fiunt communia etiam sine dominorum voluntate: *vt suprà, proxi. §.* hîc non.

b Quod, essentiam: quale, qualitatem denotat.

c Probandi onus ei incumbit, qui frumẽtum suum frumẽto alterius commixtum, melius fuisse ait.

d Differentia huius §. ad superiorem, triplex est.

e Miscẽtur species, confundũtur materiæ.

Cùm in suo.] CAIVS. Domine, Titius in solo suo ædificauit ex materia aliena: modò quæro quis sit dominus illius ædificij: vtrùm Titius, qui ædificauit: an ille, qui erat dominus materiæ? Ad hoc respond. quòd Titius ædificator dominus est ædificij. Cùm enim in solo suo ex aliena materia quis ædificauerit, dominus ędificij intelligitur: & hoc propter rationem iuris gentium, qua dicitur: Omne, quod in solo ædificatur, solo cedit. Et quamuis Titio directum dominium ædificij acquiratur: ille tamen, qui dominus fuit materiæ, dominus eius nõ desinit esse: sed vtile dominium retinet: sed tamen quamdiu materia sua iũcta est ædificio, neque eam vindicare, neque ad exhibendum de ea agere potest: & hoc propter legem duodecim tabularum, qua cauetur, ne quis tignum alienum ędibus suis iunctum eximere cogatur. Veruntamen domino materiæ eadẽ lege duodecim tabularum consulitur. Nam competit ei actio de tigno iuncto: cuius beneficio ab eo qui iunxit, vel iniunctum habet, duplum consequi poterit. Sed pone quòd aliquis alienos lapides, vel trabes, vel cæmenta in ædibus suis ponat: quid iuris erit tunc in casu isto? Ad hoc respon. quòd idem iuris est, quòd si alienum tignum ædibus suis iniunxisset. Appellatione enim tigni, omnis materia, ex qua ędificia fieri possunt, intelligitur. Sed domine, quare ita statutum fuit in lege duodecim tabularum, ne quis cogatur eximere alienam materiam ædibus suis iunctam? Ad hoc respon. Amice, hoc ideò statutũ fuit in lege xij. tabularum, ne sit necessarium ędificia ex aliena materia constructa rescindi, & vrbem ruinis deformari. Sed licèt durante ædificio materia vindicari non possit: si tamen aliquo casu dirutum fuerit ædificium, poterit dominus materiæ materiam suam vindicare, & de ea ad exhibendum agere: & hoc est verum, nisi per actionem de tigno iniuncto duplũ fuerit pro materia sua consecutus. Et hæc dicuntur vsque ad §. *Ex diuerso.* Franc. de Aret.

f Et quamvis non possideat malę fidei existens, *per l. eum qui ædes. ff. de vsucap.* conueniuntur tamẽ: quia dolo desiit possidere. *l. is, qui dolo. ff. de rei vind.* Et vindicabitur: non quidem vt æstimetur: sed vt in litem iuretur, secũdùm Christo. hîc.

g Argumẽtum à cõtrario sensu in iure validum est

h Domus non affixa solo, solo non cedit.

e ¶ *Cùm in suo solo.* suum est, etiamsi alius habeat ibi vsumfructum: *vt infrà de hared. instit.* §. j. vbi proprius seruus dicitur, in quo proprietatem nudam habet testator.

f ¶ *Ædificauerit.* scilicet bona fide, aliàs non: imò tignum suũ vindicaret [f]: *vt ff. de rei vind. l. in rem. §. tignum.* argu. & à contrario sensu. Vel ex ea exceptione, quæ ibi ponitur, & iurabitur in litem: vt ibi not. ACCVRS.

g ¶ *Inædificatur.* id est, in ipsa terra configitur. ¶ Quid ergo de domo [h] non affixa solo? Respon. non cedit solo: *vt ff. de acquir. rer. dom. l. Titius.* & facit ad hanc regulam, C. *de ædi. priu. l.* j. ¶ Item in satis, & plantatis. quod hîc in ædificatis dicitur: *vt infrà eod. §. si Titius. & §. qua ratione.* Vnde versus:

Quicquid plantatur, seritur, vel inædificatur:
Omne solo cedit, radices si tamen egit.

Sed contra hanc regulam est *ff. de rer. diui. l. in tantùm. in princip.* Sol. illud speciale est. ADDITIO. Erat enim ibi ædificatum in communi omnium solo quo ad vsum, & nullius quo ad proprietatem: quod ideò cedit ædificio: quia primo occupanti conceditur. Christopho.

materiæ dominus fuerat †, desinit [h] dominus eius esse, sed tãtisper [i] neque vindicare eam potest, neque ad exhibendum [k] de ea re agere, propter legem duodecim tabularum [l], qua cauetur ne quis tignum [m] alienum ædibus suis iunctum eximere cogatur: sed duplum pro eo præstet per actionem, quæ vocatur de tigno iuncto [m]. Appellatione [n] autẽ tigni, omnis materia [o] significatur, ex qua ædificia fiunt. Quod ideò prouisum est, ne ædificia rescindi necesse sit. Quòd si aliqua ex causa dirutũ sit ædificium: poterit materiæ dominus, si non fuerit duplum iam consecutus [p], tunc eam vindicare [q], & ad exhibendum de ea re agere.

† Hîc limitatur regula, verba præteriti tẽporis sunt abnutiua præsentis: nã hæc sequentia, ratione cõtradictionis vitandæ, ampliant etiã ad præsens: secundùm Porc. *Aegid. Per.*

Solo inædificatur. Nõ est, *solo*, in lib. vet. sed & in §. *quòd si partim. sup.* non est, *miscuerit.* & in §. *si tamen.* ita legitur, *siue ipse fur est, qui vest. fecit.* & in §. *cùm ex aliena. ad rudem massam aris, vel arg. vel aur. red. Vin. autem aut oleũ*: quæ non adeò magni momenti sunt, vt sine fide præteriri non potuerint. CVIAC.

h ¶ *Desinit.* scilicet ex causa ędificationis: sed ex alia causa potest desinere: *vt ff. de vsucap. l. rerum mixtura. §. Labeo.* quæ huic regulæ signatur contraria.

i ¶ *Tantisper.* i. interim.

k ¶ *Ad exhibendum.* sc. vt eximatur, nisi mala fide fecerit: *vt ff. de rei vind. l. in rem. §. tignum. & ff. de tigno iniuncto. l. fin.* ¶ Sed tunc non eximitur: sed in litem iuratur: *vt ff. de solut. l. qui res. §. fin.* quia arbitrariæ sunt istæ actiones: *vt ff. de in lit. iur. l. in actionibus. & ff. de actio. §. præterea.*

l ¶ *Duodecim tabularum.* lex quædam fuit, de qua dic *vt suprà de iure natu. §. & non ineleganter.* ACCVRS.

3. ¶ *Ne quis tignum.* Aut sciens tignum alienum vineis, vel ædibus iunxit: aut ignorans. si sciens [a] in duplum tenetur: præter duplum est etiam ad exhibendum actio, vel vindicatio, quasi dolo desierit possidere: & hoc apertè traditur in *l. j. §. vlt. & l. ij. ff. de tign. iun.* Ignorans [b] nec vindicatione tenetur, nec ad exhibendum actione. Nãque in eo cessat ille color, quasi dolo desierit possidere. sed in duplum tenetur pro tigni pretio: in illo, legitima actio pœnalis est: in hoc pœnalis esse nõ videtur. ¶ An & qui sciens sciente domino iunxit, ita, vti dictum est, tenetur? Minimè gentium: quinimò hoc casu cessat lex xij. tabul. & ad exhibendum competit actio, vt soluta tigna vindicentur. *l. de eo. ff. de donat. inter virum & vxorem.* Est ipso iure, & omni casu ad exhibendum actio, ac vindicatio: ideóque scienter Decemuiri, tigna solui prohibuerunt ignorante domino inclusa, & dupli actionem pro tignis constituerunt. *l. qui res. in fin. ff. de solut.* CVIAC.

a Tignũ scienter iniungentis pœna.

b Tignũ ignoranter infigens nõ tenetur rei vindicatione, nec ad exhibendum.

m ¶ *De tigno iuncto.* qua [c] actione tenetur & qui iniunctum habet, licèt non iniunxerit: & qui iniunxit, licèt non possideat: sed altero soluente, alter liberatur: *vt ff. de his, qui deie. vel effu. l. si verò. §. si id, quod. & de flu. l.* j. *in fine. & quod vi, aut clam. l. competit. §. fina.* ¶ Sed quid si velit magis rem reddere, & eximere, quàm duplum præstare? Respondeo, non auditur: quia propter publicam vtilitatem hoc fuit statutum: *vt infrà, eodem, quod ideò, &c. & ff. de operis noui nunciati. l. prætor. & ff. de legatu primo. l. catera. §. si duobus.* ¶ Item nunquid hæc actio competit etiam contra eum, qui bona fide iniunxit? Respondeo sic, vt hîc: licèt contradixerint [d] quidam. Sed contra mala fide iniungentem, alia præter hæc auxilia competunt, vt rei vindicatio, item ad exhibendum, item furti, item furtiua condictio, item hæc actio, de tigno iniuncto: *vt infrà, ad actio. §. sic itaque. & ff. de tigno iniuncto. l.* j. *in fine. & l. final.* ACCVRS.

c Actione de tigno iniuncto qui teneantur.

d Nec obstat *l. de eo. in fin. ff. de donat. inter vi. & vxo.* quia ibi iure tantùm: hic verò & iure, & voluntate domini refragãte ædificatũ fuit.

n ¶ *Appellatione.* facit *ad hoc ff. de verborum significatione. l. tigni. & ff. ad exhibendum. l. gemma. l. tigni. & ff. de acquirendo rerum domin. l. adeò. §. cùm in suo.* ¶ Item quod in domibus dicitur, idem dic in caupona, siue domuncula, vt subiicit, quod ideò, &c. ad hoc *ff. de verborum significa. l. vrbana prædia.* Quidam tamen contra. Item idem in vinea: vt *ff. de tigno iniuncto. l.* j.

o ¶ *Materia.* vt cæmenta, & lapides.

p ¶ *Consecutus.* hîc est contra, *ff. de tigno iniuncto. l. fin.* Sed ibi non cum effectu fuit consecutus duplum: quia licèt exegit: non tamen percepit adhuc duplum: *vt argu. ff. de his, qui deie. vel effu. l. perceptione.*

e Sic dolosi cõditio melior est, quàm non dolosi, quia dolosus vtitur beneficio præscriptionis: nõ dolosus verò nequaquam, secundùm Porc. *Aegid. Per.*

q ¶ *Vendicare.* nulla temporis præscriptione obstãte in rei vindicatione: *vt ff. de rei vin. l. in rẽ. §. fi.* quia nec priùs agere potuit: *vt C. de an. except. l.* j. *§. fin.* Aliud ergo si mala fide iniunxit: quia tunc agere potuit. Vnde xxx. an repellitur à rei vindicatione [e]:

vt C. *de*

vt C.de præscript.xxx.ann.l.sicut. ADDITIO. Quam cõmoditatem non ex sua mala fide: sed ex negligentia non petentis consequitur, aliàs esset absurdum secundùm omnes docto. hîc.

Ex diuerso.] CASVS. Dicit Iustin. quòd ex diuerso si quis in alieno solo ex sua materia domum ædificauerit, dominium illius fit, cuius est solũ.

30. ¶ Ex diuerso, si quis in alieno solo ex sua materia domũ ædificauerit: illius fit domus, cuius & solum est. Sed hoc casu materię dominus proprietatem eius amittit: quia voluntate eius intelligitur [a] esse alienata: vtique si non ignorabat se in alieno solo ædificare. & ideò licèt diruta sit domus: materiam tamen vindicare non potest [b].

Possidens fundum alienum, in quo bona fide ædificauit, potest expensas ædificij ope exceptionis retinere. ARET.

Certè illud constat, si in possessione constituto ædificatore, soli dominus petat domũ suam esse, nec soluat pretiũ materiæ, & mercedes fabrorum [c], posse eũ per exceptionẽ [d] doli mali repelli: vtique si bonæ fidei [e] possessor fuerit, qui ædificauit. Nam scienti alienum solũ esse, potest obiici culpa, quod ædificauerit [f] temerè in eo solo, quod intelligebat alienum esse.

Plantata, & sata eius fiunt, in cuius solo seruntur, aut plantãtur, modò radices immiserint: bona fide tamen alienum conferens fundum, dolis mali exceptione opposita, sumptus si quos fecerit, consequetur.

31. ¶ Si Titius alienam plantam in solo suo posuerit, ipsius erit. Et ex diuerso si Titius suã plantam in Mæuij solo posuerit, Mæuij planta erit, si modò vtroque casu radices egerit: antequam enim radices egerit, eius permanet, cuius fuerat †. Adeò autem ex eo tempore, quo radices egerit planta, proprietas eius commutatur [g], vt si vicini arbor ita terram Titij presserit, vt in eius fundum radices [h] egerit, Titij effici arborem dicamus [i]. ratio [k] enim nõ permittit, vt alterius arbor esse intelligatur, quàm cuius in fundum radices egerit. Et ideò prope confinium [l] arbor posita, si possideo: vtiles per abrasionem conseruo: voluptarias nullo modo: *vt C.de rei vind.l.domum.* Hinc est quod dixit Bul. hîc quòd expensas repetam quandoque per a: id est per actionem: *vt ff.de negot.gest.l.si pupilli.§. sed & si quis.* Item & per e, id est, per exceptionẽ: vt hîc. Item & per o, i. per officiũ iudicis: *vt per l.C. de rei vin.l.domum.* vt modò diximus. Et hæc in rei vin. locũ habent. In petitione verò hæreditatis bonæ fidei possessor seruat omnes: at malę fidei possessor necessarias, & vtiles per officiũ iudicis, aliàs per exceptionẽ doli re existẽte meliori, in qua factæ sunt: voluptarias verò abradit: *vt ff.de pet.hared.l.planè in cæteris.*

Si Titius.] CASVS. Domine, Titius eradicauit plantã Mæuij: & illam in suo solo plantauit: modò quæro à vobis, quis censetur dominus illius plantæ? Ad hoc resp. Si Titius plantã Mæuij in solo suo plãtauerit, ipsius Titij plãta efficitur. Et similiter in casu conuerso, si Titius suã plantã in solo vicini plantauerit, dominiũ plantæ vicino acquisitũ intelligitur. ¶ Et hoc est verum in vtroq; casu si planta radices egerit. Nã ante emissionẽ radicum, eius permanet, cuius anteà fuerat. In tãtũ autem ex eo tẽpore, ex quo plãta radices emisit, proprietas ipsius plãtæ transfertur: vt si arbor Mæuij in terrã Titij radices egerit, arbor per emissionem radicũ intelligatur esse Titij. Ratio enim naturalis non permittit, vt arbor alterius esse dicatur, quã eius in cuius fundi radices egerit. vnde arbor prope confiniũ duorũ fundorũ posita, si in vicini agri fundũ radices emiserit, per emissionẽ radicũ cõmunis erit. Et hæc dicuntur vsq; ad illum §. *qua ratione.*

g ¶ *Commutatur.* Sed videtur non commutari, cùm primo domino rei vind. detur: *vt ff.de rei vind.l.si frumentum* b. §. *de arbore. quæ est contra.* Solu. licèt ibi dicant Varus, & Nerua, Damus: non tamen sequitur: ergo nos damus. Vel damus de æstimatione, sed non de planta: vt diximus s. *eod.* §. *planè si longiori tempore.*

ADDITIO. Et hæc vltima communiter approbatur per *l. in rem.* §. *item quæcunque. ff.de rei vind.* Christopho.

h ¶ *Radices.* omnes, vt differat à sequenti.

i ¶ *Dicamus.* imò videtur eius, in cuius fundo originem duxit: *vt ff. ar. fur. ea. l. si plures.* §. *fin.* Solu. hæc corrigit illam [c]. 2. Vel dic, ibi poterat viuere arbor ex fundo primo: hîc non. 3. Vel efficitur [d] Titij pro parte. sc. vt hîc: non in totum, vt ibi.

k ¶ *Ratio.* fac. *ff.eo.de acq.re.do.l.adeò.in fi.& l.seq.& l. qua ratione.*

l ¶ *Prope confinium.* In confinio, *ea res agis.* ideóque cùm dixisset Gaius in *l.adeò.in fi.ff.de acquir. rer. dom.* prope confinium, subintulit Marcianus in l. prox. *Sed & si in confinio lapis nascatur, & sint pro diuiso.* sic enim legendum est, vt referatur sententia *l. arbor. ff. comm. diuid. & l.pen. ff. pro socio.* Sed de arboribus in confinio positis videamus. Est, inquit Frontinus *de limitibus agrorum.* controuersiæ genus de arborum fructibus, quæ in fine sunt, siue intra, nec vllam ad radicem habent controuersiã. quotiens inclinatæ in alterutrum fructum iactauerint, inter actiones mouent disputationem. Est igitur vel de radice controuersia, vel de

a Si tamen ius in rem, vel causam habeat à domino, vt est emphyteuta, colonus, & similis, repetit: nisi probetur quòd animo donandi fecerit, secundùm Ang. hic. Expẽsas repeto per a, e, & o. id est, per actionem, exceptionem, & officium iudicis.

† Ideóque directò vindicari potest: superiore casu vtiliter. *Cuiac.*

b Hodie incipit, *idem Pompon. scribit, si frumentum.*

c Dic hoc tenere qnia legum correctio est cuitanda. *Ang.*
d Hęc est vera *vt tenet Gl. in d. §. fin. secundùm Ang.*

a Aedificiari potest quadrupliciter: hoc est ex materia aliena in alieno: de mea in alieno: de mea in meo: de aliena in meo.

b Impensæ in alienis negotiis factæ qualiter recuperentur.

c Est tamẽ differentia secũdum Ang. quia per petit. hære. malę fidei possessor nõ deducit expensas, si fructus nõ extent, sed bonæ fidei sic.

vel de glande legenda. Controuersia radicis ita iure nostro definitur, si ex vtraque parte arbor in fine posita radices egerit, communis est: quæ non est posita in fine, etsi vtrimque radices egerit, communis non est: *l. si plures. ff. arbor. furtim cæs. l. vlt. ff. quod vi, aut clam.* at quæ omnes radices in vicini fundum egit, omnes inquã radices, propria eius partis est, in qua alitur, nõ in qua oritur. & hæc vetus est lex. Theophylactus Scholasticus epist. 56. αἱ συκαῖ σῦ πρὸς τὸ ἐμὸν γήδιον τὰς ῥίζας ἤπλωσαν, &c. De controuersia iactati fructus, vel glandis legendæ, nihil attinet in hoc loco disputare. CVIAC.

a ¶ *Radices.* pro parte.

Qua ratione. CASVS. Domine, Titius seminauit frumẽtum suum in solo vicini, modò quęro quis intelligitur esse dominus illius frumenti? Ad hoc resp. Amice, eadẽ ratione, qua diximus quòd plantæ, quæ in solo alterius radices egerunt, solo cedunt: eadẽ ratione frumenta, quæ in alterius solo seminata sunt, solo cedere intelligũtur: & per consequens domino soli iure accessionis acquirũtur. & sicut suprà diximus quòd ille, qui in alieno solo ædificauit, si dominus soli ab eo vindicet ædificium, tueri se poterit aduersus dominum vindicantem per exceptionem doli mali, nisi pretium materiæ, & impensas in ædificio factas dominus paratus sit ei refundere: ita qui in alieno fundo bona fide suis impẽsis seminauit: si dominus fundi ab eo vindicet frumẽtum, eiusdem exceptionis auxilio tutus esse poterit. & hæc dicuntur vsque ad illum §. *Litera quoque.* cuius casus planus est, vsque ad illum §. *si quis.* FRANC.

b ¶ *Solo cedunt.* vt *suprà proxi.* §.

c ¶ *Diximus. suprà eo.* §. *certè.* ¶ Sed quid si aliquis ex semine meo in alieno fundo seminauit: contra quem agam. Resp. contra seminãtem nõ, quia non possidet, nec dolo fecit, quo minùs possideret. Item nec contra possidentem, quia eius facto nihil actum est. Sed tamen dic eum teneri instar tigni iuncti, qui tenetur etiamsi positum ab alio habeat, vel teneat: vt diximus 3. *eo.* §. *cùm in suo. per l. ff. de his, qui deie. vel effu. l. si verò.* §. *si id, quod positum.* Et eadem a quæstio fit in plantis: & eodem modo soluitur: cùm sit ratio similis: *vt ff. mand. l. Lucius.* §. *j. in fine.*

a Intellige totam hanc Gl. in bona fide seminante, & in eo, qui seminatũ habet bona fide, secundùm Fab. *Aegid. Per.*

d ¶ *Consecit.* id est, plantauit, vel seminauit.

e ¶ *Chartis.* vt de bombyce: vt sunt hæ, quæ de Pisis veniũt. Acc.

f ¶ *Membranisve.* quæ in membris animalium eripiuntur.

g ¶ *Solo.* vt *suprà eodem.* §. *cùm in suo.*

h ¶ *Carmen.* metricè.

i ¶ *Historiam.* noui, & veteris Testamenti. idem dicam in fabula, vel Romancia, vel quolibet libro prosaico.

b Si autem sit scriptor ad mercedem. & sibi de suo labore non satisfiat: potest retinere quinter nos: *vt not. Glo. in l. si non sortẽ.* §. *si centum. & ibi Bart. & Bal. de condi. indebi. & Cyn. & doct. in l. fin. C. commoda.* Ange.

c Et bene secũdùm Ange hic per istum text.

k ¶ *Orationem.* ad Deum, vel ad populum, vel ad principem.

l ¶ *Corporis.* id est, libri.

m ¶ *Non Titius.* scilicet scriptor bonæ fidei.

n ¶ *Petas.* directa in rem.

o ¶ *Bona fide.* si autem mala, laborem donasse videtur: *vt* 3. *eo.* §. *certè.* ¶ Sed nunquid actionem scriptor habet reddito libro b? Resp. sic, si bonam fidem habuit, actionem dico, scilicet in factum: *vt ff. de rei vin. l. in rem.* §. *item si quacumque.* si malam fidem habuit, non habet actionem: quia nec exceptionem habet: vt hîc. ¶ Sed cùm hodie pretiosior sit scriptura, quàm charta, nunquid mutatur hoc? Respondent quidam, vt Azo, quòd sic: nos quòd non c; arg. C. *de testa. l. sancimus. & C. de appellationibus. l. præcipimus. in fin.*

p ¶ *Pinxerit.* siue bona fide, siue mala fide, secundùm Pla. nos contrà: quia bona fide: *vt infrà eodem* §. *ibi, vtique,* &c.

etiam in vicini fundum radices a egerint, communis fit.

32. ¶ Qua ratione autem plãtæ, quæ terra coalescunt, solo cedunt b: eadem ratione frumenta quoque, quæ sata sunt, solo cedere intelliguntur. Cæterùm sicut is, qui in alieno solo ædificauit, si ab eo dominus petat ædificium, defendi potest per exceptionem doli mali, secundùm ea quæ diximus c: ita eiusdem exceptionem auxilio tutus esse potest is, qui alienum fundum sua impensa bona fide consecit d.

Scriptura quantumuis pretiosa cedit suppositæ chartæ: tabula tamen picturæ superimpositæ cedit.

33. ¶ Literæ quoque, licèt aureæ sint, perinde chartis e, membranisve f cedunt, ac solo g cedere solent ea, quæ inædificantur, aut inseruntur. ideóque si in chartis, membranisve tuis carmen h, vel historiam i, vel orationem k Titius scripserit: huius corporis l, non Titius m: sed tu dominus esse videris. Sed si à Titio petas n tuos libros, tuásve membranas, nec impensas scripturæ soluere paratus sis: poterit se Titius de-

q ¶ *Tabulam.* quid si in marmore? Respon. contrà seruari fortè. Arg. tamen contrà, *infrà, de testa.* §. *pen.* Sed ibi loquitur in re separabili à materia, hîc secùs. Et ideò nõ actionem, sed exceptionem habet per istum textum.

a ¶ *Alijs videtur picturam.* Nempe Paulo in *l. in rem.* § *sed & id quod. ff. de rei vind.* Gaio idem iudicium nõ est. *l. qua ratione. ff. de acquir. rer. domi.* Obiicies *libro xj. Institut.* Gaio idem videri, quod Paulo: eodem in libro Gaius in quæstione speciei factæ ex aliena materia, Sabinianus est: cùm tamen iam antè ex eo mediam quãdam sententiam Iustinianus retulerit. Non est is liber Gaij purus putus. nam immutata, addita, detracta, deprauata sunt multa Gotthorum arbitrio, à quibus ea qualiacumque fragmenta veteris prudentię accepimus, sũntque puriora multò fragmenta Pandectarum, in quibus tamen ingẽtia flagitia Tribonianũ admisisse cõstat: detortis sæpè exempli gratia, Vlpiani verbis in sententiam Iustiniani, atque in ius id, quo tum vtebantur, non secus, atque Gotthi, qui ex moribus, & legibus suis in Gaio, & Paulo pleraque commutarunt. CVIAC.

r ¶ *Cedere.* contra. *ff. de rei vin. l. in rem.* §. *sed id, quod in charta.* Solut. hæc corrigit illam. Vel distingue a an pretiosior sit illa scriptura, quàm tabula: secũdùm P. qui ait locum habere quod hîc dicitur, si pictus est homo, non visus: bono b colore, non atramento. ADDITIO. Dic quòd glo. bene loquitur in hoc, sed malè in eo quòd dicit de vrso, quia depictum semper exornat materiam, dummodò sit honestum, secundùm Christopho. hîc.

fendere per exceptionem doli mali: vtique si earum chartarũ, membranarúmve possessionem bona fide o nactus est.

34. ¶ Si quis in aliena tabula pinxerit p, quidam putant tabulam q picturæ cedere: aliis videtur, picturam a, qualiscunque sit, tabulæ cedere r. sed nobis videtur melius esse tabulam picturæ cedere. Ridiculum est enim, picturã Apellis, vel Parrhasij s in accessionem vilissimæ tabulę cedere. Vnde si à domino tabulæ imaginem possidente, is, qui pinxit, eã petat t, nec soluat pretium tabulæ: poterit per exceptionem doli mali submoueri. At si is, qui pinxit, eam possideat, consequens est vt vtilis actio u domino tabulæ aduersus eum detur: quo casu si non soluat impensam picturæ, poterit per exceptionem doli mali repelli: vtique si bonæ fidei possessor fuerit ille, qui picturam imposuit x. Illud autem palam est, quòd siue is, qui pinxit, surripuit y tabulas, siue alius z, competit domino tabularum a furti actio.

Titulo, & bona fide alienum fundum possidens, perceptos fructus suos facit: malæ fidei verò possessor etiam consumptos restituit.

f ¶ *Apellis, vel Parrhasij* c. propria nomina pictorum.

t ¶ *Eam petat.* sc. directa rei vindicatione: *vt ff. de acquir. rer. do. l. qua ratione.* §. *sed non vt litera.* secundùm Azonem.

u ¶ *Vtilis actio.* in rem, non directa: quia desinit dominus esse. & sic est mirabile, quòd non dominus à domino vindicat. sic contingit aliàs in Publiciana in quibusdam casibus: *vt not. infrà, de action.* §. *alia.*

x ¶ *Imposuit.* hoc mirabile contingit hîc, quòd conditio d possidentis est deterior, quàm petentis: aliàs contrà: *vt* j. *de interdi.* §. *commodum.* sic & aliàs, *ff. de noxa. l. si quis à multis. & ff. si ex noxa. cau. agatur. l. j. in fi. & l. ij. & ff. de petit. hæredita. l. cùm idem.* Sed ad hoc respond. quòd in causa noxali esse poterit, quòd secundò agens non probabit. Item in petitione hæreditatis si bona iura habuit in vincendo, hæc eadem habuit in defendendo: e sic nõ est eorum cõditio deterior. Item cùm hîc habeat actionem pictor, si non possideat: multò magis exceptionem debet habere soluto pretio: *vt ff. de superficiebus. l. j.* §. *quod autem. & ff. de regulis iuris. l. cùm damus.* ¶ Sed nunquid domino quondam tabulæ, eidem conceditur si possideat, si pretium picturæ soluat? Respondit Rom. quòd sic: cùm sibi actio detur. Ego contrà, vt sit differentia inter dominum, & pictorem. ¶ Item quis præfertur si ambo contra extraneum possidentem agant? Respon. is, qui directam habet actionem, i. pictor, secundùm Ioan. ¶ Sed nũquid si tabula fuerit abrasa, remanet pictoris? Respon. sic. *vt ff. de rei vind. l. in rem.* §. *item quacunque. versi. & quod semel.* ¶ Sed quare aliud in picturis, quàm in scripturis f? Respon. quia pictura f pretiosior est, quàm scriptura. secundùm Ioannem.

y ¶ *Surripuit.* antequàm pingeret.

z ¶ *Alius.* post picturam.

a ¶ *Tabularii.* etiam, subaudi. nam & pictori contra extraneum furem datur. secũdùm Azonem. 1. Vel meliùs (vt mihi videtur) hîc

a Hæc vera, nã tam in pictura, quàm in scriptura inspicitur, quod est pretiosius, secundùm Ange. *Aegid. Per.*

b Bene loquitur de colore, & atramento: sed de homine & vrso non: quia non est quærẽdũ quid sit pictum, modò sit honestũ secũdùm Fab. *Aegid. Perr.*

c Appellis, & Parrhasij meminit Plin. *lib. nat. hist. 35. c. 10. & alibi ubi loca.*

d Possidentis cõditio interdum conditione actoris deterior.

e Hæc ratio nõ videtur perpetua, quia scriptura pretiosior esse potest & carior, secundùm Fab.

f Pictura pretiosior est scriptura: vt hîc. vide tamen quæ tunc dixi.

hîc loquitur quando fuit subrepta antequam esset picta. sed etiã contra dominum tabulæ sibi surripientem posset dari pictori furti actio, facto furto tabula iam picta: *vt infrà, de oblig. quæ ex delict. nascun. §. aliquãdo.*

Si quis, &c.] CAIVS. In hoc §. dicit Iustinia. quòd si emerit aliquis fundũ bon. fid. à non domino, quẽ tamen ipse crediderit dominũ esse, vel causa donationis, vel qualibet alia iusta causa, quæ ad dominij translationem sufficiat, & bona fid. accipiat: iure gentium, quod naturali ratione introductum est, fructus, quos inde receperit, pro cultura suos facit: vnde verus dominus si postea vindicat ab eo fundum, qui eum emerit: de fructibus ab eo consumptis aduersus eum agere non poterit: secùs est in malæ fidei possessore. ¶ Nam ille, qui sciens alienum fundũ possederit, fructus suos non facit. vnde si dominus fundi ab eo fundum vindicauerit: non solùm fundum: sed etiam fructus cum fundo, licèt ab eo consumpti sint, cogitur domino restituere. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *is verò.*

35. ¶ Si quis à non domino, quem dominum esse crediderit, bona fide [a] fundum emerit, vel ex donatione, aliáve qualibet iusta [b] causa æquè bona fide acceperit: naturali ratione [c] placuit, fructus [d], quos percepit, eius esse pro cultura [e] & cura [f]. Et ideò si posteà dominus superuenerit, & fundum vindicet: de fructibus ab eo consumptis agere non potest [g]. Ei verò, qui alienum fundum sciens possederit, non idem [h] concessum est: itaque cum fundo etiam fructus, licèt consumpti sint, cogitur restituere [i].

Fructus à solo separati, fructuarij fiunt: non etiam pendentes: ideò nondum perceptos ad hæredes non transfert.

36. ¶ Is verò, ad quem vsusfructus fundi pertinet, non aliter fructuum dominus efficitur, quàm si ipse [k] eos perceperit. Et ideò licèt maturis fructibus, nondum tamen perceptis [l], decesserit: ad hæredes eius non pertinent, sed domino [m] proprietatis acquiruntur. Eadem ferè & de colono [n] dicuntur.

Fœtus, lac, pilus, & lana, sunt in fructu pecudum: partus verò ancillæ non dicitur in fructu: & ideò non pertinẽt ad fructuarium ancillæ. ARET.

37. ¶ In pecudum fructu etiam fœtus [o] est: sicut lac, pilus [p], & lana. itaque agni, hœdi, & vituli, & equuli, & suculi [q] statim naturali [r] iure dominij fructuarij sunt. Partus verò ancillæ in fructu non est: itaque ad dominum proprietatis pertinet [s]. Absurdum [t] enim videbatur, hominem

a ¶ *Bona fide.* quæ in initio exigitur: scilicet vt credat sibi dantem habere ius distrahendi: *vt ff. de vsuris. l. qui scit. §. finali* [a]. ¶ Nec obstat quod est, *ff. de acqui. rerum do. l. bona fidei. §. in contrarium.* quia ibi opponendo loquitur, non ponendo.

b ¶ *Iusta.* cùm multæ sint causæ, siue tituli acquirendi: *vt in ff. colligitur in variis titulis. sub titu. de vsucap. vsque ad titu. de re iudi.* idem tamen & si titulum non habeat: *vt argu. ff. finium regun. l. iiij §. post litem. versi. sed ante.*

c ¶ *Naturali ratione.* id est, iure gentium, de quo loquitur hic titu. cui naturalis insita ratio est.

d ¶ *Fructus.* scilicet industriales [b]: aliud in naturalibus: *vt ff. de vsur. l. fructus. Nec obstat, ff. de acquirend. rerum domin. l. bonæ fidei. in princip.* Quod enim ibi dicit, omnes, exponitur siue facto possessoris, siue alterius percepti: industriales tamen: *vt ff. de vsur. l. qui scit. §. præterea.* ¶ Sed naturalibus fructibus consumptis, an teneatur possessor? Respond. Non tenetur possessor rei vindicatione: quia non possidet, nec dolo desiit possidere: sed condictione sine causa tenetur in quantum locupletior est: *ar. ff. si certum petatur. l. si & me.* ADDITIO. Sed si non sit effectus locupletior, non tenetur, nisi esset malæ fidei. Angelus.

e ¶ *Pro cultura.* Plus est cura, quàm cultura: nam & fructus pecorũ curari dicuntur. *l. fructus. §. non solùm. solut. mat.* Bene autem, pro cultura, & cura: nam fructus, qui per se nascuntur, bonę fidei possessoris non sunt. *l. fructus. de vsur.* interim quidem sunt eius. *l. bonæ fidei. de acquir. rerum dominio.* id est, quamdiu res euicta non fuerit. Re euicta nisi eos vsuceperit, eorum nomine tenetur. Sic ab eo tempore fructus percepti, quo possessor cognouit rem alienam esse, eius interim sunt *l. qui scit. §. vult. de vsur.* at si exitum, finémque iudicij inspicias, eius non sunt, quem Pomponius in vtraque specie potissimum inspexit. *l. fructus. l. bonæ fidei. §. Pomp.* Et ita interim rectissimè in l. *s. de leg. comp. & l. per seruum. de pet. hared.* CVIAC.

f ¶ *Pro cultura.* vt legeres.

f ¶ *Et cura.* vt lac, & pilus, & lana.

g ¶ *Non potest.* nec ad pretium: *vt infrà, de offic. iudic. §. si hæreditas. versi. si verò. & ff. finium regundorum. l. iiij §. post litem. versic. sed ante.* ¶ Si tamen extant, non rei vindicatione: quia percipientis sunt: sed officio iudicis tenetur reddere: *vt C. de rei vindi. l. certum. §. bona fide.*

h ¶ *Non idem.* vt faciat fructus suos.

i ¶ *Cogitur restituere.* distingue tamen: quia si habet titulum malæ fidei possessor, de consumptis condictione sine [c] causa: de extantibus rei vindicatione tenetur: de percipiendis propter titulum excusatur: *vt C. de rei vindicatione. l. si fundum.* nisi in quatuor casibus. ¶ Primò quando emit ab eo, quem scit vendere in fraudem creditorem: *vt ff. quæ in fraudem credito. l. ait prator. §. per hanc.* Secundò quando emit ab eo, qui metu compulsus est: *vt ff. quod met. cau. l. sed & partus.* Tertiò quando emit contra interdicta legum sciens: *vt C. de agri. & censi. l. quemadmodum. lib. xj.* Item quartò: scilicet quando emit à fisco non solenniter vendente: *vt C. de fide instru. & iur. hasta fisc. l. j* [a]. Isti quatuor casus etiam not. *ff. quod me. cau. l. sed & partus. & l. si fundum. C. de rei vindicatione.* Si non habet titulum, de consumptis condictione sine causa: de exantib. rei vindicatione: *vt C. de condic. ex lege. l. pe. & Cod. de rei vindic. l. si fundum.* de percipiendis officio iudicis. *ff. de rei vindicatione. l. si nauis. §. finali.*

Is verò.] CAIVS. Domine, Titius habet vsumfructum in vniuersitate fundi: modò quæro à vobis, quando Titius vsufructuarius dominus fructuũ esse intelligatur? Ad hoc respon. Amice, iste, ad quem vsusfructus pertinet: non aliter dominus fructuum effici intelligitur, quàm cùm huiusmodi fructus ipse perceperit, & in horreo suo reposuerit: & ideò si vsufructuarius maturis fructibus, & à solo separatis: nondum tamen in horreo suo repositis decesserit: ad hæredem suum huiusmodi fructus non trãsmittit: sed domino proprietatis morte vsufructuarij acquiruntur.

¶ Et quæ de vsufructuario diximus, eadem ferè & de colono, qui nummis colit, intelliguntur. Sed pone quòd aliquis habeat vsumfructum in oue, vel in capra, vel in equo, vel in vacca: modò quæro quid intelligitur esse in huiusmodi vsufructu. Ad hoc respondet: Amice, in pecudum fructu etiam fœtus est: sicut lac, & pilus, & lana: vnde dico tibi, quòd agni, hœdi, & suculi, & equuli statim, cùm editi fuerint, naturali iure in dominio vsufructuarij esse intelliguntur: sed secus est in eo, qui habet vsumfructum ancillæ: quia ad dominum proprietatis pertinet. Sed domine, pro Deo, quare non fuit statutum partum ancillarum esse in vsufructu. sicut fœtus pecorum? Ad hoc respondet: Amice, optima ratione hoc statutum fuit. Absurdum enim videbatur hominem in fructu esse: cùm omnes fructus hominis gratia ipse Deus adinuenerit. Sed si aliquis vsumfructum gregis habeat, & aliqua ouis perierit: vsufructuarius in locum demortuorum animalium ex fœtu submittere debet. & ita Iuliano visum est. Et similiter qui habet vsumfructum vinearum, vel arborum, alias substituere debet. Rectè enim colere debet fructuarius. & quasi bonus paterfamiliàs vti. ¶ Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *thesauros.* in quo Iustinia. determinat qualiter per inuentionem dominium acquiritur de iure gent. & casus planus est vsque ad illum §. *per traditionem.*

k ¶ *Ipse.* alio enim percipiente non fiunt sui [b], sed fiunt bonæ fidei possessoris, etiam si eos alius percipiat: *vt ff. de vsuris. l. qui scit. §. præterea.* vel aliter si ipse percepit, non etiam hæres eius. nec enim ad hæredem transmittit. ACCVRS.

l ¶ *Perceptis.* vt si in horreo reposita [c] sunt, facit suos fructuarius: sed bonæ fidei possessor statim vt à solo separati sunt: *vt ff. quibus mo. vsusfruct. amit. l. si vsufructuarius.* Est & alia differentia, quia fructuarius facit suos naturales fructus, bonæ fidei possessor non: *vt ff. de vsufructu. l. vsufructu legato. & de vsur. l. fructus.*

m ¶ *Domino.* Sed per quam actionem? Respondeo, per rei vindicationem, cùm dominus sit: vel condictione ex hac lege.

n ¶ *De colono.* qui [d] nummis colit. nam omnes fructus facit suos: vt vsufructuarius: sed differunt, quia colonus talis facit fructus suos statim vt à solo decerpti sunt: *vt ff. de furtis. l. si apes. §. finali.* secus in vsufructuario, vt hîc dicitur: vel dicas de partiariis [e]: *vt ff. loca. & conduct. l. cùm in plures. §. messem.* secundùm Azo. Item dicit ferè, propter aliud: quia colonus transmittit ad hæredem: *vt infrà de loca. & condu. §. fin.* sed fructuarius non: vt hîc.

o ¶ *Fœtus.* quasi dicat ita fœtus: sicut, &c.

p ¶ *Pilus.* bouis, vel etiam capratum ad borram sellarum.

q ¶ *Et suculi.* id est, parui sues.

r ¶ *Naturali.* id est, gentium, de quo loquitur s. *eo. §. singulorum.*

s ¶ *Pertinet.* quantum ad plenam proprietatem: nisi etiam & in parte sit vsusfruct. legatus: *vt ff. de vsufr. l. vetus.*

t ¶ *Absurdum.* sic *ff. de vsuris. l. in pecudum.*

a Hoc procedit: quia ille emit circùscripta solennitate iuris: secundùm Christop.

a Dic hoc verum in aliis cõtractibus, præterquam in emptionibus: quia in illis requiritur quòd duobus tepori-bus habeat bonam fidem: videlicet tempore contractus, & tempore traditionis: *vt est text. in l. ij ff. pro empto.* & quæ sit ratio differentiæ, ibi not. Ange.

b Fructus industriales, qui nõ proueniunt sine hominis industria, vt vinum, oleum, frumẽtum. Naturales verò, qui ipsa natura proueniunt, vt poma, fœnum.

c Conditio sine causa cõperit quotiens aliquid est, vel fuit apud te sine causa, quod mea interest habere. *ff. de cõdi sine causa. per tuti.* Aegi. Per.

a ¶ *In fructu.* scilicet vt ipse sit fructus: sed tamen in eo relinquitur vsusfructus.

b ¶ *Rerum natura.* id est, Deus: *sic §. de iur. na. in prin.* vnde dicitur apud Ouidium, *Pronaque cùm spectent animantia cætera terram: Os homini sublime dedit, cœlúmque videre: Iussit & erectos ad sydera tollere vultus. Sic ff. de ædil. edic. l. iustissimè. & ff. de furt. l. qui vas. §. ex furtiuis. & ff. de petit. hære. l. ancillarum.*

c ¶ *Gregis.* grex est numerus decem ouium, vel quinque pecorum, simul, & congregatim cõsistentium [a]: *vt ff. de abigeis. l. oues. & facit, ff. de vsuc. l. rerum mixtura. §. tertium.*

a Item decem homines cõstituũt populum, vel turbã: tres collegiũ: duo cõgregationẽ, & rixam: *vt c. extrà, de electio. secundùm Christoph.* Et decem hominesfaciũt turbã: *ff. vt bon. rap. l. prætor. §.* & numerus Charitũ incipit cõuiuium, Musarum verò numerus finit ipsum: id est, non debẽt esse in cõuiuio pauciores tribus: nec plures decem: *vt scribit Gell. in noct. Att. & Macrob.* Aegid. Perr.

d ¶ *Ex fœtu.* Aliunde enim non submittit, secundùm quosdam. vel fortè submittet etiam aliũde: *arg. ff. de vsufruc. l. quid ergo. §. sed quòd dicitur. in fin.* ADDITIO. Hæc glos. communiter approbatur, vt non solùm ex fœtu aliarum suppleat capita: sed etiam opus habeat aliunde quærere, & supplere. *Christopho. & Ange.*

e ¶ *Submittere.* quæ submissio non fit si in singulis capitibus fit vsusfru. *vt ff. eo. de vsufruct. l. quid ergo. §. sed quod dicitur. in fin.*

f ¶ *Thesauros.* Est autem thesaurus, pecunia ab ignotis dominis vetustiori tempore abscondita: *vt C. de thesauris. l. j. li. x. in prin.* Vel depositio pecuniæ, cuius memoria non extat: *vt ff. de acquir. rerum domi. l. nunquam. §. thesaurus.* quandóque impropriè dicitur: *vt ff. de acquir. posses. l. peregrè. in princi. & ff. ad exhi. l. thesaurus.*

g ¶ *Loco.* aliàs solo.

h ¶ *Suo.* iure directo, vel vtili: vt feudatarius, vel emphyteuticarius, vel similes [b]: licèt Placen. aliud dixerit in his. ¶ Quid si mercenarius [c] dum laborat in alieno, vel creditor in pignore inuenit thesaurum? Respon. dimidium eius est, in cuius fundo inueniunt [d] & dimidium sibi acquirunt: *vt ff. de acqu. re. do. l. si is, qui. §. quòd si creditor.*

b Quid si concurrant vnus contra alterũ: vel ambo contra tertiũ, quid iuris? itẽ quid in vsufructuario: vel si reperiatur in fundo præscripto, seu dotalitio? per Ang. hîc.

c Qui ad hoc fodiendum nõ fuit cõductus: aliàs secùs: *vt l. qui propris. §. procurator, vt in causis. ff. de procur.* Ang.

d Hoc est falsum: *vel l. is, qui in alieno. §. fi. ff. de acquir. rer. do.* Ang.

a ¶ *Idémque statuit.* Idem Hadrianus, fratres Imperatores contrà, sic paulò pòst concessit: idem scilicet Hadrianus, Gratia. Valent. Theodosius contrà. CVIAC.

i ¶ *Religioso. vt ff. de iure fisci. l. ij. §. si in locis.* contrà. Solut. hîc corrigit secundùm B. vel hîc secundùm naturalem rationem, vt patet in littera, ibi, secundùm ciuilem rationem, quę præualet: sicut in vsucapione contingit, secundùm Ioan.

k ¶ *Fortuito casu.* Casus est inopinatæ rei, euentus ex diuersis causis proueniens ob aliud, & aliud incœptis.

l ¶ *Non data ad hoc opera.* aliàs totum domino redditur: in suo tamen loco potest operam dare: non tamen magica arte, aliàs esset fisci: *vt C. de thesau. l. vnica. lib. v.* ACCVRS.

m ¶ *Domino.* sed per quam actionem? Respon. per rei vindicationem, cùm dominus sit: vel condi. ex hac lege. ADDITIO. Pecunia tamen recondita in muro domus venditæ non cedit emptori: sed remanet reconditoris. ANGE. An autem sufficiat solus oculorum aspectus: vel etiam requiratur apprehensio, & quis præferatur: vide per Christoph. hîc.

n ¶ *In Cæsaris loco.* scilicet patrimoniali.

o ¶ *Fiscali loco,* non tamen publicè deputato. ACCVRS.

p ¶ *Vel publico.* id est, publicè deputato.

q ¶ *Ciuitatis.* quæ loco priuatorum sunt: *vt ff. de verb. signifi. l. cum, qui vectigal.*

r ¶ *Fisci.* sed si fisci partem suppresserit, totum cum altero tanto reddit: *vt ff. de iure fisci. l. ij. §. fin.*

Per traditionem.] CASVS. Domine, iam vidi multos modos, per quos acquiritur dominium de iure gentium, nunquid pluribus modis potest acquiri? Respond. quòd sic. Per traditionem enim à domino factam, iure gent. quod naturali ratione introductum est, dominium nobis acquiritur. Nihil etiam tam conueniens est æquitati naturali, quàm voluntatem domini volentis rei suæ dominium in alium transferre, ratam haberi. & ideò cuiuscumque generis sit res, corporalis videlicet, siue mobilis, siue immobilis, tradi potest: & à domino tradita alienatur. Et ideò stipendiaria, & tributaria prædia per traditionem eodem modo alienari possunt. Sed domine, quæ dicuntur prædia stipẽdiaria, & tributaria? Respõdet Iustinianus: Stipendiaria, & tributaria prædia dicuntur, quæ in prouinciis sunt. Sed licèt in Italia non sint talia prædia (cùm inter pædia prouincialia, & Italica, quantum ad dominij translationem, ex nostra constitutione nulla sit differentia) tamen si Italica prædia ex causa donationis, vel dotis, vel qualibet alia iusta causa ad dominij trãslationem sufficiente, à domino alij tradantur: sine dubio transferuntur, sicut prouincialia prædia, quæ eodem modo tradita fuissent. Sed licèt dixerim tibi, per traditionem transferri: hoc tamen non generaliter est verum. nam venditæ res, & emptori traditæ à domino non aliter acquiruntur emptori, quàm si emptor venditori pretium soluerit, vel alio modo eidem satisfecerit: putà dando ei fideiussorem, aut etiam pignus: & hoc cauet etiam lex xij. ta. rectè tamen dicitur & de iure gen. hoc effici. Veruntamen si venditor neque pretio sibi numerato, neque fideiussore, vel pignore sibi dato, fidem emptoris secutus ei rem tradiderit: dicendum est statim rem emptoris fieri. Sed pone, Procurator Titij de voluntate domini vendidit mihi equum Titij, & pretio numerato equum mihi tradidit: modò quæro, vtrùm per traditionem à procuratore factam dominium equi videatur mihi acquisitum? Respondeo quòd sic. Nihil enim interest, vtrùm ipse dominus rem suam alicui tradat, an alius de voluntate eius: & ideò si alicui libera vniuersorum negotiorum administratio à domino permissa fuerit, & ipse administrator ex huiusmodi negotiis aliquam rem vendiderit, & tradiderit: huiusmodi rem per traditionem accipientis facit. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *interdum.* Franc. de Aret.

† Et si partem ad fiscum pertinentem suppresserit, totũ cum altero tanto cogitur soluere: *l. ij. §. fin. ff. de iure fisci.*

† Facit ad h. §. Gl. 3. in ca. extrà de pign.

† Nihil tã naturale, quã volũtatem domini rem suam in alium transferentis seruari. De iure cano. transfertur beneficium per sententiã Pontificis etiã sine traditione: *vt in ca. proposuit. cum Gloss. super verbo, vacare. extrà, de concess. præb.*

f ¶ *Per traditionem quoque.* non solùm inuentione: *vt* s. §. *proxi.*

t ¶ *Iure naturali.* id est, gentium: *vt infrà, §. proxi.*

u ¶ *Acquiruntur.* causa præcedente vera, vel putatiua [a], vt indebitum: aliàs non: *vt ff. eodem. l. nunquam. & j hoc §. ibi: Sed si quidem, &c.*

a In qua, & tradens, & accipiens conueniãt: putà quia ambo eã sciãt, vel credant subesse.

x ¶ *Nihil.* Imò Deo seruire. sed hyperbolicè loquitur: *sic ff. de pactis. l. j. in prin. & ff. de actio. empt. l. ex empto. in princ. & C. de trãs. l. non minorem.*

y ¶ *Voluntatem.* dum tamen sit legitima. nam cui bonis interdictum est, non alienat: *vt ff. de cura. fur. l. j. in princ.*

z ¶ *Cuiuscunque.* id est, siue mobilis, siue soli.

a ¶ *Corporalis.* incorporales enim tradi non possunt: *vt ff. de acquir. rerum dom. l. seruus. §. incorporales.*

b ¶ *A domino.* hoc quandóque fallit, & eius contrarium inuenitur verum: *vt infrà, quibus alienare licet, vel non.* Sed hoc est regulare: *vt hic. & ff. eod. l. traditio.*

c ¶ *Alienatur.* id est, dominium transfertur. ACCVRS.

d ¶ *Stipendiaria.* scilicet b quæ militibus pro stipendiis dantur: *vt ff. de rei vindi. l. item si verberatum. §. y. & de eui. l. Lucius. & de acquirendo rerum domin. l. in agris.*

b Stipendiaria prædia.

β ¶ *Itaque stipendiaria.* Hæc prædia & priuata dicuntur, & publica, quod auctore Aggeno Vrbico dum priuatus laborat in proprio, & tributum, aut stipendium publico, & sibi alimoniam arua excolendo procurat. Italica prædia tributaria, aut stipendiaria non sunt. igitur publica non sunt. hæc mancipi sunt. illa nec mancipi. sed hæc posterior differentia sublata est a Iustiniano: id tamen notãdum est, impetrato iure soli Italici.

prouincia

prouincialia etiam prædia publica non esse. CVIAC.

a ¶ *Tributaria.* quæ [a] tributa Romæ reddunt.

b ¶ *Alienantur.* per traditionem. ADDITIO. Quæ quot modis fieri intelligatur, vide Angel. Et an per verbum, *tradidit*, positum in instrumento, probetur: vide Bar. & Christoph. hîc.

c ¶ *In prouincys.* quasi dicat, talia prædia non sunt in Italia. ACCVRS.

d ¶ *Inter quæ.* sci. prouincialia [b].

e ¶ *Constitutione.* vt C. *de vsuc. transfor. l. vnica.*

f ¶ *Nulla est differentia.* sc. quantum ad dominij translationem: *vt* C. *de vsucap. transfor. l. vnica.* sed quantum ad tributa est differentia. C. *de episcop. & cleric. l. de his.*

g ¶ *Sed si quidem.* verè nulla est differentia: sed si, &c.

h ¶ *Tradantur.* sc. stipendiaria prædia, & tributaria. ACCVRS.

i ¶ *Transferuntur.* scil. prouincialia prædia: sicut Italica. & est verum in omnibus, nisi scriptura necessaria sit, secundùm Ioan. *vt* C. *de suffra. l. vnica. §. quòd si prædia.* Item sunt vera, si accipiens inducatur in vacuam possessionem, secundùm quosdam: *vt C. de proba. l. cùm res.* Ioan. contra. *vt ff. de fun. dot. l. si fundum. & de acquir. rer. do. l. homo liber. §. quicquid.* sufficit enim induci in possessionem, licèt non vacuam. Quod autem in dicta *l. de proba.* dicitur: demòstratiuè, quòd sic euenerit: non causatiuè dicitur.

k ¶ *Verò.* pro sed. ACCVRS.

l ¶ *Res.* quæ loco [c] pignoris à venditore teneri possunt: *vt ff. de act. emp. l. Iulianus. §. offerri.*

m ¶ *Pignore.* quod sic intelligo, si placeat venditori aliud, quàm pretium accipere: aliàs non: *vt ff. si cer. pet. a. l. ij. §. j.*

n ¶ *Dato.* poterit ergo vindicare venditor rem: scilicet si non fuit de pretio satisfactum: *vt ff. de tribu. l. procuratoris. §. sed & si dedi mercem.* nisi emptor tunc pretium offerat: *vt ff. man. l. diligenter. §. j. in fi. & ff. de precario. l. ea, quæ.*

o ¶ *Lex xij. tabularum.* quæ est ius ciuile: *vt ff. de iusti. & iur. l. ius ciuile. §. hoc igitur.* non solùm gentium d.

p ¶ *Iure naturali.* sic dictum quòd naturali ratione inductum fuit: *vt suprà, de iure natu. §. quod verò. & §. sed naturalia.*

q ¶ *Vendidit.* & tradidit.

r ¶ *Fidem emptoris.* Quid si dedit diem ad soluendum? respon. non facta solutione vindicat, secundùm Io [c]. C. *de pact. inter emp. & vendi. l. commissoria.* potest tamen contradici: quia aliud est simpliciter diem solutioni statuere, aliud pactum legis commissoriæ [f] ponere. ¶ Item quid si simpliciter tradat? Respon. videtur sequi fidem, nisi contrà probetur: vt quia fortè dicebat emptor præsentem se habere pecuniam: *vt ar. ff. de pig. act. l. ij.* Et ar. *contra. ff. de trib. l. procuratoru. §. sed si dedi.*

s ¶ *Emptoris fieri.* nisi in casibus: *vt ff. de iur fis. l. si procurator. §. fi. & ff. de re iud. l. à diuo Pio. § sed emptor.*

t ¶ *Nihil.* Quod & enim quis per alium facit, ipse facere videtur: *vt ff. de vi, & vi ar. l. j. §. deiecisse. & infrà, de iniur. §. non solùm. & ff. de iniur. l. item apud. § fecisse.*

u ¶ *Permissa sit.* vel ab ipso domino, vel ab alio domini voluntate.

x ¶ *Si cui libera.* Hic alienare ita demum potest, si id exigat negotiorum administratio: non donandi, non deminuendi causa. denique eadem lege transigere potest. *l. mandato. ff. de procurat.* CVIACIVS.

x ¶ *Libera.* secùs in generali procuratore, qui non habet liberam: *vt ff. de procu. l. procurator cui. & l. procurator totorum.* Sed M. distinxit [b] inter procuratorem totorũ bonorum, vt ibi: & vniuersorum, vt hîc. ADDITIO. Dic plenè per Bartol. in *l. procurator cui generaliter libera. ff. de procu.* & quando, & quomodo dicatur libera concessio, vide ibi Bar. ANGE.

Interdum.] CAROVS. Dixit suprà quòd non solùm traditione transfertur dominium: sed etiam quandoque sine traditione nuda voluntas domini sufficit ad dominium rei suæ transferendum: veluti si Titius aliquam rem tibi commodauit, aut locauit, aut apud te deposuit. ¶ Nam si prætereà eandem rem tibi vendiderit, vel donauerit, aut dotis nomine dederit: quamuis eam rem ex causa venditionis, aut donationis, vel dotis tibi non tradiderit: eo tamen ipso quòd ipse patitur huiusmodi rem tuam esse, statim per eum dominium eius tibi acquiritur, ac si eo nomine tibi eam tradidisset. & idem cõtingit in alia causa.

¶ Nã si quis vendiderit tibi merces in horreo suo depositas, & claues horrei tibi emptori traditæ sunt: dominium tibi mercium acquisitum intelligitur. ¶ Et non solùm voluntate transfertur dominium, quando habet voluntatem transferendi in personam certam: sed etiam aliquando voluntas domini sufficit ad dominium rei suæ transferendum in personam incertam: vt in tali casu: Prætores, vel cõsules quando missilia: id est aurum, vel argentum, in vulgus proiiciunt, vt multitudine populi ad huiusmodi missilia concurrente, liberiùs possint pertransire: licèt ignorent quantum quisque accepturus sit: tamen quia volunt vnumquemque esse dominum eius, quo acceperit, statim accipientem dominum efficiunt. ¶ Et eadem ratione verius esse videtur, si aliquis rem pro derelicto à domino habitam occupauerit: statim ipsum occupantem dominum fieri. Sed domine, dicatis mihi, quomodo dicitur quid haberi pro derelicto? Ad hoc respon. Amice, illud pro derelicto habetur, quod dominus tali intentione abiecit, vt illud ampliùs in numero rerum suarum esse nolit: & ideò statim, cùm abiecerit, dominus esse desinit: vnde cùm in nullius bonis sit: de iure gent. occupanti conceditur. ¶ Sed & alia causa proiiciendi res est: vt quando in tempestate maris causa exonerandę nauis eiiciuntur: & idcircò in huiusmodi rebus eiectis aliud ius statuitur. ¶ Nam huiusmodi res in tempestate maris eiectæ remanẽt in dominio eorum, qui eas eiecerunt: quia verum est dominos eas non eo animo eiecisse, vt ampliùs eas non haberent: sed quò magis ipsi cum naue exonerata periculum maris euadere possent: & ideò si quis huiusmodi res fluctibus expulsas, vel etiam in ipso mari consecutus fuerit animo lucrandi: furtum committit, & actione furti tenetur. ¶ Non enim multum videntur distare ab illis rebus, quæ de rheda currente dominis non videntibus cadunt. h. d. vsque ad finem tit. Franc.

Simulásque

---

a Tributaria prædia.

b Prædia prouincialia ab Italicis non differũt in dominij translatione, sed in tributis.

f Facit ad hũc §. Gl. 2. in ca. fin. extrà de pign.

e Nam hæ res proprie pignus non sunt, quia adhuc suæ res sunt sicut ante traditionẽ: ratio, quia pignº & dominiũ nequeunt cõcurrere. *l. neque pignus. ff. de re. iur.*

d Quo nimirũ non principaliter, sed approbatiuè, trãsfertur dominium in quãtum approbat ipsum contractũ dando formam: vt non aliter trãseat, quàm si fuerit de pretio satisfactũ: Christoph.

t In contrariũ est veritas: quia tũc videtur habere fidem de pretio: & trãsfert dominiũ, etiam si protestatus esset se non confidere vltra decẽ dies secundũ Ange.

f Pactum legis cõmissoriæ dicitur quando aliqua res vẽditur ea cõditione, quòd nisi pretium soluatur ad certũ diẽ, erit inempta: *vt colligitur ex l. 2. ff. de le. commissoria.*

g Per alium quod quis facit, ipse facere videtur.

h Procuratoris totorum, & vniuersorũ bonorum differentia.

a Dominiũ sine traditione quibus modis acquiri possit.

b Et an habẽs instrumentum crediti videatur procurator: vide Iason hîc.

c Hæc Gl. non est Accur. imò est additio.

a ¶ *Item si quis* [c]. hic est casus: vbi sine possessione tradita acquiritur dominium, & alios habes notatos *ff. de rei vin. l. si ager. in gl. finali.*

b ¶ *Depositas.* id est, repositas.

a Hæc etiã nõ est Accur. cum seq. super ver. *claues*: sed sunt additiones: ideò caue ne eas alleges pro ordinariis.

a ¶ *Simulatque* a. id est statim postquàm: *vt suprà eodem. §. ferè, & infrà, de empt. & venditio. in princ.*

b ¶ *Claues.* aliter de consuetudine Daciæ, in qua cùm aliquis vult legare, vel dare fundum Ecclesiæ, sumit parum terræ in panniculo, & ponit super altare, & ita transfert dominium: *vt extrà de cons. cap. ij.*

¶ Est tamen casus mirabilis, in quo sine omni traditione: sed sola voluntate: transfertur possessio, & dominium ipso iure: *vt Cod. de donat. l. quisquis.* vbi retentio vsusfructus in re donata inducit traditionem possessionis, & dominij per quandam iuris fictionem. Item, si relinquatur Ecclesiæ, vel ciuitati hæreditas, vel legatũ, vel ei res aliqua donetur, aut vendatur: statim dominium transfertur sine possessionis traditione. C. *de sacrosan. Eccle. l. vt inter diuinum.*

c ¶ *Transfert proprietatem.* & possessionem. ¶ Et quod dixi de proprietate, verum est, si dominus est tradens: aliàs causam præstat vsucapiendi, si hæc fiant coram horreo, & hoc propter præsentem b visionem rei: *vt ff. de contrahen. empt. l. clauibus, & de acqui. poss. l. j. §. si iusserim.* ¶ Et sunt hæc in ar. vt si c vendam equum, quem tradam per frenum, vel capistrum, vt dominiũ transeat. Accvrs. ADDITIO. Sunt multi casus, in quibus res non apprehenditur: & tamen possessio transfertur. Per solum visum: *vt ff. de acquir. poss. l. quod meo. §. si venditorem.* Per venditionem rei commodatæ, vel depositæ: *vt* ẽ. *eo. §. interdum.* Per traditionem clauium: vt hîc. Per traditionem instrumenti: *vt l. j. C. de donat.* Per conductionem de re propria factam. scilicet quando quis etiam rem suam vult possidere nomine alterius. Vnde versus d: *Visu, siue rei mutuatæ venditione, Clauibus, & chartis, mea si conduco scienter. Quamuis non aliter detur, possessio transit.* Vide, tu cononista, notata *in c. ex literis. in glo. fi. extrà de cons. vide etiam glo. in ver. nuda. §. interdum. suprà, eod.* quæ pro hac materia allegationes posuit sufficientes.

b Dic visionẽ nihil præstare: sed traditionẽ clauiũ in præsentia horrei, secũdùm Por. *Aegid. Perr.*

c Possessio sæpè transfertur, licèt res nõ apprehẽdatur: & qui illi casus sint.

d Versus.

d ¶ *Hoc amplius.* scilicet est hîc, quàm suprà in alio casu: quia suprà semper in personam certam: hîc in incertam.

e ¶ *In incertam.* Arg. *contrà infrà de lega. §. tutor.* Accvrs.

f ¶ *Missilia.* sic c dicta: quia in populum mittuntur, siue proiiciuntur, vt illuc currente multitudine possint prætores, vel consules pertransire: vt in coronatione domini Papæ vidi: *vt ff. pro dere. l. si id, quod. §. id, quod. & in Authen. de consulibus. coll. iiij. §. spargere autem. ibi, argentum verò, &c.*

c Missilia vnde dicantur.

g ¶ *Nolit.* verè, vel legis interpretatione: *vt in Auth. de nup. §. & multò potius. coll. iiij. & C. de infan. expo. l. fi. & C. de la. lib. tol. l. j. §. sed scimus.*

h ¶ *Desinit.* si abiecit, vel habere desiit rem immobilem: alioquin possessionem perdere potest, non dominium: *vt ff. de acquir. poss. l. si quis. ij. §. differentia. & ff. pro derelic. l. j. & ij.* ADDITIO. Aut stat in possessione, & habet animum habendi pro derelicto, & non perdit dominium: *vt d. l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquir. poss.* Aut exiuit de possessione: & tunc etiam perdit dominium, & habetur pro derelicto. & ita tenet glossa secundùm vnam opinionẽ in dicto §. differentia. quam ibi sequitur Bartolus, & docto. Ange.

i ¶ *Alia sanè causa.* aliàs alia causa: scilicet proiiciendi: & ideò aliud ius statuitur. Vide c. *excommunicationi. de rapto. extrà.*

k ¶ *Fluctibus.* id est vndis.

l ¶ *Furtum. ff. de fur. l. falsus. §. si iactum.* contrà. Sol. distingue animum proiicientis: quod patet, vt si librum apertum proiiciam, secundùm Ioan. vt ex hac lege, & illa colligitur: *vt, arg. ff. de dam. infect. l. si finita. §. si quis metu.* Item quid distat hoc furtum ab illo titulo, *ff. de incend. ruin. nau.* Respond. hoc locum habet quando non in ipso naufragio aliquid quis furatur: ibi in ipso naufragio: *vt ff. de incend. rui. nau. l. j. in fin. & l. ij. & ij. & ff. pro derelict. l. j. ij. & iij.* Accvrs.

m ¶ *Nec longè.* nam in aliquo distat: quia hoc sciente: illud ignorante domino fit: *vt ff. de acquir. pos. l. interdum. §. j.*

n ¶ *De rheda.* id est, de curru ducto ab equis.

o ¶ *Non intelligentibus.* id est non videntibus.

simulatque e claues b horrei tradiderit emptori, tranfert proprietatem c mercium ad emptorem.

Etiam incertæ personæ fortuita à domino facta traditio dominium transfert: ideò missilia in vulgus iactata, & res pro derelicto habitæ, apprehendentis fiunt. Quæ autem pro derelicto habita dicantur, & quæ non, subijcitur.

46. ¶ Hoc ampliùs d, interdum & in incertam e personã collata voluntas domini transfert rei proprietatem: vt ecce prætores, & consules, cùm missilia f iactant in vulgus, ignorant quid eorum quisque sit excepturus: & tamen quia volunt, quod quisque acceperit, eius esse: statim eum dominium efficiunt.

47. ¶ Qua ratione verius esse videtur, si rem pro derelicto à domino habitam occupauerit quis, statim eum dominum effici. Pro derelicto autẽ habetur, quod dominus ea mente abiecerit, vt id in numero rerũ suarum esse nolit g: ideóque statim dominus eius esse desinit h.

Proiecta in mare tempore tempestatis, vel cadentia de curru alicuius, non fiunt occupantis. Aret.

48. ¶ Alia sanè causa i est earum rerum, quæ in tempestate leuandæ nauis causa eiiciuntur. hæ enim dominorum permanent, quia palam est eas non eo animo eiici, quòd quis eas habere nolit: sed quo magis cum ipsa naui maris periculum effugiat. Qua de causa si quis eas fluctibus k expulsas, vel etiam in ipso mari nactus, lucrandi animo abstulerit, furtum l committit. Nec longè m videtur discedere à his, quæ de rheda n currente non intelligentibus o dominis cadunt.

DE REBVS CORPORALIBVS, & incorporalibus.

TITVLVS II.

Corporalia tangi possunt de sua natura: incorporalia verò non, licèt in eis contineantur corporalia: siue sint seruitutes reales, siue personales. Aret.

QVædam præterea p res corporales sũt q, quædam incorporales r.

1. ¶ Corporales hæ sunt, quæ sui natura s tangi possunt: veluti fundus, homo, vestis, aurũ, argentum, & denique aliæ res innumerabiles t.

2. ¶ Incorporales autem sunt, quæ tãgi nõ possunt: qualia sunt ea quæ in iure cõsistũt u: sicut

DE REBVS corporalibus, &c.

a Continuatio.

Quia a visum est de secunda diuisione rerum: scili. quòd quædam sunt publicæ, quædam sunt nullius, & quædam singulorum, &c. sequebatur de tertia diuisione videre, qua ita se habet: quòd rerum quædam sunt corporales quædam incorporales: de qua diuisione tractaturus intitulauit istam rubri. de rebus corporalibus, & incorporalibus. Por.

b Diuisio.

QVadam.] Totus b iste titulus diuiditur in quinque partes. ¶ Primò ponit vnã diuisionem rerũ. ¶ Secundò definit res corporales: & per exempla demonstrat. ¶ Tertiò definit res incorporales: & etiam per exempla demõstrat. ¶ Quartò respondet cuidã tacitę quæstioni. ¶ Quintò prædicta extendit. Secunda ibi, *Corporales sunt.* Tertia ibi, *Incorporales.* Quarta ibi, *Nec ad rem.* Quinta ibi, *Eodem numero.* Pone casum per teipsum, quia litera satis plana est.

c Rerum diuisiones quot sunt.

p ¶ *Præterea.* i. c præter prædictam diuisionem. ẽ. *tit. j. in princ.* Est & alia: quia quædam communes, quædam publicæ, quædam vniuersitatis, quædam nullius, quædam singulorum. Item quædam corporales, quædam incorporales: vt hîc subiicit.

q ¶ *Corporales sunt.* sic *ff. de rerum diui. l. j. §. quadam.*

r ¶ *Quadam incorporales.* Quid hac diuisione nos iurisconsulti egemus? Respond. quia multa in corporalibus locum habent, quæ non obseruantur in incorporalibus. Incorporalia enim nõ traduntur, nec vsucapiuntur regulariter d: *vt ff. de acquiren. rerum do. l. seruus. §. incorporales. & de vsucap. l. vsucapionem.* non vindicantur: *vt ff. de rei vindicat. l. vindicatio.* ac non transferuntur penitus: *vt ff. pro soc. l. j. ij. & iij.* non possidentur: *vt ff. de acquiren. possessione. l. iij. in princ.* ADDITIO. Et de ista dictione, *in*, quid importet, vide Christophorum hîc ad notata, in ver. *incorporales.*

d Scilicet per se: sed cum rebus corporalibus sic, dũmodò concurrat scientia aduersarij: licèt in aliis præscriptionibus non requiratur: vt *l. fi. C. de præscri. long. temp. secũdùm Ang. &c.*

s ¶ *Sui natura.* nam secùs si propter difficultatem. vt res in profundo maris, vel cœlo affixa.

t ¶ *Innumerabiles.* id est, non habiles ad numerandum. Ioannes.

u ¶ *Quæ in iure consistunt.* id est, sub hoc prædicabili, *ius*, continentur: in quarum definitionibus ponitur hæc dictio, *ius*, in prædicato: qualia sunt omnia iura: scilicet incorporalia: *vt ff. de rerum diui. l. j. §. quadam.*

x ¶ *Quæ in iure consistunt.* In iure, non in corpore: hoc est iura. *leg. & habet. 1. ff. de prec. l. Mauius. §. fundo. de leg. 2. l. vlti. in fin. Cod. præsc. long. temp.* Iura talia sunt: seruitus, hæreditas, dos, peculium, possessio, obligatio: nam hæc omnia iuris nomina sunt. Hæreditas igitur non est pecunia: sed successio. *l. nihil. de verborum significatione.* id est, ius successionis, *l. bonorum. ij. eodem.* Ait verò qualia sunt ea, quæ in iure consistunt: nec enim docet quot sint genera rerum incorporalium: sed qualia. nummi, iura non sunt: res tamen incorporales sunt: siquidem is, qui nummos debet, quantitatem debet, non corpora, *l. qui heredis. ff. de condict. indebiti. l. si is, cui nummos. de solution.* quæ lex citatur in l. *nam etsi fur. §. vltimo. de rebus credit.* Cviac.

Hæreditas.

a ¶ *Hæreditas.* vt ff. *de verb. signi. l. nihil.*
b ¶ *Vsus fructus. infrà de vsufru. in prin.*
c ¶ *Obligationes. infrà de oblig. in prin.*
d ¶ *Quoquo modo.* id est, siue ex contractu, vel quasi: vel maleficio, vel quasi: *vt infrà, de oblig. §. fi.*
e ¶ *Nec ad rem.* respõdet tacitæ obiectioni, quasi dicat, quomodò hæreditas est incorporalis, cùm in ea sint res corporales?
f ¶ *Ex fundo.* in quo vsumfructũ habemus.
g ¶ *Plerumque.* propter seruitutes, quæ actionem, vel obligationem debentur: *vt* j. *de act. §. ij.* & propter actionum cessionem: *vt ff. mand. l. si procurator. §. fi. & ff. de rei vind. l. si hominem. aliàs Iulianus. §. vsque ideò.* ACCVRSIVS.
h ¶ *Nam.* pro sed. aliàs tamen: & meliùs.
i ¶ *Ipsum ius hereditatis.* id est, ipsa hereditas. & sic intransitiuè hæc tria leguntur.
k ¶ *Fruendi.* scilicet vsusfructus.
l ¶ *Ipsum ius obligationis.* i. obligatio ipsa.
m ¶ *Eodem numero.* id est incorporalia.
n ¶ *Iura.* id est, seruitutes. ACCVRS.
o ¶ *Vocantur.* de quibus j. *tit. proxi.* dicitur statim. ¶ De quibusdam quæritur, licèt ad nos non pertineant: vt [a] de aëre, fumo, & de flatu animalis. Respond. secundùm philosophos, hæc esse corporalia. Item quid de angelis bonis, & malis, & anima hominis? Respond. hæc incorporalia esse.

[a] Fumus, & aër cõporalia sũt.

hæreditas[a], vsusfructus[b], vsus, & obligationes[c] quoquo modo[d] contractæ. Nec ad rẽ[e] pertinet, quòd in hæreditate res corporales[f] continentur. Nam & fructus, qui ex fundo[f] percipiũtur, corporales sunt: & id quod ex aliqua obligatione nobis debetur, plerumque[g] corporale est: veluti fundus, homo, pecunia. nam[h] ipsum ius[i] hereditatis[i], & ipsum ius vtendi fruendi[k], & ipsum ius obligationis[l] incorporale est.

3. ¶ Eodem numero[m] sunt iura[n] prædiorum vrbanorum, & rusticorum, quæ etiam seruitutes vocantur[o].

[f] sic contentum nõ semper sequitur naturã continentis: hinc est quòd & solus fundus sic in peculio, nõ sequitur eo vindicato, & ipsum peculium vindicetur. *Argi. Perr.*

DE SERVITVTIBVS prædiorum rusticorum, & vrbanorum.

TITVLVS

Animaduerte seruitutum quasdam à re rei deberi (quas reales appellamus:) quasdam verò à re persona. de prioribus hoc titulo traditur: de reliquis proximioribus titulis disputabitur.

Est autem seruitus realis (vt Bartolus lib. 2. digest. tit. de seruit. in l. j. definit) ius prædio inhærens ipsius vtilitatem respiciens, & alterius libertatem deminuens.

Rusticorum prædiorum seruitutes sunt, quæ rusticis prædijs (id est gratia fructuum percipiendorum, aut colligendorum factis) debentur: vt via, iter, actus, & id genus similia.

Vrbanorum verò prædiorum sunt, quæ vrbanis prædijs (id est, ædificijs) debentur: quarum exempla profusè hic traduntur. constituuntur autem seruitutes vt scribitur ad finem huius tituli.

RVsticorum[p] prędiorũ iura[q] sunt hæc: iter, actus, via, aquæductus. Iter est ius eundi[r], ambulandi[s] hominis: nõ etiam iumentum[t] agendi[u], vel vehiculum. Actus est ius eundi, ambulandi hominis, agendi iumentum[u], vel vehiculum. Itaque qui iter habet, actum non habet[x]: sed qui habet actum, iter habet[y], eóque[z] vti potest etiam sine iumento. Via est ius eundi[a], & agendi, & ambulandi hominis. nam iter & actum[y] via in se continet[b]. Aquæductus est ius aquæ ducendæ[c] per fundum alienum.

1. ¶ Prædiorum vrbanorum sunt seruitutes hæ, quæ ædificiis inhærent: ideò vrbanorum prædiorum dictæ: quoniam ædificia[d], omnia vrbana prædia appellamus, etsi quod non est in actu: *vt ff. de serui. rust. pradio. l. via. & l. certo. §. latitudo. & l. via constituí.* ACCVRS.

[a] Actus, & via differunt.

[b] Dũmodò ciuiliter gerat: & nõ deuastet fructus. Quod no. pro capitaneo, cui cõceditur transitus per aliquod territorium. *Angel. & Ias.*

[c] Etsi expresè in aliquo loco angusto cõcedatur, valet tacitè vt actus, aut iter, secundùm Ang. hîc.

[p] ¶ *Rusticorum.* sic *& ff. eo. l.* j.
[q] ¶ *Iura.* id est, seruitutes. ¶ Et no. hîc tria genera seruitutum. 1. Quædam à persona personæ debentur: de quibus dicitur *suprà, de iure perso.* 2. Quædam ab vna re alteri rei: de quibus dicitur in hoc titulo. [d] 3. Quædam à re personæ: vt vsusfructus, & vsus, & habitatio: *vt infrà tit.* j. *& ij.* 4. Potest & quartum dici, vt à persona rei debeantur: *vt ff. de cond. & demonst. l. Titio centum. §. Titio. ij. & de ali. & cib. le. l. seruos.*
[r] ¶ *Iter eundi.* solus: vt per hoc differepet à sequenti. ACCVRS.
[s] ¶ *Ambulandi.* scilicet cum alio.
[t] ¶ *Iumentum.* s. separatum à se, vel armenta separata à se: sed super equum ire potest: *vt ff. de seruitu. rusticorum prædiorum. l. quia sella. in principio. & l. iter.* Quandóque iter non est seruitus, vt si vsufructuario detur à domino alterius prędij: *vt ff. si seruitus vin. l. ij. §. ij.* Tertiò grossè dicitur quælibet via, per quam itur.
[u] ¶ *Iumentum.* vel subtus, vel ante se. & idem si in vehiculo.
[x] ¶ *Actum non habet.* per consequentiam.
[y] ¶ *Iter habet.* quo ad cõmodum, nõ quo ad seruitutẽ. sunt enim duæ seruitutes diuersæ: *vt ff. si ser. vin. l. loci. §. j. & ff. de adi. leg. l. j.*
[z] ¶ *Eoque.* scilicet itinere contento sub actu.
[a] ¶ *Eundi.* hæc ver. expone: *vt suprà eo. §. j.*
[y] ¶ *Nam iter, & actum.* Qui actum habet, actũ vindicat, non iter & actum. Qui viam habet, aut viam vindicat, aut iter simul, & actum. Viæ latitudo legitima est, idque non iuris nostri auctores solũ tradidere: sed Varro *lib. vj. de ling. lat.* Actus latitudo non est legitima. Via est, quâ vehiculũ, & iumẽtum ire potest. Actus est etiam, quâ vehiculum duci nõ potest, modò si iumẽtum agi potest. *l. si tam. ff. de seruit.* ponitur & alia differentia in *l. qui sella. ff. de ser. rust.* via autem per latitudinem diuisa, efficit duas semitas. *l. nam satis. ff. quemad. ser. amit.* CVIAC.
[b] ¶ *Continet.* Sed quæ est differentia[a] secundùm hoc inter actum, & viam? Respon. qui habet viam, potest trahere trabes, & lapides, & rectè ferre hastam[b]: quæ non permittuntur habenti actum: *vt ff. de serui. rustic. pradio. l. qui sella. §. j.* Item certa viæ latitudo est viij. pedum in directum, in angulis xvj. nisi maiorem, vel minorem pla cuerit facere constituẽtibus[c],

Iaxat Donell. n. com. 6.

DE SERVITVTIBVS PRÆD. &c.

Dictum est suprà de rebus incorporalibus in genere, sequitur videre in specie: & ideò à seruitutibus initium facit, quæ sunt incorporales: vt suprà titu. j. in fine.

[b] Diuisio.

[Vsticorum.] Iste[b] titulus diuiditur in quinque partes. ¶ Primò ponit de seruitutibus rusticorum prædiorum. ¶ Secundò de seruitutibus vrbanorum prædiorum. ¶ Tertiò redit ad seruitutes rusticorum prędiorum. ¶ Quartò ponit quare appellantur seruitutes prædiorum. ¶ Quintò ponit qualiter dictæ seruitutes constituantur. Secunda ibi in *§. prædiorum.* Tertia ibi in *§. inter rusticorum.* Quarta ibi; *Ideò autem.* Quinta ibi in *§. si quis velit.* CASVS. Domine, iam video quòd vultis tractare de seruitutibus rusticorum prædiorum: dicatis ergo mihi, quid est iter? Ad hoc respon. Amice, iter est, &c. prout continetur in litera. & sic pone casum de cæteris seruitutibus vsque ad *§. prædiorum vrbanorum.* Franc.

[d] Scilicet per se: sed cum rebus corporalibus fit, dũmodò concurrat scientia aduersarij: licèt in aliis præscriptionibus non requiratur: vt *l. fi. C. de præscri. long. temp. secundùm Ang. hîc.*

[c] Seruitutum quatuor genera. Alia à persona personæ: quędã à re rei: à re quædam personæ, quædam à persona rei.

[d] Quæ vt constitutæ sunt, transeunt cum ipsa re, ad quẽcunque vadat: secus si essent promissæ tantùm. Et in ipsarum constitutione debent cõstituẽs fundi seruientis, quam is, cui constituitur, fundi dominãtis in solidum habere dominium. Ang.

[p] ¶ *Rusticorum.* sic *& ff. eo. l.* j.
[q] ¶ *Iura.* id est, seruitutes. ¶ Et no. hîc tria genera seruitutum. 1. Quædam à persona personæ debentur: de quibus dicitur *suprà, de iure perso.* 2. Quædam ab vna re alteri rei: de quibus dicitur in hoc titulo. [d] 3. Quædam à re personæ: vt vsusfructus, & vsus, & habitatio: *vt infrà tit.* j. *& ij.* 4. Potest & quartum dici, vt à persona rei debeantur: *vt ff. de cond. & demonst. l. Titio centum. §. Titio. ij. & de ali. & cib. le. l. seruos.*
[r] ¶ *Iter eundi.* solus: vt per hoc differepet à sequenti. ACCVRS.
[s] ¶ *Ambulandi.* scilicet cum alio.
[t] ¶ *Iumentum.* s. separatum à se, vel armenta separata à se: sed super equum ire potest: *vt ff. de seruitu. rusticorum prædiorum. l. quia sella. in principio. & l. iter.* Quandóque iter non est seruitus, vt si vsufructuario detur à domino alterius prędij: *vt ff. si seruitus vin. l. ij. §. ij.* Tertiò grossè dicitur quælibet via, per quam itur.
[β] ¶ *Non etiam iumentum agendi.* Iumento vehi potest, iumentum agere non potest. Iter est quâ homines: actus quâ pecora transeunt. CVIAC.

[a] ¶ In

a ¶ *In villa.* non enim locus: sed materia facit vrbanum prædium: quod dic: *vt ff. de verb. signi. l. vrbana prædia.*
b ¶ *Vicinus.* id est, domus vicini.
c ¶ *Stillicidium.* quod stillat: & interdum directò cadit, interdum non: propter ventum fortè: sed flumen directò cadit: & maximè per dochiam. id est, canalem: *vt ff. de ser. vr. præd. l. seruitutes.* §. *stillicidium.* ACCVRS.
d ¶ *Non recipiat.* hoc sc. non recipere, est ius nõ seruitutis: imò potiùs libertatis. & hanc negatiuam referas ad omnia exempla proximè dicta. 2. Vel dic: sicut recipere talia est seruitus: ita econtrà si desinit recipere, est mihi quondam recipienti seruitus, & onus. & sicut in præscribẽda seruitute indigebam aliquo facto: sic econtrà in præscribenda sua libertate indiget facto: scilicet vt foramina obturet, vel similia faciat, quæ non sunt necessaria in prescriptione libertatis contra rusticam seruitutem: & ideò tãtùm in affirmatiua lex dicit de eis: scilicet ius eundi, agẽdi, &c. *vt ff. de seruitu. vrba. prædiorum. l. v. & suprà eod. circa princip.* ADDITIO Dic rationem diuersitatis, quòd vrbanæ seruitutes sunt nobiliores, & magis interest republicæ, quòd conseruentur, quã rusticæ: & ideò si quędã foramina obturẽtur, quædã non: in nihilo acquiritur libertas, secundùm Ange. hîc.
e ¶ *Vel non recipiat.* Aut stillicidium meo iure non recipio, aut iure seruitutis: meo iure, si non vicino cessero ius stillicidij immittendi. iure seruitutis, si vicino iam antè cessero ius stillicidij immittendi. Eodémq; prorsus modo, aut iure meo ædes altiùs tollo, aut iure seruitutis. Qua de re latiùs in §. *aquæ. de act.* CVIA.
f ¶ *Tollat.* vel non tollat: quod potest mihi prodesse ad lumina refulgenda. vnde dicitur in libro Machabęorum a *Refulsit sol in clypeos aureos: & resplenduerunt montes ab eis: vt ff. eo de ser. vrb. prad. l. si arborum.* §. *interdum.* 2. Vel dic quòd tollat vt sit seruitus, vt modò in aliis diximus.

a 1. Machab. 7. c.

Inter rusticorum.] CASVS. Domine, vos dixistis mihi quæ sunt seruitutes rusticorum prędiorum, & quæ vrba. sed nunquid plures sunt seruitutes rustico. præd. Ad hoc respõ. quòd sic. nam inter serui. rusti. prædiorum quidã rectè putant huiusmodi seruitutes connumerati: videlicet ius hauriendi aquam ex fonte vicini, item appulsum pecoris ad aquam, item ius pascendi, item seruitutem calcis coquendæ, vel arenæ fodiendæ. Et hęc dicuntur vsque ad §. *ideò autem.* Franc.

b Aquæ haustus seruitus hoc præstat domino, vt ei ius sit hauriendæ ex fonte vicini aquæ necessarię agro, vel operariis.

f ¶ *Aquæ haustum.* scilicet b ius hauriendi aquam necessariam agro meo, vel laborantibus in eodem ex fonte vicini. ADDITIO. Dic quatenùs est necessarium pro vtilitate fundi mei: *vt l. ergo.* §. *Neratius. ff. de serui. rusti. præd.*
g ¶ *Pecoris.* s. constituti ad stercorandum agrum meum: & sic bibent, vel pascentur in tuo vicino agro: & hic sunt reales seruitutes. Sed contrà, *ff. de aliment. & cibaria. lega. l. Mela.* §. *nam & si haustus. in glossa. persona.* Respon. ibi personales dicuntur: quia cũ persona durant. *argum. ff. de seruitutibus rusticorum prædiorum. l. pecoris.* 2. Vel si non habeo prædium, cui suprà dicta expediant, non erit seruitus: sed magis aliud ius: scilicet pactionis, vel conuentionis: *vt ff. de serui. l. vt pomum.* ACCVRS.
h ¶ *Calcis coquẽdæ.* necessariæ ad domunculam in agro meo cõficiendã propter fructus recipiẽdos. Idẽ dicas de arena fodiẽda.

Ideò autẽ.] CASVS. Domine, iam video quæ sunt seruitutes tam rusticorum, quàm vrbanorum prædiorum: sed dicatis mihi quare huiusmodi seruitutes dicuntur prędiales? Ad hoc respon. Imperator: Certè amice, optima ratione dicuntur prędiales prędictæ seruitutes. Huiusmodi enim seruitutes sine prædiis constitui non possunt. Nemo enim seruitutem vrbanorum, vel rusticorum prædiorum potest acquirere, vel alij debere, nisi prædium habeat. Sed pone: Domine, iam video quare dicuntur huiusmodi seruitutes prædiales: dicatis mihi qualiter constituuntur huiusmodi seruitutes? Ad hoc respõd. huiusmodi seruitutes possunt constitui duobus modis. Aut enim constituuntur seruitutes huiusmodi inter viuos, aut in vltima voluntate. Si inter viuos aliquis velit seruitutẽ aliquam de superioribus vicino suo constituere, hoc pactis, & stipulationibus efficere debet. Si autem in vltima voluntate, potest etiam testator in testamento suo hæredem instituturn damnare vt altiùs ædes suas non tollat, &c. prout continetur in litera. h.d. vsque ad fi. tit. Franc.

testamento quis hęredem suum damnare†, ne altiùs tollat ædes suas m, ne luminibus ædium vicini officiat: vel vt patiatur eum tignum in parietem suum immittere, stillicidiúmve aduersus eum habere, vel vt patiatur eum per fundum ire†, agere, aquámve ex eo ducere n.

† Damnare, id est, obligare, inquit Nebris. *in lexi. iur. in diction.* damno.

† Et dies huius seruitutis legatæ cedit ab adita hæreditate: non à morte, secundùm Niceph. Aegid. Perr.

i ¶ *Nec quisquam.* scilicet vt seruitus sit: obligatio tamẽ esse potest: *vt ff. de euic. l. fundũ. ij.* §. *j. & ff. fam. ercisc. l. hæredes.* §. *an ea stip. versi. contrà si promissor via, &c.* ADDITIO.
¶ Et not. quòd debent esse domini in solidum: aliàs fundo communi non potest per vnum ex sociis libertas acquiri, nec seruitus imponi: quamuis sibi præiudicet, aliis postea etiam singulariter consentiẽtibus: potest tamen præscribere, seu petere declarari ipsam deberi. Item pluribus sociis promissam vnus ex eis in aliorum præiudicium remittere potest, secundùm Ange. hîc.

DE VSVFRVCTV.

TITVLVS IIII.

Vsusfructus, seruitus est personalis: id est à re personæ debita: definitur autẽ hîc à Iustiniano, constituiturque tã inter viuos, quàm in vltima voluntate. Item vsusfructus à proprietate separatus est. Qualitas non potest esse sine subiecto: & ad remotionem subiecti, sequitur qualitatis remotio, seu accidentis. Aret.

VSusfructus o est † ius p alienis q rebus vtendi r fruendi s salua rerum substantia. Et quòd hæc definitio bona sit, patet tali ratione: vsusfructus est ius: id est seruitus constituta in corpore: quo corpore sublato, & ipsum vsumfructum tolli necesse est. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *vsusfructus.*

† Hæc definitio vsusfructus ponitur etiam in Gl. *super verbo, vtatur. infra, de pig. act.*

k ¶ *Ius.* id est, aliquam seruitutem de superioribus.
l ¶ *Pactionibus.* id est, pactionalibus stipulationibus. similis expositio est, *ff. de acquirend. possessio. l. si rem. in fi.* Vel pactionibus: id est, contractibus aliis, vt venditione, & donatione. & quòd subiicit, stipulationibus: id est, obligationibus verborum tantùm.
m ¶ *Ædes suas.* quibus seruitutibus non impositis cuilibet vsque ad cœlum liberum est ædificare: *vt ff. quod vi, aut clam. l. fin.* §. *pe. & de ser. l. fina.*
n ¶ *Deducere.* his deficientibus cuilibet res sua libera est, & poterit alium prohibere volentem ingredi in suum agrum: *vt suprà de re. di.* §. *fera. &* §. *planè.*

a Aedificare licet vsque ad cœlum.

DE VSVFRVCTV.

Visum b *est suprà de seruitutibus realibus, sequitur videre de personalibus: ideo sequitur de vsufructu, qui est seruitus personalis:* vt l. j. ff. de seruitutibus. *quia plures sunt species seruitutis:* vt nor. glo. suprà titu. j. in princ.

b Continuatio

c Diuisio.

Vsusfructus.] Totus iste titulus diuiditur c in quatuor. Primò ponit definitionem vsusfructus. Secundò qualiter constituatur. Tertiò super quibus rebus. Quartò quo modo finiatur. Secunda ibi; *Vsusfructus.* Tertia ibi; *Constituitur.* Quarta ibi; *Finitur.* CASVS. Accessi ad Iustinianum, & ita proposui coram eo: Domine, iam video quòd vultis tractare de vsufructu: dicatis, quid est vsusfructus? Ad hoc respõ. Imperator: Amice, vsusfructus est ius vtendi fruendi rebus alienis salua rerum substantia. Et quòd hæc definitio bona sit, patet tali ratione: vsusfructus est ius: id est seruitus constituta in corpore: quo corpore sublato, & ipsum vsumfructum tolli necesse est. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *vsusfructus.*

o ¶ *Vsusfructus.* sic *ff. eo. l. j. & ij.*
p ¶ *Est ius.* id est d seruitus, & per hoc patet quòd non loquitur de ipsis fructibus fundi, qui sunt corporales: imò de iure vtendi: *vt suprà de rebus corporalib. & incorp.* §. j. Sicque per hoc verbum, scilicet quia expono ius: id est seruitus, remouetur e vasallus f, superficiarius, & qui aliàs vtile dominium habet. Item hoc ius est etiam personale: quia cum persona extinguitur: *vt j. eo.* §. *finitur.* Item est forma ℣ quædam à proprietate separata: cùm apud vnum possit esse proprietas, apud alium vsusfructus: *vt ff. de acq. poss. l. permisceri.* Ius h autem, quod dominus fundi habet in fructibus percipiendis, est cum causa: id est cum proprietate: *vt ff. de excep. rei iud. l. si cum testamento.* §. *penul.*

d Ius pro seruitute.
e Vsufructuarius quatenus dicitur seruitutem habere, differt à vasallo, superficiario, & alius vtile dominium habentibus.
f Vasallus fruditur vtile dominium habet.
g Vsusfructus formalis quid.
h Vsusfructus causalis quid.

q ¶ *Alienis.* nã sua res nemini seruitutem debet: *vt ff. de ser. vrb. prad. l. in re communi. & ff. si vsusfru. pet. l. vti frui. in princi.* Item quod subiicit, rebus, dic scilicet quibuslibet, nisi vsu consumãtur: *vt infrà, eo.* §. *constituitur, & ff. si cer. pe. l. j. in fi.*
r ¶ *Vtendi.* ad differentiam creditoris, qui vti non debet pignore: *vt infrà, de oblig. quæ ex delic. na.* §. *furtum.* ACCVRS.
s ¶ *Fruendi.* ad differentiam nudi vsus: in quo tantùm vti, & non

b Hæc cõmuniter probatur. Similis est *Gl. in l. antiquitas. Co. eo.* Ex hoc sequitur neminẽ posse renuntiare iuri ce lendi: nec se obligare ad perpetuum carcerem, secundùm Pot.

non frui permittitur: *vt infrà, tit.j.in prine.*

a ¶ *Salua rerum substantia.* id est, præstita cautione, vel satisdatione de saluanda substantia rei, secundùm quosdam. Et sic dicunt cautionem esse de substantia vsusfructus. arg. pro eis, *C.eo. l.j.& ff.de vsufru.le.l.vxori.* Nos contra. dicimus enim quòd hæc cautio non est de substantia vsusfruct. nam sine ea vsusfructus est. plus dico: quia in casibus nullo modo præstatur: *ff. vt le. vel fideicommiss. no. ca.l.j.§.si ad fiscum. & C.de bo.qua li. l.finali. & ff. vsufruct. quemadmo. ca. l. si vsusfructus.§. illud. & §.plane.* [a] Dic ergo salua rerum substantia: id est, ne pereat rerum substantia, q.d. tamdiu durat vsusfructus, quandiu durat substantia. & hoc statim probatur ibi est autem, &c. & sic verba illa sunt de definitione: sed nõ cautio.

b ¶ *Est autem.* scilicet vsusfructus.

c ¶ *Ius.* id est, seruitus, vel forma corpori inhærens.

d ¶ *Quo sublato.* id est, corpore perempto: vt domo destructa: vel fundo chasmate peremto: vel iumento mortuo, in quo vsusfructus habetur: *vt ff. pro socio. l. verum. §. pen.*

e ¶ *Ipsum.* scius vtendi fruendi. ACCVRS.

Vsusfructus. [CASVS. Domine, iam video quid est vsusfructus, dicatis mihi, si placet, qualiter constituitur vsusfructus. Ad hoc resp. Amice, vsusfructus recipit separationem à proprietate: & hoc potest variis modis contingere: vt ecce, si Titius legauit tibi vsumfructum fundi sui. nã in hoc casu hæres institutus nudam habet proprietatem: & tu habebis vsumfructum à proprietate separatum: & similiter in casu conuerso, si Titius legauerit tibi fundum deducto vsufructu. nam in hoc casu tu legatarius habebis nudam proprietatem: & vsusfructus penes hæredem Titij testatoris remanebit. Item poterit testator in suo testamẽto vni vsumfructum legare: alij vsufructu deducto fundum legare potest. Et hæc dicuntur vsque ad illum vers. *Si testamento.* Sed pone, domine, iam vidi qualiter constituitur vsusfru. in vltima voluntate: nunquid alio modo constitui potest? Respon. sic. Inter viuos enim vsusfructus constitui potest. vnde si quis velit vsumfr. alij sine testamento constituere: hoc pactionibus, & stipulationibus inter viuos efficere potest Hæc dicuntur vsque ad illum versi. *Ne tamen.* Sed pone, Domine, iam vidi quòd vsusfru. formalis separatur à proprietate: & proprietas nuda remanet: quę ergo vtilitas erit in proprietate? Ad hoc respõ. Amice, magna vtilitas est in proprietate. Ne enim in vniuersum inutiles essent proprietates, semper vsufructu existente separato, statutum est certis modis vsumfru. finiti. Et hęc dicuntur vsque ad illum §. *constituitur.* Franciscus de Are.

f ¶ *Vsusfructus.* Sed oppono: ante separationem non est vsusfru. sed nec post separationem recipit separationem. Respon. vsusfructus: id est, quia postea dicitur vsusfructus.

g ¶ *Nudam.* sic C. *de muli. quæ ser. propriis. l.j. § filij. sic & C. communia de ma. l.j. in princip.*

h ¶ *Deducto.* ¶ Nota, deducto. si enim vni simpliciter fundum, alij vsumfru. legauerit, ambo concurrunt in vsufructu: *vt ff. de vsufru. accre. l. idem Neratius. §. non solùm, & de vsufruct. earum rerum, quæ vsu consu. l. si tibi.* ADDITIO. Quod est verum secundùm Angel. quando vtrumque legatum erat speciale: secùs si legatum vsusfructus esset vniuersale: putà omnium bonorum: quod an obliget ad collectas, & ad debita hæreditas, vide per Ang. *infrà in §. sequen.*

i ¶ *Legare potest.* item & aliis modis: *vt ff. eo. tit. l. Proculus.* datur autem cùm inducitur in possessionem fructuarius, & proprietatius patitur eum vti frui: *vt ff. eo. l. iij. in princ.*

k ¶ *Constituere.* inter viuos.

l ¶ *Pactionibus.* expone: *vt suprà tit.j. diximus. §. si.*

m ¶ *Absedente.* id est, separato existente. ¶ Et erit pro quæstione illa, quòd liber homo non [b] poterit locare operas suas in perpetuum, ne libertas sit inutilis: quod Ir. concessit. *arg. ff. de rum substantia* [a]. Est autem [b] ius [c] in corpore, quo sublato [d] & ipsum [e] tolli necesse est.

1. ¶ Vsusfructus [f] à proprietate separationem recipit: idque pluribus modis accidit: vt ecce si quis vsumfructum alicui legauerit. Nam hæres nudã [g] habet proprietatẽ: legatarius verò vsumfructum. Et contrà si fundum legauerit deducto vsufructu: legatarius nudã habet proprietatem: hæres verò vsumfructum. Item alij vsumfructum, alij deducto [h] eo fundum legare potest [i]. Sine testamento verò si quis velit vsumfructum alij cõstituere [k]: pactionibus [l], & stipulationibus id efficere debet. Ne tamen in vniuersum inutiles essent proprietates, semper abscedente [m] vsufructu: placuit certis modis [n] extingui vsumfructum, & ad proprietatem reuerti.

Vsumfructum in quibusuis rebus constitui posse explorati iuris est, his solis exceptis, quæ vsu pereunt: quia salua non manet rei substantia: quasi tamen vsusfructus in eis constituitur: quo casu vsufructuarius cautionem domino præstat (quæ loco proprietatis succedit) de tanta pecunia, aut rerum consumptarum iusta æstimatione vsufructu finito restituenda.

2. ¶ Constituitur autem vsusfructus non tantùm in fundo [o], & ædibus: verùm etiam in seruis, & iumentis, & cæteris rebus, exceptis his, quæ ipso vsu consumuntur. Nam hæ res neque naturali [p] ratione, neque ciuili [q] recipiunt vsumfructum: quo in numero sunt vinum, oleum, frumentum, vestimẽta [r]: quibus proxima [s] est pecunia numerata [t]: Nanque ipso vsu assidua permutatione [u] quodammodo extinguitur. Sed vtilitatis causa senatus [x] censuit posse etiam earum rerũ vsumfructum constitui, vt tamen eo nomine hæredi vtiliter caueatur [y]. Itaque si pecuniæ vsusfructus legatus sit, ita datur legatario, vt eius fiat, & legatarius satisdet [z] hæredi de tanta pecunia, aut rerum consumptarum iusta æstimatione vsufructu finito restituenda. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *Constituitur.* [CASVS. Domine, iam video quid est vsusfru. & quibus modis constitui potest? Ad hoc respon. Amice, constitui potest vsusfr. non tantummodò in fundo, & ædificiis: sed etiam in seruis, & iumentis, & pecoribus, & omnibus aliis rebus tam mobilibus, quàm immobilibus, exceptis videlicet his, quæ ipso vsu consumuntur. Nam in huiusmodi rebus neque ciuili, neque naturali ratione vsusfru. constitui potest: veluti in vino, & oleo, frumento, & vestimentis: quibus similis est pecunia numerata in ipso vsu assidua permutatione quodammodo substãtialiter extinguitur Sed licèt propriè in prædictis rebus vsusfructus constitui non possit: tamen senatus vtilitatis causa statuit huiusmodi rerum, quæ vsu consumuntur, quasi vsumfru. posse constitui: ita tamen vt nomine earum rerum hæredi idoneè cautum sit. vnde si pecuniæ vsusfruct. alicui legatus sit, ipsa pecunia ita legatario datur, vt etiam in dominium ipsius legatarij transferatur: sed legatarius satisdationem exponit hæredi de tanta pecunia hæredi restituenda cùm ipse legatarius morietur, aut capite minuetur: & ita securitas cautionis apprehendendæ, loco proprietatis remanebit. & similiter si vsusfructus aliarum rerum, quæ ipso vsu consumuntur, quasi vsumfructus in eis constituitur: quo casu vsufructuarius cautionem domino præstat (quæ loco proprietatis succedit) de tanta pecunia, aut rerum consumptarum iusta æstimatione vsufructu finito restituenda.

2. ¶ Constituitur autem vsusfructus non tantùm in fundo [o], & ædibus: verùm etiam in seruis, & iumentis, & cæteris rebus, exceptis his, quæ ipso vsu consumuntur. Nam hæ res neque naturali [p] ratione, neque ciuili [q] recipiunt vsumfructum: quo in numero sunt vinum, oleum, frumentum, vestimẽta [r]: quibus proxima [s] est pecunia numerata [t]: Nanque ipso vsu assidua permutatione [u] quodammodo extinguitur. Sed vtilitatis causa senatus [x] censuit posse etiam earum rerũ vsumfructum constitui, vt tamen eo nomine hæredi vtiliter caueatur [y]. Itaque si pecuniæ vsusfructus legatus sit, ita datur legatario, vt eius fiat, & legatarius satisdet [z] hæredi de tanta pecunia, aut rerum consumptarum iusta æstimatione vsufructu finito restituenda. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *Constituitur.* Fran. de Aret.

o ¶ *In fundo.* etiam sterili: *vt ff. eod. l. statua. §. j.*

p ¶ *Naturali.* quia non potest esse salua substantia, quod esse debet: *vt suprà, eod. in princ.*

q ¶ *Ciuili.* quia transit in dominium legatarij: vnde sibi seruire non potest: *vt ff. si vsusfruct. peta. l. vti frui. in princip.*

r ¶ *Vestimenta.* Contrà, *ff. eod. l. sed & si quid. §. & si vestimentorum.* Sol. ibi loquitur de quibusdam vestimentis, quæ perpetuò durabant, hîc de temporalibus. Tu dic secundùm Ias. quòd ibi sit differentia: quia vsufructuarius quantitatis habet etiam dominium, vt hîc: non autem vsufructuarius vestimenti: vt ibi secundùm Ang.

s ¶ *Quibus proxima.* Similis, & affinis. CVIAC.

t ¶ *Permutatione.* nam quæ hodie est mea, cras erit tua. sic extinguitur quo ad dominium meum, quod desinit: *sic suprà de rerum diui. §. si tamen.* Item si cum alia misceatur [b], extinguitur: *vt ff. de sol. l. si alieni.*

x ¶ *Senatus.* cuius nomen non habemus.

y ¶ *Vtiliter caueatur.* Gaius rectè in l.2 *ff. de vsufru. ea. rer.* Rectè autem, & vtiliter, id est, satisdato. CVIAC.

z ¶ *Satisdet.* Sed nónne hæc satisdatio, vel illa, qua satisdat legatarius, vel vsufructuarius se vsurum arbitrio boni viri, potest remitti à testatore? Respon. non: *ff. vt in poss leg. l. si pecunia. & C. de vsufruc. l.j. & C. vt lega. no. ca. l. pen.* Illa autem satisdatio [c], quam præstat hæres de legato soluendo, bene potest remitti: *vt ff. vt leg. no. ca. l. licet. & l. fin.* ¶ Et est ratio: quia hæc satisdatio contem-

a Periculo tamen suo, etiam si fuerit approbatus: à iudice vti requiritur. Itẽ debet esse talis, qui alias principaliter ex se esset idoneus. Item verum si nõ fuit electa industria personæ, & non possit per semetipsũ seruire: alias secùs. *Ang.*

† *Hæc verba recitatur in Gl. pensibi, Item pecunia numerata. in c.fi. extra, de pignor.*

b scilicet bona fide: aliàs secùs, secundũ Angel.

c Satisdatio de legato soluendo potest hæredi remitti a testatore. Quid, vsufructuario potest ne remitti satisdatio à testatore de vtẽdo boni viri arbitrio? non potest. Cur tã varie? Ne dicas cũ Accursio, hãc postremã remitti nõ posse, quòd ius hæredis ea ratione minueretur: sed quia nominatim remissa vtẽdi viri boni arbitrio conditione, videtur testator fructuario laxare habenas vtendi viri mali arbitrio, quod est iniquum. Dicet aliquis, Testatorẽ fructuario vel plenam proprietatem cõferre potuisse. Concedi hoc potest. Verùm cõsemper curandum est, remissione cautionis hac formula, vt ne cõceptam vsufructuari[o] caueat de vtendo viri boni arbitrio, conceptã: fructuariũ ipsum inuitare, vt à viri boni officio discedat. Secus existimarem, si fructuario potestas facta esset donãdi, aut proprietatis etiã alienandæ. Hæc quidem potestas idem pene præstat, quod superior. sed non expresse, aut apertis verbis in bonos mores cõcipitur. Itaque expressa superior formula nocebit: tacita haud nocere videtur. *angel. & expressa. ibi. ff. de regu. iuris.*

b Hæc cõmuniter probantur. Similiter est *Gl. in l. antiquitas. Co. ca.* Ex hoc sequitur neminẽ posse renuntiare iuri ce lendi: nec se obligare ad perpetuum cæ cerem, secundùm Por.

d Ius pro seruitute.

e Vsufructuarius quatenus dicitur seruitutem habere, differt à vasallo, superficiario, & aliis vtile dominium habentibus.

f Vasallus feudi vtile dominium habet.

g Vsusfructus formalis quid.

h Vsusfructus essentialis quid.

a Quod verum est respectu rerum, quæ vsu non cõsumuntur: aliàs secùs: *vt infrà, eo. §. constituitur. in fi.* quamuis Ias. dubitet *per l. hoc seruitus. §. 1. ff. de vsufr. ea. re. quæ vsu cons. & propter specialia huius Glo.*

† Hæc definitio vsusfructus ponitur etiam *in Gl. super verbo, retatur. extra, de pign.*

a Aedificare licet vsque ad cœlum.

b Continuatio

c Diuisio.

Damnare, id t, obligare, quit Nebris. *lexi. iur. in dione, damno.*

Et dies hus seruitutis gatæ cedit adita hæreditate: non à horte, secunùm Niceph. *Legid. Perr.*

contemplatione hæredis interponitur: illa autem de legato præstando, gratia testatoris, vt sua voluntas adimpleatur: *vt C. vt le.no.ca. aliàs vt in poss.leg. l.ij.* Non est ergo mirum, si illud, quod sua gratia introductũ est, testator potest remittere, aliud autem non: *vt C. de pact. l.si quis in conscribendo. & ff. de pac. l. pactum. & de ope. li. l. cerdonem. & ad leg. Falcid. l. quod de bonis. §. fin.* ADDITIO. Imò æquè de fauore hæredis, ac de suo disponere potest, secundùm Christopho. *per l. vnum ex familia. §. si rem. ff. de leg. ij.* Et dicit ipse rationem: quia vno casu inuitaretur ad delinquẽdum: in aliis autem non. Ange. Aret.

a ¶ *Morietur, aut capite minuetur.* His enim duobus modis tantùm amittitur vsusfructus: *vt ff. de vsufr. ea. re. quæ vsu consu. l. in stipulatione. & l. quoniam.*

b ¶ *Satisdatur.* à legatario.

c ¶ *Æstimata.* scilicet eo tẽpore quando dãtur legatario: *sic ff. de vsuf. ea. re. quæ vsu consu. l. si tibi vini.* ACCVRS.

d ¶ *Poterat.* scilicet cùm substantia in his non saluetur, & dominiũ mutetur, vt suprà dictũ est.

e ¶ *Cautionem,* impropriè. nam satisdare debet: *vt C. de verborum sig. l. sancimus. & ff. de vsufru. ea. re. quæ vsu con. l. tribus. in fine.* quæ cautio loco proprietatis erit apud hæredem.

Finitur.] CASVS. Domine, iam video quid est vsusfructus, & qualiter constituitur, & in quibus constitui potest. dicatis modò mihi quibus modis finitur vsusfructus. Ad hoc respond. Amice, vsusfructus naturali morte vsufructuarij finitur: & similiter morte ciuili: videlicet maxima, & media capitis deminutio. vsufructuarij. finitur etiam vsusfructus, si vsufructuarius non vtatur vsufructu per tẽpus à lege statutum. & hæc omnia statuit nostra constitutio. Et non solummodò prædictis modis finitur vsusfructus: sed etiam cessione. Nam si vsufructuarius domino proprietatis cesserit: finitur vsusfructus: secùs si extraneo cesserit. Nam extraneo cedendo nihil agit. Et similiter in casu conuerso si vsufructuarius proprietatem rei, in qua habet vsumfructum, acquisierit, finitur vsusfructus: & huiusmodi acquisitio proprietatis appellatur consolidatio. Et non solùm prædictis modis finitur vsusfruct. sed etiam interitu ipsius rei, in qua quis habet vsumfruct. nam si ædes incendio in totum consumptæ fuerint, vel terræmotu, vel vitio proprio corruerint, constat vsumfructum extingui, nec areæ vsumfruct. deberi. Et hæc dicuntur vsque ad illum vers. *cùm autem.* in quo pone casum sic: Domine, iam video quibus modis finitur vsusfruct. Dicatis mihi, si placet, quid iuris est, quãdo totus vsusfructus est finitus? Ad hoc respon. Amice, cùm totus vsusfructus finitus fuerit, reuertitur statim ad suam proprietatem: & consolidatur cum ea: & qui primò erat dominus nudæ proprietatis, incipit ex eo tempore plenam proprietatem & potestatem in rem habere. hæc dicuntur vsque ad fi. tit. Franc. de Aretio.

¶ Sic etiã clerici censentur vsufructuarij beneficiorum suorum: *vt in c. fi. extrà. de pign. & c. vlt. in Glo. secunda. de pecu. cleri.* & eorum morte finitur vsusfruc. *vt in dicta cap.*

f ¶ *Morte.* scilicet naturali. Sed contrà, *ff. de noua. l. si vsusfructus.* Solu. non contradicit. ibi enim antequam essem vsufructuarius, delegaui: vnde ex eius persona, cui delegaui, finitur: quia in eius persona incœpit. si autem postea delegassem, ex mea persona finiretur: *vt ff. de peri. & com. rei ven. l. necessariò. §. fin.* ADDITIO. ¶ Tu dic quòd formalis vsusfru. in formalem transire non potest: sed in causalem sic. & econtrà: & ideò ibi vtendi tantùm commoditas ceditur, secundùm Ang. hîc.

g ¶ *Capitis.* suprà *de capi. de.* §. j. *& ij. & iij.*

h ¶ *Maxima, & media.* quæ mortes ciuiles sunt: *vt ff. pro soc. l. verum. §. societas, ver. intereunt.* Non autem minima capitis deminutione: *vt infrà, de acqui. per arrog. in prin.*

α ¶ *Maxima, & media.* In l. *i. ff. de vsufr. leg.* hęc verba, *ex magna causa*, sunt Triboniani. Nam ante Iustinianum etiam minima capitis deminutio vsumfructum extinguebat. CVIAC.

i ¶ *Per modum, & tempus.* s. vt bonus paterfamilias a 2. Vel meliùs per modum, & tempus. i, per moderatum tempus, scilicet decem an. inter præsentes: viginti inter absentes: *vt C. de vsufr. l. corruptionem.* Sed relictus b ciuitati durat centum an. *vt ff. eo. l. an vsufr.* Actio verò competens pro vsufr. non tollitur ipso iure, cùm tempus non fit modus: tollẽdę obligationis: sed per exceptionem dicto tempore tollitur: licèt in aliis modis fruendi ipso iure etiam actio tollatur: *vt ff. de act. & obli. l. obligationem ferè. §. placet.*

a Imò tunc finitur, sed agitur contra ac. leg. Aqui. cautione interposita: *vt l. æquissimum. §. j. cum duob. sequent. ff. de vsufruct.*

b Vsusfructus ciuitati relictus durat centum annis.

ne areæ P quidem vsumfructum deberi.

4. ¶ Cùm autem finitus fuerit totus q vsusfructus, reuertitur scilicet ad proprietatem: & ex eo tempore nudæ proprietatis dominus incipit plenam in re habere potestatem.

β ¶ *Per modum, & tẽpus.* Si fructuarius per constitutum tẽpus nullo modo vtatur vel etiã si vtatur cõtra præscriptum modũ, vtroque casu non vtendo vsumfr. amissum dicemus: *arg. est l. si communẽ. §. j. & l. si quis alia. ff. quemad. ser. amit.* CVIAC.

DE VSV, ET HABITATIONE.

TITVLVS V.

Hæc quoque seruitus vsus personalis est: id est à re personæ debita: itidem dicito in habitationis seruitute. quid autem differat vsus ab vsufructu, aperit Iustinianus.

HIsdem illis modis, quibus vsusfructus constituitur r, etiam nudus vsus constitui solet s: hisdémque illis modis t finitur, quibus & vsusfructus desinit.

1. ¶ Minus u autem † iuris est in vsu, quàm in vsufructu. nam is, qui fundi nudum habet vsum, nihil vlteriùs habere intelligitur, quàm vt oleribus, pontis, floribus, fœno x, stramentis y, & lignis *l. qui mihi. ff. de donat.* CVIAC.

k ¶ *Constitutio. C. de vsufru. l. corruptionem.*

l ¶ *Cedendo.* Contrà. *infrà, tit. j. in fine primi easus.* Sol. hîc dicit de iure vtendi, quod cedi non potest: imò tunc ad proprietatem redit: *vt hic & ff. de iur. do l. si vsusfr.* ibi de ipsa fructuũ perceptione. c *ar. ff. de peri. & com. rei ven. l. necessariò. §. fi.*

c Et tunc intelligitur habere titulo lucrariuo: quod nota pro statuto. Itẽ finitur per mutationem formæ rei etiã in melius, etiã si fuisset per proprietarium inchoata. *l. vsusfructuarius nouum vinum. ff. de vsufructu.* Angel.

† *Conuer. cum hoc §. c. fi. in Gl. super verbo fruatur. extra, de pignor. vbi ponitur tenor huius §.*

m ¶ *Acquisierit.* scilicet finitur vsusfructus. ACCVRS.

n ¶ *Quæ res.* id est, talis acquisitio.

o ¶ *Consolidatio.* Consolidatio inde nomen accipit, quod solidum id propriũ fit, à quo vsusfruct. deductus non est, *l. à liberto. ff. de bo. lib. l. Sempronius. §. pen. ff. de vsufruct. leg.* CVIAC.

p ¶ *Consumptæ fuerint.* scilicet in totum: *vt ff. eo. l. si cui insula.*

q ¶ *Ne areæ.* sic *ff. quib. mod. vsusfructus amitt. l. repeti. §. pen. arg. contrà. ff. de pigno. act. l. domo.* ADDITIO. Dic quòd ibi loquitur in pignore: & ideò faciliùs extinguitur vsusfr. quàm pignus, ne proprietas reddatur inutilis, iuxta princ. hui⁹ tex. secũdu. las.

r ¶ *Totus.* ¶ Nota totus. si enim pro parte, nõ redit ad proprietatem: *vt ff. quib. mod. vsufruct. amit. l. excepta.* Item si sint duo confructuarij: vno perdente alteri accrescit: *vt ff. de vsufruct. accrescen. l. j. §. pe.*

DE VSV, ET HABITATIONE.

Suprà tractatum est de vna seruitute personali: videlicet de vsufructu. hic sequitur de aliis.

¶ Idem illis.] Totus iste titulus in tres partes diuiditur. ¶ Primò ponit de vsu. ¶ Secundò de seruitute habitationis. ¶ Tertiò facit quoddam præambulum, transiens ad alias materias. Secunda ibi; *Sed si cui.* Tertia ibi; *Hæc de seruitutibus.* Litera satis plana est vsque ad illum §. *Sed si cui.* ideò pone casum per te ipsum.

s ¶ *Constituitur.* scilicet in testamẽto, & inter viuos: *vt ff. eo. l. vsus pars.* Sed aliud in vsufructu: *vt ff. de vsufru. l. vsusfructus ab initio.* ¶ Et ratio est: quia diuiduus est: quod non est in aliis seruitutibus. *vt ff. ad leg. Falci. l. j. §. si vsusfruct.* ¶ Nec obst. si duobus vsus constituitur: quòd concursu partes fiunt: quia occasione, id est, necessitate magis, quàm ratione contingit: *vt ff. de riuis. l. Labeo.*

t ¶ *Modis.* quos *suprà, tit. j. §. finitur.* habuimus.

u ¶ *Minus iuris.* sed in d casibus, æquales sunt fructuarius, & vsuarius: vt in vsu pecuniæ: e *vt ff. de vsufruct. ea. re. l. hoc senatus. §. fi. 2.* Item in fundo de quo tantum fœnum tollitur, quantum soli sibi sufficit; *vt ff. e. l. fundi.* f 3. Item si in sylua remota, ex qua vtique ligna vendere poterit: *vt ff. e. l. diuus.*

d Vsusfructuarij, & vsuarij in quibus sit similitudo

e Et omnium rerum, quæ vsu consumuntur. Et est ratio, quia tunc videtur etiam proprietas legata. *l. omnia. cum Gl. §. de vsufru. earum rerum, quæ vsu ẽsum. & §. itaque. supra, tit. proxi. secundum Christoph.*

x ¶ *Fœno.* id est, de herba.

y ¶ *Stramentis.* id est, de melega. genus ẽ est bladi.

f Quod verum est quo ad perceptionẽ fructuũ: non quo ad ius alienãdi.

g Stramẽtum genus bladi nõ est, sed pulæ sunt, ac culmi post exactam granã collecti, vt deinde animalibus substernicula fiant, ac rursum in stercoratione cõuertãtur, vulgus paleas dicit.

a ¶ Quoti

a ¶ *Quotidianum.* quid ſi hodie vſus, qui mihi ſufficit, conſtituatur, & cras ab alio in alio fundo conſtituatur? Reſp. locus erit electioni, vel gratificationi in toto, vel in parte. *arg. infr. de leg. §. ſi generaliter. & ff. de relig. l. ſi.*

a ¶ *Ad vſum quotidianum.* His omnibus cùm vtatur, miror cur dixerit Nerua eum foliis non vſurum, *l. plenũ. ff. eo.* forſitan legendum, *oleis.* P. Victorius penè ſimili in re apud Varronem demonſtrauit pro *oleis*, legendum eſſe *doliis.* Nam & doleis ſcribebant: non *dolis. l. 30. §. certis. ff. ad leg. Falci. l. 15. §. proprietà. ff. de vſufruct.* CVIACIVS.

¶ *Contr. c. quæ in eccleſiarum in fin. ſuper verbo alienandi. circa princ. extrà, de conſtitut.*

b ¶ *Vtatur.* Nunquid in vino, vel in frumento, & oleo? Reſpon. quidam nullo modo. Alij contrà: quorum ſententia eſt verior: *vt ff. eod. l. plenum. §. prater.* ¶ Item quis colet agrum? Reſp. proprietarius, ſi [a] vult: aliàs vſuarius: *vt ff. eod. l. ſi domus vſus. & ff. de vſufr. l. hactenùs.*

a Vt putà quia fundus plus fructuum affert, quàm de neceſſitate vſuarij.

c ¶ *Impedimento.* aliàs: id eſt ſi alia de cauſa veniat, dominum, & eius familiam poterit prohibere: *vt ff. eod. l. habitatio. §. ſi.*

d ¶ *Alij.* quaſi dicat, niſi proprietario.

e ¶ *Cùm.* i. quamuis.

β ¶ *Cùm is, qui vſumfructũ.* Quare cũ vſusfru. extraneo vendi, locari, donari, commodari, precariò concedi, obligari poſſit, cur etiam idem in iure cedi non poſſit. An quia cedere in iure, eſt ad ſellam prætoris. id eſt, à ſe ius totum abdicare: at locare, aut vendere, eſt ius vtendi, fruendi, ita in alium transferre, vt tamen per emptorem, aut conductorem à fructuario retineatur? CVIACIVS.

b Sic no. quòd ſeruitutes perſonales poſſũt alienari: prædiales non, ſecundùm Porc. *Aegid. Per.*

f ¶ *Hæc omnia.* contrà, *ſuprà, titu. j. §. finitur.* Sol. vt ibi. Item *contrà, ff. loc. l. locare.* Solu. ibi in prædialibus [b] ſeruitutibus loquitur: hîc in perſonalibus.

c Hæc verba, *ſi nupſerit*, vel, *ſi viduus vixerit*, itẽ, *ſi nupta erit*, vel *vidua*, in teſtamento poſita: quomodo intelligenda: vide Ang. hîc.

ad vſum quotidianum [a] vtatur. [b] In eoque functo hactenùs ei morari licet, vt neque domino fundi moleſtus ſit, neque his, per quos opera fiunt, impedimento [c] ſit. Nec vlli alij [d] ius, quod habet, aut locare, aut vendere [e], aut gratis cõcedere poteſt: cùm [f] is, qui vſum fructum [g] habet, poſſit hæc omnia [h] facere.

Habens vſum domus poteſt in ea habitare cum marito, vel vxore, & familia, & hoſpitem recipere: ſed tale ius non poteſt alteri cedere. Aretinus.

2. ¶ Item is, qui ædium vſum habet, hactenùs ius habere intelligitur, vt ipſe tantùm [g] inhabitet: nec hoc ius ad alium transferre poteſt. Et vix receptum eſſe videtur, vt hoſpitem ei recipere liceat: & cum vxore, liberiſque ſuis, item libertis, nécnon perſonis aliis libertis, quibus nõ minùs, quàm ſeruis vtitur, habitandi ius habeat. Et conuenienter ſi ad mulierem vſus ædium pertineat, cum marito [h] ei habitare liceat.

Qui habet vſum ſerui, ipſe tantùm vti poteſt: & idem in iumento: ſed ſi pecoris vſum habet, ſolùm vtetur ad impinguandum agrum. Aret.

3. ¶ Item is, ad quem ſerui vſus pertinet, ipſe tantùm opera atque miniſterio eius vti poteſt [i]: ad alium verò nullo modo ius ſuum tranferre ei conceſsum eſt. Idem ſcilicet iuris eſt & in iumento [k].

ipſe poteſt habitare in domo, cuius habitationem habet: ſed etiã alij, &c. Textus ſequens eſt planus vſque ad ſeq. tit. Franc.

n ¶ *Habitatio.* ſiue dicatur habitatio, ſiue vſusfructus habitationis, idem eſt: *vt C. eo. l. cùm antiquitas.*

o ¶ *Sed ſi cui habitatio.* Habitatio non domum ſignificat: ſed ius habitandi. Ideoque ſi gratuitò tibi conceſſero habitationem, etſi vtrimque dixerit Viuianus, eſſe commodati actionem, *l. 1. §. 1. ff. commoda.* tutius tamen eſt agere præſcrip. verbis, *l. ſi gratuitam. ff. de præſcr. verb.* quandoquidem habitatio nomen iuris eſt: quod etſi veriſſimum ſit: in facto tamen potiùs, quàm in iure conſiſtit; id eſt, non tam videtur eſſe ius, quàm factum, & quaſi domus ipſa. *l. legatum. ff. de cap. min.* atque ideò multum diſtat ab his, quæ omninò in iure conſiſtunt; id eſt, vſu, vſufru. Vſus, vſusfruct. ſi gratuitò conceſſus ſit, Viuianus commodati actionem non daret. Vſus vſusfru. non vtendo, & capitis deminutione amittitur; habitatio non item. Vſus vſusfruct. ex perſona æſtimatur, habitatio non tã ex perſona, quàm etiã ex re ipſa, quæ habetur. At certè morte finitur habitatio exemplo vſus, & vſusfr. & id etiam ante aditam hæreditatem non cedit. CVIAC.

4. ¶ Sed & ſi pecorum: veluti ouium [p] vſus legatus ſit: neque lacte [q], neque agnis, neque lana vtetur vſuarius [r]: quia ea in fructu [m] ſunt. Planè ad ſtercorandum agrum ſuum pecoribus vti poteſt.

Anguſtior eſt ſeruitus vſus, quàm habitationis: nam cui habitatio data eſt, non tantùm inhabitandi ius habet: ſed etiam alteri locandi, & commodandi: cui verò vſus conceſſus fuit, vt ipſe ſolùm vtatur, oportet.

5. ¶ Sed ſi cui habitatio [n] [o] legata, ſiue aliquo modo [o] conſtituta ſit: neque vſus [p] videtur, neque vſusfructus [q]; ſed quaſi proprium aliquod ius, quam habitationem habentibus propter rerum vtilitatem ſecũdùm Marcelli ſententiam noſtra deciſione [r] promulgata permiſimus non ſolùm in ea degere; ſed etiam aliis locare [*].

Præmiſſa epilogatione, facit quoddam præambulum tranſiens ad alias materias.

6. ¶ Hæc de ſeruitutibus [ſ], & vſufructu. & vſu, & habitatione dixiſſe ſufficiat. De hæreditatibus autem, & obligationibus, ſuis locis proponemus [t]. Expoſuimus [u] ſummatim quibus modis iure gentium res acquiruntur: modò videamus quibus modis legitimo, & [x] ciuili iure acquiruntur.

† Modico tamen lacte vti poteſt neque enim tam ſtrictè ſunt interpretandæ defunctorum voluntates. *l. plenum. §. ſed ſi pecoris. ff. eo.* Aegi. Perr.

DE VSVCAPIONIBVS, & longi temporis præſcriptionibus.

TITVLVS VI.

p ¶ *Neque vſus.* quia locat: *vt C. eo. l. cùm antiquitas.* ſed vſuarius non: *vt ſuprà, eod. circa princip.*

q ¶ *Neque vſusfructus.* quia hæc non finitur niſi morte: *vt ff. eod. l. ſi habitatio. circa prin.* [a] ſed vſusfructus multis modis: *vt ſupr. de vſufru. §. finitur.*

r ¶ *Deciſione.* vt *Cod. eo. l. cùm antiquitas.*

ſ ¶ *Hæc de ſeruitutibus.* excuſat ſe quare de hæreditatibus, & obligationibus non dicit: cùm videatur hîc dicere debere; *vt ſup. de reb. cor. §. j.*

t ¶ *Proponemus.* ſc. *infr. de hared. inſt. vſque ad ti. infr. de obli. & exinde vſque ad tit. de act.*

u ¶ *Expoſuimus.* hæc continuatio refertur *ſuprà, de rerum diui. §. ſingulorum.*

x ¶ *Et.* pro, id eſt.

Non tamen gratis concedere. *l. ſi habitatio. in prin. ff. eo.* Ratio: quia legatum habitationis videtur legatũ alimentorum. *ff. de ad. legat. l. legati.* & ideò non poteſt gratis concedere: qua fieret contra mẽtem inſtituentis: ſecundùm Nic. *Aegi. Perr.* a Et ideo non tranſit ad hæredes, niſi relicta eſſet ia gaudimentum. Et quid iuris quando maritus relinquit vxorem domi nam maſſariã, & vſufructuariam: vide hîc docto.

DE VSVCAPIONIBVS, ET LONGI temporis præſcriptionibus.

Hæc rubrica continuatur per Imperatorem ad præcedentia: vt viſum eſt ſuprà tit. proxi. in fin. Quia ſuprà dictum eſt qualiter res iure gentium nobis acquiruntur: nunc ſequitur videre qualiter iure ciuili nobis acquirantur. Aretinus. *Et dic de vſuc. ſcilicet mobilium: ſed præſcriptio immobilium:* vt patet infrà, eod. in princ. & C. in quib. cauſ. long temp. præſcrip. l. ij. *Sed in ff. eo. vſucapio largè ſumitur per totum tit. & maximè in l.* quare. ACCVRSIVS.

Notãdũ. ãDon. ſ. Sm. 4.

§ ¶ *De vſucapionibus, & longi temporis præſcriptionibus.* Rectiùs in libris vet. *de vſuc. & longi temp. poſſeſſionibus.* quod etiam Græcus interpres agnouit. Præſcriptio plurimum exceptio eſt. Nouiſſimi iuris interpretes, poſſeſſionem, ſiue adquiſitionem longi

temporis, vulgò præscriptionem appellant: quod non caret exemplis. Nam sic loquitur, *l. ei à quo. ff. de vsurp. & vsucap. sic l. qui alienam. ff. de euict. sic §. ex his. infr. per quas pers. sic denique l. quinque. C. fin. reg.* CVIACIVS.

Vre ciuili.] Totus iste titulus diuiditur in nouem partes. Nã ponit primò quòd ad vsucapionem requiritur bona fides, & iustus titulus, & spatium temporis. 2. Secundò quòd licèt prædicta interueniant: non tamen procedit vsucapio propter naturam, vel vitiũ rei. 3. Tertiò rediens ad primam regulam ponit qualiter in re aliena mobili possit tradens habere bonam fidem. 4. Quartò quòd in rebus immobilibus non vitio possessis mala fides auctoris non nocet successori. 5. Quintò ponit casum, in quo res furtiua potest vsucapi. 6. Sextò an res fisci possit vsucapi. 7. Septimò qualis debeat esse res, vel titulus. 8. Octauò an possessio auctoris prosit successori. 9. Nonò quãto tempore res alienata à fisco, vel donata ab Imperatore vsucapiatur. Secunda ibi, *Sed aliquando.* Tertia ibi; *Sed tamen.* Quarta ibi; *Quod autem.* Quinta ibi; *Aliquando.* Sexta ibi; *Res fisci.* Septima ibi; *Nouissimè.* Octaua ibi; *Diutina.* Nona ibi; *Edicto.* Itẽ prima subdiuiditur. Nã primò ponit ius antiquum. Secũdò illud corrigit. Secũda ibi; *Et cùm.* CASVS. Dixit iuuenis legum studiosus domino Imperatori: Domine Imperator, cùm essem in domo patris mei, audiui à quodam viro antiquo, quòd pratum situm prope vrbem, in qua natus fui, pertinebat olim auo meo: & me in tantum instigauit, quòd conueni possessionem dicti prati in iudicio, vindicando ipsum pratum quasi ad me pertineret.

¶ Et cùm satis diu litigassemus, tandem aduocatus quidam doctissimus in legibus interrogauit aduersarium meum, quanto tempore possedisti istud pratum? qui respondit: per xx. ann. cum titulo, & bona fide. Posteà eius aduocatus opposuit in iudicio contra me præscriptionem: quamobrem absolutus fuit aduersarius meus à iudice, & ego in expensis condemnatus. Ab illo tempore citrà semper optaui fieri iurisperitus: & inter cæteras rubricas iuris ciuilis desideraui scire materiam præscriptionũ, & vsucapionum. Deprecor igitur maiestatem vestram, quatenùs me doceatis quid sit vsucapio, & longi temporis præscriptio. Cui adolescenti respondet Imperator: O dilecte iuuenis, nihil nobis vnquàm delectabilius fuit, quàm iuuenum sincerus amor ad leges perdiscendas. Ideò nihil à te quod petieris abscondemus: sed omnia ex scrinio pectoris nostri explanabimus tibi. Debes igitur scire quòd maiores nostri aliter de vsucapionibus, & præscriptionibus sentiebant, quàm nos. Nam si quis aliquam rem bona fide ab eo, quem dominum esse credebat, emerit, aut alio iusto titulo habuerit: illam tem, si erat mobilis, vsucapiebat vno anno: si immobilis, bienaio. & hoc in Italia tantùm: ne rerum dominia semper in incerto essent. Nos verò vsucapionum, & præscriptionum ampliauimus & tempora, & loca: & constitutionem fecimus, qua ordinauimus, quòd vsucapiones compleantur non minori tempore, quàm triennio in rebus mobilibus: præscriptiones verò rerum immobilium inter præsentes compleantur decem annis, & inter absentes viginti: non tantùm in Italia: sed in omnibus locis, vel prouinciis nostro imperio subiectis iusta causa possessionis precedente. Franciscus.

Qui bona fide rem à non domino emerit, alióve iusto titulo habuerit, eam, si mobilis sit, annis vtique tribus: si immobilis, decennio inter præsentes, & inter absentes vicennio vsucapit.

VRe ciuili [a] constitutum fuerat, vt qui bona fide [b] ab eo, qui dominus non erat [c], cùm crederet [α] eum dominum esse, rem emerit, vel ex donatione, aliáve [d] quauis iusta causa acceperit, is eam rem, si mobilis erat, anno vbique vno: si immobilis, biennio tantùm in Italico solo [e] vsucaperet, ne rerum † dominia [f] in incerto essent. Et cùm hoc placitum erat [g] putantibus [h] antiquioribus, dominis sufficere ad inquirendas [i] res suas præfata tempora [k]: nobis melior sententia sedit [l], ne domini maturiùs [m] suis rebus defraudentur [n], neque certo loco [o] beneficium hoc concludatur. Et ideò constitutionem [p] super hoc promulgauimus, qua [q] cautum est, vt res quidem mobiles [r] per triennium [ſ]; immobiles verò per longi temporis possessionẽ; id est [t], inter præsentes [u] decẽnio, inter absentes viginti annis vsucapiantur [x]. Et his modis non solùm in Italia [y]: sed etiam in omni terra, quæ imperio nostro gubernatur, dominia rerum [z], iusta [a] causa possessionis [β] precedente, acquirantur.

Homo liber, res sacra, vel religiosa, & seruus fugitiuus, non possunt vsucapi. Aretinus.

1. ¶ Sed aliquando etiamsi ma-

† *Hæc ratio vt tetur in ca. vigilati. cum Gl. super verbo, ſegnitiem. extr. de reſcript.*

a Die hoc verum in rebus corpo. Item si habet titulum verum, vel putatiuum: *vt Inno. in c. vigilanti. de præscriptis,* vel saltẽ, vta tur tu[illegible] munì. *cap. 1. de præscri. lib. 6.* alias sec⁹. Et ratio in corporalibus: quia quę libet res præsumitur libera. *l. aliter. ff. de ſeruit. & aqua.*

a Putà quia ſi ne ipſa ſemper habens tẽ quo titulo eſſet incertus an eſſet effectus dominus: vel quia aliàs eſſet difficile probare dominium. Iaſ.

b Vſucapione, & præſcriptione tempora continua ſunt.

c In vſucapionibus ſufficit vltimum diem attigiſſe: In præſcriptionibus, cum in ea tempora cõputemus de momento in momentum.

d Vſucapiones fauorabiles ſunt: *vt hic.* Cur ita? quia ſolo fauore vſucapientis, nulla inſpecta negligentia prioris currunt: ſecundùm Chriſtoph. Verùm id falſum per hunc text. *ibi, putantibus. & l. 1. ff. eod.* Dic rationem eſſe: quia in rebus mobilibus vt plurimùm agitur de minori præiudice: ſecundùm Iaſ.

e Vſucapio, propriè mobilium eſt: præſcriptio, immobilium.

f Præſcriptione vtile dominij, ſeu effectus dominij adquiritur. *de quo vide Gl. & quod ibidem ſcripſi in l. traditionibus. C. de pactis.*

g Quę ſequuntur vltramontani: vt *refert Chriſtophor. hîc,* & procedit ſecundùm aliquos quando præſcribit domina patiente, & ſciente: aliàs procedit opin. Bal. vt refert Ang opin. tamen Glo eſt communis.

h Dominium pro effectu dominij.

i Dominium vſucapione ſa ciliùs adquiritur, quam præſcriptione: & cur.

a ¶ *Iure ciuili.* id est xij. tabularum, vel Romanorum per excellentiam: *vt ſupr. de iure na. §. ſed ius, &c.*

b ¶ *Qui bona fide.* quod præsumitur, si à domino credat se emere: *vt ff. de contrahen. empt. l. qui à quolibet.* ¶ Vel quia putat vendentem habere ius vendendi: *vt ff. de verb. ſign. l. bonæ fidei emptor.* quæ bona fides præsumitur semper: *vt ff. de probat. l. verius* [a]. Exigitur autem in venditione duobus temporibus bona fides: scilicet tempore contractus, & tempore traditionis: in aliis autem contractibus tempus traditionis sufficit: nec nocet posterior scientia: secùs in petitione hæreditatis: *vt ff. pro ſoluto. l. penult. & pro emptore. l. 1. & Cod. de vſucapi. transfor. l. vnica. §. cùm autem, ibi, hoc tantummodo. & ff. de peti. hared. l. ſed & ſi. §. quòd ſi ab initio.* ACCVRSIVS.

c ¶ *Dominus non erat.* si enim erat dominus, & accipiens fit dominus per traditionem: vnde non vsucapit *vt ff. eod. l. ſequitur. §. Iana. & de capt. l. in bello. §. ſi quis ſeruum. & ſupra, de re. diui. §. per traditionem.*

α ¶ *Cum crederet.* Vet. *crediderit.* & paulò pòst, *vſucapiebat.* Ergo, *vt qui bona fide;* id est, quemadmodum is, qui bona fide. CVIAC.

d ¶ *Aliáve.* cùm sint causæ iustæ, siue tituli: *vt ff. de publ. l. 1. §. ſed cur, vſque ad l. eum, qui.*

e ¶ *In Italico ſolo.* id est in Italia, nõ ergo etiam in prouinciali: *vt Cod. de vſucap. transfor. l. vnica. circa princ.*

f ¶ *Ne rerum dominia.* hæc est ratio quare vsucapio sit inducta. [a] est & alia; scilicet vt aliquis sit litium finis: *vt ff. pro ſuo. l. fin.* ACCVR. ADDITIO. Dic quòd istæ rationes hîc introductæ processerũt propter bonum publicum: *vt dicit text. in l. 1. ff. de vſucap.* de hoc vide Ang. hîc.

g ¶ *Et cùm hoc placitũ erat.* id est, cùm istum placebat.

h ¶ *Putantibus.* scilicet iurisconsultis.

i ¶ *Ad inquirendas.* vel amittendas.

k ¶ *Præfata tempora.* scilicet anni, vel biennij.

l ¶ *Sedit.* scilicet in animo.

m ¶ *Maturiùs.* id est maturè.

n ¶ *Defraudentur.* quod iura nolunt: *vt C. de vſufruct. l. corruptionem. & de præſcript. xxx. ann. l. finali.*

o ¶ *Certo loco.* scilicet solo Italico, vt olim: *vt ſupr. eodem.*

p ¶ *Conſtitutionem. C. de vſucap. transfor. l. prima.*

q ¶ *Qua.* scilicet constitutione.

r ¶ *Res quidem mobiles.* & se mouentes: *vt ff. de verbo. ſign. l. mouentium.*

ſ ¶ *Per triennium.* quæ [b] tempora tam præscriptionis, quàm vsucapionis continua sunt: *vt ff. eo. l. nunquam. §. 1. &* [c] in vsucapione sufficit tetigisse vltimum diem. In præscriptione verò quæritur de momento ad momentum: *vt ff. eodem. l. in vſucapionibus & ff. de actio. & oblig. l. in omnibus.* ¶ Et est ratio: quia vsucapio fauorabilis est [d]: præscriptio verò odiosa: *vt Co. de edict. diui Hadria. toll. l. fin. & ff. de liberis, & poſthu. l. cùm quidam.*

t ¶ *Id est.* quandóque longum tempus aliter ponitur: *vt ff. de dam. infect. l. ſi finita. §. non autem.* ¶ Item aliud in personalibus actionibus: *vt C. qui. non ob. long. temp. præſcrip. l. neque. & de conſtit. pec. l. 1.*

u ¶ *Præſentes.* scilicet in eadem prouincia degentes: sed absentes in alia: *vt C. de præſc. long. temp. l. ſi.*

x ¶ *Vſucapiantur.* propriè [e] pro mobilibus accipitur: impropriè pro immobilibus quantum ad hunc titulum: *sic ff. de offic. procon. l. 1.*

y ¶ *Non ſolùm in Italia.* ex differentia enim locorum, &c. *vt C. de temp. in integ. reſti. l. ſuperuacuam.*

z ¶ *Dominia rerum.* Ex hac litera voluit dicere M. quòd præscriptione [f] decem, vel viginti annorum dominium quæratur. pro eo est, *ff. eodem. l. eum, qui in fin. 1. reſpon.* B. contradicit [g]: *arg. ff. de iureiurand. l. ſi duo. §. 1. & Cod. de præſcript. xxx. ann. l. ſi quis emptionis. in princip. & eſt arg. pro B. ff. de pign. l. 1. §. cùm prædium. & C. de pign. l. vſucapio.* & quod hîc dicitur, & his modis, referas secundùm B. ad vsucapionem tantùm, per quam secundùm omnes dominium quæritur: *vt Cod. de pac. l. traditionibus.* Vel quòd dicit, dominium, ponitur propriè quantum ad vsucapionem: impropriè verò quantum ad præscriptionem: hoc est pro [h] effectu dominij: id est vt possidentes habeamus exceptionem; non possidentes habeamus actionem vtilem: *vt ff. de acquiren. re. do. l. rem in bonis. & C. de præſcript. xxx. annorum. l. ſi quis emptionis. in princip.* ¶ Et est ratio [i] quare vsucapione magis dominium quæratur: quia mobilium rerum vtilis est possessio: *vt ff. de acqui. poſſ. l. ſi rem.*

a ¶ *Iuſta.* vel quasi; *vt dicemus infr. eo. §. error.*

β ¶ *Iuſta cauſa poſſeſſionis.* Iusto titulo. Nam titulus est possessionis causa. CVIAC.

Sed aliquando.] CASVS. Instat iuuenis cupidus scientiæ legalis apud dominum Imperatorem. Domine Imperator, supplico quatenùs audiatis me patienter. Intellexi à vestra maiestate morem antiquorum; scilicet quantò tempore compleri valebant vſuca

vsucapiones, & præscriptiones. Item audiui opinionem, & ordinationem vestram, qualiter tempora, & loca vsucapionum, & præscriptionum ampliastis. Sed generaliter locuti estis: scilicet si quis rem, &c. Rei autem nomẽ est generale. Vellẽ igitur edoceri, si vsucapio, & præscriptio habeant locũ in omnibus rebus indifferenter. Nam sunt quędam res sacræ, sunt quędam religiosæ, sunt liberi homines, sunt serui fugitiui, sunt quædam res furto sublatæ, sunt res vi possessæ: an si quis tales res bona fide possideat, possit eas vsucapere, seu præscribere? Ad quæ quæsita respondet Impera. Videmus te egregie edolescens ita esse subtili ingenio præditũ, quòd faciliter te in virum doctum in legibus euasurum speramus: quæ res profectò nos summoperè delectat: & vtinam tales adolescentes plures in nostra republica Deus nobis contulisset. Speramus enim nostras prouincias optimè per tales viros gubernandas fore. Laudandi enim sunt, qui singula perscrutari volunt, & pleniùs de omnibus edoceri. Quapropter quia in te videmus multum inesse latentis energiæ, pleniùs te cupimus instituere: & de quibus vltrò quęsiuisti, respondemus quòd licèt generaliter locuti simus de rebus, quæ possunt vsucapi, & præscribi: excipiuntur tamen ab illa regula nostra liberi homines, res sacræ, vel religiosæ, serui fugitiui, res furtiuæ, res vi possessæ. ¶ Nam licèt quis tales res bona fide possederit per tempus prædictum: tamen non poterit eas vsucapere, seu præscribere. ¶ Lex enim duodecim tabularum, quæ est lex antiquissima, prohibuit vsucapionem, vel præscriptionem talium rerum. Quærit vltrà scholaris: Serenissime Imperator, quãto quis audio de hac materia, tãto magis dubito. An hoc, quòd maiestas vestra nunc proximè dixit, debeat intelligi de ipsis furibus, qui alienas res furantur: an de his, qui ipsi vi rapiunt: an de his, qui inuaserunt possessiones alienas per vim? Respon. Imper. O iuuenis, nõ debetis dicta nostra de talibus furibus, vi raptoribus, aut violẽtis hominibus intelligere: quia tales alia ratione non possunt vsucapere, vel præscribere: quia sunt malę fidei possessores: sed intelligenda sunt de his personis: quæ à talibus furibus, vi raptoribus, aut violentis hominibus tales res acquisiuerunt, quamuis bona fide à talibus acceperint. ¶ Et ideò in rebus mobilibus non faciliciter etiam bonæ fidei possessoribus acquiruntur res per vsucapionem. ¶ Nam qui sciens alienam rem vendiderit, vel ex alia causa tradiderit: furtum eiusdem rei committit.

a ¶ *Vllo tempore.* etiam quadraginta annorum: *vt C. de præscr. long. temp. quæ pro lib. l. fi.*

α ¶ *Vllo tempore.* Est vsus anni, aut biennij. Est lõgum tempus, est longissimum Liberi homines, res sacræ; res religiosæ nullo tempore adquiruntur: serui fugitiui longissimo tempore adquiruntur. CVIACIVS.

b ¶ *Rem sacram, vel religiosam.* nisi desinant esse sacræ, vel religiosæ: quod fieri potest: *vt ff. de reli. l. cùm loca.* ACCVRS.

c ¶ *Seruum fugitiuum.* qui facit furtum suiipsius: *vt C. de ser. fu. l. j.* ¶ Sed nunquid [a] xxx. an. fugitiuus vsucapitur? Respon. non: cùm possessio retineatur: *vt ff. de acqu. poss. l. j. § per seruum. & l. rem, quæ in fi.* ergo non currit vsucapio possidenti: *vt C. de præscrip. xxx. vel xl. ann. l. malè.* nisi ex tunc quando ab alio cœperit possideri, vel stererit diu [b]: quia extunc desinit possideri: *vt ff. de acqui. poss. l. iij. § si seruus. & l. per eum. § per seruum.*

d ¶ *Vi,* sc. [c] expulsiua, non [d] compulsiua, *vt* C. *quod met. cau. l. si vi, vel metu. in glo. fi.*

ę ¶ *Prædicto longo tempore.* [e] triennij, vel decem, vel viginti annis, sed xxx. vel xl. annis possunt: *vt* C. *de præscript. xxx. vel xl. annor. l. omnes. & l. sicut in rem. & de an. except. l. j. § ad hæc.* ACCVRS.

ANDITIO. Quod procedit in eo, qui ab ipso emit bona fide: aliàs secùs de iure canonico: *vt dixi suprà.*

f ¶ *Possunt.* nisi purgato vitio: *vt infr. eo. § aliquando.*

g. ¶ *Nam furtiuarum.* Similis ratio: quia lex vult: *vt supr. quib. ex cau. ma. non li. in prin.* vnde illud: Sic volo, sic iubeo, sic pro ratione voluntas. Est & alia ratio: quia res vitiosæ sunt: *vt infrà, eodem. §. nouissimè.*

β ¶ *Lex Atilia.* In P. Fl. legitur, *Atinia. l. pot. statis. de ver. sig. l. 4. §. quod autem. de vsurp. & vsuc.* & apud Aul. Gell. *lib. xvij. qui & lib. xiiij. cap. vlt.* id Atinio plebiscito cautum refert, vt Trib. plebis Senatores essent. Cicero quoque Ora. *iii. in Verr.* Cedo mihi leges Atinias, Furias, Fufias. CVI.

2. ¶ Furtiuæ quoque res, & quæ vi [d] possessæ sunt, nec si prædicto longo tempore [e] bona fide possessæ fuerint, vsucapi possunt [f]. nam furtiuarum [g] rerum, lex duodecim tabularũ, & lex Atilia [β] inhibent vsucapionem: vi possessarum [h], lex Iulia, & Plautia [γ].

3. ¶ Quod autem dictum est, furtiuatum, & vi possessarum rerum vsucapionem per leges prohibitam esse, non eò pertinet [i], vt ne ipse fur, quíve per vim possidet, vsucapere possit: (nam his [k] alia ratione [l] vsucapio non competit: quia scilicet mala fide possident) sed nec vllus [m] alius, quamuis ab eis bona fide emerit, vel ex alia causa acceperit, vsucapiendi ius habeat. Vnde [n] in rebus mobilibus non facilè procedit, vt bonæ fidei possessoribus vsucapio competat [o]. Nam si sciens alienam rem vendiderit, vel ex alia causa tradiderit: furtum eius committit.

Furti, & violentiæ expulsiuæ vitium vsque adeò rei infigitur, vt furtiuæ res, & vi possessæ, nec longo temporis curriculo à quantumuis bonæ fidei possessore vsucapi possint: tantum abest vt ab ipso fure, aut violento occupatore vsucapiantur.

Rem alienam bona fide possessam, vitióque reali carentem, si quis bona fide accipienti, ex causa ad dominium idonea tradiderit, tunc vsucapio procedit: licèt in facto, vel in iure tradens errauerit.

4. ¶ Sed tamen id aliquando

h ¶ *Vi possessarum.* sci. si expulit, & possedit: nec sufficit expulisse: *vt ff. eod. l. sequitur. § si tu vi. γ* ¶ *Lex Iulia, & Plautia.* Vet. libri, *lex Plautia, & Iulia*: sic & in P. Flor. in l. *non solùm. §. si dominus. ff. de vsurp. & vsucap.* quod perspicuè rectum est. Nam prior fuit lex Plautia de vi, lege Iulia. Vt autem lex Iulia de pec. repetundis vsucapionem inhibuit. *l. pen. ff. de leg. Iul. rep.* ita lex Iulia de vi. Hoc plus vet. libri habent: *vi possessarum rerum vsu lex Plautia, & Iulia.* Credo pro *vsu*, legendum, *vsucapionem.* CVIAC.

i ¶ *Non eò pertinet.* scil. tantum.

k ¶ *Nam his.* sc. possessoribus violentis, & furibus.

l ¶ *Alia ratione.* ¶ Not. quòd prævalet [a] generalis ratio speciali: *sic* ff. *de nup. § affinitatis. & §. socrum. argu. contrà, ff. de eden. l. quædam.*

a Generalis ratio prævalet speciali.

m ¶ *Sed nec vllus* contrà, *C. quod me. cau. l. si vi, vel metu.* Sol. hîc de vi expulsiua: ibi de compulsiua, quæ voluntatem licèt coactam habet in se: *vt ff. quod me. cau. l. si mulier. §. pen.*

n ¶ *Vnde.* quia in rebus mobilibus alienis fit furtum contrectando: *vt infrà, de oblig. quæ ex deli. nasc. §. j. & ex eo fit furtiua.* sic non vsucapibilis: *vt supr. prox.* vnde sequitur quòd in rebus mobilibus, &c.

o ¶ *Competat.* Sed videtur [b] quòd culpa auctoris non comittetur. id est non sequatur accipientem: *vt ff. de diuer. & tempora. præscri. l. an vitium. & ff. de doli ma. except. l. apud Celsum. §. si cum legitima.* Respondeo, si vitium est [c] rei, comitatur vt hîc: si personæ, comitatur in vniuersum succedentem: *vt C. de acquirend. possess. l. vitia. & C. communia de vsucap. l. fin.* ¶ Sed si in rem singularem succedat, non comitatur: *vt ff. de do. ma. except. l. apud. §. de auctoris. & C. de peri. & com. rei ven. l. dolum.* nisi quando vtetur accessione temporis eius auctoris: *vt ff. de acq. poss. l. Pomponius. §. fi.* Sed hodie vitium personæ nocet singulari successori per Authen. *mala fidei. Sed tamen.*] CASVS. Domine Imperator, inquit iuuenis, quo modo possunt hæc fieri: & qua via potest procedere vsucapio in rebus mobilibus? Respondet Imperator. profectò dilecte iuuenis, si essetis vir grandæuus & prouectus: iustè possemus vobis respondere quòd Dominus noster in Euangelio respondit Nicodemo: Tu es magister in Israël, & hæc ignoras? Veruntamen quia estis teneræ ætatis, audiemus vos patienter, docebimúsque vos quomodo vsucapio potest procedere in rebus mobilibus.

¶ Nam si aliqua res alicui commodetur, vel apud aliquem deponatur, vel alicui locata fuerit. & ille, cui commodata, vel locata erat, vel apud quem deposita erat, moriatur: & hæres, qui eidem succedit, adiuerit hæreditatem eius, & inuenerit res illas in hæreditate defuncti, credens eas esse de bonis ipsius mortui, eásque res alicui alij vendiderit, aut donauerit, aut dotis nomine dederit, aut quolibet alio titulo sufficiente ad dominij translationem, tradiderit: in his casibus non est dubium quin ille, qui huiusmodi rẽ bo. fi. acceperit, eã vsucapere possit: quia in prædictis casib. huiusmodi res mobilis ab hærede bo. fi. & iusto tit. tradita, furti vitio nõ est affecta. Hæres enim, qui huiusmodi rem tanquam suã bo. fid. alienauit, furtũ non cõmisit. Et non solùm in prædictis casibus habet locum vsuca. sed etiã in alio casu. Nam si vsufructuarius ancillæ crediderit partum eius vsufr. esse, & idcircò partum ancillæ credens esse suum, alicui bona fide ementi vendiderit, iste fructuarius furtum non committit: & hoc, secundùm illam regulam generalem, qua cauetur furtum sine affectu furandi non committi. Et non solùm his modis: sed etiam aliis multis modis potest accidere vt quis rem alienam mobilem sine vitio furti in alium transferat, & ita efficiat vt à bo. fin. pos.

b Auctoris culpa realis, comitatur omnem successorẽ: personalis vniuersalem tantùm olim, non singularem: hodie etiam singularem sequitur.

c Et quæ sint realia, & quæ personalia vitia, & an cõtra successorem agentem in iudicio possit opponi de vitio actoris, vide Angel. hîc.

a Seruus fugitiuus an triginta annis vsucapiatur.

b Pro libero, & bona fide. Itẽ si fit paratus subire iudicium liberare: secundùm doct. hîc.

c *Adde Glo. l. j. in verbo, violentor. C. de vsucap. pro empt.*

d Violẽtiarum quinque genera. Expulsiua cùm quis expellitur à re immobili. Ablatiua, cùm res mobilis aufertur alteri: & hæ duæ impediunt vsucap. & præscrip. Cõpulsiua quoties quis cogitur rem suam alienare. Turbatiua quoties quis turbatur in sua possessione. Inquietatiua, cũ duo contendunt se possidere. Harum nulla vsucapionem, vel præscriptionem impedit. *Gl. in l. 1. C. quod metus.*

vsucapi possit. Et hæ dicuntur vsque ad illum §. *quod autem*. Franciscus de Aret.

a ¶ *Nam si hæres*. sic *ff. eo. l. potest. & l. sequen.*

b ¶ *Accipienti*. An ipse hæres vsucapit titulo pro hærede? Resp. non: *vt ff. de diuer. & temp. præ. l. cùm hæres*. Alij contrà si vellet ex sua persona continuare possessionem: *vt Cod. de præ. long. temp. l.* j. quod falsum est. ¶ Quando [a] ergo locum habet vsuc. pro hærede, cùm nec in suis hæredibus locum habeat: *vt ff. pro hære. l. ij. §. filium. & C. de vsucap. pro hæred. l. nihil?* Respon. quando defunctus retinebat aliquam rem credens suam: sed non vsucapiebat; quia deficiebat titulus, & hæres est extraneus.

c ¶ *Dotis*. pro filia, vel alia. nam & hic iustus est tit. *vt ff. pro dote. l.* j.

¶ *Dubium*. Ipse autē hæres vsucapere nō potest, quia nec defunctus potuit. Cviac.

d ¶ *Furtum non committit*. & ita vsucapitur. Sed nónne fuit in iure erratum: *vt* S. *de re. di.* §. *in pecudum*. ergo vsuca. non procedit: *vt ff. eod. l. nunquam. ij. in prin. & l. si fur.* §. j. Resp. hîc erratum tradens: ibi accipiens: vt ex illis legibus colligitur [b]: Vel non prodest, vt ibi: sed non nocet, vt hîc.

§ ¶ *Furtiū non cōmittit*. Ipse autem fructuarius vsucapere nō potest: qa in iure erratū est. Cvia.

e ¶ *Furtum enim sine affectu*. sed probo quòd sine affectu furtum cōmittitur. Nam in interdictum vnde vi incidit sine affectu, quod est simile furto: ergo & furtum sit sine affectu: *vt C. vnde vi. l. cùm quarebatur* § j. *ibi, & generali*. & ibi, *cùm talis*, &c. Resp. in interdicto est affectus: licèt nō contra personam certam: sed hîc suum esse credebat.

f ¶ *Non committitur*. sic *infr. de oblig. quæ ex deli. nasc.* §. *placuit*.

g ¶ *Alius*. vt si iusto errore credam me hæredem, cùm non sim: *vt ff. eo. l. potest*. Item mihi legatum: cùm sit ademptum: *vt infrà, de act.* §. *si quis agens. sic ff. pro leg. l. iiij. in fi.* & aliàs vbicūque quis putat rem suam.

Quod autem.] Casvs. Domine, vos posuistis multa mihi exēpla de vsucap rerūm mobiliū: sed dicatis mihi, si placet, quādo locum habet vsucap. rerum immobilium. Ad hoc respo. quòd quo ad præscriptionem eatum rerum, quæ solo continentur, expeditiùs ita procedit vsucapio: vt si quis sine vi nactus sit possessionem alicuius fundi vacantis (quod potest variis modis contingere: aut videlicet propter absentiam domini, aut propter eius negligentiam, aut si dominus fundi sine successore decesserit) licèt ipse, qui occupauit, ma. fi. possideat, cùm intelligat se alienum fundū occupasse: si tamen alij bo. fide accipienti huiusmodi fundum tradiderit, poterit ille, cui traditur, præscribere: & hoc ideò; quia huiusmodi fundus non videtur vitio affectus: cùm ille, qui fundum acceperit, neque furtiuum, neque vi possessum accepisse intelligatur, ex quo iste fundus non sit furtiuus: patet tali ratione: quia rei immobilis furtum fieri non potest. abolita est enim quorumdam veterum sententia, qui putabant totius fundi, vel partis ipsius furtum posse committi. Patet igitur quòd cùm huiusmodi fundus non sit furtiuus, nec etiam vi possessus: præscribi possit. Principalibus enim constitutionibus prospectum est, ne alicui eorum, qui res mobiles bon. fin. possident, longa, & indubitata possessio auferri debeat. h. d. vsque ad §. *aliquando*. Franciscus.

h ¶ *Quod autem*. hucusque de vsu rerum mobilium dictum est: nunc procedit ad ius immobilium.

Vacuæ possessionis occupator si cuipiam bona fide accipienti, ex iusta causa eam tradiderit, vsucapiendi conditionem transfert.

γ ¶ *Expeditiùs procedit*. Expeditiùs sine vi nanciscitur quis rei immobilis possessionem, quàm rei mobilis sine furto. Cvi ac.

i ¶ *Loci vacantis*. locus [c] interdum dicitur plenus: vt qui possidetur. Interdum semiplenus: vt ille, in quo aliquis est causa legatorum, vel rei seruandæ causa: *vt ff. de acqui. poss. l. iij. §. fin. & de act. empt. l. ij.* §. j. Interdum vacuus: & hoc tribus modis, vt hîc: *sic ff. de acquir. poss. l. si id, quod*. Accvrsivs.

k ¶ *Propter absentiā*. Sed hoc videtur falsum a, quod propter absentiam amittatur possessio: *vt ff. de acqui. poss. l. clam.* §. *qui ad nundinas*. Sed respondetur. hoc propter effectum absentiæ dicitur; scilicet obliuionem: vt quia lōgo tempore abfuit, præsumitur [b] quòd pro de relicto habuit. tempus [c] enim inducit obliuionem, & ita obliuione amittitur dominium: *vt ff. de damno infecto. l. si finita.* §. *non autem*. quod tempus erit in [d] arbitrio iudicis: *vt ff. de iu. deli. l.* j. §. *fi. & l. sequent*. dummodò longum sit, & obliuionem inducat, & animum retinendi habere desinat: *vt ff. eod. l. furtum.* §. j. *& ff. de acqui. pos. l. quemadmodum*. Accvrsivs.

Annota, Furtum in rebus soli nequaquam cedere.

7. ¶ Quod autem [k] † ad eas res, quæ solo continentur, expeditiùs procedit γ vt quis loci vacantis [i] possessionem propter absentiam [k], aut negligentiam [l] domini, aut quia sine successore [m] decesserit, sine vi nanciscatur: quamuis ipse [n] mala fide possideat; quia intelligit se alienum fundum occupasse; tamen si alij bona fide accipienti tradiderit, poterit ei longa [n] possessione res acquiri: quia neque furtiuum, neque vi possessum acceperit [o]. Abolita [p] est enim quorundam veterum sententia, existimātium etiam fundi, locíve, [q] furtum [r] fieri. Et eorum vtilitati [s] qui res soli possident, principalibus constitutionibus prospicitur: ne cui longa, & indubitata possessio auferri debeat.

Furtiua, & vi possessa possunt vsucapi vitio purgato.

8. ¶ Aliquando etiam furtiua, vel vi possessa res vsucapi [t]

a Hæc Glo. fin. & vnica. *Agi. Perr.*

b Præsumitur rem pro dereliçto habere, quia ab ipsa re longo tempore absens est.

† *Alias*, quo autem ad eas res, quæso. cōti. expeditiùs ita procedit, &c. procedit scilicet vsucapio. *ita enim ibi. git Franc. de Aret. in casu ad hunc §.*

c Tempus obliuionē inducere, quam cōsequitur dominij perditio.

d Arbitrio iudicis finitur tēpus obliuionē inducens.

e Dicit §. illā correctum.

f Abolitio nihil aliud est, quàm accusationis peremptio.

g Fundi, & loci differentia.

h Furtum an fiat fundi, & loci.

i Ordo literæ.

ergo non habet locum hæc præscriptio: *vt supr.* §. *furtiuæ*. Item alia ratione: quia bona fides desideratur ab vtraque parte; alias xxx. annorum tantùm præscriptio currit: *vt in auth. vt spon. lar.* §. *rursus. coll. ix.* Accvr.

o ¶ *Acceperit*. verè, non furtiuē. Addit io. Quod verum intellige, siue debitor surripuit, siue alius, secundùm communem opi. licèt glo. in vltimo casu variauerit: vt hîc per Christopho.

p ¶ *Abolita*. id est, peremptа. inde abolitio [f]: id est accusationis peremptio.

q ¶ *Fundi, locive*. Fundus [g] est integrum aliquid: locus est portio fundi; fundus finibus regitur, non locus: fundus ad prædia rustica: locus etiam ad vrbana pertinet: inde in §. *cōstituitur*. S. *de vsufr.* in fundo, & ædibus. Adhæc locus est sine villa: fundus cum villa: inde inter censorias notas illa recensetur à Plinio, minùs arare, quàm verrere: id est minùs haberi fundi, quàm villæ. Cvi ac.

q ¶ *Locive*. id est, partis fundi: sed fundus totus dicitur: *vt ff. de ver. sig. l. locus*.

r ¶ *Furtum*. & est simile, *ff. eo. l. quare*. Sed [h] contrà, *ff. de furt. l. si quis vxori.* §. *si sulphuraria. & l. si creata*. Sol. ibi non loci: sed tertæ, quæ eximebatur, furtum fiebat. ¶ Et quod subiicit, & eorum, &c. sic construe [i]: & prospicitur principalibus constitutionibus ne cui eorum, qui possident res soli, longa, &c. & tunc non est necesse quod in textu sit, vtilitati. & sunt hę principales constitutiones: *vt* C. *de præsc. long. tem. per totum titul.* Accvrs.

s ¶ *Et eorum vtilitati*. Non est, *vtilitati*, in libr. vet. bene autem, principalibus constitutionibus. Nam vsucapio est ex xij. tab. Præscriptio longi temporis est ex constitutionibus. Constit. Iustiniani actio etiam prouincialibus datur, & dominium. Cvi ac.

Aliquando.] Casvs. Domine, dixistis mihi suprà, quod res furtiuæ, & vi possessæ vsucapi non possunt: nunquid hoc generaliter est verū quòd res semel furtiua, & semel vi possessa nūquàm possit vsucapi? Ad hoc respond. quòd non. Nam res quondam furtiua, vel vi possessa, aliquando vsucapibilis efficitur: veluti si postea reuersa fuerit in domini potestatem. Tunc enim purgato vitio, quod vsuca. eius impediebat, bene poterit eius vsucap. procedere. Et hæc dicuntur vsque ad §. *res fisci*. Franc. de Aret.

t ¶ *Vsucapi*. Duabus rationibus stare non potest, quod hîc dicitur. Prima, quia desiit esse vitiosa. vnde non erit mirabile, quod videtur velle inducere contra id, quod est *supr. eo.* §. *furtiuæ*. Resp. Dic

b Et est ratio diuersitatis; quia in præscribente requiritur non modò bona fides: sed & iustus titulus, quem hic error impedit: sed in tradente sufficit bona fides.

c Vsucap. pro hærede quando habeat locum.

c. locus dicitur plenus, semiplenus, & vacuus.

Dic furtiua, vel vi poſſeſſa: ſcilicet [a] quondam [b]. Secunda: quia dominus non vſucapit: cùm ſua ſit: nec alius ab eo accipiens, cùm tranſeat dominium: *vt ff. eod. l. ſequitur. §. lana. & §. tunc in poteſtatem.* Sed reſpond. vſucapi poteſt: id eſt vſucapibilis eſt: vt ſi ab aliquo non domino alienatur non committente furtum eius, vſucapiet emptor.

a ¶ *Domini.* vel quaſi, vt tutoris, vel creditoris, ſi alienam rem debitor obligauit: *vt ff. eo. l. ſequitur. §. ſi pupilli. & pro ſoluto. l. fina.* aliud ſi ſuam. *vt ff. eo. l. ſequitur. §. ſi rem.* ACCVR.

b ¶ *Reuerſa.* vel quaſi: *vt ff. de fur. l. quamuis.* & ita quòd non poſſit ab eo auelli: *vt ff. eo. l. ſequitur. §. tunc.*

Res fiſci.] CASVS Domine, vos poſuiſtis exemplum de quibuſdam rebus quæ vſucapi non poſſunt: nunquid ſunt plures, in quibus non habet locum vſucap. vel præſcriptio? Reſpond. quòd ſic. Res enim fiſci noſtri vſucapi non poſſunt. & hoc eſt verum in rebus fiſco acquiſitis. ¶ Sed ſecus eſt in acquirendis. nam Papinia. ſcripſit quòd ſi bo. fin. emptor de bonis vacantibus, & nondum fiſco denunciatis, aliquam rem emerit, & eandem bon. fi. ſibi traditam acceperit: poterit eam rem beneficio vſu. acquirere. Et hoc idem diui Seuerus, & Anto. reſcripſerunt. Et hęc dicuntur vſque ad illum §. *nouiſſimè ſciendum.* Franc.

c ¶ *Fiſci.* id eſt, imperij.

d ¶ *Non poteſt.* triennio mobilis, vel x. vel xx. annis immobilis. Idem in patrimoniali principis: *vt Cod. de rei domin. vel templo. l. j.* Idem in re ciuitatis: *vt C. de ſac. ſan. Eccl. l. ſi.* Præſcribuntur tamen dictæ res ſpatio xl. annorum, excepta re mobili eccleſiaſtica non ſacra, quæ triennio vſucapitur: *vt C. de præſcrip. xxx. annor. l. omnes. & in auth. de eccleſi. tit. §. pro temporalibus. coll. ix. & in auth. hæc conſtitutio innouat conſtitutionem. coll. viij.* Item exceptis publicis, quæ ſunt vſui [d] publico deputatæ: *vt ff. de via publ. l. viam.* Item res pupilli non vſucapitur: *vt ff. de acquirend. rer. domi. l. bona fid. in fin. j. reſponſo, ibi, nec intereſt.* [e] Item res filij à patre alienata: niſi xxx. ann. à tempore, quo eſt ſui iuris: *vt C. de anna. except. l. j. in fine. & in authenti. de nupt. §. ſi verò expect. collat. iiij.* Item res data præſidi contra legem Iuliam repetundarum: *vt ff. ad legem Iuliam repet. l. quod contra legem.* Item fundus dotalis: *vt ff. de fundo dotali. l. ſi fundum.* ADDITIO. Niſi fuiſſet inchoata, antequam eſſet dotalis: vel haberetur reſpectus ad præiudicium alienantis tantùm: quia valeret. Angel.

e ¶ *Nondum* [f] *nunciatis.* ab aliquo: cùm variæ ſint cauſæ, quibus ad fiſcum denunciatio fieri ſolet: *vt ff. de iu. fiſ. l. j. in prin.*

f ¶ *Traditam.* ſcilicet ab eo, qui acceperat poſſeſſionem horum bonorum.

g ¶ *Bonis.* ſcilicet alicuius morientis ſine hærede, cui ſucceſſit fiſcus. non idem in ciuitate: *vt C. de bonis vac. l. j. & l. vacãtia. lib. x.* ACCVRSIVS.

h ¶ *Vſucapere poſſe.* ſcilicet triennio, vel decem, vel xx. an. cùm habeat titulum. ſi autem titulum non habet, & vult ex tempore delationis ſibi computare tempus, habet quatuor annos: *vt ff. de iur. fiſc. l. j. §. diuus. & de diuerſis, & temp. præ. l. intra.* §. j. Sed ſi ex tempore, ex quo cœperunt ad fiſcum peruenire, xx. annos habet: *vt ff. de iure fiſci. l. j. §. præſcriptio.* & hæc vera ſunt ſiue in re ſingulari, ſiue in vniuerſitate. & ſic loquitur, *ff. de pet. hæred. l. etiamſi putauit. §. item ſi quis à fiſco.*

a ¶ *Vſucapere poſſe.* Vſucapere ex ſententia Iuſtiniani eſt diutina, ſiue longa poſſeſſione capere. *l. quamuis. ff. eod. tit.* Opus autem hac in re fuit reſcriptis; quoniam ipſo iure bona vacantia ad fiſcum pertinent. non tamen in patrimonio fiſci eſſe videntur, antequàm nuntiata, & confiſcata ſint. CVIAC.

Nouiſſimè.] CASVS. Domine, iam poſuiſtis mihi exemplum quando habet locum vſucap. vel præſcriptio. Sed pro Deo dicatis mihi regulam generalem, per quam poſſim cognoſcere generaliter, quando locum habere poterit vſuc. vel præſcript. Ad hoc reſpond. Imperat. Amice, ſcire debes generaliter rem talem eſſe debere, vt in ſe vitium non habeat ad hoc, vt à bonæ fidei emptore, vel ab eo, qui alia quacunque ex cauſa iuſta poſſidet, vſucapi, vel præſcribi poſſit. Sed domine, iam video quòd res debeat carere vitio ad hoc, quòd poſſit vſucapi; ſed nunquid ſufficit ad vſucap. quòd poſſeſſor errore deceptus credat ſe iuſto titul. poſſidere rem, quam ſine titulo poſſidet: veluti ſi per errorem credat ſe titu. donationis, vel emptionis poſſidere? Reſpond. quòd non. Error enim falſæ cauſæ, vſucap. non parit: veluti ſi quis rem non emerit, & ſe eam emiſſe exiſtimans, quaſi titulo poſſideat emptionis: vel cũ res ei donata non fuerit, quaſi titul. donationis ſe poſſidere exiſtimet. Nam in his caſibus, cùm in veritate titulus deficiat: vſucap. procedere non poterit. Et hæc dicuntur vſque ad illum §. *diutina.* Franciſcus.

i ¶ *Nouiſſimè.* id eſt in vltimis, vt breuiter dicam: *ſic ſup. de ſuſpect. tuto. §. nouiſſimè.*

k ¶ *Vitium.* vel quaſi: *vt ſuprà, prox. §. & §. aliquando.* Sunt [a] autem vitioſa: vt quia furtiua, vel vi poſſeſſa: *vt ſuprà, eod. §. furtiua.* ¶ Nunquid precaria poſſeſſio eſt vitioſa? Reſpo. non; *arg. ff. commu. diuidun. l. communi diuidun. §. inter prædones.* ¶ Nunquid litigioſa? Reſpon. non: *vt Cod. de præſcr. long. tem. l. j.* ¶ Nunquid clandeſtina? Reſpond. non dicitur res clandeſtina aliqua lege; ſed poſſeſſio. Quidam tamen dicunt omnia ſupradicta eſſe vitia rerum: *vt arg. ff. de acquir. poſſ. l. Pomponius. §. cùm quis.*

a Vitia rerum hæc ſunt, furtiuum, vi poſſeſſum: *vt hic.* An precarium litigioſũ, clãdeſtinum?

l ¶ *Error.* De errore facti loquitur. Item [b] magis in errore iuris: *vt ff. eod. l. nunquam. ij. in princip.* Sed hic error [c] facti quandóque prodeſt: *vt ff. pro emptore. l. quod vulgò. & ff. pro legat. l. pro legato. & ff. pro ſoluto. l. iij. & ff. pro ſuo. l. hominem.* in quibus caſibus dicunt quidam locum habere titulum pro ſuo, & tantùm in his, & aliis, qui à lege ſpecialiter inueniuntur: *vt ff. de iu. do. l. Proculus.* ſecundùm Azo. Nos idem ſecundùm Ioan. in omnibus: & de his gratia exempli poſuit lex, & titulo emptoris, vel ſimili vſucapietur, non pro ſuo tantùm: vt tamen in emptione iuſtiorem errorem exigamus: *vt ff. pro empt. l. ij. & l. iij. in principio.* Item quid ſi nõ errat; ſed ſcit; Reſpond. non poteſt ſibi cauſam poſſeſſionis mutare [d]; *vt ff. de acquir. poſſ. l. iij. §. illud. & ff. eodem. l. non ſolùm. §. quod vulgò.*

b Error duplex eſt: facti, vel iuris.

c Error facti quandóque prodeſt: quoties nimirum iuſtiſſima eſt cauſa erroris; quæ dat cauſam vſucapiendi: *ſecundũ Bar. & Gloſſ. in d. l. quod vulgò.*

d Serua, vt ex iuſta cauſa qs poſſit mutare: *ſecundùm Glo. in d. l. nemo.* oportet primã poſſ. penitus à ſe abdicaſſe *ſecundũ Ang. hic.*

Diutina.] CASVS. Domine, pater meus Titius poſſidebat alienum fundum, quem emerat à non domino, per viij. annos continuos inter præſentes: & poſteà deceſſit Titius pater meus, & ego ei ſucceſſi, & eundem fundum inter præſentes per biennium continuum, vel etiam per triennium ſine omni interruptione poſſedi: & ita tempus præſcriptionis à Titio patre meo inchoatum compleui: ſed veniens poſteà verus dominus cœpit eundem fundum à me vindicare: & ego obieci ei exceptionem præſcriptionis; ipſe replicauit præſcriptionem per mortem patris mei eſſe interruptam: Domine, dicatis mihi ſi ope huiuſmodi replicationis poſsit exceptionem præſcriptionis elidere, & per conſequens in rei vindicatione obtinere? Reſpond. quòd non. Nam diutina poſſeſsio, quæ prodeſſe cœperat defuncto: & hæredi ſuccedenti de iure ciui. & etiam bonorum poſſeſſori de iure prætorio ſuccedenti continuatur: nec per mortem ipſius defuncti interrumpitur: quamuis ipſe hæres, vel bonorum poſſeſſor ſciẽt iam habeat rei alienæ. & hoc verum: quando defunctus iuſtum habuit initium: ſecùs eſt in caſu conuerſo. Nam ſi ipſe defunctus iuſtum initium nõ habuit; poſſeſsio eius hæredi, vel bonorum poſſeſſori bonam fidẽ habenti prodeſſe non poteſt: quod noſtra cõſtitutio nõ ſolùm in præſcriptionibus; ſed etiam in vſuca. obſeruari conſtituit: vt videlicet inter defunctum, & eius ſucceſſorem tempora continuẽtur. Et hæc non ſolùm locum habent in eo, qui ſuccedit in titulo vniuerſali: ſed etiam qui in titulo ſingulari ſuccedit. nam inter emptorem, & venditorem tempora debere continuari diui Seuerus, & Antoninus reſcripſerũt. Et hæc dicuntur vſque ad §. *edicto diui Marci.* F. de Aret.

Diutina.] ſc. decem annorum inter præſentes, vel viginti inter abſentes, vel triennij: *vt ff. qui, & à qui. l. ſi cùm fidei. §. Ariſto. & ſupr. eo.*

supr.eo.in prin.huius tit.& C.eo.l.diutina. ACCVRS.

a *Et hæredi.* Hæres iure ciuili, bonorum possessor iure prætorio: *vt infr.de bo.poss.§.quos autem.*

b *Continuatur.* nisi ipsi hæredi tradita sit possessio: *vt ff.eo.l.hæres eius.*

c *Sciat.* Contrà, *ff. de acquiren.re.do.l. quæsitũ. ij. respons.* Solut. ibi hæres sciebat rem esse eius, qui causam à testatore habet, vt legatarij: quod nocebat: hic alterius sciebat, quod non nocet ad vsucapionem.

d *Nostra constitutio.* vt *God. de vsuca.transfor.l.j.*

e *Quod nostra constitutio.* Hic versus, vt puto, reponendus est post §. *inter.* nam in sua constitutione Iustin. hæredis, aut testatoris nullam mentionem facit: denique hoc ius semper fuit, vt vsucapio in hæredem continuaretur, propterea quòd hæredis, & defuncti eadem persona est; sed hæc nos in Pandectarum libris fusiùs exposuimus. CVIACIVS.

f *Similiter.* nõ solùm in præscriptione.

g *In vsucapionibus.* Rerum scilicet mobilium. Ait enim in constitutione, vel triẽnium quod in rebus mobilibus obseruandum esse censuimus. CVIAC.

h *Tempora.* sc. vt continuentur. Sed in hoc differt; quia in titulo singulari vtrunque; scilicet emptorem, & venditorem bonam fidem habere oportet: *vt ff. pro empt.l.ij. §. si eam rem.*

i *Præscribit hæres cum mala fide.*

a aliàs contrà. secùs in vniuersali tit. *vt hic.*

hæredi a, & bonorum possessori continuatur b, licèt ipse sciat c prædium alienum esse. Quòd si ille initium iustum non habuit: hęredi, & bonorum possessori, licèt ignoranti, possessio non prodest. Quod nostra constitutio d e similiter e & in vsucapionibus f obseruari constituit, vt tempora continuẽtur.

Tempus venditoris coniungitur cum tempore emptoris. Aretinus.

Inter venditorem quoque, & emptorem coniungi tempora f diui Seuerus, & Antoninus rescripserunt.

Alienam rem à fisco quouis titulo idoneo habens, mox tutus est, dominiúsque fit: ius autem in re, vel ad rem sese habuisse confidentes, intra quadriennium aduersus fiscum experiri debent.

13. Edicto g diui Marci h cauetur, eum, qui à fisco h rem alienam emit i, si post venditionem quinquennium præterierit, posse dominium rei exceptione repellere. Constitutio k autem diuæ memoriæ Zenonis bene prospexit l his, qui à fisco per venditionem, aut donationem, vel alium titulum aliquid accipiunt: vt ipsi quidem securi statim m fiant, & victores existant siue experiantur, siue conueniantur. Aduersus autem sacratissimum ærarium vsque ad quadriennium n liceat his intendere, qui pro dominio, vel hypotheca earum rerum, quæ alienatæ sunt, putauerint sibi quasdam cõpetere actiones o. Nostra autem diuina constitutio p, quam nuper promulgauimus, etiam de his, qui à nostra q, vel venerabilis Augustæ domo aliquid acceperint, hæc statuit, quæ in fiscalibus alienationibus præfata Zenoniana constitutione continentur.

DE DONATIONIBVS.

TITVLVS VII.

Donatio mortis causa dicitur, quæ ob mortis imminentis, vel futuræ suspicionem fit: quæ (semota veteri dubitatione) instar legatorum ferè per omnia redacta est. Reuocatur autem donatoris conualescentia, & pœnitentia, item donatario præmoriente.

ESt & aliud genus ac-

g *Edicto.* id est, præcepto generali: aliàs prętorum dicuntur edicta: vt quod met.cau. & similia: *vt ff.quod met.causa.l.si mulier.circa princ.* ACCVRS.

h *Edicto D.Marci.* Addidit Harmenopolus, & Commodi, *libr. iii.Epit.* & Basilica ad l. *vlt.C.si aduers.fisc.* CVIACIVS.

i *Emit.* ſ. à fisco vendente vt a suam. à quo edicto res minorũ excipiuntur: *vt C.si aduer. fisc.l.fina.* Si autem vt alienam: vt quia cessatum est in solutione tributorum, tria exiguntur: & quod sit debitum, & quod sit cessatum: *vt Co. si aduersus fisc.l.fin.& Cod.si propter pu.pen. l.fin.ij.resp.* (fortè biennio: *vt ff.loc. & conduc.l.quæro. §. inter. ver. quæro.*) Itẽ tertiò quòd res subhastetur; id est, præconizetur: *vt Cod. si propter pu.pen. l. final.*

a Fiscus vendit rem vel vt suam, vel vt alienam.

ADDITIO. Et plura alia requisita vide per Angel. hîc, & per glo. *in l.j.Cod.de fi.instr.& iur. hast.fis.lib.x.*

k *Constitutio* Cod. *de quadri. præscrip. l. omnes.*

l *Bene prospexit.* corrigendo edictum diui Marci.

m *Statim.* contrà, *ff. de pet.hæred. l. etiamsi. §. item si quis. in glo. emerit.* Sol. ibi in vniuersitate, hîc in re singulari loquitur. 2. Alij dicunt quod hîc corrigit b. Et eodem modo (scilicet primò, non secũdò, respon. ad l. *Cod. de hære. vel act.vendit. l. j.* Item ibi erat res fisci.

b Et istam cõmuniter approbant omnes: quia illo iure hæc præscriptio erat incognita. Ad l.1. resp. quòd ibi commentabatur ex natura rei, quæ cõtinet credita, & debita: non ex eo quòd esset aliena: quia ad rem ipsam. sc. hæreditatẽ, non emptor; sed fiscus conueniretur. *Iaſ.*

n *Quadriennium.* nisi sit minor, vel reipublicæ causa absens: *vt C.de resti.mil.l.neque.*

o *Actiones.* Sed quæ? Resp. condictio ex hac lege secundũ Ioan. Sed P. in rem dabat hîc non domino contra dominum: *arg.C. de hære.vel ac.ven.l.j. contra.* Solut. ibi de vniuersitate vendita: hîc de re singulari.

p *Constitutio.* C. *de quadri. præs. l, bene à Zenone.*

q *A nostra.* id est, à priuata nostra substantia: sed supr. de fiscali dixit: *vt C.de quadri.præscri.l, bene à Zenone.* ACCVR.

DE DONATIONIBVS.

Ista rubr. continuatur per Imperatorem. Dictum est suprà, de quibusdam modis acquirendi: scilicet de acquisitione, quæ fit per vsucapionẽ, & præscriptionem: nunc dicendum est de alio modo acquirendi, qui fit per donationem.

ESt & aliud.] Totus iste titu. diuiditur in quinque partes. Primò ponit continuationem cum distinctione bimembri. Secundò de donatione causa mortis. Tertiò de donatione inter viuos. Quartò de donatione propter nuptias. Quintò de vna acquisitione de iure ciuili, quæ est correcta. Secunda ibi in §. *Mortis causa.* Tertia in §. *Alia autem.* Quarta ibi in §. *Est & aliud.* Quinta ibi in §. *Erat olim.* CASVS. Domine, iam video qualiter per vsucapionem, & præscript. acquiritur dominium rerum de iure ciuili: nunquid sunt plures modi acquirẽdi dominium rerum de iure? Ad hoc resp. Iustin. quòd sic. Est enim & alius modus ciuilis acquisitionis, videlicet donatio. vnde hîc de dona. videndum est. & hoc in prima parte. Sed pone in secunda Domine, iam videò quòd vultis tractare de donationibus. ponatis mihi aliquam diuisionem donationum. Ad hoc respond. Donationum duo sunt genera. Est enim quædam donatio inter viuos, & alia mortis. Sed domine, dicatis mihi quid cẽsetur donatio causa mortis? Ad hoc respon. Amice, donatio causa mortis est, quæ fit propter mortis suspicionem, veluti si quis donat, vt si ipsum mori contigerit, remaneat dona. penes donatarium & huiusmodi mortis causa donatio tribus modis reuocatur; videlicet si donator conualuerit, vel cum

eum donationis ſuæ pœnituerit, aut ſi donatarius priùs deceſſerit, & huiuſmodi mortis cauſa dona. per omnia ferè ad exemplum legatorum redacta eſt. Nam cùm ante tempus noſtrum veteres iuriſprudentes dubitarent vtrùm donationem cauſa mortis oporteret obtinere ſimilitudinem cum legato, an cum donatione ſimplici inter viuos: & quidam antiqui eam vellent donationi ſimplici comparare, & quidam legato: ob huiuſmodi diſcordiam antiquorũ ſopiendam, à nobis cõſtitutum eſt, vt huiuſmodi dona. cau. mort. per omnia ferè legatis connumeretur: & ſic omninò procedat quẽadmodum noſtra conſtitutio procedere conſtituit. Et vt breuiter de hac donatione expediamus: in ſumma ſcire debes quòd mortis cauſa donatio eſt, cùm aliquis ita donat, vt magis velit ſeipſum habere, ſi conualuerit, quàm donatariũ: magiſque donatarium, ſi moriatur, quàm hæredem ſuum: ſicut Homerus recitat Telemachum his verbis expreſſis donaſſe Piræo. Et hęc dicuntur vſque ad illum §. *alia autem*. Franc.

quiſitionis [a], donatio. Donationum autem duo ſunt genera: mortis cauſa, & non mortis [b] cauſa.

1. ¶ Mortis cauſa donatio eſt, quæ propter mortis [c] fit ſuſpicionem, cùm quis ita donat, vt ſi quid humanitùs ei contigiſſet [d], haberet is, qui accepit: ſin autem ſuperuixiſſet [e] †, is, qui donauit, reciperet: vel ſi eum donationis pœnituiſſet [f], aut prior deceſſerit is, cui donatum ſit. Hæ mortis cauſa donationes ad exemplum [α] legatorum [g] redactæ ſunt per omnia [h]. Nam cùm prudentibus ambiguum fuerat, vtrùm donationis [i], an legati inſtar eam obtinere oporteret, & vtriuſque cauſæ [β] quædam habebat [k] inſignia, & alij ad aliud genus eam retrahebant [l]: à nobis conſtitutum eſt, vt per omnia ferè legatis [m] connumeretur, & ſic procedat quemadmodùm eam noſtra conſtitutio [n] formauit. Et in ſumma [o], mortis cauſa donatio eſt, cùm magis ſe quis vult [p] habere [q], quàm eum, cui donat: magiſque eum, cui donat, quàm hæredem ſuum. Et ſic apud Homerum [r] Telemachus donat Piræo [γ] †.

Πείραι, ἐπεὶ γάρ τ' ἴδε μῦθον ὅπως ἔτελεν τάδ' ἄρηρε·
Εἶκεν ἐμὶ μνηστῆρες ἀγήνορες ἐν μεγάροισι
Λάθρῃ κτείναντες πατρώϊα πάντα δαάσσονται,
Αὐτὸν ἔχοντά σε βούλομ' ἐπαυρέμεν, ἤ τινα τῶν δέ.
Εἰ δέ κ' ἐγὼ τούτοισι φόνον, καὶ κῆρα φυτεύσω.
Δὴ τότε μοι χαίρειν τε φίλειν παρὸς οἶκον ἅπαντα κελεύω.

[*Id eſt:*

O Piraee (etenim rerum non nouimus harum
Euentum) ſi me clam lata per atria cæſo
Morte proci audaces rapiãt mea cũcta paterna:
Hæc ego te malo, quàm illorum quempiam habere.
Sin ego eos iuſta meritos affecero clade,
Tum mihi tu læto reddes illa omnia lætus.]

Inter viuos donatio eſt, quæ nulla mortis ſuſpicione fit: ſed ex puræ liberalitatis fontibus procedit, quæ vt ff. de don. cau. mor. l. in mortis. 8. Item quia pro legato datur interdictum quorum legatorum, non pro donatione: *quod dic vt in ſumma, Cod. quo. leg. l. j. & in l. Marcellus. §. Paulus. ff. de dona. cau. mort.* ACCVRSIVS. ADDITIO. Imò habet locum quorum legatorum ſaltem in eo quod excedit Falcidiam: vel ſi per donatarium ſit occupata, ſecundùm Ioan. Fab. & Ang.

a Donationes cauſa mortis, & legata in quibus differant.

† Odyſſ. xvij.

a Modus adquirendi dominii per donationẽ eſt de iure gentium, ſi donatio incipit à traditione: de iure ciuili, ſi à ſtipulatione, vel nudo pacto. Pere.

b Etiam ſi ſit donatio cauſa mortis: ſecundùm communiter omnes. *de quo vide Angel. in §. in perſonam. infrà, de actio. & Chriſtop. in ſ. eo. in Gl. manifeſtauerit.*

c Hoc verum cùm quid agitur facinoroſe: ſecùs vbi virtus exercetur: quia tunc non eſt timenda mors Seneca; *Sic diſtas quaſi nunquam moriturus: ſic viuas, quaſi citò moriturus. nihil enim mali in morte eſt Tullij. Vir fortis nõ modò non timenda mori pro patria eſt: ſed appetenda.* Aegi Per. d Donatio cauſa mortis comparatur magis legatis, quam contractibus (licèt in eo cõueniat cũ contractib. quòd ex libera facultate veniat. *l. ſi cui. C. de obliga.*) nec enim ſumit robur, & effectum niſi per mortem donatoris: poteſt quoque reuocari, vt vltima voluntas; *vt hic, & l. 1. C. de do. cau. mort.* in ea locum habet Falcidia. *l. Seia. in fi. ff. eod. tit.*

a Hoc intellige vt dicit Gl. *in l. etiam. ff. de inof. teſtam.* & plenè per Io. de Imol. *in l. ſi. ff. de don. cau. mor.* Angel.

c Hoc eſt falſum, ſecũdùm Ang. hic.

α ¶ *Superuixiſſet.* id eſt, conualuiſſet. & ita tribus modis reuocatur, *vt hic ſubiicitur, & ff. ſi cer. pet. a. l. non omnes.*

β ¶ *Vtriuſque cauſæ.* Vtriuſque tituli donationis, & legati. CVIAC.

γ ¶ *Donat Piræo.* Sequitur πρώτῃ γὰρ: nec ſanè video cur à quibuſdam hi verſus prætermiſſi ſint. CVIAC.

a ¶ *Acquiſitionis.* ſcili. de iure ciuili: nam per ſtipulationem tantùm contrahebatur; ſcilicet donatio: quæ ſcilicet ſtipulatio eſt de iure ciuili: ſed hodie fit nudo pacto: *vt Cod. eo. l. ſi quis argentum. §. fi.* b & j. *de act. §. de conſtituta.* 2. Vel dic eam eſſe iuris ciuilis approbatione, non inuentione: ſed iuris gentium: *vt ſup. de re. diui. §. per traditionem.* 3. Vel dic, fui origo fuit de iure gẽtium vno modo: ſcilicet per traditionem ac poſteà de iure ciuili fuit ille modus approbatus, & alius inuentus; ſcilicet per ſtipulationem. Tertiò per Iuſtinianum additus eſt tertius; putà per nudum pactum. ACCVRS.

b ¶ *Et non mortis.* ſi largè hæc duo membra accipiuntur, in textu nihil deeſt, & propriè ponuntur genera. nam multæ ſpecies ſub quolibet continentur. & hoc approbo. 2. Vel accipe ſtrictè pro duabus ſpeciebus tantùm donationum; ſcilicet ſimplicis inter viuos, & ſimplicis cauſa mortis: & adde alias donationes, vt legatũ: *vt infr. de leg. in prin.* Item donationem propter nuptias: *vt infr. eo. §. eſt & aliud.* Item & quod eſt *infr. eo. §. fin.*

c ¶ *Mortis.* ſ. inſtantis, vel futuræ: *vt ff. eodem. l. ij. iij. iiij. v. & vj.* ſiquidem vbique mors timenda eſt, cùm eius dies incertus ſit: *vt ff. eodem. de mor. cau. do. l. ſenatus. §. mortis. & de condit. & demon. leg.* j.

d ¶ *Si quid humanitùs ei contigiſſet.* id eſt, ſi moriatur: *vt ff. de verbo. ſign. l. in vulgari. §. fin.* & debet hoc exprimi, aliàs non eſt mortis cauſa donatio: *vt ff. eo. de mor. cauſa dona. l. Seia. §. fin.* niſi ex coniecturis appareat eum velle donare cauſa mortis. ADDITIO. Nota quòd ad hoc vt ſit donatio cauſa mortis, requiritur quòd fiat mẽtio mortis. Item no. gl. Bart. Ange. Rapha. & Imo. *in d. l. Seia. §. final.* & glo. & Bart. *in l. Seia. ff. de do. præleg.* & Bart. *in l. quæ dotis. in fin. j. colum. ff. ſol. mat.* aliàs autem licèt aliquis ſit in extremis conſtitutus, ſi ſimpliciter donat, nec adiicitur cauſa mortis, intelligitur donatio inter viuos. & eſt text. ſing. *in d. l. Seia. §. fin.* quod not. *ſecundùm Ang.*

e ¶ *Superuixiſſet.* id eſt, conualuiſſet. & ita tribus modis reuocatur, *vt hic ſubiicitur, & ff. ſi cer. pet. a. l. non omnes.*

f ¶ *Pœnituiſſet.* quia voluntas eſt ambulatoria vſque ad mortem: *vt ff. de adimen. leg. l. iij. in fin.* & quia donatio eſt ob cauſam: ſcilicet ſi moriar, & ſic poſſum pœnitere: *vt ff. eo. de mor. cau. do. l. ſenatus. §. j. in fi. & ff. de cond. cau. da. l. iij. §. ij.*

α ¶ *Ad exemplum.* Hæc eadem verba Tribonianus Paulo adſcripſiſſe videtur in l. *Marcellus. ff. de donat. cauſa mort.* CVIAC.

g ¶ *Ad exemplum legatorum.* & quantum ad vim, & poteſtatem: quia ſicut legata morte confirmantur: ita donationes cauſa mortis, vt reuocari non poſſint.

h ¶ *Per omnia.* ſubaudi ferè, vt ſtatim dicet: nã in multis differũt.

i ¶ *Donationis.* ſcilicet ſimplicis, & inter viuos: aliàs nulla eſſet huiuſmodi diſtinctio, cùm omne legatũ ſit donatio: vt patet ex definitione eius: *ff. de leg. ij. l. legatum.*

k ¶ *Habebat.* ſcilicet donatio cauſa mortis. nam cum donatione inter viuos habet inſignia: vt ſit liberalitas: cum legato, vt morte confirmetur, & vt detrahatur Falcidia: *vt C. ad leg. Fal. l. fin.*

l ¶ *Retrahebant.* ſubaudi, & alij ad aliud.

m ¶ *Ferè legatis.* dicit, *ferè*: quia in [a] quibuſdam diſcrepat à legatis. ecce enim ſi donas in annos ſingulos: donatio vna eſt: ſed legata plura: *vt ff. de dona. cau. mor. l. Senatus. §. fi.* 2. Item legatum ab hærede ſemper traditur: vt patet ex definitione legati. *infrà, de le. in princip.* donatio autem vel ab hoc, vel ab alio. 3. Item in donatione obligatur donans, in legato non.

4. Item ſi teſtamentum accuſo: perdo legatum, non donationem: ſi tamen accuſo vt falſum: *ar. ff. de his, qui. vt indig. l. poſt legatum. §. qui mortis* [b] 5. Item alteri ſubſtituitur in legatis, ſecundùm quoſdam. *vt ff. de do. cau. mor. l. ei, cui mortis. & de leg. ij. l. vt hæredibus.* 6. Item filius-familiàs donat, ſed non legat: *vt ff. eo. de mor. cau. do. l. tam is. & infr. quib. non eſt permiſſ. fac. teſt. in princip.* 7. Item in legato tria tempora conſiderantur: vt ſit capax legatarius: *vt infr. de hæred. qua. & diff. §. in extraneis.* [c] In donatione nõ:

n ¶ *Conſtitutio.* ſ. coram quinque teſtibus, ſcriptura interueniente, vel non: *vt C. eo. l. fin.*

o ¶ *Et in ſumma.* id eſt, vt breuiter de hac donatione expediamus: *vt ff. eod. l. j.*

p ¶ *Vult.* id eſt, vellet.

q ¶ *Habere.* ſc. ſi ſuperuixerit: *vt ff. eo. l. ſenatus. §. j.*

r ¶ *Et ſic apud Homerũ.* id eſt ſicut recitat poëta Homerus, quòd Telemachus dictis verbis expreſſis donauit.

Alia autem.] CASVS. Domine, iam vidi exemplum de don. cau. mor. & de eius effectu: ponatis mihi exemplum de donatione inter viuos. Ad hoc reſpond. Amice, ſunt quædam aliæ donationes quæ ſine aliqua mortis cogitatione fiunt: & huiuſmodi donationes inter viuos appellantur: & tales dona. legatis non cõparantur. Si enim perfectæ fuerint, temerè reuocari non poſſunt. Sed domine, dicatis mihi quando dicuntur perfectæ? Ad hoc reſ. Amice, huiuſmodi donationes perfectæ cenſentur, cùm donator voluntatem ſuæ liberalitatis in ſcriptis, vel ſine ſcriptis donatario manifeſtauerit: putà per talia verba, dabo, vel donabo tibi talem rem. & in noſtra conſtitutione cautum eſt huiuſmodi donationes ſemel perfectas traditionis neceſſitatem ad exemplum venditionis in ſe habere: vt ſicut venditor rem venditã numerato ſibi precio tradere compellitur: ita donatori poſt emiſſam liberalitatis vocem auctoritate noſtræ conſtitutionis tradendi neceſſitas imponatur. Sed antiqui principes ſtatuerũt donationes ſimplices ſummam ducentorum aureorum excedentes, ſine inſinuatione ſcripturæ non valere: nunquid placet vobis quòd illud hodie obſeruetur? Ad hoc reſpond. quòd non. Nam cùm conſtitutiones antiquorum principum ſtatuerunt huiuſmodi donationes ſimplices excedentes ſummam ducentorum aureorum actis interuenientibus inſinuari, noſtra conſtitutio huiuſmodi ſummam vſque ad quingentos ſolidos ampliauit, & ſtatuit vſque ad quingentos ſolidos ſine omni inſinuatione valere donationes. & per eandem conſtitutionem quaſdam ſpecies donationum introduximus, quæ licèt quingintos ſolidos excedant: tamen nullam inſinuationem deſiderant, ſed in ſe ſine omni inſinuatione pleniſſimam habent auctoritatem. & alia inſuper multa ad vberiorem

exitum donationum inuenimus:quæ omnia, & singula ex constitutionibus nostris, quas super huiusmodi donationibus fecimus, manifestissimè colligi possunt. Sed domine, vos dixistis mihi suprà, quod huiusmodi donationes simplices semel perfectæ non possunt reuocari:nũquid est hoc generaliter verum?Respond.quòd non. Licèt enim dixerimus tales donationes non posse reuocari; tamen sciendum est,quòd si plenissimæ sunt huiusmodi donationes:si donatarij ingrati exiterint erga donatores, licebit ipsis donatoribus per nostrã constitutionem certis ex causis eas reuocare. & hoc ideò statuimus, ne donatores,qui beneficium suæ liberalitatis in alios contulerunt,ab illis iniuriam patiantur secũdùm modos in nostra constitutione enumeratos. Et hæc vsque ad illum §. *est & alium.* Franc.

solo consensu perfecta temerè non reuocatur: egétque publica insinuatione, si quingentorum aureorum summam prætergrediatur: in certis tamen casibus etiam citra insinuationem effectum sortitur.

2. § Aliæ autem[a] donationes sunt, quæ sine vlla mortis cogitatione fiunt: quas & inter viuos* appellamus,quæ omninò non comparantur legatis: quæ si fuerint perfectæ,temerè[b] reuocari non possunt† . Perficiuntur autem cùm donator suam voluntatem[c] scriptis,aut sine scriptis manifestauerit[d] .Et ad exemplum† venditionis[e] nostra constitutio[f] eas etiam in se habere necessitatem traditionis voluit:vt etiam si nõ tradantur[g] , habeant plenissimũ, & perfectum robur,& traditionis necessitas[h] incumbat donatori. Et cùm retrò principũ[i] dispositiones insinuari eas actis interuenientibus volebant, si maiores fuerant ducentorum solidorum: constitutio[k] nostra eam quãtitatem vsque ad quingentos solidos ampliauit,quam stare etiam sine insinuatione[l] statuit. Sed & quasdam donationes inuenit[m] , quæ penitùs insinuationem fieri minimè desiderant[n] :sed in se plenissimam habent firmitatem. Alia[o] insuper multa ad vberiorem exitum donationum inuenimus, quæ omnia ex nostris constitutionibus,quas super his exposuimus, colligenda sunt.

Donatio inter viuos etiam perfecta,ex aliquibus causis reuocari potest. Aret.

Sciendum est tamen, quòd etsi plenissimæ sint donationes si tamen ingrati existant homines, in quos beneficium collatum est, donatoribus per nostram constitutionem[p] licentiam præstitimus certis ex causis[q] † eas reuocare: ne illi, qui suas res in alios contulerint, ab his quandam patiantur iniuriã, vel iacturam, secundùm enumeratos in constitutione nostra modos.

Propter nuptias donatio (quæ olim antenuptias dicebatur) non solùm contracto matrimonio augeri potest: sed etiam constitui, & initium sumere.

3. § Est & aliud genus inter

† *Vt hîc, & ca. vlt. in Gl. in fi. extrà eo. tit.*

† Argumentũ à contractu vẽditionis ad donationem valet.

a Venditor vtrùm præcisè teneatur ad traditionem rei.

b Triplex est interesse. Commune, vt quanti res communiter valet. Singulare, quod vtrumque aliorum excedit. *secundùm Gloss. in l. 1. ff. de act. empt.*

c Euictionis non tenetur donator,si donatio incœpita traditione: ieiũs si à pactione non nuda. Nisi de ipsa etiam nudè esset promissum *vt l. i. C. de euic. secundùm Ang. & Ias.* Item debet intelligi quòd præcesserit conuentio, saltem ordine intellectus, cũ aliàs ex sola traditione nõ tranferatur dominium secundùm Christoph. hic.

e Putà qualiscunque iudicis etiã extranei, nec habet necesse decretũ interponere. Et possunt hæc omnia fieri etiam ex interuallo: quæ si non interuenerint, non annullant totam donationem: sed pro parte tantùm,in qua excedit. *Angel.* Et an insinuationi possit renunciari, & sine ea donatio validari, & an in simplici remissione ipsa insinuatio, ité in cessione debitoris citatio requiratur: vide Angel. & Ias. hic.

f § *Constitutio.* vt *Cod. de dona. l. si quis argentum. § fi.*

g § *Etiam si non tradãtur.* id est,tradere nolit donator. Accvr.

h § *Necessitas* per condictionem ex lege, quæ stricti iuris est. *ff. eo. de dona. l. eum, qui. & C. eo. l. si quis argentum. § fin.*

i § *Retrò principum.* id est,eorum,qui ante nos fuerunt: ex nostra etiam patria: *vt C. eo. de dona. l. sancimus. in fi.*

k § *Constitutio.* vt *C. eo. l. pen. in fi.*

l § *Insinuatione.* i. scriptura facta in præsentia publicarum personarum[c] ,& in actis,vbi superfluum est testes adhiberi:cùm publica monumenta sufficiant: *vt Cod. eo. l. data. & in l. donationibus.*

m § *Inuenit.* sc. nostra constitutio: vt si donetur in redemptionẽ captiuorum,vel à magistro militum donetur militibus: vel in refectionẽ domus donetur alicui: *vt C. eo. l. pen.* Idem & si donet Imperator, vel ei donetur: *vt in authentica de non alienand. §. si verò minus. coll. ij. & in auth. vt non fiant pi. §. quia igitur. coll. v.* Idem in donatione propter nuptias. *vt in auth. vt ſpon. lar. coll. ix. in princ.* Item in remissione vsurarum futuri temporis: *vt ff. eodem. l. Modestinus.* Accvrs.

Additio. Idem in donatione facta pro bene meritis. *l. Attilius. ff. eo.* dummodò appareat, & eis proportionetur, secundùm doct.

n § *Minimè desiderant.* licèt quingentorum solidorum summam excedant.

o § *Alia.* veluti ne plures donationes diuersis temporibus factæ coaceruentur: *vt Cod. eod. l. sancimus. §. si quis autem.* Item vt hi, qui pecuniã recipunt in redemptionem captiuorum, iurẽt se ibi bona fide expendere. Item vt sacramento domini domus quæstio dirimatur: *vt C. eo. l. pen. in fin.*

p § *Constitutionem.* vt *C. de reuoc. do. l. fi.*

q § *Ex causis.* quinque scilicet[a] si atroces iniurias in eum effundat: vel impias manus inferat, vel graue damnum in bonis, vel vitæ periculum intulit:vel si legi dictæ in donando non paruerit:*vt Co. de reuoc. do. l. fina.* Sed donatio liberto facta, solo obsequio non præstito reuocatur. aliud in libertate:*vt C. de reuoc. do. l. j. & de lib. cau. l. solo.* § Est & hîc arg pro[b] domino, vt his causis possit reuocare feudum: *sic in auth. vt lib. de ca. §. illud verò. coll. vj & ff. de lib. ag. & alen. à paren. & c. l. alimenta.* Additio. Vnde versus;

Quinque modis perdo mihi quæ donata fuêre.
Infero si damnum grauiter donantis in ære:
Huic per me si sit atrox iniuria facta:
Si sit persona manuali vulnere tacta:
Quando sua vitæ crudeliter insidiabor.
Ingratus domino, re donata spoliabor.
Ingratum factum die me cùm fregero pactum.

Ius autem reuocandi donationem ex causa ingratitudinis,non transit ad hæredes,si defunctus facultatem reuocandi habuit.

Est & aliud.] Casvs. Domine,tam vidi de do simplici,quæ appellatur do.inter viuos: nunquid est aliquod aliud genus donat inter viuos? Ad hoc respond quòd sic. § Est enim quoddam aliud genus donationum, quod veteribus iurisconsultis penitùs erat incognitum:sed posteà à iunioribus principibus fuit introductum:& secundùm eos donatio ante nuptias appellabatur, & in se habebat tacitam conditionem, vt videlicet tunc rata esset hæc donatio,& effectum haberet,cùm matrimonium esset subsecutũ.Sed domine,quare appellabatur antenuptias? Resp.quòd ideò; quia semper ante nupti. fiebat, licèt effectum non haberet nisi nuptiis subsecutis; & nunquàm post nupti. celebratas, talis donatio potuit inchoari. sed posteà diuus Iustinus pater meus huiusmodi obseruationem semiplenè correxit. Nam cùm permissum fuerat dotes constante matrimonio posse augeri,permisit in constitutione sua huiusmodi donatio.ante nup.& post nup. celebratas ad similitudinem dotium posse augeri: sed tamen nomen inconueniens penitùs remanebat.nam ante nupt. vocabatur vt priùs:licèt ex constitutione sua post nupt.rale susciperet incrementum:& ita augebatur post nupt.tamen ante nuptias appellabatur. Et ita manifestè patet quòd nomen non benè consonabat rei:vnde nos plenissimo fini sanctiones tradere cupientes, & cõsona nomina rebus esse cupientes, vel studentes,in nostra cõstitutione statuimus,vt huiusmodi dona nõ solùm post celebratas nup.augmentũ suscipiant; sed etiam initium suscipere possit. & in hoc dotibus parificantur,vt quemadmodũ dotes constãte matrimonio non solùm augeri;sed etiã de nouo fieri possunt:ita huiusmodi donationes,quæ propter nup.introductæ sunt,nõ solùm constante

† Scilicet propter ingratitudinem: *vt hîc dicitur. & 16. q. 7. c. inuitum. & 56. dist. ca. satis peruersum. & ex. de don. c. vlt.*

a Donationes inter viuos, certis ex causis reuocãtur.

b Feudum ob ingratitudinẽ reuocari potest.

constante matrimonio contracto augeri: sed etiam de nouo constitui possunt: & hæc dicuntur vsque ad illum §. *erat olim.*

a ¶ *Introductum.* vt C. *de do. ante nupt. per totum tit.*

b ¶ *Habebat.* & hodie habet, si fiat donatio priùs: nam & posteà fieri potest: *vt infrà eod. §. sed tamen.*

c ¶ *Insecutum.* de iure, & de facto.

d ¶ *Quòd.* i. quia.

e ¶ *Pater noster.* sic *infrà quibus non est permis. facere testamen. §. cæcus.*

f ¶ *Cùm augeri.* i. cùm hoc non esset [a]. Acc.

g ¶ *Fuerat.* etiam ante se.

h ¶ *Tale.* putà quia augeatur dos.

i ¶ *Permisit.* f. diuus Iustinus: *vt* C. *de donat. ante nup. l. pen.*

k ¶ *Et consequentia.* aliàs conuenientia. *sic* C. *de epi. & cle. l. decernimus in fin. glo. fi.* & in summario. *& de offi. præfect. vrb. l. j. in fi. & de defen. ciui. l. defensores. arg. cõtra, C. de constit. pec. l. ij. §. pen. & ff. de adimen. leg. l. iij. §. conditio.*

l ¶ *Constituimus.* C. *de do. ante nup. l. fi.*

m ¶ *Exæquentur.* si de de nouo fiat donatio, vel dos post matrimonium: vel vetus augeatur, est æqualitas: *vt* C. *de do. ante nup. l. fi. §. fi igitur dote.* Si ante matrimonium, poterat esse inæqualitas: *vt* C. *de pa. con. l. ex morte. in princ.* Sed hodie [b] æqualitas est ante, & post in constituendo, & in pactis lucrorũ: vt quantum dat vxor in dotem, tãtum det in donationẽ propter nuptias: vsumfructum tamẽ habeat maritus, ne accidat matrimonij oneribus dotem non seruire. Nam æquitas [c] suggerit quòd dos debeat esse ibi: vbi sunt onera matrimonij: *vt ff. de iu. do. l. dotis fructus. & l. plerumque. §. si serui.* cùm tantumdem reddatur vxori, ex qua donatione cõsulitur mulieri soluto matrimonio, si res dotales non existant: & quia non potuit alienare maritus etiam ea consentiente [d]: *vt infrà tit. proxi. in prin.* licèt aliàs iuri hypothecæ possit renũtiare: *vt* C. *ad Velle. l. etiã. & l. iubemus. & in auth. siue à me. eo. tit.* C. Et sicut dos vxori: sic & talis donatio iure redditur viro soluto matrimonio, cũ sit æqualitas: *vt in auth. de æqua. do. §. j. coll. vij.* est & sponsalitia largitas, quãdo sponsus sponsæ per verba de futuro, vel econtrà donat purè, non respectu dotis: quæ similiter conditionem matrimonij habet: *vt* C. *de dona. ante nup. l. cùm veterum. & l. si à sponso.* Acc. ADDITIO. ¶ Tu die quòd aliquando fit ex mera liberalitate hõc expresso, quòd nullo casu repeti possit. & habet locum, *l. si mater. C. de do. ante nup.* aliquando fit simpliciter nullo expresso: & tunc olim præsumebatur ex mera liberalitate, & erat irreuocabilis. *l. vl. l. si filia. & l. si ibi.* C. *eo.* hodie verò ob causam futuri matrimonij *l. cùm veterum. eo. tit.*

n ¶ *Sed eo etiam contracto.* Hodie hoc corrigitur *in auth. de æqual. do. coll. vij.*

Erat olim.] CASVS. Domine, vidi plures modos acquirendi de iu. ciui nunquid adhuc reperiuntur plures modi ciuilis acquisitionis? Respond. quòd sic. Erat enim olim alius modus ciuilis acquisitionis per ius accrescendi: quod quidem ius accrescendi viuos donationis, quod veteribus quidẽ prudentibus penitùs erat incognitum: posteà autẽ à iunioribus diuis principibus introductum [a] est, quod antenuptias vocabatur: & tacitam in se conditionem habebat [b], vt tũc ratum esset, cùm matrimonium esset insecutum [c]. Ideóque antenuptias appellabatur, quòd [d] ante matrimoniũ efficiebatur: & nunquàm post nuptias celebratas talis donatio procedebat. Sed primus quidẽ diuus Iustinus pater noster [e], cùm augeri [f] dotes & post nuptias fuerat [g] permissum: si quid tale [h] eueniret, & antenuptias augeri † donationem. constante matrimonio, sua cõstitutione permisit [i]: sed tamen nomẽ incõueniens remanebat, cùm antenuptias quidẽ vocabatur: post nuptias autẽ tale accipiebat incrementum. Sed nos plenissimo fini tradere sanctiones cupientes, & consequentia [k] nomina rebus esse studentes †: cõstituimus [l], vt tales donationes non augeantur tantùm: sed etiã constante matrimonio initium accipiant; & non antenuptias: sed propter nuptias vocentur; & dotibus in hoc exæquentur [m], vt quemadmodũ dotes cõstante matrimonio non solùm augentur; sed etiã fiunt: ita & istæ donationes, quæ propter nuptias introductæ sunt, nõ solùm antecedant matrimonium: sed eo etiam contracto [n] augeantur, & constituantur.

Hodie si vnus ex dominis manumisit seruum communem, seruus efficitur liber: & socius cõseruatur indemnis, dato sibi pretio patris suæ. h. d. Aret.

a *Aliter* cùm hoc esset.

† Quæ ita donantur, ἀντίφωνα nostri auctores vocãt: quo vocabulo quid sit donatio propter nuptias, satis apertè signi ficatur. *Cuiac.*

¶ Hic est casus in quo filius corrigit patrẽ. Nec obstat authen. *de nupt. §. si verò expedit.* Aegi. Per. b Dos, & donatio propter nuptias debẽt esse in æqualitate.

c Dos datur vt inde matrimonij onera sustineantur.

d Nisi post biẽnium iterũ cõsentiat, & ex aliis bonis, quæ supersunt, sibi fit consultum: nec tunc sibi præiudicat: nisi quatenus probetur versũ in rẽ suam. *Ange.* Hodie tamen de consuetudine talis donatio non constituitur: *vt vult Gloss. in auth. æqualitas. Cod. de pact. cõ. & Bal. in auth. dos data. C. eo. Iaf.*

erat tale: Si duo habebant seruum communem, Petrus & Mar. si Petrus solus inter viuos, vel in vltima voluntate communem seruum manumitteret, libertas non valebat: sed in eo casu pars Petri penitùs amittebatur: & Mar. nolenti manumittere accrescebat: & ita seruus, qui priùs communis erat, totus Martino per ius accrescendi acquirebatur. Sed cùm hoc pessimum fuerat exemplũ, seruum quidem manumissum libertate defraudari, & impositione libertatis humanioribus dominis damnum inferri; & seuerioribus lucrum acquiri: ideò hoc quasi inuidia plenũ pio remedio per nostrã constitutionẽ duximus corrigendum: & inuenimus viam, per quam tam manumissor, quàm socius eius manumittere nolens, quàm etiam † seruus qui libertatẽ accepit, nostræ permissionis beneficio communiter perfruantur. Statuimus enim vt libertas seruo communi imposita, debitum effectum sortiatur. Manifestum enim est antiquos legũ latores in fauorẽ libertatis multa contra regulas communis iuris statuisse: & statuimus quòd dominus, qui libertatẽ imposuit, suæ liberalitatis stabilitate gaudeat: & socius indemnis cõseruetur: & precium serui manumissi à domino manumittente seruum secundùm partem dominij constitutione definiti accipiat. Et hæc vsque in fi. tit. Franc.

4. ¶ Erat olim & alius modus ciuilis acquisitionis per ius accrescendi, quod est tale: Si communem seruum habẽs aliquis cum Titio, solus libertatẽ ei imposuerit vel vindicta, vel testamento [x]: eo casu pars eius amittebatur, & socio accrescebat. Sed cùm pessimum fuerat exemplo [o], & libertate seruum defraudari, & ex ea humanioribus quidem dominis damnum inferri: sæuioribus † autẽ dominis lucrum accrescere [*]: hoc quasi inuidiæ plenum, pio remedio per nostram constitutionem [p] mederi necessarium duximus.

Habes casum, in quo contra iuris communis regulas quis inuitus rem suam vendere cogitur.

5. ¶ Et inuenimus viam, per quam & manumissor, & socius eius, & qui libertatem accepit, nostro beneficio fruantur, libertate cũ effectũ procedente (cuius ¶ fauore antiquos legumlatores multa etiam contra communes [r] regulas statuisse manifestum est) & eo, qui eam libertatem imposuit, suæ liberalitatis stabilitate † gaudente: & socio indemni conseruato, preciúmque serui secundùm partem dominij, quod nos definiuimus [s], accipiente [t].

† *Aliàs*, seruis.

* accedere.

† Idẽ est etiã si fiscus sit socius: quia eo inuito potest ei vnus manumitti. *secundùm Ruc. per l. 1. C. de vect. & commis.* Aeg. Per.

x ¶ *Vindicta, vel testamento.* Rectè vindicta, vel testamento. nimiũ enim si inter amicos, per epistolam, vel conuiuium manumittat, plerisque placet nihil eum egisse. *auctor Vlpianus in tit. de liber. & Paulus li. 4. Senten. de manumiss.* C V I A.

o ¶ *Exemplo.* C. *de proba. l. exemplo.*

p ¶ *Nostram constitutionem.* C. *de com. ser. ma. l. j. §. ne autẽ. & §. sin autem socius.*

q ¶ *Cuius.* libertatis.

r ¶ *Communes.* f. vt libertates [a] per leg. Fal. non minuantur. Item vbi non valet testamẽtum, libertates non reuocantur. *ff. de inof. test. l. Papinianus. §. sed an & libertates. & §. fin.* Item *& ff. de fideicom. lib. l. generaliter. §. si quis seruo.*

a Libertatis ĩ fauorem, vt per Falcidiam non minuatur: vt quo casu non valeat testamentum, nõ reuocetur.

s ¶ *Definiuimus. C. de commu. ser. ma. l. j. §. ne autem. & §. sin autem socius.*

t ¶ *Accipiente.* vel eo deposito: *vt C. de com. ser. ma. l. j. §. ne autem. & §. sin autem socius.* ¶ Et not. quòd compellitur [b] quis vendere: quod est speciale contra regul. *vt C. de contra. empt. l. inuitum. & C. de iu. delib. l. nec emere.* quod plenè no. *in auth. de fideiuss. §. pen. coll. j.*

b Inuitus vendere quis interdum cogitur.

QVIBVS ALIENARE licet, vel non.

TITVLVS VIII.

Etiam vxoris accedente consensu, fundi dotalis alienatio, & obligatio viro (quamuis ciuili iure dotis dominus sit) interdicta est.

QVIBVS ALIENARE &c.

Dictum est c *suprà de acquisitione facta per vsucapionem, vel per donationem: nunc dicit per quos alienatio possit fieri, & per quos non.* Aret. *Vel sic continua: suprà dictum est quomodo quis efficitur dominus iure gentium, vel ciuili: hic tractare intendit de quadam specialitate,*

c Continuatio

ſpecialitate, quæ contingit circa eos, qui dominia rerum acquirunt. Generale enim eſt, vt qui dominus eſt, poſſit alienare: & qui dominus nõ eſt, alienare nõ poſſit. hic, & in ſpecialibus caſibus cõtingit contrariũ.

a Diuiſio.

Ccidit.] Totus iſte ti. [a] diuiditur in tres partes. ¶ Primò quando dominus non poteſt alienare res ſuas. ¶ Secundò econtrà quando nõ dominus alienat. ¶ Tertiò redit ad primum cauſum. Secũda ibi: *Contrà autem.* Tertia ibi: *Nunc autem admonendi.* Vel diuide ſubtiliùs. ¶ Primò quando prohibetur alienatio propter rem, quæ eſt inalienabilis. ¶ Secundò quãdo permittitur ex pactione, vel propter publicã vtilitatẽ. ¶ Tertiò quando prohibetur ratione perſonæ alienantis, vel ratione perſonæ, in quam fit alienatio: quia pupillus eſt. CAIVS. In prima parte dicit Iuſt. præmittendo ea, de quibus intendit hîc tractare: ali quãdo accidit, quòd ille, qui dominus eſt rei, dominium tamen eiuſdem rei in alium transferre non poſſit. & in caſu iſto conuerſo ſimiliter quandóque accidit, vt ille, qui dominus nõ eſt, poteſtatem tamen dominium transferendi in alium habeat. & hæc dicuntur vſque ad verſi. *Nam dotale.* in quo talis figuratur caſus: Domine, vos dixiſtis mihi ſuprà quòd dominus rei aliquando rẽ ſuã alienare non poteſt. ponatis mihi exemplũ de hoc. Ad hoc reſp. Amice, ecce maritus licèt ſit dominus prædij dotalis: tamen inuita muliere prædium ſibi in dotem datum, per leg. Iul. de fun. do. alienare prohibetur, & hypothecas earum rerum, quæ volente etiam muliere fiebant: quam leg. Iul. per conſtitutionem noſtram correximus, & in meliorem ſtatum deduximus. cùm enim prohibitio leg. Iul. tantummodò in rebus immobilibus Italicis locum habeat: & alienationes rerum dotaliũ etiam in omni re, quæ inuitâ muliere fiebant, inhibebat, vtrique remedium adhibuimus: & ſtatuimus vt non ſolùm in Italia interdicta ſit alienatio, vel obligatio rerum do. ſed etiam in omni prouincia, quæ Romano ſubiecta eſt imperio: & non ſolummodò inuita muliere locũ habeat huiuſmodi prohibitio: ſed etiã neque alienatio, vel obligatio licèt de conſenſu mulieris facta fuerit, robur obtineat. & hoc ideò ſtatuimus, ne fragilitas ſexus muliebris, quæ de facili ad conſentiendum alienationi per blanditias mariti poſſet induci, in perniciem ſubſtantiæ mulierum videatur conuerti. & hæc vſque ad illum §. *contrà autem.* Franc.



Ccidit aliquãdo, vt qui dominus rei ſit, alienare nõ poſſit: & cõtrà qui dominus non ſit, alienandæ rei poteſtatẽ habeat. Nam dotale prædium [a] maritus inuita muliere [b] per legem Iuliam prohibetur [c] alienare [d], quamuis ipſius ſit [e], dotis cauſa ei datum [f], quod nos, legem Iuliam corrigentes [f], in meliorem ſtatum deduximus [g]. Cùm enim lex [h] in ſoli tantummodò rebus locum habebat, quæ Italicæ [i] fuerant, & alienationes inhibebat, quæ inuita muliere [k] fiebant: hypothecas autem earum rerum etiam volente ea [l]: vtrique [m] remedium impoſuimus, vt etiam in eas res, quæ in prouinciali ſolo poſitæ ſunt, interdicta [n] ſit alienatio, vel obligatio: vt neutrũ eorum neque cõſentientibus [o] mulieribus procedat, ne ſexus muliebris fragilitas in perniciem [p] †ſubſtantiæ earum conuertatur [q].

Pignus non ſolùm ex debitoris pactione à creditore diſtrahi poteſt, quamuis dominus non ſit: ſed etiam ſi nulla pactio de vendendo pignore interuenerit, modò iuris præſcripta forma ſeruetur.

1. ¶Contrà [r] autem creditor pignus ex pactione, quãuis eius ea res non ſit, alienare poteſt [ſ]. Sed hoc forſitan ideò videtur fieri, quòd volũtate debitoris intelligitur pignus alienari, qui

a Et in his caſibus: vbi non poteſt alienari: an fideiuſſor datus à viro obligetur: vide Ia. hic.

b *vide Gloſ. in l. vnic. §. & cùm lex. in verb. alienare. C. de rei vxor. actio.*

d ... quam ſi prodeſt mulieri: etiam maritus prouocare poteſt. *Ang.*

e Dotis dominiũ an ſit mariti, vel vxoris.

β ¶ *Dotis cauſa ei datũ.* Ratio legis hæc eſt: quia licèt in bonis mariti dos ſit conſtãte matrimonio: mulieris tamen eſt. *Boët. in top. Cic.* Dos, inquit, licèt matrimonio conſtante in bonis viri ſit, eſt tamen in vxoris iure, & poſt diuortium velut res vxoria peti poteſt: quod ſumpſiſſe is videtur ex *l. quamuis. de iure dot. & l. Lucius. §. idem reſpon. ad municip.* CVIAC.

f ¶ *Corrigentes.* in duobus capitulis, & in aliis non. ACCVR.

g ¶ *Deduximus.* vt *C. de rei vxo. actio. l. vnica. §. & cùm lex.*

h ¶ *Lex.* ſ. Iulia.

i ¶ *Italicæ.* i. in Italicis prohibebat alienationẽ: & hoc erat primum eius vitium. ACCVRS.

k ¶ *Inuita muliere.* ſed ea volente concedebat: & hoc erat ſecundum vitium.

† Id eſt, ne fragilitate naturę in repentinum deducatur inopiam. *l. 1. §. cùm lex. Cod. de rei vxor. actio.* Aegid. Per.

† Et ſic plus iuris transfert in alium, quàm ipſe habeat: *de quo vide Gl. ſi in c. paſtoralis. extrà de iure pat.*

l ¶ *Volente ea.* ſimiliter prohibebat.

m ¶ *Vtrique.* ſ. vitio.

n ¶ *Interdicta.* Quid ſi fiat? Reſp. vindicat maritus conſtante matrimonio, contra [a] factum ſuum veniens, cùm fuerit contra legẽ: *vt C. de agr. & cen. l. quemadmodum. circa fi. lib. xj. & de rei vin. l. doce.* ſed diſſoluto eo mulier repetit: *vt C. de iur. dotium. l. in rebus.* Idem in prælato Eccleſiæ alienãte rem Eccleſiæ: quia poteſt eam repetere prælatura durante: *vt extrà de reb. Eccl. non alien. c. ſi quis presbyterorum.*

a Alienãs quidóque repetit quòd alienauit.

o ¶ *Neque conſentientibus.* ſpeciale, vt ſuo fauori nõ poſſit renunciare: quia etiam reipublicæ intereſt: *vt ff. ſolu. matri. l. j. ſic ff. de pact. do. l. de die.*

p ¶ *In perniciem.* i. deſtructionem.

q ¶ *Conuertatur.* ſimilia ſunt vbi [b] etiam dominus non alienat: *vt C. ad leg Iul. maie. l. fin. & C. de haret. & Mani. l. Manichæos. §. pen. & C. de prad. decur. l. fi. lib. x. & j. eo. §. nunc admonendi.* ADDITIO. Vnde verſus [c]:

Coniux, Eccleſia, furioſus, mentéque captus,
Prodigus, atque minor, exiſtens ſub patre natus,
Aduerſans fidei, maieſtatis reus: iſtis
Res alienare proprias de iure vetantur.
Pretacto debet ſub iure decurio ſcribi. Aretinus.

b Domini multi ſũt, quæ ſuas res alienare non poſſunt.

c Verſus.

Contrà autem.] Domine, iã vidi caſum, in quo dominus alienare non poſſit. Pro Deo ponatis mihi exemplũ quando nõ dominus dominium rei in aliũ transferre poteſt. Ad hoc reſp. Amice, licèt creditor non ſit dominus rei obligatæ: tamen ſi ipſe pignus ex pacto, vel lege alienauerit: dominiũ eius in aliũ tranſfert. ſed forſan in primo caſu: videlicet quando ex pacto ſibi facto à debitore pignus alienat, videtur hoc fieri: quia volũtate debitoris intelligitur pignus alienare: quia debitor ab initio contractus pactũ fecit vt liceret creditori pignus vendere, ſi intra tẽpus ſtatutum non ſolueretur: & ita in caſu iſto potiùs ex pacto, & volũtate debitoris videtur dominiũ tranſlatũ, quàm ex facto ſine traditione ipſius creditoris. Sed certè non ſolùm in eo caſu, quãdo pactũ de diſtrahendo pignore à debitore interpoſitũ eſt, licet creditori vendenti dominiũ pignoris ad alium transferre: ſed etiam quãdo auctoritate legis pignus diſtrahitur. Ne ergo creditores ius ſuum perſequi diutiùs impediretur, & etiã ne debitores nimis citò rerum ſuarum dominiũ amittant: noſtra conſtitutione vtrique parti proſpectum eſt, & per eandem conſtitutionem certus modus eſt inuentus, per quem quidem modũ pignorũ diſtractiõ poſſit procedere: cuius conſtitutionis tenore vtriuſque partis indemnitati in eo caſu, quando pactum de diſtrahendo non interceſſerit, ſufficienter, & abundè prouiſum eſt. Et hæc dicuntur vſque ad illum §. *nunc autem.* Franc.

r ¶ *Contrà.* i. econtrario.

ſ ¶ *Alienare poteſt.* 2. Idem in iudice [d] *vt ff. ſi ex nox. cau. aga. l. ij. & infrà, de offi. iud. in fin.* 3. Idem in flumine: *vt ff. de acqu. re. do. l. ergo. §. alluuio.* 4. Idem in Imperatore, & Auguſta: *vt ſuprà de vſucap. §. vlt.* 5. Idem in prælatis Eccleſiarum: *vt in auth. hoc ius porrectũ. C. de ſac. ſan. Eccl.* 6. Idẽ in tutoribus, qui dominorũ locum obtinent:

d Alienare res alterius quib. caſib. quis poſſit.

obtinent: *vt ff. de furt. l. interdum. §. qui tutela.* 7. Idem in procuratore, qui habet liberam [a] administrationem: *vt* C. *de rerum diuis. §. nihil autem.* 8. Idem in seruis habentibus liberam peculij administrationem: *vt ff. de pig. act. l. si conuenerit. §. fi. & l. seq. Vnde versus,*

Princeps, Augusta, iudex, ac officialis.
Tutor, curator, procurator, fluuiúsque,
Creditor, exactor, prælatus, seruus, habentur,
Hi numero bis sex alienantes aliena. Acc.

a Procurator liberã habens administrationem, potestatẽ dotis amittẽdę non habet: vt nec donandi, nisi exprimatur: & tunc intelligitur de dona. inter viros, non causa mortis. Quẽad modum autem libera administratio concedatur, vide Ang. hîc.

[†] Id est, ne fragilitate naturę in repentinam dedecatur in piam. *l. 1. §. cùm lex.* Cod. *ut res vxor. actio.* Acgid. Per.

a ¶ *Qui ab initio.* Idémque est si ex interuallo. *l. 4. ff. de pig. act.* CVIAC.

a ¶ *Non solueretur.* s. tẽpore constituto.

b ¶ *Impedirẽtur.* vbi nõ esset pactio de pignore vendendo. ACCVR.

c ¶ *Temerè.* i. nimis citò: *vt* C. *de dona. §. alia autem. in prin.*

d ¶ *Constitutione.* C. *de iu. do. impe. l. fin. §. j. & ij.* Accur.

e ¶ *Certus modus.* vt [b] si actum sit de vendẽdo, iuxta conuentionem vẽdere possit. Sed si nihil fuit dictum de hoc: nũciabit semel: & tunc elapso biennio vendet: *vt* C. *de iur. do. imp. l. fin. §. j. & ij.* Si autem dictũ fuit vt non vendatur, ter nũciabit, & tunc vendet: *vt ff. de pig. act. l. si conuenerit,* ADDATIO. Et inter denunciandum quæ interualla sint necessaria, item quid si emptor non reperiatur, vel pignus plus, vel minus valeat, quàm creditum, itẽ quid in pignore iudiciali, vel prætorio, & an huic benefi. de vendẽdo pign. possit renunciari: vide Ang. hîc.

b Pignus debitoris quemadmodũ, & quo ordine distrahere possit creditor.

c Et per pactũ nudum, nec est necessaria aliqua denominatio de pignore luendo. quod not. pro limitatione. *l. si conuenerit. ff. de pignu.* Ang.

[†] Et sic plus iuris transfert in alium, quàm ipse habeat: *de quo vide Gl. fin. c. pastoralis. extrà de iure pat.*

f ¶ *Cuius.* s. constitutionis.

ab initio [a] cõtractus pactus est, vt liceret creditori pignus vendere, si pecunia nõ solueretur [a]. Sed ne creditores ius suum persequi impedirentur [b], neque debitores temerè [c] suarum rerum dominium amittere viderentur, nostra constitutione [d] consultum est, & certus modus [e] impositus est, per quẽ pignorũ distractio possit procedere: cuius [f] tenore vtrique parti creditorũ, & debitorum satis, abundéque prouisum est.

Pupillo rerum suarum sine tutoris auctoritate interdicta est alienatio: ideò mutuo datas pecunias accipientis non facit: sed aut extantes vindicat, aut bona fide consumptas condicit, aut si mala fide absumptæ sint, de his exhibendis agit.

2. ¶ Nunc admonendi sumus, neque pupillum, neque pupillam, vllam rem [g] sine tutoris auctoritate alienare posse [h]. Ideoque si mutuam pecuniam sine tutoris auctoritate alicui dederit [i], non contrahit obligationem [k]: quia pecuniam [l] non facit [m] accipientis: ideóque vindicari nummi possunt sicubi extant. Sed si nummi, quos mutuo

Nunc admonendi.] CASVS. Domine, iam vidi casum, in quo dominus rei suæ alienandæ potestatem non habet? Et respond. quòd sic: quia neque pupilli, neque pupillæ sine tutoris auctoritate vllam rem alienare possunt, licèt domini rerum suarũ censeantur. vnde si pupillus alicui mutuam pecuniam tutoris auctoritate non interueniente dederit, obligationem mutui non contrahit: & hoc ideò: quia pecuniam, quam mutuo dat, accipientis non facit. vnde si nummi à pupillo sine tutoris auctoritate mutuo dati existant, vindicari poterũt: si tamen ipse qui nũmos à pupillo mutuo acceperit, eosdem bo. fi consumpserit: ad exhibendum cum eo agi poterit. Et licèt dixerim tibi, quòd neque pupillus, neque pupillæ rei suæ dominium sinè tutore in alium transferre possint: ecõuersò tamẽ omnes res: videlicet tam mobiles, quàm immobiles sine tutore pupillo, vel pupillæ dari possunt: ita videlicet, quòd dominium in eos transferatur. & ideò si debitor pupillo, vel pupillæ debitum soluerit, necessaria est ei tutoris auctoritas. Si enim sine tutoris auctoritate pupillo, vel pupillæ soluerit, beneficiũ liberationis non consequetur: sed hoc euidentissima ratione in nostra cõstitutione, quam ad Cæsarienses aduocatos promulgauimus, statutum est: in qua quidem constitutione depositum est ita demũ licere tutori, vel curatori debitorem pupillarem soluere, si prætor sine iudicio, & sine omni damno sportularũ, & sine qualibet mercede tabulario præstanda hoc permittat. Nam si iudex soluẽdum pupillo pronunciauerit, & debitor post sententiam iudicis interpositam soluerit, huiusmodi solutio plenissimam securitatem obtinebit: quoniam in nullo euentu poterit debitor post huiusmodi solutionem iterum inquietari. Si verò aliter quàm in nostra constitutione dispositum est, debitor pupillo soluerit, & pupillus huiusmodi pecuniam sibi solutam aut saluam habeat, aut aliàs locupletior factus sit: licèt debitor per huiusmodi solutionẽ ipso iure liberatus non sit: si tamen pupillus adhuc eandem pecuniã petat: poterit debitor per exceptionem doli mali pupillum iterum petentem tanquàm de præda solicitum repellere. & hæc sunt vera, quando pupillus habet pecuniam saluam, vel ex ea locupletior factus sit. Si verò pupillus huiusmodi pecuniam sine tutoris auctoritate sibi solutam aut malè consumpserit, aut furto, aut alio casu amiserit, si iterum eandem pecuniam petat, inutilis erit debitori doli mali exceptio: quia nihilominùs ad solutionẽ iterum faciendam condemnabitur. & sibi imputet: quia debitum sine tuto. aucto. & non secundùm nostræ constitutionis tenorem pupillo soluerit. Similiter in casu conuerso pupil. sine tuto. aucto. soluere non possunt: quia id, quod sine tutor. auctor. soluit, non fit accipientis. Nullius enim alienatio sine tut. auct. eis concessa est. Et hæc vsque in fi. tit. dicuntur.

minor [†] dederit, ab eo, qui accepit, bona fide [n] cõsumpti sunt [o], condici possunt [p] β: si mala fide, ad exhibendum [q] γ de his agi potest.

Solutione debiti facta pupillo, eiúsve tutori, ita demum debitor plenissimam consequitur liberationem, si id iudicis interueniente decreto fieri contigerit: quòd si soli pupillo solutum sit, & pecuniam adhuc saluam habeat, aut locupletior ex ea sit, exceptionis ope liberatur: aliàs non liberatur.

At ex cõtrario, omnes res pupillo, & pupillæ sine tutoris auctoritate rectè [r] dari possunt. Ideoque si debitor pupillo soluat, necessaria est debitori tutoris auctoritas: alioqui non liberatur [s]. Sed hoc etiam euidentissima ratione statutum est in constitutione [t], quam ad Cæsarienses aduocatos ex suggestione Triboniani viri eminentissimi quæstoris sacri nostri palatij promulgauimus: quią dispositũ est ita licere tutori, vel curatori debitorem pupillarem soluere, vt priùs iudicialis sententia [x] sine omni damno [y] celebrata

[†] Minor prò pupillo. *Cu.*

g ¶ *Vllam rem.* neque ratione proprietatis, neque ratione possessionis quæ animo retinetur, licèt corporalem sine tutore perdere [a] possit: *vt ff. de acquir. re. do. l. pupillus. & de acq. possess. l. possessionẽ.* Quid in adulto? Resp. si non habet curatorem, potest alienare quæ seruando seruari non possunt, si habet curatorem, similis est prodigo: *vt C. de in integr. re stit. mi. l. si curatorem.*

a Non tamen alienare, aliud est enim amittere, aliud alienare: *secundùm Gl. in l. possessionẽ. ff. de acquir. poss.* Aeg. Per.

h ¶ *Alienare posse.* sic *suprà de auct. tut. in prin. ff. de solu. l. quòd si fortè. in fin. & l. pupillo. & ff. si cer. pet. l. non omnis. §. fin.*

i ¶ *Dederit.* id est b, tradiderit: cùm dare sit accipientis facere: *vt infrà de acquir. §. sic itaque.* si poneres propriè, non haberet locum, quod sequitur, ideoque vindicari, &c.

b Sic verba impropriãtur vt conueniant materię: oportet enim rebus cognatas esse ferrones. *c. intelligentia. extrà de verb. sig.*

k ¶ *Obligationem.* scilicet personalem ex mutuo.

l ¶ *Quia pecuniam.* bona est ratio: *vt infrà qui. mo. re con. obl. in princ. & ff. si cer. pet. l. ij. §. appellata,*

m ¶ *Non facit.* quod est necesse: quia dicitur mutuum, quod de meo fiat tuum: *vt ff. si cer. pe. l. ij.*

n ¶ *Bona fide.* credens eum maiorem: *vt ff. pro emp. l. ij. §. si à pupillo,* vel etiam errans in iure: licèt sit arg. contra: *vt ff. pro emp. d. l. ij. §. si à pupillo.*

o ¶ *Consumpti.* quod fit expendendo, vel cum aliis immiscendo: *vt* C. *de vsufru. §. constituitur. & ff. de solu. l. si alieni.*

p ¶ *Condici possunt.* s. condictione certi ex mutuo reconciliato per consumptionem: 1. *vt ff. si cert. pet. l. si à furioso. & l. seq.* 2. Item stipulatione reconciliatur: *vt C. si cert. pet. l. quamuis.* 3. Item vsucapione: *vt ff. de iudo. l. Proculus. & no. infrà. qui. mo. re con. obli. in prin. in verbo tuum fiat melius. in §. item is. in verbo mutuum.*

c Mutuum reconciliatur consumptione, stipulatione, vsucapione.

β ¶ *Condici possunt.* condictio crediti, vel condictio indebiti, alia est ex numeratione, alia ex consumptione. ex numeratione, si vtilis sit numeratio. & si bonæ fidei sit consumptio. CVIAC.

q ¶ *Ad exhibendum.* quia tenetur, qui dolo fecit, quò minùs possit exhibere: *vt* C. *ad exhib. l. ad exhib.* & sic iuratur in litẽ ex eo, quod interest pupilli citiùs pecuniam redditam esse: *vt ff. de in lit. iu. l. in actionibus. & l. nummis.*

γ ¶ *Ad exhibendum.* Imò & in rem: quia mala fides pro possessione est: sed in rem vtilis est. ad exhibendum directa. commodiùs ergo agitur ad exhibendum. quàm in rem. CVIA.

r ¶ *Rectè.* vt res fiat accipientis, non vt debitor lib. & hoc sequitur.

s ¶ *Nõ liberabitur.* s. debitor pupilli. Sed cõtrà, *ff. de sol. l. si stipulatus fuero.* Resp. ibi pupillus erat adiectus: nec quicquam sibi debebatur: cùm ad solutionem tantùm ponatur: *vt in eo. tit. de solu. l. quod stipulatus. & l. qui res. §. at vbi.*

t ¶ *Constitutione.* vt C. *de adm. tu. l. sancimus. & l. constitutionem.*

u ¶ *Debitorem.* ex mutuo, vel simili causa: nõ ex pensione, vel redditu: *vt C. de admi. tu. l. sancimus. & l. constitutionem.* ADDITIO. Tunc enim sine iudice plenissimam securitatem consequitur, dũmodò pensio nec duos annos, nec cent. floreno. summam excedat secund. Ang.

x ¶ *Sententia.* s. interlocutoria, quam d præceptum vulgariter appellamus, vt si dicat: Decerno, vel præcipio tibi soluere, vel deponere: *vt ff. de min. l. ait prætor. §. quid tamen.*

d Sententia interlocutoria, & præceptum iudicis, idem.

y ¶ *Sine omni damno.* vel sportularum, vel pretiorum tabellionum.

d Alienare res alterius quibus casib. quis possit.

num [a]. ¶ Sed nunquid debitor pro sua parte soluet? Resp. non: *vt C. de fruct. & lit. ex. l. fi. & facit fic C. de Episc. au. l. tam dementis. §. fin. & in Auth. de san. Episc. § sportularum. coll. ix.* Acc. ADDITIO. Priuilegium enim litis ordinationem, siue processum respiciens vni concessum transit ad aduersarium: secùs si decisionem, nisi verba rescripti hoc sonent.

a Hoc iure expressum in l. fa ere. C. de proximis sacro. scri. lib. 11.

a ¶ *Permittat.* nota quòd tutor, & iudex necessarij sunt secundùm P. Sed secundùm nos solus iudex sufficit: *vt ff. de minorib. l. ait prator. §. quid tamen. & l. quòd si minor. in fi.* Acc. ADDITIO. Et hoc est verum in casu nostro & in alienatione rerũ mobiliũ: aliàs in alienatione immobilium opus est vtroque. Ang Aret.

b ¶ *Securitas.* vt nec restitutio detur: secùs in prædio alienato cum decreto: quia emptio ex voluntate, solutio de necessitate fit: *vt ff. de minor. l. ait prator. §. quid tamen. & l. quòd si minor. in fin. & C. de præ. mi. l si quidem.* ACCVRS.

b Solutio fit de necessitate.

c ¶ *Solutio.* vt soli pupillo, vel adultò curatorem habenti, sine eo: vnde ipso iure non liberatur: *vt j. ibi, nihil proderit*, &c.

d ¶ *Locupletior.* quod est & si non est factus pauperior: *vt ff. de sol. l. in pupillo* ibi, nã hoc ipso, quòd. ACCVRS.

e ¶ *Petat.* & sic est de præda solicitus: vnde nõ audietur: *vt C. pro empt. l. eum qui.* ACCVRS.

f ¶ *Nihil proderit.* appa ret ergo quòd ipso iure non est liberatus. si autem cum auctoritate tutoris, ipso iure liberaretur: sed tunc restitueretur minor perdita pecunia: *vt C si aduer. sol. l. j.*

* al, nobis.

g Vel ab eo causam habente: quia beneficiũ restitutionis cedi potest & trãsit ad hæredẽ extraneũ: *vt l. quòd si min. ff. de min.* Ang.

g ¶ *Condemnabitur.* ipso minore petente, vel alio suo nomine [c]: non extraneo: *vt ff. de solu. l. filius.*

h ¶ *Soluerit* circa hanc diffusam materiam distingue: cùm debitor pupillo soluit, aut consequitur plenam, aut pleniorem, aut plenissimam securitatem. Si soluat pupillo siue tutoris auctoritate, & pupillus habeat saluam pecuniam, vel ex ea locupletior est: liberatur, non ipso iure: sed exceptione: nisi esset adultus sine curatore: *vt hic, & ff. de solu. l. in pupillo.* Si autẽ soluat tutore auctore, ipso iure liberatur: potest tamen in integrum restitui, si non habeat rẽ saluam: *vt C. si aduer. sol. l. j.* nisi in quatuor casibus: *vt C. de admi. tut. l. sancimus. & l. constitutionem.* quod enim legitimè factum est, ex euentu retractari non debet: *vt C. ad senatusc on. Trebel. l. sancimus.* Plenissima est, si iudex interueniat cum tutore, vel sine eo: *vt ff. de mino. l. ait prator. §. quid tamen.* Et de hac materia ibi plenè notatur.

d Pupilli an, & quomodo ppossint soluere.

i ¶ *Non possunt.* Distingue [d]: aut id, quod erat soluendum, non poterat alienari sine decreto: quo casu decret. interponend. est in soluendo: *vt ff. de re. eorum, qui sub tut. l. magis. §. si pupillus.* aliàs nõ tenet: & potest vindicari quod solutũ est, nisi consumpserit creditor: *vt hic, & ff. si cer. pet. l. non omnis. §. fi.* Aut poterat: quo casu solus sufficit tut. vel curator, vel adultus non habens curator. nec restituuntur, cùm non sint decep. si sine tutore soluerint; non liberatur, nec dominium transit nisi per consumptionem: *vt hic, & ff. si cer pet. l. non omnis. §. fin.* Et hoc quando debitum erat ciuile, & naturale. Si autem naturale tantùm, per restitutionem poterit repetere, si legitimè soluit, aliàs suo iure condicet: *vt ff. de cond. indeb. l. interdum.* ADDITIO. Et tunc quia minor ætas facit medium concludendi: satis est dicere se minorem indebitè soluisse, etsi non exprimat per ignorantiam: quod aliàs in maiore requiritur, ne donasse videatur. quod not. secundùm Ang.

PER QVAS PERSONAS cuique * acquiritur.

e Horat. in 1. ser. sermon.

Est e modus in rebus: sunt certi denique fines:
Quos vltra, citráque nequit consistere rectum.

Nam licèt multis modis res nobis acquirantur: vt à §. illo. singulorum. de rerum diuisione. *vsque nunc traditum est: tamen certi sunt homines, per quos nobis acquiritur: & sunt sex, scilicet per nos, per filios nostros, per seruos nostros, per alienos, in quibus vsumfructum habemus, per alienos, quos bona fide possidemus, per liberum hominem, quem bona fide possidemus. Est septimus: scilicet ille, in quo nudum * vsum habemus. Est octauus quandoque, vt liber homo id est procurator: de quibus hic titul. dicit. Differt autem à quodam alio. infrà* per quas personas nobis obligatio acquiratur. *quia ibi de obligatione acquirenda: hic de rebus tractatur.* Accur. ADDITIO. Adde quòd etiam sunt alij, qui acquirũt aliis: vt religiosi suo monasterio: *vt extr. de stat. monac. c. cùm ad monasterium. §. j. ibi, vnde si quicquam.* & beneficiati suis beneficiis: *C. de epis. & cler. Auth. licentiam.* Aret.

* Hoc verum, si acquisitio emanat ex re nostra, vel operis seruì, *secundùm Par. Angel.* Per.

Continua a autẽ istã rubricã sic: Dictum est suprà de multis modis acquirendi dominia, nunc sequitur videre de personis, per quas dominia acquiruntur, secundùm Por.

Aquiritur.] Totus iste tit. diuiditur in tres partes principales. ¶ Primò ponit per quos nobis acquiratur. ¶ Secundò illud exequitur singulatim, & in specie. ¶ Tertiò facit præambulum trãsitus ad alios titulos, & materias. Secunda ibi, *igitur liberi vestri.* Tertia ibi: *Hactenus.* Iste titulus in casus positione est facilis: ideò vide per teipsum.

k ¶ *In potestate habemus:* vt j. *eo. §. j. & §. item vobis.*

l ¶ *Vsumfructum.* vt j. *eo. §. de his.* Quid si nudũ vsum? Resp. ex re nostra acquiritur b. non autem ex opera: *vt ff. de vsu, & ha. l per seruum. & j. per quas personas no. oblig. acq. § per eum quoque. ibi Glos.* ADDITIO. Vbi videtur probari contrarium: & ideò dic quòd ex locatione operarum serui vsuario non acquiritur, vt hîc: sed ex ipsis præstitis in re vsuarij, vel conducta sic: *vt ibi, & l. plenum. §. fi. ff. de vsu, & habi.* Angel.

b Dommodò stipuletur mihi, aliàs acquiritur stipulãti, quamuis ista teneatur mihi restituere per conditionẽ hanc causa: *vt l. pen. ff. de stip ser.* Ang.

m ¶ *Bona fide.* vt j. *e. §. idẽ placet.* quæ bona fides in possidente, non in possesso requiritur: *vt ff. de acq. pos. l. cũ hæredes. §. fi. & ff. de stip. seruo. l. si seruus ex testam. & de acq. rer. dom. l homo lib. in prin.* & exigitur bona fides in principio possessionis, & cõtinua in libero homine quoad aliquid acquirendũ per eum, non in vsucap. quia nõ vsucapitur: *vt de acq. rer. do. l. qui bona fide. §. j. & C. de lon. tem. præscr. quæ pro lib. l. fola.* Sed in seruo sufficit & quoad vsucapionẽ, & quoad fructus, in initio bonam fidẽ habere: *vt ff. de vsur. l. qui scit. §. vlt. & C. de vsucap. transfor. l. vnica. §. cùm autem. vers. hoc tantummodò.* Acc. ADDITIO. Sed de iure canonico requiritur bona fides continuata vsque ad perfectionem præscriptionis. *c. fi. cum ibi notatis, extrà de præscr.* Et facit iste text. quòd monachus transiens de vno monasterio ad aliud, acquirat c secundo bona fide possidenti.

c Ratio: quia monachus, & seruus æquiparantur. c. cum olim. de priuile. Aeg. Per.

Igitur.] Diuiditur in tres partes. Nam primò ponit de acquisitione facta per liberos, & per quos, & quid acquiratur. Secundò quando per seruos nostros, & per quos, & quid acquiratur. Tertiò de acquisitione per liberam personam, an possit acquiri, & quid. Secunda ibi: *Item vobis.* Tertia ibi: *Ex his.* Item prima subdiuiditur in tres partes. Nam primò ponit ius antiquum. Secundò rationem correctionis. Tertiò ponit suum statutum. Secunda ibi: *quod nobis.* Tertia ibi: *Sancitum.* Arerin.

n ¶ *Igitur.* quia de singulis dicere vult: de filiis vt de dignioribus primò dicit. ADDITIO. Facit extra Glo. *ff. de eden. in l. argentarius. in §. edi.*

d Antiquitatis discendæ iudiosi esse debemus.

o ¶ *Olim.* Antiquitatẽ d primò recitat: & hoc ideò, vt nihil antiquitatis penitùs ignoretur: *vt j. tit. proxi. in prin.* Nam id e quod tollitur,

e Pesuera cognosci interdũ vtile est.

tollitur vel reformatur,non debet esse incognitum:*vt C.de cadu. tol.l.vnica.in fin.*

a ¶ *Olim quidē quidquid.* Iure antiquo patri filius omnia adquirit,etiam castrensia, aut quasi castrensia:sed ex constitutionibus priuilegium hoc militiæ datum est, vt in castrensi peculio filius fa.vicem patrisfa. obtineat : quo tamen non omninò ius antiquum abrogatur,cessat verius, & in suspenso est, quādiu filius suo priuilegio vtitur: proinde filio intestato mortuo, id non adquiri patri : sed non adimi : & iure peculij, non iure hæreditario à patre occupari dicimus, *l.proponeb.l.hæreditate.de cast.pec.l.1.§.si is, qui bona.de col.bo.l.vlt.ad S C. Tertyl.* filio etiam deportato,id patri non auferri.*l.3.C.de bo.prof.* Denique potest etiam pater quasi dominus castrensi prædio seruitutem adquirere:non tamen imponere,ne contra priuilegium faciat. *l. ex castrensi.§.1.ff.de castr. pec.* & per omnia ferè in castrensi peculio similis pater est domino, cui suis bonis ob dissolutionem morum interdictum est. Sic enim & patri:id est, domino castrensi peculio interdicitur ob priuilegium militiæ. Iure antiquo peculium paganum sine vlla distinctione in bonis est patris:sed constit. Constantini primùm excepta sunt bona materna, Gratiani, Valent. & Th. Arcadij : item & Hon. bona materni generis, Theodosij & Valent.bona,quæ ex matrimonio obueniunt, Leonis,& Anth. *quæ ex sponsalibus.* Iustiniani omnia aduentitia bona : horum namque bonorum proprietas liberis conseruatur. CVIAC.

quicquid[c] ad eos peruenerat(exceptis videlicet castrēsibus peculiis[a])hoc parentibus suis acquirebāt sine vlla distinctione[b]: & hoc ita parentū fiebat,vt etiā esset eis licentia, quod per vnū, vel vnam eorum acquisitum esset,alij[c] filio, vel extraneo donare, vel vendere, vel quocunque modo voluerant[β], applicare.Quod nobis inhumanum visum est:& generali constitutione[d] emissa & liberis pepercimus,& parētibus honorem[†] debitum reseruauimus. Sancitum etenim à nobis est, vt si quid ex re[e] patris ei[f] obueniat, hoc secundùm antiquam obseruationem totum parēti[γ] acquiratur. Quæ enim inuidia est[g], quod ex patris occasione profectum est,hoc ad eum reuerti[h]? Quod autem ex alia causa sibi filiusfamiliàs acquisiuit,huius vsumfructum[i] patri quidem acquirat: dominium autem apud eum remaneat: ne quod ei suis laboribus, vel prospera fortuna[k] acquisierit, hoc in alium perueniens, luctuosum ei procedat[l].

Pater filium emancipans, dimidiam vsusfructus aduenientium filio, remunerationis causa consequitur: quæ loco trientis dominij, quem olim habebat,successit.

2.¶ Hoc quoque[m] à nobis dispositū est[n] & in ea specie[o], vbi[p] parens emancipando liberos suos,ex rebus,quę acquisitionem patris effugiebant[q], sibi tertiam partē retinere (si voluerat) licentiam ex anterioribus cōstitutionibus[r] habebat, quasi pro pretio quodammodo[ð] emancipationis.Et inhumanum quiddā accidebat, vt filius rerum suarum ex hac emancipatione dominio pro parte tertia defraudaretur : & quod honoris ei ex emancipatione aditū est, quòd scilicet sui iuris effectus est, hoc per rerum deminutionem decresceret[s]. Ideóque *vt Cod.de bo.quæ lib.l.vlt.ad finem.* 5. Vel nisi quando pater noluit consentire filio adeunti hæreditatem aliquam : *vt* C.*de bonis, quæ lib.l.fin.in fin.*& §.j.& ij. 6. Vel nisi parente minùs legitimè diuertente bona filiis applicentur : *vt in Auth. vt nulli iud.§. quia verò aliqui.coll.ix.* 7.Item quando pater contraxit incestas nuptias: *vt in Auth. de incest.nup. §.j.coll.ij.* ADDITIO. Et alios casus vide per Ange. hîc,in quibus omnibus licèt nō habeat pater ius vsusfructus:debet tamen habere commoditatem ipsius iuris nisi de ipsa in pacto,vel remissione fiat expressa mentio,vt hîc per eum.

k ¶ *Prospera fortuna.* Quid dicemus in dubio vnde prouenerit? Resp. quidam:ex bonis patris præsumitur habuisse:sicut a si vxor habet,præsumitur ex bonis mariti : *vt* C.*de dona.inter virum, & vxorem.l.etiam. & ff.de dona.inter virum & vxorem. l. Quintus.* Nos contrà. & distingue b, an filius sit diligens,vel dues, & pater inops,vel econtrà:vt ex bonis diligentis(aliàs diuitis) quæsitum fingamus:*vt C.arbi.tu.l.si defunct.& ff.de hære.vend. l. venditor ex hared.§. sed vbi hære.*ibi,*pretiū enim hominis, &c.& ff.ad leg. Fal. l.si hæres institutus. in prin.* ADDITIO. Et hæc est communis secundùm Angelum,licèt Ioannes Faber hîc sentiat contrarium:& malè : quia in dubio non præsumitur delictum:*vt l.merito.ff.pro socio.*Ang.

a Præsumitur vxor id omne quod adquisiuit, ex bonis mariti adquisiuisse, non ex suis,vt tollatur turpis cōiectura a adulterij,& ex eo lucri.

b Filius quod adquirit, vtrū præsumatur ad quisiuisse ex bonis patris.

¶ Honor patri in vnaquaque dispositione seruandus est, *secundùm Ang.*

a Quod est verum, si dentur necessaria ad bellū:aliàs distingue an detur à notis pro pe castra,an aliàs:*vt in d.l si forti.in Glos.alle. & ita potest intelligi l.1.C.de castr.pec.lib.12.* vbi latiùs ponitur hæc distinctio, *secundùm Ang.*

b Scilicet licitè: & tunc id, quod tribuere tur personæ propter laborē,& industriā, efficetur aduēticium, & ipsius filij proprium alias ex delicto:quā vsuris nec patri quæritur,nec fructibus conferturr: sicut nec cætera aduentitia. *vt l.fi. C.de coll.* Ang.

c Ratio : quia monachus, & seruus æquiparantur. c. *cum olim. de præsumt.* Aeg.Per.

d Hoc consilium vtile est pro filiis, quorū patres sunt debitores,vt faciat eos renuntiare vsufructui aduentitiorū:nisi hoc fiat in fraudem creditorum. *Angel. Per. secundum Pore.*

a ¶ *Castrensibus peculiis.* idem in quasi castrensibus etiam iure veteri:*vt ff.de coll.bon.l.*j.§.*nec castrense.*non solùm iure nouo:*vt C. de bon.quæ lib.l.cùm oportet.§.exceptis. &* §. *eadem obseruando.* Est autem castrense, quod filiusfamiliàs à quolibet in castris acquirit,non acquisiturus aliàs[a] : *vt ff.de castren. pecu. l. si fortè.& l.castrense.*Quasi castrense est quod magistri liberalium artium, medici,clerici,& aduocati,de publico acquirunt : *vt C.de inof.testa.l. fin.ad prin.& C.de episc.& cleric.l.sacrosancta.& l.cùm lege.*

b ¶ *Sine vlla distinctione.*aduentitij,vel profectitij,proprietas, vel vsusfructus.

c ¶ *Alij.*s.fratri:quod grauiùs esse videtur:*vt C.de bonis, quæ lib.l. cùm oportet.*§.j.

β ¶ *Quocunque modo voluerant.*Non est,*voluerant*,in libr.scriptis. CVIAC.

d ¶ *Constitutione.*vt *Cod.de bon.quæ liber.l.cùm oportet.* ACCVR.

e ¶ *Ex re.*largè pone.i.propter rem,vt fructus,ex rebus patris:vel occasione patris quocunque modo quæsitam[b] : *vt ff.de incendio ruin.nauf.l.*j.§.*ij.& ff.de vsufruct. l.in fideicommissi. §. cùm Pollidius. & de vulg.substit. l.sed & si plures. §. in arrogato. & de castr. pecu.l.si fortè.& l.si castrense.* nisi aliunde filius sit habiturus per se : *vt ff. de iure dot.l.v.§.si pater.* Et sic ponitur ex re:id est propter rem: *ff.de acquirend.hæredit.l. aditio. in fin.* Arg. contrà, *ff. de pecu.l.eo tempore. in fin.* Argum. similiter contra, *ff. de act. empt. l. Iulianus.§.si quid seruo.* Accur. ADDITIO. Solu.dictio,ex,propriè, & strictè sumpta denotat immediatum,vt ibi:secùs si largè:*vt hic* Baldus.

f ¶ *Ei.*s.filio.

γ ¶ *Totum parenti.* Totum:i. solidum, & plenum,non deducta proprietate. CVIAC.

g ¶ *Inuidia est.*s.filio,qui acquisiuit.

h ¶ *Reuerti.* quasi dicat,nulla.

i ¶ *Vsumfructum.* quem habet in aduentitiis,nisi c remiserit d :*vt C.de bonis,quæ lib.l.cùm oportet.*§. *sin autem res.* 2. Vel nisi ab aliquo sibi detur, vel relinquatur hoc pacto,vt ad patrem non pertineat vsusfructus:*vt in Auth.vt lic. mat.& auia. in princ.coll.viij.* 3. Vel nisi succedat filius vnà cum patre in hæreditate frattis,vel sororis:*vt in Auth.de hær.ab inte.veni.* §. *si verò. coll. ix.* 4. Vel nisi seruus donetur filiofamiliàs eo pacto,vt manumittatur statim:

c Peculium aliud castrense, aliud quasi castrense, aliud paganum.

d Peculium paganum, siue rusticanum aliud profectitium : aliud aduentitium.

e Pater secundùm diuersa tēpora diuersa iura habuit in bonis filij.

cessserit, hoc in alium perueniens, luctuosum ei procedat[l].

Pater filium emancipans, dimidiam vsusfructus aduenientium filio, remunerationis causa consequitur: quæ loco trientis dominij, quem olim habebat,successit.

2.¶ Hoc quoque[m] à nobis dispositū est[n] & in ea specie[o], vbi[p] parens emancipando liberos suos,ex rebus,quę acquisitionem patris effugiebant[q], sibi tertiam partē retinere (si voluerat) licentiam ex anterioribus cōstitutionibus[r] habebat, quasi pro pretio quodammodo[ð] emancipationis.Et inhumanum quiddā accidebat, vt filius rerum suarum ex hac emancipatione dominio pro parte tertia defraudaretur : & quod honoris ei ex emancipatione aditū est, quòd scilicet sui iuris effectus est, hoc per rerum deminutionem decresceret[s]. Ideóque

l ¶ *Procedat.*Collige:peculium c aliud castrense, aliud quasi castrense,aliud rusticanum,siue paganum:quod d diuiditur in profectitium,& aduentitium: *vt C.de inofficc.test.l.fin.in prin.*de quibus omnibus dicitur in hoc titulo quid iuris sit:*&C.de bo.qua li.l.cùm oportet.*

m ¶ *Hoc quoque.*s.vt parentibus honorem seruemus,& filiis parcamus.

n ¶ *Dispositum est.C.de bo.quæ lib.l.cùm oportet.§.cùm autem.*

o ¶ *Specie.*i.casu. ACCVR.

p ¶ *Vbi.*i.in quo.

q ¶ *Quæ acquisitionem patris effugiebant.* id est,patri non acquirebantur quantum ad proprietatem. ¶ Sed secundùm e quæ tempora locum habebat, quod hîc dicitur? Secundùm antiqua non:quia sola castrensia, & quasi non acquirebantur:de quibus nihil detinebat pater:*vt C.de bon.quæ lib.l.cùm oportet.*§. j. Secundùm moderna verò non:quia non erat adhuc statutum in aduentitiis, vt non acquirantur patri tempore huius legis antiquæ, quæ recitatur hîc. Respond. quatuor iura hîc succesiuè considerati. Antiquissimum, quo sola castrensia, vel quasi non acquirebantur : *vt suprà* §. j. Antiquum, vt tempore Constantini, quo res maternæ, & ex materna linea delatæ, vt non acquirantur patri statutū est:*vt* C.*de bonis maternis. l.*j. *ij. & iij.* Tertium, quod hîc recitatur: vt pater emancipans filium de his maternis tertiam teneat pro præmio. Quartum, quo cauetur, vt omnia aduentitia acquirantur filiis quantum ad propritatem: patri quātum ad vsumfructum ex quo corrigitur illud quod iure antiquo cautum erat:*vt hic, & suprà* §. j. & C.*de bo.quæ lib.l.cùm oportet.*

r ¶ *Constitutionibus.*s.Constantini ante Iustinianum : vt recitatur,*C.de bo.quæ lib. l.cùm oportet.§.pen.*

ð ¶ *Pro pretio quodammodo.* Bene *quasi quodammodo*: nam pretio æstimari emancipatio non potest. Constantinus huius iuris auctor ait,*muneris gratia,l.1.& 2.*C.*Th.de bon.mater. l. cùm oportet.§. cùm autem.* C. *de bo.quæ lib.adqu.* Muneris ergo gratia triens dominij datur,auctore Constantino,vel,vt Iustiniano placet, semis vsusfructus. quòd si nulla sint aduentitia bona, ex quibus patri triēs aut semis conseruari possit,an ex bonis posteà quæsitis patri aliquid concedatur,quæstionis est : de qua nihil, quod sciam ab Iustiniano in suis libris definitum est:pertinet ad eam tamen. *l.5.* C.*Th.de mat.bo.* CVIAC.

s ¶ *Decresceret.*arg.contrà *suprà de le.pat.tu.per totum.&* C.*de cadu.tol.l.vnica.*§ *pro secundo.*Acc. ADDITIO. ¶ Tu dic quòd onus cum

eum emolumento pecuniario potest causare honorem: sed hon. sine emolu. non potest esse causa oneris: quanuis quandóque contingat honorem esse sumptuosum.

a ¶ *Dimidiam.* quam semper retinet, nisi expressè remittat: *vt C. de bo. quæ li. l. cùm oportet.* Accvrs. ADDITIO. Dic quòd in peculio profectitio est necesse quòd pater expressè retineat: aliàs donare videtur. *l. donationes ij. §. pater. ff. de do.* Et est ratio diuersitatis: quia profectitium pater potest adimere: & totũ ex eius voluntate dependet. ideò ei non prouidit sicut in aduentitio, quod pater non potest adimere cũ proprietas sit ipsius filij, secundùm Ioan. Fab.

b ¶ *Pro tertia.* i. loco tertiæ, quam habebat olim in bonis maternis ratione proprietatis: habet hodie dimidiã vsusfructus in omnibus aduentitiis: *vt C. de bo. quæ lib. l. cùm oportet. §. pen.* Accvr.

† *Alias lucipit iste §. item quod serui, & ita cum multis allegatur*: sed tunc subaudi, vobis acquiritur.

c ¶ *Stipulẽtur.* Et ita obligationem domino quærit; *vt infrà per quas personas nobis obligatio acquiritur. circa prin.*

d ¶ *Vel ex donatione, vel ex legato.* Sic in *l. si tibi homo. §. cùm seruus. ff. de leg. 1.* sed tamen hæc verba nec Cod. Th. nec l. *adquiritur. ff. de adquir. rer. do.* nec libri veteres agnoscunt. Cvias.

e ¶ *Ex qualibet.* vt per occupationem, vel specificationem, vel inuentionem: *vt §. de rer. diui. §. fera. & §. cùm quis, & §. Thesauros.*

§ Inuito fit quãdoque beneficium.

f ¶ *Inuitis obuenit.* sic [a] *ff. de acq. rer. do. l. etiam in uitis. sic & ff. de verb. obl. l. seruus vetanto.* Arg. cõtrà, *ff. de dona. l. hoc iure. §. non potest.* Accur. ADDITIO. Solu. dic quòd inuitis acquiritur ipso iure: sed non incommutabiliter: *vt ibi arg. l. inuito. ff. de regulis iuris.*

b Seruus an possit habere aliquid suum.

c Hæreditas per seruũ adiri non potest, nisi hæc tria cõcurrant: iussus domini, & quidẽ præcedens, postremò eius voluntas.

d Seruo Trebellianicæ restitutio fit etiã solius domini voluntate.

e Seruo defertur bonorum possessio eo cõsentiente: domino verò volente, ante, vel pòst.

f Seruo legatũ defertur etiam sine iussu domini.

g Hæredis appellatione primus hæres intelligitur.

f ¶ *Nihil suum.* f. ad suã vtilitatem: sed ad domini vtilitatem potest: *vt infrà de stipulatione ser. §. sed cùm factum. quæ est contrà.* Imò [b] etiam ad suam vtilitatem quandóque, vt si dominus seruo legatum relinquat: *vt C. de necess. ser. l. quidam. §. illos.* Respond. illud de æquitate, non ratione dicitur: quia in alimenta erat relictum: *vt C. de leg. l. seruis. & ff. de alimentis, & cib. leg. l. seruos.* aliàs autem non tenetur hæres nisi velit. Acc. ADDITIO. Quod facere debet de vrbanitate, si suam grauare nolit opinionem: vt ibi not. Glo.

g ¶ *Sed si heres.* Not. in hæreditate [c] adeunda à seruo, tria esse necessaria, quæ sunt iussus: *vt hic:* & quòd præcedat: *vt ff. de acquirenda hæreditate. l. si quis mihi. § iussum.* & serui voluntas: *vt C. de hæredib. institu. l. cùm proponas. §. fin. in Glo. penul.* ¶ In [d] Trebellianica restitutione seruo facienda solius domini sufficit voluntas. ¶ At in [e] bonorum possessione seruo delata seruum consentire, & dominum velle siue ante, siue post oportet: *vt ff. ad Treb. l. seruo inuito. & rem ratam hab. l. pen.* ¶ In legato [f] non est opus iussione, cùm emolumentum tantùm contineat: *vt ff. mandat. l. si hæreditatem.*

h ¶ *Adierit.* f. seruus.

i ¶ *Perinde.* quandóque non perinde: vt si filio meo substituam eos, quos hæredes mihi fecerim. Nam vocantur ex substitutione qui per se [g], non qui per seruos hæredes sunt: *vt ff. de vulg. & pup. subst. l. qui liberis. §. hac verba.* Itẽ alibi: *vt ff. de le. j l. cùm filio. §. denique. versi. ipsi verò. & versi. ideò.* Accvrs.

ADDITIO. Quod facit vt compromissum factum in Abbatem sancti Proculi, eo mortuo non transeat in successorem: quia prædefuncti industria videatur electa: vt per Bart. ibi.

k ¶ *Acquiritur.* siue seruus tantùm velit, siue dominus tantùm: *vt C. de donatio. causa mortis. l. fin. & de adimendis leg. l. si seruo cum libertate.*

Alienus seruus, cuius vsumfructum habemus: item is, quem bona fide possidemus, siue liber sit siue seruus, si quid ex re nostra, vel suis operis nãciscatur, nobis acquiritur: quod verò extra has causas adsequitur, vero domino, aut ipsi libero homini quæritur.

4. ¶ De his autem seruis, in quibus tantummodò [p] vsumfructum [q] habemus, ita placuit, vt quicquid ex re [r] nostra, vel ex operis [s] suis acquirunt, id nobis adiiciatur: quod verò extra eas causas consecuti sunt, id ad dominum proprietatis [t] pertinet. Itaque si is seruus hæres institutus sit, legatúmve quid [u] ei, aut donatum fuerit: non vsufructuario: sed domino proprietatis acquiritur.

Liber homo, & seruus alienus bona fide possessus, acquirunt possessori ex re ipsius, & operis suis. Ex aliis verò causis liber homo acquirit sibi, & seruus domino suo. Et non tantùm per prædictos acquiritur nobis dominium: sed etiam possessio. Aret.

Idem placet [v] & de eo, qui à nobis bona fide possidetur: siue is liber [x] sit, siue alienus seruus. Quod enim placuit de vsufructuario, idem placet & de bonæ fidei possessore. Itaque quod extra istas duas causas [y] acquiritur, id vel ad ipsum pertinet, si liber est [z]: vel ad dominum, si seruus est. Sed bonæ fidei possessor cùm ysuceperit

a *Et hoc tenet Ang. in l. quid. seruus. ff. de acquir. poss.* quod facit vt lucrũ ex vsuris non quæratur patri: nec sic tribus conferendum, nisi vtantur cautelaide qua per eum hic.

b Possessio pro præscriptione.

c Præscriptio est effectus longæ possessionis.

l ¶ *Adepti fuerint.* f. iustè [a], secundùm quosdã. 2. Vel aliter, quod dic vt diximus *suprà de his, qui sunt sui, vel alieni iuris. §. j.*

m ¶ *Videmur.* etiã ignorantes: *vt ff. de acq. pos. l. ij. §. saltus.*

n ¶ *Vsucapionẽ.* in rebus peculiaribus statim: in dominicis postquã dominus scit: *vt ff. pro soc. l. ij. & de vsuca l. Labeo.*

o ¶ *Possessionem.* i. [b] præscriptio, quæ [c] est effectus longæ possessionis: *vt ff. de vsucap. l. iij.*

p ¶ *Tantummodò.* vt C. *de do. cau. mor. l. vlt. & de adi. leg. l. si seruo.*

q ¶ *Vsumfructum.* de eo in quo vsum tãtummodò habemus: dic quòd ex operis tantùm non acquirit: quia operę serui in fructu sunt: *vt ff. de vsu, & habi. l. per seruum.* Accvr.

r ¶ *Ex re.* expone: vt *suprà §. j.*

s ¶ *Ex operis.* Quidam cod. *ex operibus.* vt in §. *item placet. ad finem.* Cvias.

t ¶ *Ad dominum proprietatis.* nisi contemplatione vsufructuarij sit institutus: vel aliud sibi datum fuerit: quo casu ex re eius f. vsufructuarij sibi quæsitum esse videtur: *vt ff. de vsufru. leg. l. sed & si quid.* nõ tamen vsufructuarij iussus sufficit ad adeundam hæreditatem: *vt ff. de acquiren. hæred. l. aditio. § præterea.* Accur. ADDITIO. ¶ Sed adibit iussu domini, qui fructuario restituet: & si nolit iubere, cogetur: *vt not. eo. tit. de acq. here. l. si quis mihi. in princ. & in Gloss. ij. & ff. de vsufruct. leg. l. si serui.* Ioann. Faber.

d Possessionem possessus non quærit.

e Hęreditasnõ quæritur per hominẽ liberũ bona fide possessum, nisi ses concurrant.

f Ignoranti enim possessio adquiritur.

g Possessio sola nobis nihil adquirit.

h Inanimatæ res nobis nihil adquirunt.

i Causa possessionis, pro dominio.

k Dominiũ est causa secunda possessionis: secunda, inquã: tã prima causa est vsucapio,

s ¶ *Quid.* i. aliquid.

u ¶ *Idem placet.* f. quo ad acquisitionem, vt statim sequitur. nam in alio differt: *vt infrà eo. §. sed bona fidei.*

x ¶ *Is liber.* hîc dic quod diximus *suprà eo. in prin.*

y ¶ *Extra istas duas causas.* veluti si fuerit hæres institutus, vel legatum fuerit ei aliquid, vel donatum.

z ¶ *Si liber est.* præter possessionem, quæ sibi. f. libero possesso quæri non potest, cùm [d] ipse ab alio possideatur: *vt ff. ad leg. Iul. de adulteriis. l. sic eueniet.* Item præter vsucapionem, quæ sibi non quæritur sine possessione: *vt ff. de acqu. rerum domin. l. homo liber. §. quicquid. & ff. de vsucapio. l. sine possessione.* ¶ Sed in hæreditate [e] per liberum hominem mihi quærenda sex sunt necessaria, quorum si quid defuerit, non quæritur. f. vt mei contemplatione instituatur. Item vt sciat conditionem suam institutus. Item quòd iussu meo adeat: Item quòd volens adeat. Item quòd velit mihi quærere. Item quòd bona fide possideam. Bene dico oportet vt sciat conditionem suam. Nam ignarus suæ conditionis nulli acquirit. sibi enim non: *vt ff. de acquir. hæred. l. qui putat. §. qui bona fide. & l. vj. §. j.* quia se obligare nõ voluit. ¶ Item possessori non, si non interuenit iussus: *vt ff. de acquir. hæredit. l. si quis mihi bona. §. iussum.* Idem & si interuenit: *vt ff. de acquir. hæred. l. vj. §. Celsus. & §. j.* Nam seruili necessitate creditur hoc fecisse: *vt ff. de nego. gestis. l. atqui. §. si libero.* Quare non potest acquirere: *vt ff. de acquir. rer. domin. l. homo liber. in prin.* ¶ Si sciat conditionem suam, volens quærere mihi, quærit sibi: sed restituitur mihi

mihi possessori per condictionem sine causa, cuius intuitu fuit institutus, sicut volens quærere possessori, cuius intuitu fuit institutus, iussu eius adeundo quærit: sed si non eius contemplatione, nihil: *vt ff. de acq. rer. dom. l. liber homo. & l. homo lib. in princ* [a]. Item potest dici quòd ignarus quærit sibi: *vt ff. de acq. hæred. l. qui putat. §. de eo*, cùm non contemplatione possessoris instituatur: *vt ff. de acqu. hære. l. qui in aliena. in fi.*

a ¶ *Dominus fit.* sic C. *de pact. l. traditionibus.* ACCVR.

b ¶ *Non possidet.* ſ. ciuiliter: sed naturaliter: *vt ff. de acq. posſeſ. l. naturaliter* [b]: vnde vtile interdictum vnde vi, sibi datur: *vt ff. de vi, & vi ar. l. iij. §. vnde vi.*

α ¶ *Quia nõ possidet.* Est ciuilis [c] possessio, est naturalis, est corporalis. Ciuilis, naturalis, iusta est: corporalis iniusta. Hanc pupillus sine tutore amittit, non ciuilem, non naturalem: fructuarius autem nõ ciuiliter: quia non vt sibi habeat: sed naturaliter possideat. CVIA.

c ¶ *Sed habet.* sic *ff. de acq. poſſ. l. j. §. per eum. sic ff. qui ſatiſ. cogan. l. ſciendum. §. ij.* ACCVR.

d ¶ *Quia scit.* vnde nõ vsucapit: cùm malã fidẽ habeat: *vt* s̃. *de vſuc. in prin.*

e ¶ *In vtriusque.* Nota de [d] tribus vtriusque dici. 2. Vel meliùs dic: vtriusque, fructuarij, & bonæ fidei possessoris.

β ¶ *Distinctionem.* Vet. *diffinitionem.* CVIA.

f ¶ *Proximè.* vt s̃. *e. §. de his. & §. idem placet.*

g ¶ *Apparet.* ſ. argu. [e] à cõtrario sensu sumpto. nam si tãtùm per dictos homines acquiritur, ergo non per alios: *vt ff. de offic. eius, cui mãd. eſt iur. l. j. in prin. & s̃. de tute. in princ.*

γ ¶ *Possessionem iustam.* Hoc in loco possessio iusta. i. bonę fidei, *l. quod ſeruus. ff. de adquir. poſſ.* sic seruitus iusta. i. bonæ fidei. *l. & generaliter. ff. de noxal. act.* CVIAC.

h ¶ *Acquiri.* fallit in tutore, & curatore, & similibus personis: vt dicemus ĩ. *de inut. ſtip. §. ſi quis alij.* ADDITIO. Videbitis ibi Glo. plenam, qui potest pro alio stipulari. de quo latè per Bartolum, & doctores *in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. & §. ſi quis inſulam. ff. de ver. oblig.* Ang. Aret.

i ¶ *Possessionem.* C. [f] *de acq. poſſ. l. j. & ff. de acq. poſſ. l. poſſeſſio quaque. §. & ſi poſſeſſio.*

δ ¶ *Adquiri possessionem.* Possessionem ciuilem, quo pacto fit vt animo nos, & corpore alieno possideamus, atque ita dominium etiam vt ignorantes adquiramus: sed & possessionem naturalem per procuratorem adquirimus, vt putà pignoris. Obligationem non adquirimus: præterquàm creditì condictionem. *l. certi. §. ſi nũmos. ff. de reb. cre.* & ex ea causa pignoris obligationem auctore Iustiniano. *l. ij. C. per quas perſ.* quamobrem Trib. in *l. ſolutum. §. per liberam. de pig. ac.* hæc adiecit, *plerumque*; non *ſemper*. CVIAC.

k ¶ *Constitutionem.* quæ est C. *per quas perſ. nobis acqui. l. j.*

l ¶ *Per hanc.* Ita quòd & per procuratorem. Nanque sola [g] possessio (cùm res [h] inanimata sit) mihi non quærit. nam & per traditionem res mihi quæritur, & possessio: sed illa eadem & per me acquiritur: *vt* s̃. *de re. diui. §. per traditionem. & s̃. eod. in prin.* 2. Alij dicunt, vt Azo, per solam possessionem acquiri dominium: *vt hic, & C. eod. l. j.* Sed ibi non dicit simpliciter excepta possessione: sed dicit excepta causa possessionis: id [i] est dominio, quod [k] est causa possessionis secunda post vsucapionem: *vt ff. de vſucap. l. iij.*

ε ¶ *Vel vsucapionem.* Non vt dominium, aut possessio ignoranti adquiritur, ita vsucapit etiam ignorans: nam hoc tantùm in rebus peculiaribus receptum est. *l. 2. ff. pro ſoluto.* CVIAC.

ζ ¶ *Præscriptionem.* vobis scientibus: *vt C. de acqui. poſſ. l. j.* si dominus non sit.

Epilogando transit ad alias materias cum quodã præambulo. Aret.

6. ¶ Hactenùs tantisper admonuisse [n] sufficiat quemadmodũ singulę res nobis acquirantur [o], nam legatorũ ius [p], quo & ipso singulæ res nobis acquiruntur: item fideicommissorum, vbi singulæ res nobis relinquuntur: opportuniùs inferiore loco referemus [q]. Videamus itaque nũc quibus modis per vniuersitatem res nobis acquirantur. Si cui ergo hæredes [r] facti simus, siue cuius bonorum possessionem [s] petierimus, vel si quem arrogauerimus [t], vel si cuius bona libertatum conseruandarum causa nobis addicta fuerint [u], eius res omnes ad nos transeũt. Ac priùs de hæreditatibus dispiciamus: quarum duplex cõditio est. nam vel ex testamento [x], vel ab intestato ad nos pertinent. Et priùs est vt de his dispiciamus, quæ ex testamento nobis obueniunt: qua in re necessariũ est initium de ordinandis testamentis exponere.

n ¶ *Admonuiſſe. ſuprà de rerum diui. §. ſingulorum.*

o ¶ *Acquirantur.* per vos, & alios: vt in titulo isto.

p ¶ *Nam legatorum ius.* Resp. tacitæ obiectioni, quæ fieri posset de singularibus acquisitionibus legatorum.

q ¶ *Referemus.* vt *infrà de le. per totum. & infrà de ſingulis rebus per fideicommiſ. relic. per totum.* ACCVR.

r ¶ *Hæredes.* ſ. de iure ciuili: *vt* ĩ. *de hære. inſtit. vſque ad tit. de bonorum poſſeſſionibus.*

ſ ¶ *Bonorum possessionem.* scilicet de iure prætorio: *vt infrà de bono. poſſeſſion. per totum titulum.*

t ¶ *Arrogauerimus.* ĩ. *de acquiſ. per arro. per totum.*

u ¶ *Addicta fuerint.* ĩ. *de eo, cui liber. cauſa bona addi. per totum.*

x ¶ *Ex testamento.* de quibus vsque ad tertiũ librum dicetur.

DE TESTAMENTIS ordinandis.

TITVLVS X.

Annota, Testamentum (vt Vlpianus libro vicesimooctauo Digestorum titul. eo. l. j. plenis verbis definit) est voluntatis nostræ iusta sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri voluit.

TEstamentum † ex eo appellatur, quòd testatio mentis sit †.

Ista rubrica, & sequẽtes continuantur per Imperatorem: vt suprà titul. j. §. final. *dic vt ibi. Vel dicatis sic, & familiariùs. Dictum est suprà* in §. final. *tituli præcedentis, quòd per vniuersitatem res nobis acquiruntur, & per hæreditatem, & alios modos ibidem positos. Verùm quia hæreditates quandòque deferuntur ex testamento, & quandóque ab intestato, ideò primò sequitur videre de testamentis.*

Hanc definitionem testamenti recitat Glo. 1. *in cap. 2. extrà de testam. & ibi vide concor.*

† Etymologiã hãc ridet Aul. Gel. *li. noct. Attica. 6. cap. 12.* & Lau. Val. *lib. elegan. 6. ca. 36.* Tu illos videto.

a Diuisio.

---

a Die secundũ Ioã. Fab. quòd hoc potest esse verum: vbi iussus non interuenit: quia tunc non videtur sibi velle requirere in dubio: *vt ff. de acq. hæred. l. qui in alie. §. 1.* Sed de hac materia plenius vide hic per Ang.

b Hæc est cõmunis opinio licèt Ra. ibi cõtra. cuius etiã opinioni inhæret. An hic, quem vide.

c Possessio alia ciuilis, naturalis, corporalis.

d Vtrũque, de tribus interdũ dicitur.

e Argumentũ à cõtrario sensu non est in iure allegandum.

f Ignoranti etiam possessio adquiritur.

g Possessio sola nobis nihil adquirit.

h Inanimatæ res nobis nihil adquirunt.

i Causa possessionis, pro dominio.

k Dominiũ est causa secunda possessionis: secunda, inquã: prima causa est vsucapio.

d Possessionem possessus non quærit.

e Hereditas nõ quæritur per hominẽ liberũ bona fide possessum, nisi ſes concurrant.

gis declarat quid est de iure ciuili,& quid de prætorio,& quid de iure constitutionum in formatione testamenti. ¶ Nonò qualiter per constitutiones Imperiales additum est, quòd testator scribat nomen hæredis. Secunda ibi:*Sed vt*. Tertia ibi : *Accessit*. Quarta ibi : *Sed illa*. Quinta ibi : *Quod verò*. Sexta ibi : *Postea*. Septima ibi : *Sed cùm paulatim*. Octaua ibi: *Vt hoc*. Nona ibi : *Sed his omnibus*. CASVS. Domine, iam video quòd vos vultis tractare de testamentis : dicatis ergo mihi, vnde appellatur testamentum? Ad hoc respon. Amice, testamentum ex eo appellatur, quòd testatio mentis est. sed vt nihil antiquitatis penitùs ignoretur à iuuenibus, scire debes duo genera testamentorum de iure ciuili antiquissimo in vsu fuisse: quorum altero genere vtebãtur antiqui in pace,& otio:& hoc genus testamenti in pace, & otio facti appellabant antiqui calatis comitiis : & altero genere testamentorum vtebantur, cùm essent in expeditionem armorum exituri : & hoc secundum genus appellabant procinctum. Posteà verò procedẽte tempore accessit tertium genus testamentorum : & hoc tertium genus appellabant per æs, & libram: & hoc tertium genus ita appellabatur : quia per quandam imaginariam venditionem fiebat coram quinque testibus ciuibus Romanis puberibus, libripende præsente, & eo qui familiæ emptor dicebatur:& ita quodammodo sex testes de iure ciuili antiquo in factione testamenti requirebantur. Sed certè prima duo genera testamentorum: videlicet calatis comitiis,& procinctum, ex veteribus temporibus in desuetudinem abierunt. Tertium verò genus, quod per æs,& libram appellatur, licèt diutiùs permãserit: tamen partim in vsu esse desiit.& hæc tria genera testamentorum: videlicet calatis comitiis,& procinctum,& per æs,& libram, ad ius ciuile referuntur. Posteà verò de iure prætorio quædam alia forma faciendorum testamentorum inuenta est. Nam de iure nulla emancipatio, vel imaginaria venditio requirebatur : sed sigilla septem testium testamentis faciendis sufficiebant: quamuis iure ciuili antiquo sigilla testium non essent necessaria. Sed cùm posteà paulatim,& successiuè tam ex vsu hominum, quàm ex emendationibus constitutionum cœperit ius ciuile, & ius prætorium in vnam consonantiam,& vniformem obseruationem circa factionem testamentorum confluere: statutum fuit, vt vno, & eodem tempore signa septem testium in testamentis adhibeantur, quod ius ciuile antiquum quodammodo exigebat : & huiusmodi septem testes adhibiti in testamento subscribebant : quod ex constitutionibus inuctum est:& ex edicto prætoris signacula testium testamentis apponerentur : vt hodie huiusmodi ius testamentorum faciendorum ex triplici fonte videatur esse deriuatum. Nam testes,& eorum signa vno contextu testamenti celebrandi gratia à iure ciuili antiquo videntur descendere : subscriptiones autem testatoris,& testium ex constitutionum obseruatione adhibentur & sigilla,& numerus testium ex edicto prætoris. ¶ Sed pone: Domine, iam video quid obtinebat de iure antiquo circa facienda testamenta : & qualiter antiquitas corrigitur per constitutiones principum: nunquid addidistis per constitutiones vestras? Respõ. quòd sic. Nam omnibus prædictis propter sinceritatem testamenti, vt omnis fraus excludatur, ex nostra constitutione hoc additũ est, vt nomen hæredis per manum testatoris, vel si ipse nesciat vel non possit scribere per manum pupilçam exprimatur, & omnia secundùm nostræ constitutionis tenorẽ procedant. Sed pone: Domine, iam video quot testes debent signare testamentũ: numquid necesse est, quòd quilibet eorum proprio sigillo vratur? Respond. quòd non. possunt enim omnes testes vno sigillo, vel vno annulo signatorio signare testamentum. Quid enim si septem annuli vna sculptura fuerint, & eosdẽ habentes characteres: nónne sufficiunt? Ergo eadem ratione sufficit & si omnes eodem annulo vtantur. & ita Papini. visum est. Et non solùm proprio : sed etiam alieno signare possunt. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *testes autem*, Franc. de Aret.

1. ¶ Sed vt [a] nihil antiquitatis penitùs ignoretur : sciendum est, olim quidem duo genera testamentorum in vsu fuisse: quorum altero in pace, & otio vtebantur, quod calatis comitiis [b †] appellabant: altero, cùm in prælium exituri essent [c], quod in procinctu [d †] dicebatur. Accessit [e] deinde tertium genus testamentorum, quod dicebatur per æs,& libram [f †] : scilicet quod per emãcipationẽ [†] : id est imaginariam quandam venditionem [g] agebatur, quinque testibus, & libripende [h], ciuibus Romanis [i] puberibus [k] præsentibus, & eo, qui familiæ [l] emptor [m] dicebatur [†]. Sed illa quidem priora duo genera testamẽtorum, ex veteribus temporibus in desuetudinem abierunt. Quod verò per æs, & libram [n] fiebat, licèt diutiùs permanserit: attamen partim [o] & hoc in vsu esse desiit. 2. ¶ Et prædicta [p] quidem nomina testamentorum ad ius ciuile [q] referebantur. Posteà [r] verò ex edicto prætoris forma alia faciendorum testamentorum introducta est. Iure etenim honorario [†] nulla emancipatio desiderabatur: sed septem testium signa sufficiebant: cùm iure ciuili signa testium non essent necessaria.

Testamenti in scriptis solennitas partim iure ciuili, partim sacris constitutionibus, & prætorio iure nititur. conficitur autem tale testamentum testibus septem vno contextu actui adhibitis, & facto testamento subscribentibus, ac demùm illud suis sigillis munientibus.

3. ¶ Sed cũ paulatim tam ex vsu hominum, quàm ex constitutionum emendationibus cœpit in vnam consonantiam ius ciuile,& prætorium iungi: cõstitutum est, vt vno, eodémq; tempore (quod ius ciuile quodammodo [t] exigebat) septem testibus [†] adhibitis [α],& subscriptione [u] testium (quod ex constitutionibus [x] inuentum est, & ex edicto prætoris) signacula testamentis imponerentur : ita vt hoc ius tripertitum esse videatur: & testes quidem, & eorum præsentia, vno contextu [y] testamenti celebrandi gratia, à iure ciuili descendant: subscribere, & allegare ius correctum. ad declarationem iuris noui, non ad decisionem. *l.* j. *in prin. C. de Lati. lib. tol.*

Testamentum ex eo appellatur.] Ponit etymologiam: vt dicitur lapis quasi lædens pedem: & argumentum, quasi arguẽ inuentum: & sic mutuum, quòd ex meo tuũ fit: *vt ff. si cer. pe. l. ij. §. appellata.* & secundùm hoc codicillus potest dici testamentum [a]. Definitur autem sic: Testamentum est voluntatis nostræ iusta sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri voluit: *vt ff. eod. l.* j. & est addendum: cum institutione hæredis : *vt infrà de leg. §. ante hæredis.* quia sine hæredis institutione nullum dicitur testamentum : *vt ff. de iur. cod. l. fin. & infrà de fideicom. hære. in prin.* ADDITIO. Sed hanc Gloss. communiter reprehendunt doct. quia ponit defectum in iurisconsulto : *vt d. l.* j. & exponunt iusta : id est perfecta: vt probatur *in l. eum filio. §. fina. ff. de lega. iij.* quæ perfectio est quadruplex : scilicet in materia, in forma, in solennitate, & quoad cõfirmationem dupliciter, vt hîc. Ang.

a ¶ *Sed vt. C. de cad. tol. l. vnica. §. & cum triplici. ar. contrà in eod. tit. de cad. tol. §. in pro non scriptis.* Acc. ADDITIO. Sed dic quòd licitũ est scire, & allegare ius correctum. ad declarationem iuris noui, non ad decisionem. *l.* j. *in prin. C. de Lati. lib. tol.*

b ¶ *Calatis comitiis.* i. bonis initiis, vel bonis cõuentibus. Calos enim bonum interpretatur. comitia suot conuentus. Vel à calo, quod est voco: quia vocatio personarũ fiebat, vnde kalẽdæ dictæ sunt. Accur. ADDITIO Dic quòd comitium propriè est, in quo coitur ad litium,& suffragiorum çausas.

c ¶ *Exituri essent.* de domibus.

d ¶ *Procinctu.* eo fortè quod succinctè fiebat [b]. Et in his duobus testamentis hæres erat: *vt* j. *eo.* § *sed neque.*

e ¶ *Accessit.* similiter de iure ciuili.

f ¶ *Per æs, & libram.* proprium nomen testamenti.

g ¶ *Venditionem.* sic ẽ *qui. mo. ius pat. pot. solui. §. præterea.*

h ¶ *Libripende.* i. æstimatore, qui libripendebat, vel æstimabat familiam vno nummo: deinde emptor manumittebat totam familiam cum omnibus bonis.

i ¶ *Ciuibus Romanis.* i. liberis hominibus: *vt* ẽ *de libert. §. fin.*

k ¶ *Puberibus.* ẽ *qui. mod. tut. fi. in prin.*

l ¶ *Familiæ.* i. hęreditatis: *vt ff. de verb. sign. l pronuntiatio. §. familia.* ACCVRS.

m ¶ *Emptor.* qui erat loco hæredis: *vt* j. *§. sed neque.* ACCVRS.

n ¶ *Libram.* i. adæquatam: id est æstimatam rem. & dicitur libra hæreditas: quia sicut libra diuiditur in duodecim vncias: ita & hęreditas: *vt* j. *de hæred. instit. §. hæreditas.* vnde dicitur adæquata libra. i. hæreditas æstimata.

o ¶ *Partim.* quia numerus testium remansit.

p ¶ *Et prædicta.* aliàs præfata. & ita allegatum quandoque inuenitur.

q ¶ *Ad ius ciuile.* s. quia ius ciuile inuenit.

r ¶ *Posteà.* s. de media iurisprudentia.

ſ ¶ *Honorario* i. prætorio: *vt* ẽ *de iure na. §. prætorium.*

t ¶ *Quodammodo* quia computato libripende, & emptore [c], septem erant. ACCVRS.

α ¶ *Adhibitis.* Conuocatis, & præsentibus. CVIAC.

u ¶ *Subscriptione.* vt subscribant se testamento adfuisse, & cuius sit: *vt ff. eod. l. pen. & ant. penul.*

x ¶ *Constitutionibus.* vt *C. de testa. l. hac consultissima.*

y ¶ *Vno contextu.* id est [d], nullo actu interposito, nisi necessario naturæ:

a Tamẽ nõ est testamentũ *vt l. ſi. C. de codici.*

b Imò verò eo quòd tunc ferret cũ viri ad prælium faciendum in aciem vocabãtur: teste *Aulo Gell. li. vi. cap.*

c Emptor familiæ. i. hæreditatis, *secundũ Iu. de Pla. Arg. Per.*

d Vno contextu, est nullum testamentum miscere actũ.

Idem dicitur in c. cùm esset. extra ted. in.

naturæ: *vt ff. eo. l. haredes. in fi. & Co. eo. l. cùm antiquitus.* ADDITIO. Propter quem si alicui recedant, antequam loco ipsorum alij subrogentur: potest aliquid fieri si imminet periculum vitæ testatoris; aliàs non.

a ¶ *Testatoris.* si potest: *vt C. eo. l. iubemus.*

b ¶ *Testium.* si non potest testator scribere. Sed hodie indistinctè per alium scribere potest nomen hæredis: *vt in Authen. vt sponsa. lar. §. quia verò. coll. ix.*

c ¶ *Tenorem.* est autem tenor, si potest scribere, faciat: aliàs dicet coram testibus, & scribetur per aliquem, vel per aliquos de eis: aliàs non valet: imò falsi pœna tabellio tenetur: *vt C. eod. l. iubemus. in fi.* ADDITIO. Quod est verum, quando solemnitas non fuit obseruata, nec scripta in testamento: secùs si fuit obseruata: licèt nõ scripta: *vt l. si librarius. ff. de re. iur.* Angel.

d ¶ *Annulo.* scilicet habente[b] characteres: qui signatorius dicitur: & sic est in eo sigillũ. non autem alio signo: *vt ff. eo. l. ad testium. § signum. & de verbor. sign. l. signatorius.*

e ¶ *Testamentum.* vel etiam linteum. scil. quo inuolutum est testamẽtum: *vt ff. eo. l. ad testium. § final.*

f ¶ *Visum est.* hac ratione & cum tribus, vel pluribus potest signari testamentum: *arg. infrà, man. §. si. qui exequitur.*

2. Alij dicunt tantùm cum septem, vel vno debere signari.

Testes autem.] CASVS. Domine, iam video quot testes debeãt adhiberi in testamento. Dicatis modò mihi, qui possunt esse testes in testamento? Ad hoc resp. Amice, testes iure adhiberi solẽt hi, qui ex testamento capere possunt. Hoc tamen non est generaliter verum: quia neque mulieres, neque impubes, neque mutus, neque furiosus, neque ille, cui administratio bo. interdicta est, neque famoso crimine damnatus, vel muliebria in corpore suo passus (quem lex iubet improbum, intestabilémque esse) in numero testium in testamentis condendis adhiberi possunt. Et hæc dicũtur vsque ad illum §. *sed cùm aliquis.* Franciscus.

g ¶ *Testamenti factio.* passiuè accipe[c] hîc. vt bona sit exceptio: sed neque mulier, &c. aliàs[d] etiam accipitur actiuè: *vt infrà, de hæred. qua. & dif. §. testamenti.*

h ¶ *Neque mulier.* in aliis autem casibus omnibus recipitur, præterquàm in testamentis: *vt ff. eodem. l. qui testamento. ij. §. mulier.* Ratio est: *vt Cod. de fideicom. l. fin.* & est timor falsitatis. ¶ Quid de hermaphrodito? Respond. si præualet in masculino sexu, recipitur[e]: *vt ff. de statu homi. l. quæritur. & de testib. l. repetundarum. §. j.*

α ¶ *Sed neque mulier.* Quamuis sit cum eis testamenti factio. Iustum testamentum non est, nisi fiat septem testibus Romanis, puberibus, præsentibus. His verbis mares significat: ita igitur, fœminas, itémque seruos, & impuberes excludi manifestũ est. Furiosi autem, & muti, & surdi, & prodigi, absentium loco habẽtur: furiosi hoc amplius, & intestabiles, & serui, & impuberes in aliis etiam causis vix testes adhibentur. Possunt hæc eadem in diuortio dici. *l. nullum. ff. de diuor.* & in omnibus legitimis actionibus. CVIACIVS.

i ¶ *Neque impubes.* Quid de[f] eo, quod vidit in pupillari ætate? Resp. aliàs (id est prætetquam in testamento) posset testificari; sicut[g] & seruus: *vt ff. de verb. sig. l. notionem. § instrumentorum. & C. de hæret. & Manich. l. quoniam. in fi.* Sed hîc non: quia faciunt ad substantiam testamenti.

k ¶ *Neque furiosus.* nisi[h] habeat dilucida interualla. *ff. eo. l. qui testamento. ij. §. ne furiosus.*

l ¶ *Neque mutus.* qui[i] nihil loqui, vel audire potest: *vt infrà, qui test. fa. poss. §. item surdus.* ADDITIO. Etiam si talem morbum habeat à casu, & sit literatus, quamuis tunc possit testari, secũdùm Io. Fab. hîc.

m ¶ *Interdictum est.* vel[k] à lege: (vt quia commisit in legem Iuliam maiestatis. *Cod. ad leg. Iul. maiest. l. fin.*) Vel à iudice: *vt ff. eo. l. is, cui. in fi. j. resp.*

n ¶ *Intestabilésque.* vt de crimine famoso damnatus, vel muliebria passus: *vt ff. eo. l. is, cui. §. fi. & l. cum lege. & ff. de test. l. ob carmen. in princip.*

ptiones autem testatoris[a], & testium[b], ex sacrarum constitutionum obseruatione adhibentur; signacula autem, & testium numerus, ex edicto prætoris.

4. ¶ Sed his omnibus à nostra constitutione propter testamẽtorum sinceritatem, vt nulla fraus adhibeatur, hoc additum est, vt per manus testatoris, vel testium nomen hæredis exprimatur, & omnia secundùm illius constitutionis tenorem[c] procedant.

Omnes testes possunt vno proprio, vel alieno annulo signare. hoc dicit. Aretinus.

5. ¶ Possunt[†] autem omnes testes & vno annulo[d] signare testamentum[e]. Quid enim si septem annuli vna sculptura fuerint, secundùm quod Papiniano visum est[f]? Sed alieno quoque annulo licet signare testamentum.

Qui ex testamento capere potest, is testamentarius testis esse potest: sed personæ hîc enumeratæ, quãuis testamenti factionem habeant, testamento testes adhiberi nequeunt.

6. ¶ Testes autem adhiberi possunt hi, cum quibus testamenti factio[g] est. Sed neque mulier[h α], neque impubes[i], neque seruus, neque furiosus[k], neque mutus[l], neque surdus, neque is, cui bonis interdictum est[m], neque ij, quos leges iubent improbos, intestabilésque[n β] esse, possunt in numerum testium adhiberi.

Annota, Communem errorem ius facere, & veritati præferri.

7. ¶ Sed cùm aliquis ex testibus testamenti quidem faciendi tempore liber[o] existimaretur; posteà autem seruus apparuisset: tam D. Hadrianus Catonio Vero, quam posteà diui Seuer. & Antonin. rescripserunt subuenire se ex sua liberalitate testamento, vt sic haberetur firmum, ac si, vt oportebat, factum esset: cùm eo tempore, quo testamentum signaretur[p],

β ¶ *Intestabilésque.* Cõstitutio hæreticos iubet intestabiles esse. *l. 44. C. Theod. de his, qui sup. relig. cont.* S. C. siue lex Iulia damnatos ob crimẽ famosum, *l. is, cui. §. vlt. de test. l. lex Cornelia, §. si quis librum. de iniur.* Sũt & quidã ex duodecim tabu. intestabiles in quib. vt auctor est Gellius lib. 15. c. 13. ita scriptũ est: *Quæ si erit testatior, libripẽnsve fuerit, in testimonium feriatur, improbus, intestabilisq; esto.* Quæ verba, præter quã quòd integrã legis sententiam non cõficiunt, etiam deprauata, atque adeò obscura sunt. Rectiùs in Bibliotheca Ioannis Biturigum Ducis, *Qui se sierit testarier, libripẽnsve fuerit, in testimonium fariatur, improbus, intestabilisque esto*: modò si pro *fariatur, ferietur*, pro *quibus, quoiuis*, aut *cuius* restituatur. *Qui se sierit testarier*; id est, qui se siuerit μαρτυρηθῆναι, siue in testem cieri: eodémque modo Liuius, Impubes libripens esse non potest, neque antestari, vt Priscianus refert libro octauo, In testimoniũ feriatur: id est, ἀναγκάζηται, siue pulsetur. Integra legis sententia hæc fuit; Eum, qui se passus fuerit in testem rogari, aut qui libripens fuerit, si nolit fidem testamenti approbare, cogendum: ac deinceps pro improbo, intestabilíque habendum esse: quæ vt credibile est ex ea lege ab Theoph. relata est hoc in loco, & à Constantino in lib. *1. Epit. tit. 6.* CVIAC.

Sed cùm aliquis.] CASVS. Domine, quidam condidit testamentum: & in testamento septem adhibuit testes specialiter cõuocatos: & coram eis voluntatem suam vltimam declarauit, & nomen hæredis expressit: & testes subscripserunt: & testamẽtum sigillauit, quo facto decessit testator. mortuo testatore, quidam ex testibus apparuit seruus: qui tamen tempore faciendi testamenti liber ab omnibus putabatur: modò quæro vtrùm istud testamentum debeat infirmari, quasi iuris solennitate non seruata? Et resp. quòd non: imò testamentum tanquam ritè factum firmitatem obtinebit. Cùm enim aliquis ex testibus tempore testamenti faciendi liber ab omnibus existimatur: quamuis posteà seruus apparuerit, tam diuus Hadrianus, quàm diui Seuerus, & Antoninus Catonio super tali donatione quærenti rescripserunt subueniendum esse testamento ex huiusmodi libertate putatiua: vt sic ratum, & firmum habeatur, ac si vt oportet omnia facta fuissent: & hoc tali ratione moti dixerunt: quia eo tempore, quo testamẽtum à testibus signabatur, iste testis communi consensu omnium loco liberi hominis habebatur, nec erat aliquis, qui eo tempore status quæstionem ei moueret. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *pater.* Franciscus.

o ¶ *Liber.* libertate scilicet putatiua. & sic plus[a] valet, quod est in opinione, quàm quod est in veritate. *sic ff. de su. leg. l. ij. in fi.* arg. contrà. *infrà, de leg. §. si quis rem suam.*

γ ¶ *Vt sic haberetur.* Vete. *vt sic habeatur, ac si vt oportet.* CVIAC.

p ¶ *Signaretur.* Quidam hoc intelligunt generaliter verum: vt siue ostendatur testamentum in scriptis conditum, siue nuncupatiuum, debeat ei credi: siue desierint testes esse, siue non & sic se habet consuetudo: *vt arg. Cod. de edic. di. Hadr. tol. l. fin. & Cod. de do. l. in donationibus. & arb. tut. l. fi.* Nos contrà[b], scilicet in nuncupatiuo de iure. & quod hîc dicitur, in testamento condito in scriptis loquitur. in[c] nuncupatiuo enim si proferatur, non debet ei credi sine testibus: cùm[d] in eis consistat tantùm substantia testamẽti: ipsum tamen valet. licèt probatio deficiat[e]: *vt ff. de testa. tu. l. duo.* ¶ Quid si seruus factus est, vel infamis, & velit recognoscere sigillum suum? Respond. non admittitur: *vt ff. de Carbo. edict. l. Carbonianum. §. duæ autem sunt.*

a Hæredis nomẽ per alium etiam testator potest scribere; *vt hîc.* Imò sufficit vt interroganti, an velit talẽ esse hæredem, vel ita disponere, *vt* coram eo, & testibus legat notarius, & testator respondeat, sic: *secundùm Ang.*

b Annulus signatorius dicitur, qui characterem habet, & sigillum.

† *Concord. cum hoc §. c. possessionem. in Cl. 2. post prin. ibi, & alieno annulo. extr. de proba.* — † *Idem dicitur in c. cùm essent. extra eod. tit.*

c *Hoc non placet Io. Fab. & Ang.*

d Testamenti factio actiuè, & passiuè sumitur.

e *Idem Angel. qui dicit istam Glossam esse not.*

f Testimoniũ de eo, quod in pupillari ætate videris, virũ quis ferre possit? potest passim (præterquam in testamentaria causa) quod non aliàs verũ esse debet, nisi de his quæratur, quæ pubertati proximus viderit; secùs si proximus infantiæ *Io. Fab. & Aug.*

g Testimoniũ de eo, quod seruus vidit manumissus ferre potest præterquàm in testamentaria causa

h Furiosus tempore dilucidi interualli testis in testamẽto adhiberi potest.

i Mutus pro eo, qui nihil loqui, vel audire potest.

k Interdictum bonorum sit à lege, vel à iudice.

a Opinio interdum veritati præfertur.

b Testamento prolato nõ passim creditur; *vt hîc*, nisi de eo sit facta publica scriptura: vel pars cõfiteatur testamentum sic fuisse factum, aut testes deponant antequam ipsorum defectus appareat; quia tunc scriptura probabit etiã sine testium productione. *Angel.*

c Testamento nuncupatiuo non creditur sine testibus.

d Testamenti nuncupatiui substantia consistit in septem testibus.

e Testamentũ nũcupatiuum valet, licèt deficiat eius probatio.

a Error interdum prodest.

a ¶ *Omnium consensu.* Nota errorem [a] prodesse, *vt ff. de sup.le.l. ij.in fi.& C.de La.li.vol.§. sed & si quis. & ff. de offic.prat. l.Barbarius.* Et error communis facit ius, vt patet his versibus:

Error communis ius efficit, vt manifestat
Testificans seruus, qui liber creditur esse.

Patet.] CASVS.

Quidam fecit testamẽtum suum, & in testato suo adhibuit vij. testes: inter quos fuit Petrus, & Martinus filius Petri, quem Martinum Petrus habuit in sua potestate: modò quæro vtrùm pater, & filius existens in potestate eius; scilicet Petri, possint esse testes in eodẽ testamento? Resp. quòd sic. Nam pater, & ille, qui in eiusdem patris potestate est, in eodem testamento testes adhiberi posśũt. Nihil enim nocet ex vna domo plures testes alieno negotio adhiberi posse. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *in testib.* in quo pone casum sic: Quidã condidit testamentum & in testamento suo filium, quem habuit in potestate, testem adhibuit: modò quæro, vtrùm de iure hoc potuit facere? Respondeo quòd non. Nam testis non debet esse ille, qui in potestate testatoris est. Et non solùm repellitur ille à testimonio, qui est in potestate testatoris: sed etiam qui habet in potestate testatorem. vnde si filius fam. miles post reuersionem de castrensi peculio testetur: pater eius in suo testamento testis adhiberi nõ potest: nec etiam aliquis, qui est in potestate eiusdem patris. non solùm enim in aliis causis: sed etiam in testamentis domesticũ testimonium reprobatum est. Et non solum modò supradictæ personæ repelluntur à testamentariis testimoniis: sed etiam hæres scriptus, & pater eius, qui eum in potestate habet, & etiam parentes hæredis scripti: & fratres, qui in eiusdem patris potestate sunt: & etiam qui in potestate testatoris sunt, penitùs à testamentariis testimoniis repelluntur: & hoc ea ratione: quia totum negotium, quod agitur iure faciendi testamenti, creditur hodie inter hæredem, & testatorem agi: licèt olim totũ ius testamenti faciendi circa testes adhibendos conturbatum fuerit. nam quidam veteres in illo testamento, quod dicebatur per æs, & libram, familiæ emptorem, qui loco hæredis erat, & conũctos ei per potestatem, à testimoniis testamentariis repellebãt. In primis autem duabus conditionibus testamentorum, hæredi cõiunctis per potestatem, concedebant testimonia in testamentis præstare: licèt illi iidem, qui id permittebant, hoc iure minimè abuti debere eos persuadebant. vnde nos eandem obseruationem antiquorum corrigentes, & quod ab ipsis antiquis persuasum est, videlicet quòd hæres, vel coniuncti ei per potestatem, inter testes admittantur. licèt hoc eis permissum fuerat, tamen in legis necessitatem transferentes: ad imitationem familiæ emptoris, qui in tertio genere testamentorum, vt dictum est, à testimonio repellebatur: meritò hæredem, & coniunctos ei per potestatem, ab huiusmodi testimonio repellimus: nec eis licẽtiam damus sibi quodammodo testimonia præstare. vnde huiusmodi veterem constitutionem, in qua hoc permissum fuerat, nostro Codici inseri non permisimus. & hæc dicuntur vsque ad illum §. *legatariis.*

b ¶ *Alieno.* aliud si in suo. *vt infrà, proxim. §. & ff. de testi. l. testis.* ACCVRSIVS.

o ¶ *Post missionem.* id est, remissionem. aliud si antè: *vt ff. eo. l. qui te-*

omnium consensu [a] hic testis liberi loco fuisset: neque quisquam esset, qui status ei quæstionem moueret.

Potest in vno, & eodem testamento esse testis pater cum filiis, & fratribus, dummodò sit alienum: secus autem si proprium, vel domesticum. Aretinus.

8. ¶ Pater, nécnon is, qui in potestate eius est, item duo fratres, qui in eiusdem patris potestate sunt, vtrique testes in vno testamento fieri possunt: quia nihil nocet ex vna domo plures testes alieno [b] negotio adhiberi.

Testamentarij testes esse nequeunt, qui in testatoris sunt potestate, & qui testatorem in potestate habent, vtẽ hæres scriptus, & qui in sacris eius sunt, quive eum habet in potestate, & fratres sub eisdem patris nexibus existẽtes, quibus hæres: quidquid circa hæc placitum fuerit antiquitati.

9. ¶ In testibus autem non debet esse is, qui in potestate testatoris est. Sed & si filiusfamiliàs de castrensi peculio post missionem [c] faciat testamentũ: nec pater eius rectè adhibetur testis, nec is, qui in potestate eiusdem patris est. Reprobatum est enim in ea re [d] domesticum testimonium [†].

In testamento non potest esse testis hæres scriptus in eo, nec pater, nec filius in potestate, nec frater in eiusdem patris potestate. Aret.

stamento §. per contrarium. in Glo. posse. ADDITIO. Et est ratio secundùm Glo. ibi in verbo, *posse.* quia tunc testes neque rogati, neque ad solennizandum actum exiguntur: quamuis duo requirantur ad probandum veritatem. Angel.

d ¶ *In ea re.* idem [a] & in aliis: *vt C. de testib. l. ij.* ¶ Sed quis [b] est domesticus? Resp. colonus, & adscriptitius, vel similes: *vt Co. de his, qui ad Eccle. confu. l. fina. §. sanè enim si seruus.* [c] *& Cod. de quæs. l. pridem.* Idem vxor marito, & econtrà. *vt suprà, de vsu, & habit. §. item is.* Item seruientes, siue dapiferi: *vt ff. de pœnis. l. respiciendum. §. furta.* ADDITIO. Intellige istud verum, si sint seruitores commensales: vt quia viuant expensis domini: aliàs contrà, nisi habuissent licentiam sine spe reuertendi. tempus enim productionis, & depositionis inspicitur, secundùm Ioa. Fab. hic.

10. ¶ Sed neque hæres scriptus, neq; is [e], qui in potestate eius est, neque pater eius, qui eum habet in potestate [†], neque fratres, qui in eiusdem patris potestate sunt, testes adhiberi [f] possunt: quia hoc totum [α] negotium, quod agitur testamẽti ordinandi gratia, creditur hodie [g] inter testatorem, & hæredem agi [ζ]. Licèt autem totum ius tale conturbatum [h] fuerat, & veteres quidem familiæ emptorem [i], & eos, qui per potestatem ei coniuncti fuerant, à testamentariis testimoniis repellebant: hæredi [k] [γ] autem, & his, qui per potestatem ei coniuncti fuerant, concedebant testimonia in testamentis præstare: licèt hi, qui id permittebant, hoc iure minimè abuti [l] eos debere suadebant: tamen nos eam obseruationem corrigentes, & quod ab illis suasum est [δ], in legis necessitatẽ transferentes, ad imitationem pristini familię emptoris, meritò nec hæredi, qui imaginem vetustissimi familiæ emptoris obtinet, neque aliis personis, quæ ei (vt dictum est) coniunctæ sunt, licentiam concedimus sibi quodammodo testimonia præstare: ideóque nec eiusmodi veteres constitutiones nostro Codici inseri permisimus.

Cui legatum, aut particulare fideicommissum relictum testamento fuit cùm ad eum non pertineat hæreditatis damnum, nec emolumentum testis in eo testamento esse potest.

a Domestici personæ, qui dicantur.

b Tu dic filiũ quando nihil ei quæritur, posse pro patre testificari, *secundùm Ioan. Fab.* idem econtrà in eo negotio, ex quo nec patri, nec filio resultat commodum, vel interesse: & quid de matre & fratribus, vt per Angel. hic.

† Verbum, *in potestate*, non solùm refertur ad liberos, qui sunt in potestate; sed etiã ad eos, quos redemisti ab hostibus *l. qui testamento, in prin. ff. eo.*

e Hoc verum in his, quos dominus artificiose domus suæ, & in quibus habet aliquod ius, & sic in conditionatis in persona, non in simplici colona. Item hoc vtrũ in familiaribus villis, & quando dominus eos producit, nec est quę sit o inter eos aliàs secus *secundùm Angel.* d Ell & alia ratio: scilicet affectio, quam inuicem habent, ex qua procedit iste text. etiam hodie in casibus, in quib⁹ patri nihil quæritur. Monachi tamen in monasterio possunt esse testes. *c. inferer extra de testib.* Item in hominibus vniuersitatis pro ipsa vniuersitate, vel castro in negotiis, ex quibus non resultat commodum in particulari: sed in communi tantùm. *Angel.*

e Propria causa est, cuius emolumẽtum, vel damnũ ad aliquẽ suo nomine pertinet.

¶ Ridiculum est si quis in lite domesticis testimoniis pugnet. *Tullius lib. 4. Rhet. tit. 2.*

a Hanc pro *Bar. in l. q flamento. ff. & idem hi gel. & Pla b Tdem Fa*

† Sic et clericus po ferre testi nium in c fuæ Eccle *vt in c. cùm cuu. extrà d sponso. Vbi Glo. vnic illa materia*

a Exempl ne suo au tico non bant.

poteſtate

potestate habent, huiusmodi licentiam donauimus. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *nihil autem interest*. Franc. Aret.

a ¶ *Legatarius*. discrepant hi iure veteri à fideicommissariis: *vt* ff. *de fideicom. hæred. §. præterea*. Sed hodie non: *vt infr. de leg. §. sed non vsque*. quidam §. hunc intelligunt quãdo legatum fuit repetitum à succedentibus ab intestato, vt tunc non videatur ferre testimoniũ in testamento iure: quia iuris successor est, qui in quota parte hæres instituitus est. ACCVRS.

b ¶ *Non iuris*. sed rei, & sine onere: *vt ff. mand. l. si hæreditatem*. ADDITIO. Et per hoc patet secùs esse in fideicommissario vniuersali: qui habetur loco hæredis. §. *restituta. infrà, de fideicommiss. hared*. Ioan. Fab.

c ¶ *Constitutione*. Græca. 2. Vel dic de illa, quę est, ff. *eo. l. qui testamento. in prin*. quę est Iustiniani per approbationem: *vt Cod. de vete. iu. enuc. l. j. §. sed si. in fi. verb. omnia enim meritò*. prima verior.

d ¶ *In potestate*. item tabellioni: *vt ff. eo. l. Domitius*. ACCVRSIVS.

e ¶ *Damus*. contrà, *Co. de testibus. l. omnibus*. Solut. hîc agitur de viribus testamenti inter hæredem, & alium agentem contra testamentum: aliàs coniunctus pro coniuncto nõ feret testimonium. id est vnus legatarius alij. Et secundùm hoc falsò hîc sumitur argu. quòd socius in causa socij admittitur in testimoniũ.

a Hanc probat Bar. *in l. qui testamento. ff. eod. & idem hîc Angel. & Pla. hîc.* b *Idem Fab. hîc.*

2. Vel dic hoc speciale [a], vt coniunctus pro coniuncto admittatur quasi in re sua: fauore testamenti, & vltimæ voluntatis, quæ debet dominari, si legitima est: *vt C. de le. l. cùm quæstio. in fi.* & erit bonum arg. suprà dictum. Sed arg. contra est, *C. de test. l. quoniam in fin*. Sed respondeo [b] finis illius legis non refertur ad totũ, quod erat dictum. Distingue tamen, an lucrum redeat ad eum socium, vt tunc non admittatur; aliàs sic: *vt ff. quando ap. sit l. j. §. in propria*.

Nihil autem.] CASVS. Domine, iam nobis dixistis plures solẽnitates, quæ in testamento condendo debent obseruari: sed pro Deo dicatis mihi, in quo testamẽtum debet scribi? Resp. Amice, non refert vtrùm testamẽtum fiat in tabulis, vel in chartis, membranisve, vel in alia materia. & etiam vnum testamentum potest in pluribus codicibus scribi: & valet causa necessitatis: veluti si quis extra patriam secum ferre velit, & domi relinquere suorum iudiciorum contestationem, id est testamentum: vel propter alias innumerabiles causas, quæ nobis imminent. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *sed hæc quidem*. Franc.

f ¶ *In chartis*. sic *suprà, de rerum diui. §. litera*. ACCVRSIVS. ADDITIO. Et dic in chartis etiam rasis: secùs tamen in aliis instrumentis. Angel.

g ¶ *Et vnum*. sic *ff. eo. l. vnum*.

h ¶ *Quod*. sc. vt pluribus codicibus fiat.

i ¶ *Imminent*. sic *in Auth. de consan. & vter. fra. §. quia igitur. ver. si igitur. ibi, multæ namque sunt homini, coll. vj*. ¶ Sed nunquid [c] ex his exemplis probabitur? Respond. non sine authentico: *vt in Authent. vt ipon. lar. §. & hoc insuper. coll. ix. & ff. de fi. instr. l. quicunque. & ff. de bo. pos. secun. tab. l. ij. §. sed & si vnũ*. sed hîc ambo sunt principalia. ACCVRS.

c Exempla sine suo authentico non probant.

Sed hæc quidem.] CASVS. Domine, iam video quæ sit obseruanda solennitas in testamento in scriptis condito: nunquid tota prædi. solen. in testamento nuncupatiuo obseruari debet? Et resp. quòd non nam hæc, quæ suprà dicta sunt de testamentis in scriptis conficiendis, sufficiunt. Si quis enim voluerit facere testamentum de iure ciuili sine scriptis: hoc ei facere licebit, si septem testes ad hoc conuocauerit, & voluntatem suam eis expresserit. & hoc testamẽtum de iure ciuili factum constituimus fortissimum, & firmum. & hæc dicuntur vsque in fi. tit. Franc. de Aret.

d ¶ *Iure ciuili*. Prætor non nouit testamenta non scripta. Datur tamen vtilis bo. possessio contra nuncupationem, vel secundùm nuncupationem, *l. 2. C. de bo. poss. sec. tab. l. 1. C. de bon. pos. cont. tab. & l. vl. C. de codic*. CYAC.

Instirut,

11. ¶ Legatariis [a] autem, & fideicommissariis; quia non iuris [b] successores sunt, & in aliis personis eis coniunctis testimonium non denegamus †: imò in quadam nostra constitutione [c] & hoc specialiter eis concessimus. Et multò magis his, qui in eorum potestate sunt, vel qui eos habẽt in potestate [d], huiusmodi licentiam damus [e].

† Sic etiam clericus potest ferre testimonium in causa suæ Ecclesiæ: *vt in c. cùm non ecclesia. extra de testibus. Vbi vide Glo. vnicam de illa materia.*

Testamentum potest in qualibet materia scribi. Aret.

12. ¶ Nihil autem interest, testamentum in tabulis, an in chartis [f], membranisve, vel in alia materia fiat.

Potest idem testamentum in pluribus scribi: quod quandóque necessarium est. Angel.

13. ¶ Sed & vnum [g] testamentum pluribus codicibus confici cere quis potest, secundùm obtinentem tamẽ obseruationem omnibus factis: quod [h] interdum etiam necessarium est: veluti si quis nauigaturus & secum ferre, & domi relinquere iudiciorum suorum contestationem velit: vel propter alias innumerabiles causas, quæ humanis necessitatibus imminent [i].

Suprema voluntatis viua voce, coram septem rogatis testibus, declaratio à testatore facta, nuncupatiuũ testamentum dicitur.

14. ¶ Sed hæc quidem de testamentis, quæ in scriptis conficiuntur, sufficiũt. Si quis autem sine scriptis voluerit ordinare iure ciuili testamẽtum, septem testibus [k] adhibitis [l], & sua voluntate coram [m] eis nuncupata [n], sciat hoc perfectissimum testamentum iure ciuili, firmúmque constitutum.

d Hoc verum in his, quos domi minus attingit ratione domus suæ, & in quibus habet aliquod ius, & sic in conditionatis in persona, non in simplici colum. Item hoc verũ in familiaribus villis, & quando dominus eo producit, nec est quę sit o inter eos: aliàs secus *in eundem. Angel.* d Est & alia ratio scilicet affectio, quam inuicem habent, ex qua procedit ille text. etiam hodie in casibus, in quib. patri nihil quæritur. Monachi tamen in monasterio possunt esse testes. *c. inspector extrà de testib. Item in hominibus vniuersitatis pro ipsa vniuersitate*, vel castro in negotiis, ex quibus non resultat commodum in particulari: sed in communi tantùm. *Angel.* e Propria causa est, cuius emolumẽtum, vel damnũ ad aliquẽ suo nomine pertinet.

e Exemplum sine authentico non probat.

f Miles vnde dicitur.

g Continuatio.

h Miles vt priuilegiis militaribus fruatur sex conditiones requiruntur.

i Versus.

k Diuisio.

DE MILITARI testamento.

TITVLVS XI.

Miles in expeditione potest facere testamentum iure militari quomodo vult. Aret.

DE MILITARI testamento.

Est autem miles, qui iurauit à signis non recedere: vt ff. ex quib. cau. maior. l. penult. *& scriptus est in matricula, vbi & alij milites scripti sũt*, vt ff. eod. l. penul. per totum titul. *Sunt & alia necessaria vt aliquis sit miles, vt diximus* ff. ex quib. cau. mai. l. pen. & in Auth. de man. princi. §. fina. coll. iij. *Item miles dicitur* [f] *à malo, quod sustinet pro aliis: vel à mille: quia ex numero mille hominum eligitur*: vt ff. eodem. l. j. §. miles. ACCVRS. ADDITIO. Continua [g] istam rubricam ad præceden. secundùm Christophorum Porc. sic; Visum est suprà de testamentis in genere: nunc sequitur videre de testamentis in specie. Vel aliter: Visum est suprà, de testamentis, quæ fiunt secundùm communis iuris dispositionem, nũc sequitur videre de illis, quæ fiunt iure priuilegiato: vt est testamẽtum militare: ideò, &c.

¶ Aduertendum est quòd in milite [h] sex sunt necessaria ad hoc, quòd habeat priuilegia militibus concessa. 1. Primò, quòd ense cingatur. *ff. de milit. testa. l. penulti*. 2. Secundò, quòd in numero aliorum ponatur, & in matricula scribatur. *ff. de mil. test. l. ex eo tempore*. 3. Tertiò quòd præstet sacramentum, quòd mortem non euitabit pro republica, neq; à signis recedet. *ff. ex qui. cau. maio. l. penult. & de his, qui notant. infam. l. vj. §. miles*. 4. Quartò quòd stigma; id est nota publica brachiis suis inscribatur. *Cod. de fabr. l. iij. lib. xj*. 5. Quintò quod examinetur. *Cod. qui mi. non pos. l. j. lib. xij*. 6. Sextò quòd non sit negotiator. *Cod. neg. ne mili. l. j. lib. xij*. vnde versus [i],

Ensis, matricula, necnon iuratio, stigma,
Ac examen, erunt isthæc in milite signa.
Vilia nec debet tractare negotia miles.

[V]*pradicta*.] Totus iste tit. diuiditur [k] principaliter in duas partes. Primò ponit de militibus testantibus in tentorio eorum, vel in peculio castrensi. Secundò de testamento in quasi castrensi. Secunda ibi: *Sciendum*. Item prima subdiuiditur. Nam primò ponit continuationem per modum remotionis, siue exceptionis cum positione noui statuti. Secundò qualiter priuilegium concessum militibus, quòd possunt testari quomodo volunt, intelligatur. Tertiò, quòd etiam miles mutus, & generaliter defectiuus potest testari. Quartò, qualiter post missionem testatur. Quintò quòd mutatio status ipsius militis, dummodò interueniat noua voluntas, non vitiat testamentum factum. Secunda ibi; *Planè*. Tertia ibi; *Quinimò*. Quarta ibi; *Sed hactenùs*. Quinta ibi; *Sed & si quis*. CASVS. Accessi ad Iustinianum, & ita proposui coram eo: Domine, iam video quòd vultis tractare de mil. testa. pro Deo dicatis mihi, quæ ratio mouet vos ad tractandum seperatim de militari testamento nunquid illa, quæ sunt à vobis tradita in omni testamento possunt sufficere? Ad hoc respond. Amice, quoniam suprædicta diligens obseruatio, quam de ordinandis priuatorum testamentis suprà exposuimus auctoritate principalium constitutionum militibus propter eorum impentiam remissa

missa est: ideò hîc specialiter de priuilegiatis militum testamentis tractare intẽdimus. Quamuis enim milites neque legitimum numerum testium in suis testamentis adhibuerint, neque aliã testamentorum solemnitatem obseruauerint: nihilominus rectè testantur. & hoc verum est quando in expeditione militari occupati sunt. nam vt ita demùm gaudeant priuilegio militari cùm in expeditione armorum fuerint occupati, non immeritò nostra introducta est constitutio. Quocunque enim modo voluntas suprema militis in expeditione occupati, siue in scriptis, siue sine scriptis inueniatur: valet eius testamentum ex voluntate eius. Secùs tamen est quando non est in necessitate militaris expeditionis. In illis enim temporibus, quibus milites in alienis, vel suis ædibus degunt, ad vindicandum sibi tale priuilegium nequaquam poterunt adiuuari. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *Sed testari.* Sed pone: Dicit Iustinianus quòd quamquam priuilegium militibus cõcessum circa solennitatem testamenti, post missionem ab expeditione militari finiatur: aliud tamẽ priuilegium cõceditur eis circa substantiã testamenti duntaxat nam testari possunt milites extra castra militaris expeditionis existẽtes, quamuis filiifamiliàs sint, iure tamen communi in hoc casu quando morantur extra castra, eadem obseruatio in eorum testamentis adhibenda est: quam scilicet in testamento paganorum exposuimus. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *planè.* Franciscus de Aret.

SVpradicta diligẽs obseruatio [a] in ordinandis testamentis, militibus propter nimiam imperitiam [b] eorum [c], constitutionibus principalibus remissa est. Nam quamuis hi neque legitimum numerum testium adhibuerint, neque aliam testamentorum solemnitatem [e] obseruauerint: rectè nihilominùs testãtur: videlicet cùm in expeditionibus occupati sunt: quod meritò nostra constitutio introduxit [d]. Quoquo enim modo voluntas eius suprema inueniatur, siue scripta, siue non scripta, valet testamentum ex voluntate eius.

Miles etiam filius familiàs tandiu iure militari testandi habet prìuilegium: quamdiu in expeditione est: quod si extra castra degat, communi omnium iure testari debet.

Illis autem [e] temporibus per quæ citra expeditionum necessitatem in aliis locis, vel in suis sedibus [ß] degunt: minimè ad vindicandum tale priuilegium adiuuantur [f]. Sed testari quidem, etsi filijfamiliàs [g] sint, propter militiam conceduntur: iure tamen communi [h] eadem obseruatione & in eorum testamentis adhibenda, quam in testamentis paganorum [i] proximè exposuimus.

Licèt remittatur solemnitas in re agenda: non tamen remittitur congrua probatio rei gestæ. Et licèt lex priuilegiet aliquod factum: intelligitur tamen inquantum de facto legitimè appareat, & constet. Aret.

1. ¶ Planè de testamentis militum diuus Traianus Statilio Seuero [γ] ita rescripsit [k]: Id priuilegium, quod militantibus datum est, vt quoquo modo facta ab his testamenta, rata sint: sic intelligi debet, vt vtrique priùs constare debeat testamentum factum esse: quod & sine scriptura à non militantibus quoque fieri potest. Is ergo miles, de cuius bonis apud te quæritur, si conuocatis ad hoc hominibus [l], vt voluntatem suam testaretur, ita locutus est, vt declararet quem vellet sibi hæredem esse, & cui libertatem tribueret: potest videri sine scripto hoc modo esse testatus: & voluntas eius rata habenda est. Cæterùm si (vt plerumque sermonibus [m] fieri solet) dixit alicui; *Ego te hæredem facio:* vel, *Bona mea tibi relinquo:* non oportet hoc

ADDITIO. Hodie tamen secundùm communem opin. in filiofami. milite per prætitionem factam sine causa, annullatur eius testamentum quantũ ad institutionem. *Authen. ex causa. C. de libe. pra.* Si verò cum causa, habetur pro exhęred. & subiacet quere. vt per Ang. hîc.

i ¶ *Paganorum* [a]. à pago, quod est villa, dicitur: quasi dicat non militum.

Planè.] CASVS. Domine, iam video quòd testamentum de militibus mirabiliter est priuilegiatum. licèt enim iuris solennitatem non seruauerit miles; tamen testamẽtum eius in castris conditum valet.

¶ Pone igitur quòd aliquis dicat aliquem militem in expeditione militari occupatum, ipsum in suo testamento hæredem instituisse: hoc tamen neque per ministrum, neque per testes ad hoc cõuocatos probare poterat: nunquid credetur eius adsertioni, ita vt ad hæreditatem militis valeat admitti? Et respondet quòd non. De militaribus enim testamentis diuus Traianus Statilio Seuero in consimili casu quærenti rescripsit sic; O Statili Seuere, illud priuilegium, quod militaribus testamentis datum est, vt videlicet ea testamenta quocũque modo facta, rata sint: sic debet intelligi, vt omninò priùs cõstet eos testamentum fecisse: quod etiam sine scriptura non solùm à militantibus: sed etiam à non militantibus fieri potest. Vnde si is miles, de cuius bonis quæstio apud te ventilatur, ad hoc conuocauit saltem duos homines, vt causa testandi coram eis voluntatem suam exprimeret: & ita coram eis locutus est, vt declaret in præsentia eorum quem vellet sibi hæredem esse, & cui vellet libertatem tribuere: potest videri etiam sine scripto hoc modo rectè fecisse testamentum: & voluntas eius suprema omnibus modis rata habenda est. ¶ Cæterùm si causa ludendi, vel demonstrandi alicui iocosè dixerit; Ego te hęredem facio. vel, Bona mea tibi relinquo; sicuti plerumque sermonibus iocosis fieri solet. non oportet hoc pro testamento obseruari. Nec videmur in hoc priuilegio militari in aliquo derogare. Nec enim vlorum magis interest, quàm ipsorum militum, quibus huiusmodi priuilegium datum est, huiusmodi exemplum pro testamentis non admitti: alioqui si tale testamentum admitteretur, non difficulter post mortem alicuius militis existerent testes, qui dicerent se audiuisse militem relinquere bona sua alicui, prout eis videretur expedire: & ita vera militum iudicia frequenter subuerterentur. Et hæc vsque ad illum §. *quinimò.* in quo reuertitur ad secundum casum determinando plenius de priuil. milit. quod circa substantiam testamenti conceditur militibus: videlicet vt quamuis sint filiifamiliàs, testari possint. sic & hîc vt miles surdus, & mutus testamentum facere possit. Et hæc vsque ad illum §. *sed hactenus.* Franc. de Aret.

a Dic paganorum: id est togatorum, è quibus differunt milites. *Ph.* Milites à plebe annuli distinxêre, sicut tunica ab aliis senatum. *Aegid. Per.*

a Testamenti scripti solennitas consistit in quatuor.

b Cessante causa cessat effectus.

c Scilicet contumaciter: vt quia citatus à superiore minimè intra tẽpus conuenies veniat: *secundã doct. hîc.*

d Cessante causa finali non impulsiua, cessat effectus, *secundum Part. Aegi. Per.*

a ¶ *Obseruatio* [a]. quæ consistit in quatuor, vbi est in scriptis testamentum conditum: vel in sola nuncupatione hæredis coram septem testibus: *vt supr. ti.* j. §. *sed cùm paulatim. & § fi. & ff. de hær. instit. l.* j. §. *qui neque.*

b ¶ *Imperitiam.* Co. *de iur. delib. l. fi.* §. j. *& C. de iu. & fact. igno. l.* j.

c ¶ *Propter nimiam imperitiam eorum.* Cor. Taci. in Agricola. credunt plerique militaribus ingeniis subtilitatem deesse: quia castrensis iurisdictio secura, & obtusior, ac plura manu agens calliditatem fori non exercet. CVIACIVS.

e ¶ *Solennitatem* scilicet circa figilla, & subscriptiones.

d ¶ *Introduxit.* sed tunc demùm cùm in militia sunt, habent priuilegium: *vt C. eo. l. pen. & hic subiicit.*

e ¶ *Autem.* pro sed.

ß ¶ *Sedibus.* Rectè *sedibus*: vt *in l. vlt. Cod. de test. mili. & l. vlt. Co. quib. non obst. lon. temp. præscr.* & apud Vegetium *lib. 3. cap. 4. & c. vlt.* eas sedes Th sedeta vocat; cùm tamen Suidas scribat sedeta esse fossata. *l. 18. C. de episc. aud.* CVIAC.

f ¶ *Adiuuantur.* ¶ Et nota quòd cessante [b] causa cessat & effectus. & potest hîc sumi arg. quòd cessante [c] clerico ab Ecclesia, cessat præbenda: *sic C. de episco. & cle. l. generaliter. ij. in gloss. fi.* ¶ Sed arg. contrà, *ff. de postu. l.* j. §. *secundo loco. ver. sexum.* quia Calphurnia dedit causam edicto: vnde cessante causa cessare debet edictum. quod non est verum. Sed hoc vltimum generale de causa impulsiua dicit: primum de finali, sine qua res esse non potest [d].

ADDITIO. In dubio autem præsumitur esse impulsiua: *vt per glo. fi. in l. ij.* § *fi. ff. de don.* Ang.

g ¶ *Etsi filiifam.* licèt hi aliàs prohibeantur: *vt infrà, tit.* j. *in princ. & ff. de do. cau. mor. l. tam is.* §. j.

h ¶ *Iure tamen communi.* scilicet quantum ad solennitatem, non quo ad hoc, vt detur querela contra eius testamentum: sic in alio veterano, qui sui iuris est: *vt C. de inofficioso testamento. l. fin.* §. *in his. & ff. de inoff. testamento. l. Papinianus.* §. *si quis in militia.* Item hoc est verum, quando est domum reuersus: sicut suprà proximè dixit. aliàs sicut miles alius vtitur speciali iure: sic & iste: *ar. ff. eo. l. ex militari* §. j. *& l. testamenta eorum.* §. *fi.* ADDITIO. Hodie tamen secundùm communem opin. in filiofami. milite per prætitionem factam sine causa, annullatur eius testamentum quantũ ad institutionem. *Authen. ex causa. C. de libe. pra.* Si verò cum causa, habetur pro exhęred. & subiacet quere. vt per Ang. hîc.

i ¶ *Paganorum* [a]. à pago, quod est villa, dicitur: quasi dicat non militum.

Planè.] CASVS. Domine, iam video quòd testamentum de militibus mirabiliter est priuilegiatum. licèt enim iuris solennitatem non seruauerit miles; tamen testamẽtum eius in castris conditum valet.

¶ Pone igitur quòd aliquis dicat aliquem militem in expeditione militari occupatum, ipsum in suo testamento hæredem instituisse: hoc tamen neque per ministrum, neque per testes ad hoc cõuocatos probare poterat: nunquid credetur eius adsertioni, ita vt ad hæreditatem militis valeat admitti? Et respondet quòd non. De militaribus enim testamentis diuus Traianus Statilio Seuero in consimili casu quærenti rescripsit sic; O Statili Seuere, illud priuilegium, quod militaribus testamentis datum est, vt videlicet ea testamenta quocũque modo facta, rata sint: sic debet intelligi, vt omninò priùs cõstet eos testamentum fecisse: quod etiam sine scriptura non solùm à militantibus: sed etiam à non militantibus fieri potest. Vnde si is miles, de cuius bonis quæstio apud te ventilatur, ad hoc conuocauit saltem duos homines, vt causa testandi coram eis voluntatem suam exprimeret: & ita coram eis locutus est, vt declaret in præsentia eorum quem vellet sibi hæredem esse, & cui vellet libertatem tribuere: potest videri etiam sine scripto hoc modo rectè fecisse testamentum: & voluntas eius suprema omnibus modis rata habenda est. ¶ Cæterùm si causa ludendi, vel demonstrandi alicui iocosè dixerit; Ego te hęredem facio. vel, Bona mea tibi relinquo; sicuti plerumque sermonibus iocosis fieri solet. non oportet hoc pro testamento obseruari. Nec videmur in hoc priuilegio militari in aliquo derogare. Nec enim vlorum magis interest, quàm ipsorum militum, quibus huiusmodi priuilegium datum est, huiusmodi exemplum pro testamentis non admitti: alioqui si tale testamentum admitteretur, non difficulter post mortem alicuius militis existerent testes, qui dicerent se audiuisse militem relinquere bona sua alicui, prout eis videretur expedire: & ita vera militum iudicia frequenter subuerterentur. Et hæc vsque ad illum §. *quinimò.* in quo reuertitur ad secundum casum determinando plenius de priuil. milit. quod circa substantiam testamenti conceditur militibus: videlicet vt quamuis sint filiifamiliàs, testari possint. sic & hîc vt miles surdus, & mutus testamentum facere possit. Et hæc vsque ad illum §. *sed hactenus.* Franc. de Aret.

b Idem Pla. Fab. & Ang.

c Necesse est tamen aliquo modo de voluntate constare. vel per duos testes, vel per comparationẽ literarum, vel aliàs. & facit vt remissa pœnitùs omni solemnitate non de naturali, sed ciuili tantùm intelligatur. *Angel. hic.*

γ ¶ *Statilio Seuero.* Sunt qui eodem modo legant in l. *Atilicinus, ff. de ser. rust.* CVIAC.

k ¶ *Rescripsit.* vt *ff. eo. l. diuus.* & iste §. est ibi lex sub eadem verborum forma, & incipit, *Diuus Traianus.*

l ¶ *Hominibus.* saltem duobus: *vt ff. eo. l. Lucius. & ff. de testib. l. vbi.* & hoc est quando in tentorio. Si autem [b] in conflictu belli, nullo etiam teste vocato: *vt C. eo. l. milites.* [c] si autem est domi, iure cõmuni: *vt infr. eo.* §. *illis.*

m ¶ *Sermonibus.* fortè causa demonstrandi: vt magister discipulo, vel ludi causa: *vt ff. de act. & ob. l. obligationum substantia.* § *fi.* vel affectionis: *vt ff. de iur. codic. l. litera.* ADDITIO. Tu dic quòd nulla verba operantur testamentum, nisi appareat quòd voluerit testari,

testari,& ad hoc se disposuerit : secùs in contractibus, vbi in dubio verba præsumuntur obligatoria: nisi aliud ex coniecturis appareat. An verbum, *relinquo*, importet institutionem, legatum, vel fideicommissum, vide Ioan. Fab. hic.

a ¶ *Nec vllorum.* sic *infrà, ad leg. Falcid. circa princip.* ibi, *idque ipsorum. sic C. de rescin. ven. l. ratas.*

b ¶ *Quinimò.* habet priuilegium [a] circa solennitatem : quinimò & circa substantiam testamenti: vt qui aliàs testari non posset, hîc tamen possit: *vt ff. eo. l. iiij.*

c ¶ *Mutus.* siue natura, siue casu, vt sit priuilegium aliquod: *vt C. qui testa. fa. poss. l. discretis.* & hoc iure militari : *vt ff. eodem. l. iure militari.* ACCVRS.

ADDITIO. Dummodò apparet ipsum sic voluisse testari per signa sua, quæ per notos poterunt interpretari.

Sed hactenus.] CASVS. Domine, dicatis ergo mihi, quâdiu durat priuilegium militare circa solen. testa. Ad hoc respon. Amice, hoc priuilegiũ circa solen. testa. tamdiu ex principalibus constitutionibus militibus indulgetur, quamdiu militant, & in castris degunt. Post missionem verò à castris, siue veterani, siue adhuc militantes extra castra fecerint testamentum, id communi iure omnium ciuiũ Rom. facere debẽt. Veruntamen illud testam. quod in castris factum est, intra annum tãtùm valet. Pone igitur quòd aliquis miles in castris fecerit testa. iure militari, & hæredẽ sub conditione instituit : & posteà iste miles iã decessit: si cõditio, sub qua erat hæres institutus, diu post annũ, vel fortè post biennium extiterit : nunquid valebit illud testamentum militis ? Et respond. quòd sic. Nam placet hoc testamentum quasi militis valere. Conditio enim retrotrahitur, & perinde habetur ac si hæres purè institutus statim post mortem militis adiisset. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *sed & si quis ante militiam.* Franciscus.

d ¶ *Sed hactenus.* Quidam dicunt hîc nõ esse §. & asserunt [b] quòd omne priuilegium, quod habet miles, perdit cùm redit de militia. Sed nos dicimus §. hîc esse : & distinguimus [c] inter priuilegium, quod habet vt testetur, qui aliàs testari non potest, vt filius famliàs. & mutus, vt illud duret post reuersionem: *vt supr. prox.* §. & §. *sed testari. & ff. eo. l. Titius. in princip.* Alia verò priuilegia quæ habet in testando, finiantur [d] ; *vt hic, & supr. eo.* §. *illis autem.*

e ¶ *Illis.* s. militibus: vt reliqua priuilegia. scilicet de numero testium, habeant in testando. & sic non refertur ad proximum §. ACCVRSIVS.

f ¶ *Post missionem.* honestam. s. finito tempore militiæ: vel causariam, si ante tempus ex necessitate recessit [e] : si autem ignominiosa est missio, desinit statim valere: *vt ff. eo. l. testamentum. & Co. eo. l. ex testamento* [f]. Sed si miles capitali crimine damnatus fuerit: si quidem communi, vt homicidio, & simili, non poterit amodò testari. *ff. de vete. succeff. l. j. in fin.* Si autem militari, vt quia alienauit arma, vel similia, quæ numerantur *ff. de re milit. l. v. & iij.* (& idem etiam de fide rupta) non potest testari: *vt ff. eod l. ex militari.* aliàs poterit in castrensibus tantùm, si ei hoc in sententia permissum fuerit, aliàs non: *vt ff. de iniust. rup. testam. l. si quis filio.* §. *irritum fit. versi. sed & si quis capite. & de leg. iij. in l. si quis. in princip.* §. *miles.*

ADDITIO Ergo à contrario sensu in pagano erit secùs: imò testamentum anteà factum ab eo posteà ex capitali sentẽtia moriente, non valet: nisi pendẽte appellatione, vel supplicatione pro gratia consequenda, moreretur: de hoc vide Angel.

g ¶ *Valere.* quia conditio retrotrahitur. *vt ff. de peri. & commo. rei ven. l. necessario.* §. *quòd si pendente. & qui potiores in pign. habe. l. vlt. & facit, ff. eo. l. quod dicitur. & l. quod constitutum.* ACCVRS.

Sed & si quis.] CASVS. Accessi ad Iustin. & ita proposui coram eo: Domine, quidã ante militiam fecit test. iuris solen. non adhibita; quia fortè non adhibuit nisi tres testes. ita testa. non valuit propter defectum solemnitatis. posteà idem miles factus, & in expeditione militari occupatus, illud test. resignauit. i. aperuit: & quædam adiecit, siue detraxit: vel alio modo manifestauerit se velle valere hoc test. iure militari: modò quæro, vtrùm hoc test. quod ab initio non valuit, ex voluntate militis conualescere possit ? Resp. quòd sic. nam in hoc casu test. valere dicendum est quasi ex noua militis voluntate.

2. Sed pone, Quidam miles fecit testamentũ, & posteà dedit se in arrogationem: & ita post testa. passus est cap. demi. vel quidã filiusfa. in castr. pec. condidit test. & posteà à patre emancipatus est: & ita capite dem. est: nunquid in his casibus per cap. demin. irritatur test. Resp. quòd non: imò in vtroque casu valet testa. quasi ex noua militis voluntate: & non videtur capi. demi. irritum fieri: quia sicut de nouo cap. demi. iure ciuili etiam primũ testa. facere potest : ita vetus test. cap. dem. non euanescit. Hæc dicũtur vsque ad illum §. *sciendum est tamen.* Franc.

h ¶ *Resignauit.* i. sigilla aperuit, & remouit: cõtrarium scilicet suo simplici.

i ¶ *Adiecit.* vt *ff. de iure co. l. conficiũtur.* §. *si miles.*

k ¶ *Ex noua.* ¶ Not. quod ab initio non valuit: ex postfacto tamen conualescit.

l ¶ *Nec videtur.* quod resignauit posteà. 2. Vel dic: sicut nunc de nouo facere potest, sic vetus non rescinditur. & secundũ hoc dic de noua volsitate. sc. tacita. Aliud in pagano: *vt infrà, quibus mod. testa. infir.* §. *alio.*

Sciendum tamen est.] CASVS Domine, iam video qualiter milites priuilegiati sunt circa factionem testa. & qualiter intelligendum sit priuilegium datum militibus : & in quantum durat: vnde videtur mihi quòd de cætero possetis quiescere. Ad hoc resp. Amice, adhuc non est locus quieti: imò certè in hoc loco sciẽdum est, quòd ad exemplum castrensis peculij tam anteriores leges, quàm principales constitutiones quibusdam personis in dignitate constitutis in quasi castrensi peculio specialiter concesserunt testari : quod quidem nostra constitutio latiùs extendens, generaliter omnibus quasi castrense peculium habentibus in hoc permisit testari: iure tamen cõmuni obseruato: cuius tenore perspecto, licitum est. nihil eorum, quæ ad præfatum ius pertinent, ignorare. Et hæc dicuntur vsque ad finem tituli. Francisc.

m ¶ *Leges.* sc. digestorum. *vt ff. de coll. bon. l. j.* §. *nec castrense.*

n ¶ *Tam anteriores leges.* Cùm ait, *leges*, Pandectas intelligit, *l. i.* §. *nec castrense. de coll. bon. l. 3.* §. *dari. de bo. poss l. i.* §. *in filiis. ad Trebel. l. filiusfa. ad fi. de dona.* Cùm, *constitutiones*, Codicem. Nam si exemplo castrensiũ cõparata sunt quasi castrensia, & illa sunt ex constitutionibus; hæc etiam vt sint ex constitutionibus necesse est : quæ igitur legibus continentur de quasi castrensi peculio, ex constitutionibus sunt. CVIAC.

n ¶ *Constitutiones.* vt *C. de adsess. l. velut.* & *C. de aduo. diuer. iudi. l. fori.* & *alia plures.* ACCVRS.

o ¶ *Quibusdam.* vt consulibus, & præfectis legionum, & præfidibus pro

[a] Idẽ Fab. Ang. & Ias.

† Testes, qui sunt præsentes in testamento, debent audire vocem testantis. & quod magis est, etiam videre eius faciem: nec sufficit cortina in medio : licèt Gl. in l. xij. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. arc. teneat contrarium: sed reprobatur *per l. si vnus. C. de testamen.*

[b] Miles militia reuersus vtrùm amittat omnia priuilegia militaria. [c] Idem Pl. hîc. [d] Hæc est vera, etiam si sit surdus, & mutus à natura: vt possit testari: intelligendo tamen vt per Angel. *supr. §. prox.* quãuis Ioan. Fab. teneat contrarium. [e] Angel. notat studiosum, si ablens à studio per quinquennium fuerit, priuilegium amittere. [f] Idẽ in scholari, qui si est in patria post gradum doctoratus, vel missus ob morbum : gaudet intra annũ priuilegio scholastico : secùs si est bannitus, secundùm Porcum. *Angel. Pe.*

bus prouinciarum, qui sunt filiifamiliàs: *vt Cod. de inoffic. testa. l. fin.*

a ¶ *Quibusdam permissum fuerat.* Speciali priuilegio; vt putà proconsulibus; vt est in constit. Iustinian. & Præfectis legionum, & Præsidibus prouinciarum. At ipse demiror quamobrem Iustinia. tribuat Præfectis legionum quasi castrense peculium, hi namque milites sunt. *l. 2. ff. de his, qui not. infa.* forsitan legendum, *Proconsulibus, & proconsulum legatis.* vt in *l. abesse. ff. ex qui. cau. ma.* Miror etiam cur specialiter præfecto annonæ castrense peculium tribuatur in tit. C. *de castren. pecul. mil. & præfec. an.* sed iamdiu animaduerti legẽdum esse, *præfectianorum*, ducta coniectura ex li. vet. in quibus legitur, *præfecti annorum.* de quorum peculio quasi castrensi agitur in *l. vlt. eiusdem ti.* Sunt autem præfectiani apparitores præfecti prætorio. *l. 2. & 3. Cod. de apparit. præf. prat. l. 8. C. de offic. rect. prou.* Am. Marceli. *lib. xvij.* Vt nec præfectianus, nec præsidialis apparitor ad soluendum quemquam vrgeret. Mihi etiam Anto. Loiselus adolescens, & humanissimus, & supra ætatem eruditus librum Codicis manuscriptum dono dedit, in quo claris literis scriptum est, *De castrensi peculio militum, & præfectianorum.* CVIACIVS.

a ¶ *Constitutio.* Cod. *de inoffi. test. l. fi.* ACCVRS.

b ¶ *In his.* scil. castrensi, & quasi. nam in aduentitio nõ potest, licèt habeat proprietatẽ: *vt C. de bonis, quæ lib. l. fin. §. filiis autem fam. in gl.* j. ACC.

c ¶ *Iure communi.* nisi sit miles in castris: *vt supr. eod. in princip.* Item tale testamentum nõ [a] expugnatur per querelã inofficiosi testamẽti: *vt C. de inoffic. test. l. fi.*

QVIBVS NON est permissum, &c.

Dictum est suprà qualiter testamenta fiant: sequitur videre de personis, quæ testari possunt, & quæ non: quamuis fuerit ordo præposterus: quia si quæramus an valeat testamentum, prius videndum est an persona testantis potuerit testari. l. si quæramus. ff. de test. *Angel. Aretinus.*

On tamen.] Iste titulus diuiditur in septem partes: quia enumerantur septem gradus personarum. Et primò ponit de filiofamiliàs [b]. Secũdò de impubere. Tertiò de furioso. Quartò de prodigo. Quintò ponit de surdo, & muto. Sextò de cæco. Septimò de capto ab hostibus. Secunda ibi; *Prætereà.* Tertia ibi; *Item furiosi.* Quarta ibi; *Item prodigus.* Quinta ibi; *Item surdus, & mutus.* Sexta ibi; *Cæcus.* Septima ibi; *Eius, qui.* Iste titulus est facilis in casus positione: ideò vide per teipsum.

d ¶ *Non tamen.* videbatur quemlibet seruantem supradicta posse testari: sed contrarium est in tredecim casibus qui in titulo isto pro parte dicuntur [c]. Et hoc est, quod dicit, non tamen, &c. & no. *infr. eo. §. fin.* ACCVRSIVS.

e ¶ *Statim.* in primis, vel statim. i. eo ipso.

f ¶ *Permiserint.* sed [d] causa mortis filius donare potest patre cõsentiente: *vt ff. de donatio. causa mortis. l. tam is. in fi.* Et ratio diuersitatis est: quia testamentum ex libero, non alieno arbitrio debet procedere: *vt ff. de hæred. instit. l. illa institutio.* ACCVRS.

QVIBVS NON EST permissum facere testamentum.

TITVLVS XII.

In parentum potestate constituti, etiamsi paternus accedat consensus, iure testari nequeunt: his tamẽ demptis, qui castrense, & quasi castrense peculium habent, id est qui vel in castris, vel bonis literis militant: quibus super eo (haud secùs, quàm si sui iuris essent) etiam inuito patre testandi libertas data est.

Annotato, Castrensia, aut quasi, mortuo patre non communicanda fratribus.

ON tamen [d] omnibus licet facere testamẽtum. Statim [e] enim hi, qui alieno iuri subiecti sunt [†], testamenti faciendi ius non habent, adeò quidem, vt quamuis parentes eis permiserint [f], nihilo magis [g] iure testari possint: exceptis his [h], quos anteà enumerauimus, & præcipuè militibus, qui in potestate parentum sunt: quibus de eo, quod in castris acquisierunt, permissum est ex constitutionibus [i] principum testamentum facere. Quod quidem ius [k] ab initio tantùm militantibus datum est, tam ex auctoritate diui Augusti, quàm Neruæ [l], nécnon optimi Imperatoris Traiani: posteà verò subcriptione [m] diui Hadriani etiam dimissis à militia; id est veteranis [n] concessum est. Itaque si quidem fecerint de castrensi peculio testamentum: pertinebit hoc ad eũ, quem hæredem reliquerint. Si verò intestati decesserint, nullis liberis, vel fratribus superstitibus [o], ad parentes eorum iure cõmuni [p] pertinebit. Ex hoc intelligere possumus, quod in castris acquisierit miles, qui in potestate patris est, neque ipsum patrem adimere posse, neque patris creditores id vendere, vel aliter inquietare, neque patre mortuo cum fratribus commune ¶ esse: sed scilicet proprium eius esse: qui id in castris acquisierit: quanquam iure ciuili [r], omnium, qui in potestate parentum sunt, peculia [f] perinde in bonis parentum computentur, ac si seruorum peculia in bonis dominorum numerentur: exceptis videlicet his, quæ ex sacris constitutionibus, præcipuè nostris [t], propter diuersas causas non acquiruntur [u]. Præter hos igitur, qui castrense peculium, vel quasi castrense habent; si quis alius filiusfamiliàs testamentum fecerit, inutile est [x], licèt suæ potestatis [β] factus decesserit [y].

Impubes non potest facere testamentum, nec etiam furiosus, nec fa-

ADDITIO. Quamuis enim donatio causa mortis sit vltima voluntas: tamen magis accedit contractui: *vt not. sup. de donat. in princ.*

g ¶ *Nihilo magis* id est [a], non ideò magis. habet enim in se negatiuam. sicut nihilominùs affirmatiuam. ACCVRSIVS.

ADDITIO. Aduerte, licèt textus dicat filios non posse testari: hoc tamen fallit quando testantur ad pias causas: quia tunc possunt. *cap. licet. de sepul. lib. vj.*

h ¶ *His.* scilicet castrense, vel quasi castrense peculium habentibus: *vt suprà titu. proxi. §. fi.*

i ¶ *Constitutionibus.* extrauagantibus.

k ¶ *Quod quidem ius.* scilicet posse testari in castrensibus.

l ¶ *Augusti, quàm Neruæ, &c.* quorum dicta non habemus. ACCVRSIVS.

m ¶ *Subscriptione.* cuius verba nõ habemus.

n ¶ *Veteranis.* scilicet filiis familiàs: de quibus hîc loquitur.

o ¶ *Nullis liberis, vel fratrib. superstitibus.* nam liberi defuncti militis, & fratres patrem excludebant: *vt C. com. de succes. l. fi.* Hodie soli lib. militis: *vt in Auth. de hæred. ab intest. venientibus. circa prin. ibi, si quis igitur. coll. ix.* ADDITIO. Quibus non extantibus succedit pater vnà cum fratribus: *vt in Auth. loco suprà alleg. §. si igitur defunctus descendentes. versiculo si verò cum.* dummodò deferatur tanquam hæredi. *vt infrà proxi.*

p ¶ *Iure communi.* non hæreditario: sed tanquã occupanti peculiũ profectitium, vel aduentitium: *vt ff. de castren. pec. l. ij.* hodie videtur etiam iure hæreditario: *vt in Authent. de hæred. ab intest. venient. §. si igitur defunctus descendentes. coll. ix.* ACCVRS.

q ¶ *Commune.* sic *supr. per quas personas nob. acquir. §. j.*

r ¶ *Iure ciuili.* sc. antiquo: sic *supr. per quas perso. no acqui. §. j.*

f ¶ *Peculia.* scilic. aduentitia, & profectitia. nam castrensia, vel quasi etiam iure veteri non acquirebantur patri: *vt ff. de coll. bo. l. j. §. nec castrense,*

t ¶ *Nostris.* & alienæ, & nostræ sunt: *vt C. de bon. mat. & Co. de bonis, quæ libe. per totum.*

u ¶ *Non acquiruntur.* scil. nobis patribus.

x ¶ *Inutile est.* quia quod [b] ab initio non valet, ex tractu temporis non conualescit: *arg. infrà, titu. j. circa princ. ib; alioquin.* [c] Arg. contrà, *C. de nupt. l. & si contra.* Solu. ibi non valuit matrimonium ex primo; sed ex nouo post matrimonium consensu.

β ¶ *Licèt suæ potestatis.* Non satis est habere testamenti factionẽ mortis tempore, nisi eam tempore testamenti etiam habeamus. At satis est habere testamenti factionem testamenti faciendi tẽpore; etiamsi mortis tempore non fuerit testamenti factio: vt si sanus, & frugi testamentum fecero; furiosus, aut prodigus decessero: & hoc non iure tantùm ciuili: sed etiam iure prætorio seruatur. Illud tamen etiam vtroque iure receptum est, vt irritum fiat testamentum capitis deminutione: ideóque necesse est, lege Cornelia excepta, vt testamẽti, & mortis tempore testator ciuis Romanus, & sui iuris existat. CVIAC.

y ¶ *Decesserit.* non idem de seruo testante, si fideicommissum sit relictum:

a Nihilo magis, & nihilominus differunt: illud negatiuã, hoc affirmatiuam continet.

† Tamẽ Vestales olim vt primùm erant captæ, ius faciendi testamẽtum adipiscebãtur: licèt priùs essent in potestate parentum, secundùm Festellam de Vestalibus. *Aegid. Perr.*

a Querela inofficiosi testamentum militis expugnari non potest: *vt hîc.* Verùm id hodie falsum esse notat Angel.

b Diuisio.

c Hæc Glo. est approbata per Ang. hîc.

d Filiusfamiliàs licèt testari non possit: potest tamen donare causa mortis: & cur.

b Tèporis tractus non cõualidat inualidũ.

c Et hoc verũ indistinctè, si defectus sit in persona hæredis, idem si in persona testantis: vt quia sit intestabilis: secùs si oneratus creditoribus seruos instituere nequeat: *vt l. ei, qui seruos. ff. de hæred. instit.* defectus quoque solemnitatis: vt in numero septem testium rogatorum: ex postfacto confirmari non potest; nisi in casu. *d. l. 1. C. de fideicom. & Instit. de fideicom. lib.* secùs si reciperet fauorem priuilegium. *l. filiusfamilias. ff. de testa.* Angel.

relictum:quia valet,si durat voluntas:*vt ff.de leg.iij.l.j.§.j.*

a ¶ *Impuberes.*sed ex quo tetigerunt de vltimo die xiiij. vel xij. anni:satis est fauore testamenti:*vt ff.de testa.& qui test.face.poss. l. qua ætate.*Idem in vsucapione.*vt ff.de vsucap. l.in vsucapionib.* Secùs in præscriptionibus odiosis;*vt ff.de act.& obli.l.in omnib. temporalibus.*Item secùs vbi est fauor eius, qui vult prorogare : vt in cõtractibus à minore factis: *vt ff.de minо. l. iij. §. minorem.*

a Iudicij quindecim acceptiones,seu significationes.

b ¶ *Iudicium.* id est [a] discretio:*vt ff.de iudic.l. cùm prator. §.non autem. ver.lege.* 2.Quandóque ponitur pro sententia, vt rei iudicatæ stándum est:*vt Cod.de re iudic.l.j.* 3.Quandóque pro instantia causæ triennij: *vt Co. de iudi.l.properandum.per totum.*4.Quandóque pro actione, vt iudicium familiæ ercicundæ, vel communi diuidundo:*vt infr.de offic.iudi.§. si familiæ ercisc undæ.& §.fin.*5.Quandóque pro lite, siue cõtrouersia, vt iudicium pendet super hæreditate:*vt ff.ad Trebel.l.j.ij.respon.*6.Quandóque pro auctoritate, vt negotia ecclesiastica non sunt disponenda laicorum iudicio;id est auctoritate.*extrà de iudi. c. decernimus.* 7. Quandóque pro foro : vt causa iuris patronatus definiri debet ecclesiastico iudicio,id est foro.*c.quanto. extrà de iudi.* 8. Quandóque pro arbitrio. *ff. qui satisda.cogan. l.arbitrio.* Si enim arbiter est iudex: ergo arbitrii est iudicium. 9. Quandóque pro vltima voluntate [b] : vt iudicium testatoris cassum esse non debet,C.*de sacrosan.eccl. l.j.*10. Quandóque pro quæstione : vt ciuilis causa in iudicium:id est in quæstionem deducta cum criminali,post criminalem est decidenda.*Cod.de ordin. iudic. l. final.* 11. Quandóque pro discussione, siue iuris disquisitione : *vt in rubric.de iudic.ff.& Cod.* 12.Quandóque pro potestate iudicandi : *vt ff. de iud.l.iudicium soluitur vetante eo,qui iudicare iusserat.*13.Quandóque pro pernicie,siue damnatione:vt ibi [c], Qui manducat, & bibit indignè corpus,& sanguinem Domini, iudicium sibi manducat,& bibit.

b Hinc iudicare quandóque id est in vltima voluntate aliquid relinquere.*cap.licet. de sepult. lib.6.* Aegi.Per.

c1. Corin.11.

14. Quandoque pro pœna , vt ibi [d] , Qui bona egerunt , ibunt in vitam æternam:qui verò mala,in resurrectionem iudicij.id est pœnæ æternæ. 15. Quandóque pro processu iudiciali : *vt cap. j. de iudiciis.lib.vj.* Et ista quindecim significata iudicij possunt his versibus [e] comprehendi:Actio,lis,auctor,forus , arbiter , vltima velle Quæstio,discret.sent.instant.dicussio.posse:Pernicies, pœna,processus iudicialis. ADDITIO. *Facit ca. in iudiciis. de reg, iur. lib. vj.*

d Iuan.5.

e Versus.

c ¶ *Item furiosi.*repete,non possunt testamentum facere.

d ¶ *Furiosi.*hac ratione idem in mente capto dicam: *vt arg. ff. de verbo.obli.l.à Titio.in fin.*

e ¶ *Testati.* vt *Cod. eod. qui testamen.fa. pos. l. furiosum. in princip.* ADDITIO. Idem in dubio si tempus testamẽti erat remotum à tempore furoris:sed si vicinum , tunc ex qualitate ipsius actus præsumitur fuisse sanæ mentis,vel non. Et qualiter probetur furor,vide Angel hîc.

f Vsucapio inchoata furore nõ perimitur.

f ¶ *Negotium.*vt vsucapionem [f] inchoatam:*vt ff.de vsucap.l. iustio.§.eum.*vel possessionem quæsitam:*vt ff.de acqui.possess.l.si is,qui*

Tectum conualescit, licèt efficiatur pubes,vel sanæ mentis. Aret.

Annota. Ab initio nullum,tractu temporis non conualescere : & versa vice , rem legitimè factam, etiam si ad eum casum veniat, à quo initium sumere non potuit , nequaquam irritari.

1. ¶ Prætereà † testamentum facere non possunt impuberes [a] : quia animi iudicium [b] est. Item furiosi [c] : quia mente carent. nec ad rem pertinet , si impubes posteà pubes , aut furiosus posteà compos mentis factus fuerit, & decesserit.

† Facit ad istũ §. quod dicitur in ca.sicut tenor. iuncta Glo.super ver.mentem,extrà de regul.

Furiosi [d] autem , si per id tempus fecerint testamentum, quo furor eorum intermissus est , iure testati [e] esse videntur certè eo, quod ante furorem fecerint,testamento valente.Nam neque testamẽtum ritè factum, neque vllum aliud negotium [f] rectè gestum , posteà furor interueniens perimit.

Non valet testamentum prodigi factum post interdictum : sed prius factum sic. Aret.

2. ¶ Item prodigus [g] , cui bonorum suorum administratio interdicta est [h] , testamentum facere non potest : sed id,quod antè fecerit , quàm interdictio bonorum suorum ei fiat , ratum est [i] .

Mutus , & surdus possunt certis casibus condere testamẽtum: sed non semper.h.d.primò. Et vitium superueniens post testamẽtum perfectum non nocet. Aret.

3. ¶ Item surdus , & mutus non semper [k] testamentum facere possunt. Vtique autẽ de eo surdo [l] loquimur , qui omnino non audit , non qui tardè exaudit. Nam & mutus is intelligitur,qui eloqui nihil potest, non qui tardè loquitur. Sæpè enim etiam literati , & eruditi [m] homines variis casibus & audiendi,& loquendi facultatem amittunt [n]. Vnde nostra constitutio [o] etiam his subuenit,vt certis [p] casibus , & modis secundùm normam eius possint testari , aliáque facere , quæ eis permissa sunt. Sed si quis [q] post testamentum factum aduersa valetudine , aut alio quolibet casu mutus, aut surdus esse cœperit:ratum nihilominus manet eius testamentum.

Cæcus cum solemnitate communi non potest facere testamentum: sed seruando quandam solemnitatem specialiter ad hoc assignatam. Aretinus.

4. ¶ Cæcus [r] autem non potest facere testamentum, nisi per obseruationem [s] , quam lex diui Iustini patris nostri [t] introduxit.

Captus apud hostes testamentum facere non potest ; sed prius factum , si ibi moriatur , ex lege Cornelia valet : si redeat , ex postliminio. Aret.

5. ¶ Eius,qui apud hostes [u] est, testamentum,quod ibi fecit, nõ

a Prodigus est.

b Versus.

Prodigus est,animi vitio retinenda profundens
Qui retinet danda cupide , censetur auarus:
Largus, qui sumptum facit ex ratione libenter.

vide notata *in cap. ex parte. extrà de consue. in gl.ij.*

c Interdictio bonorum fit vel à iudice, vel à lege.

d Interdictus bonis censetur; qui crimẽ maiestatis cõmisit.

h ¶ *Administratio interdicta est.* si dicas à iudice [c],planum est:si dicas à lege;vt quia [d] crimen legis Iuliæ maie. commisit:multò minus testatur:sed & tũc priùs factum rumpitur: *vt Co. ad leg.Iuliam ma.l. final.* ADDITIO. Et sufficit quòd fiat prœconium publicè cum causæ cognitione, quod nemo contrahat cum eo : vel quòd iudex declaret eũ esse prodigum : vel det ei curatorem tanquam prodigo: seu aliter notoriè prodigus existat.

e Interdictio facta prodigo, qui re vera nõ est prodigus, tenet.

i ¶ *Ratum est.* Quid [e] si fiat interdictio ; cùm tamen non sit prodigus? Respond. fortè non valet interdictio:*argum.ff. de tut.& cura.da. ab his. l.Seia.* f Sed contrarium verum est,cùm [g] sit facta contra ius litigatoris tantùm : non contra ius legis:*ff.quæ senten.sine app.re.l.j.in princip.& §.j. Cod.quando prouocare non est necesse. l. ij.*

f Et hoc verũ quando datus est simpliciter curator impuberi, tanquàm puberi : *vt l. si tutor petius. ff. de tuto.& cura. da.ab his.*secùs si tãquam prodigo,cùm non sit: *vt hic in fin.* & est ratio: quia pupillum declarat natura ; sed prodigum ipse iudex ; vel quia curatoris datio faciliùs; id est solo tractu temporis perdit vires , quã prodigalitas, vbi exigitur certitudo reditus ad sanam mentem. *Arg.*

ADDITIO. Vide ca. *cùm inter. extrà de re iudic.*

k ¶ *Non semper.* sed quandóque possunt, secundùm distinctionem sequentem.

l ¶ *De eo surdo.* sic *infrà , de inutil. stipul. §. mutum.*

m ¶ *Eruditi.*sc. in moribus.

n ¶ *Amittunt.*& maximè impij aduocati ; vt in eo puniantur, in quo deliquerunt.*ca.literas.de temp.or.cap. pastoralis. de iure patrona.& ca.fin.de immu.eccle.cum si.*quia per quæ quis peccat,per hæc & torquetur.

g Sententia lata contra ius litigatoris tenet:secus si cõtra ius legis.

h Mutus.& surdus an,& quomodo testamẽtum possint facere.

o ¶ *Constitutio.*vt *C.qui testamen.fa.poss.l.discretis.*

p ¶ *Certis.*vt mutus [h] ,& surdus casu,vel mutus tantùm,siue natura,siue casu,si scribere nouit,sua manu scribat testamentum. Si autem per alium scribere velit.impetret hoc à principe:*vt ff.eo.de testa.& qui testa.fac.poss.l.si mutus.*Item si surdus tantùm casu est, vel etiam natura,testetur,si vult,si potest loqui articulatè:*vt Cod. qui testamen.fa.poss.l.discretis.*si autem natura est surdus, & mutus, non potest,nisi sit miles:*vt suprà,tit.* j. §. *quinimò.* ADDITIO. Quidam dicunt debere intelligi de muto,& surdo à casu:& tunc miles testabitur de licentia principis in his casibus, in quibus paganus non posset.

i Testamenti per cæcum faciendi solennitas.

q ¶ *Sed si quis.*sic *supr.eo.§.prætereà.& §.si furiosi.*

r ¶ *Cæcus.*naturaliter [i] ,vel casu:& orbatus vtroque lumine:secùs si vno tantùm:*vt C.de excu.tu.l.frater.*

s ¶ *Per obseruationem.*sc.vt coram septem testibus, & tabellione, vel alio loco eius,si non inueniatur tabellio,dilucidiùs voluntatẽ suam declaret & in hæreditatibus,& in legatis: & omnia in scriptis referantur : *vt C. eo.l. hac consultissima.*

t ¶ *Patris nostri.*aliàs mei.*sic sup.de dona.§.est & aliud.*

u ¶ *Apud hostes.*scilic.vt captus,vel obses,*vt ff.eo.de test. l. obsides.*

a Posthliminij ius fingit captiuum semper fuisse in ciuitate.
b Lex Cornelia impropriè sumitur pro iure postliminij.
c Fictio legis Corneliæ.

a ¶ *Non valet.* quia serui sunt, vel quasi: *vt sup. de iure person. §. seruì. & ff. de libe. ho. exhe. l. ij.*
b ¶ *Fuerat.* ante captiuitatem.
c ¶ *Postliminij.* quod fingit eum semper in ciuitate fuisse: *vt suprà, quib. modis ius pa. pote. sol. §. si ab hostibus.* non autem lege Cornelia fingitur, & quod dicitur, C. *de cap. l. j & l. captum.* impropriè ponitur lex Cornelia pro iure postliminij.
d ¶ *Ex lege Cornelia.* quæ fingit eum primam horam captiuitatis mortuũ, & sic liberũ: *vt ff. eo. de testat. l. lege Cornelia.* Aliud esset, si nulla esset fictio: vt in seruo pœnæ facto: *vt infr. quibus modis testamen. infir. §. non tamen.* ¶ Vltimò

valet[a], quamuis redierit. Sed quod, dum in ciuitate fuerat[b], fecit: siue redierit, valet iure postliminij[c]: siue illic decesserit, valet ex lege Cornelia[d].

DE INSTITVTIONE, & exhæredatione liberorum.

TITVLVS XIII.

Quisquis filiam habens in potestate vitè testari vult, operæpretium est, vt eum aut instituat, aut nominatim exhæredem faciat. illius etenim præteritione vsque adeò nullum fit testamentum, vt etiam si vivo patre decesserit, non convalescat. In filiabus autem, cæterisque per virilem sexum descendentibus, longè diuersam rationem tenuit antiquitas: vt ex hoc textu degustare potes.

d Testamẽtum facere quæ, & quot personæ prohibitæ.

not. quòd tredecim d sunt personæ, & plures, quæ testari nõ possunt. 1. Filiusfamilias. 2. Item seruus: *vt supr. eo. in prin. & ff. eodem. de test. l. si filius.* 3. Item impubes. 4. Item furiosus. 5. Item mente captus 6. Item prodigus. 7. Item mutus. 8. Item cæcus. 9. Itẽ surdus: *vt supr. eod. § præterea. & §. item furiosi. & §. item prodigus. & §. item surdus. & §. cæcus.* 10. Item damnatus ad mortem naturalem, vel ciuilem: *vt ff. eod. de testa. l. eius. qui. §. j. vsque ad finem.* 11. Item obses: *vt ff. eod. l. obsides* e. 12. Item de crimine famoso damnatus: *vt ff. eod. l. is, cui. §. fin. & l. cum lege.* 13. Item de statu suo dubitantes: *vt ff. eod. de statu. & l. qui in domin. & l. de statu.* 14. Item monachus: *vt in Auth. de mona. §. illud quoque. coll. j.* (Sed hodie secundùm quosdam corrigitur: *vt in Auth. de san. epis. §. si qua mulier. colla. iiij.*) 15. Item is, cui interdicitur bonis à lege: *vt Co. de hæret. & Mani. l. Manichæos. & ad leg. Iul. maiest. l. vltima.* Vnde versus;

Testari nequeunt impubes, religiosus,
Morti damnatus, & sub patre filius, obses:
Prodigus, & stultus, dubius, seruus, furiosus,
Crimine damnatus, cum muto surdus, & illum,
Qui maiestatem læsit, cæcum quoque iungas.

e Intellige sint dati pro pace tenenda, à populo Romano: in quibus habet locum etiam lex Cornelia, secundùm Ioan. aliàs si dati ab alia ciuitate, vel domino, nõ fiunt serui: vt per Angel. hîc.

DE INSTITVTIONE,

f Continuatio.

Ista f *rubrica continuatur per glos. infrà, in nigro.* Angel. *Vel sic, Dictum est suprà de testamentis, & eorum ordinatione: verùm quia in testamentis quandoque liberi exhæredantur, ideò sequitur rubr. de exhæredatione liberorum.*

g Diuisio.

On tamen.] Totus iste titulus diuiditur g principaliter in tres partes Primò ponit quid iuris erat de iure antiquo circa exhæredationem liberorum, & qua forma exhæredabantur. Secundò qualiter hodie exhæredari debeant. Tertiò aliqua dubia circa prædicta subinfert. Secunda ibi; *Sed hæc quidem.* Tertia ibi, *Sed si in expeditione.* Item prima subdiuiditur. Nam primò ponit quandam continuationem ad præcedentia. Secundò ponit qualiter exhæredationem fieri de iure antiquo sufficiebat de liberis natis, & in potestate & primum locum, siue gradum obtinentibus. Tertiò de liberis nascituris, vel de natis non obtinentibus primum gradum. Quartò de emancipatis. Quintò de liberis ciuilibus tantùm, & de eorum exhæredatione. Secunda ibi, *Sed qui filium.* Tertia ibi, *Posthumi.* Quarta ibi, *Emancipatos.* Quinta ibi, *Adoptiui* Casvs. Domine, iam video de hac obseruatione solemni obseruanda in testamento: nunquid sufficit huiusmodi obseruatio ad hoc, quòd testamentum inexpugnabiliter valeat? Respond. quòd non. Non enim vt omninò valeat testamentum sufficit prædicta obseruatio, quam suprà de testat. ordin. exposuimus: sed testator, qui filium in potestate habet, eum vel hæredem in testamento instituere, vel nominatim exhæredare necesse habet. Si enim eum sub silentio præterierit, inutile erit testamentum: & in tantum erit inutile, vt licèt iste filius præteritus viuente testatore mortuus fuerit: nemo tamen ex eo testamento hæres existere possit. & hoc ea ratione: quia præterito filio in potestate tempore facti testamenti existente, testamentum ipso iure nullũ fuit. & hoc verum fuit in filiis masculis primi gradus: sed secùs erat in filiabus. Nam non ita de filiabus, vel aliis liberis vtriusque sexus in remotiori gradu constitutis apud veteres obseruabatur. Neque enim exhæredabantur, & tamen testamentum propter hæredis præteritionem non infirmabatur: sed ius accrescendi vsque ad certam portionem: id est dimidiam illius portionis, quam habituri essent ab intestato, eis præstabatur. Nec solùm fuit huiusmodi differentia inter filios masculos, & huiusmodi personas: sed etiam alia: quia licèt filij masculi nominatim debeant exhæredari: non tamen supradictas personas nominatim exhæredare parentibus erat necesse: sed licebat eis illas personas inter cæteros exhæredare. Sed domine, dicatis mihi, quid est exhæredare nominatim? Ad hoc respondet: Amice, exhæredare nominatim videtur, qui proprio nomine expresso exhæredat: veluti si testator dicat, Titius filius meus exhæres esto. vel non addito proprio nomine: sed appellatiuo tantùm: vt putà si testator vnum solum filium habuit. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *posthumi quoque.* Franc. de Aret.



On tamen[c] vt omnino valeat testamentũ, sufficit hæc obseruatio, quam suprà[f] exposuimus: sed qui filium[g] in potestate[h] habet, curare debet, vt eum hæredẽ instituat, vel exhæredẽ nominatim faciat: alioqui si eum silentio præterierit[i], inutiliter testabitur: adeò[k] quidé, vt si viuo[α] patre filius mortuus sit, nemo[l] hæres[β] ex eo testamento existere possit; quia scilicet ab initio non constiterit[m] testamentum. Sed non ita[n] de filiabus, & aliis per virilem sexum descendentibus, liberis vtriusq; sexus antiquitati[γ] fuerat obseruatum: sed si non fuerant scripti hæredes, scriptæve: vel exhæredati exhæredatæve, testamentum quidem non infirmabatur[o]: ius tamen accrescẽdi eis ad certam portionem[p]

a Tu dic filio morieare viuo patre, testamẽtum omninò nullum esse: vt hîc. si superuixit patri, & dixit testamentũ nullum, non valet: si verò tacuit & approbauit, licèt iuris subtilitate nullum sit; ex æquo tamen reconualescit; & id passim tenetur.
b Et ibi est casus, in quo etiã hodie necessaria est bonorũ poss. & aliis viginti, vide per Ange. quod est magnæ vtilitatis; quia eam liberi intra annum: cognati verò intra centum dies tantùm; & non solùm animo: sed coram prætore agnoscẽt.

c ¶ *Non tamen.* licèt dicta obseruatio suprà, de testament. ordin. solennis sit; non tamen, &c. ¶ Vel sic suprà de ea obseruatione, quę est circa fidem, & probationem, satis dictum est: nunc de ea, quæ est circa pietatem, dicendum est. & licèt ea obseruatio, quæ circa fidẽ est, satis diligens sit: non tamen, &c.
f ¶ *Suprà.* s. in titu. *de testa. ordinan.*
g ¶ *Filium.* etiam militem: *vt ff. de liberis & posthumis. l. filiusfamiàs.*
h ¶ *In potestate.* secùs in emãcipato iure ciuili: sed idem iure prætorio: *vt infrà, eo. l. emancipatos.* Accvr. Additio. Imò hodie præteritus dicit nullum etiam de iure ciuili, sicut in potestate constitutus: *vt per glos. in §. exhæredatos. in gloss. noluit. in Auth. de hær. & fal.* Angel.
i ¶ *Præterierit.* sc. nec instituendo, nec exhæredando: *vt j. de hære. quæ ab inte. §. ea.* nec ipso iure valet: *vt C. de lib. præter. l. maximum.*
k ¶ *Adeò.* s. inutiliter testabitur.
α ¶ *Vt si viuo.* Vet. *etsi viuo.* quoniam id multò magis obseruandum est, si post mortem patris decesserit. Idem verò etiam in vno gradu obseruandum est, vt si à Primo instituto exhæredatus sum, à Secundo substituto præteritus: & viuo, ac deliberante Primo decessero, tum deinde primus hæreditatem omiserit: nã substitutio nulla est: & hac in re par est causa liberorum, & posthumorum. *l. si posthumus. ff. de liber. & posthum. l. 3. §. vlt. & l. prox. ff. de iniu. test.* quod etiam proponitur in l. *si à primo. de lib. & posthu.* cæterùm in ea, non, *viuo patre*: sed *viuo primo*, legendum est: quæ castigatio summè notanda est Dispar verò est causa liberorum, & posthumorum in specie huius §. videlicet cùm de toto testamento quęritur: nam si posthumus viuo patre natus decesserit, ex constitutionibus scripto hæredi bon. possessio datur cum re. *l. posthumus. de iniu. test.* si post mortem patris, testamentum nullo iure valet. *l. 2. & 3. C. de post. hær. inst.* Cvias.
l ¶ *Nemo. ff. de iniusto rupto testamento. l. filio. §. fin. contrà.* Sol. ibi filius viuit: hîc non. 2 Vel a hîc iure stricto, ibi æquo. Accvrs.
β ¶ *Nemo hæres.* Sed neque bon. possessor cum re. at quia sec. tab. dari potest qualis qualis, huic rei præteritus occurrere potest petita bo. possessione contra tab. Cvias.
m ¶ *Non constiterit.* aliud si constitit: licèt posteà rumpatur: putà agnatione posthumi, qui posteà moritur: quia tunc reconualescit testamentum: *vt ff. de iniusto rupto testamento. l. posthumus in prin.* b *& infr. eod. §. posthumi.* ibi, *quod & filio*, &c. Nec est mirum: quia si ab initio, rumpitur agnatione posthumi: eo mortuo conualescit: *arg. ff. de regu. iur. l. quod ab initio.*
n ¶ *Sed non ita.* not. ex vna parte ponit filios tãtùm, ex alia filias, & omnes ex masculis, vel fœminis descendentes.
γ ¶ *Antiquitati.* Mediæ iurisprudentiæ: non xij. tab. §. *sed hæc. infr. l. vlt. C. de lib. præter.* Cvias.
o ¶ *Non infirmabatur.* contrà. *infr. eo. §. sed fœminini.* Sol. vt ibi.
p ¶ *Ad certam portionem.* s. dimidiam eius, quod ab intestato habituri essent: *vt C. de lib. præ. l. maximum. circa me.* ibi, *cùm enim per contra tabulas*, &c.

Sed nec.

a Exhæredario inter cæteros qualiter fit.

a *Sed nec.* hæc est secunda differentia inter prædictas personas
b *Inter cæteros.* ſ. hoc [a] modo: vnum de filiis meis exhęredo. Vel vno instituto sic dico: reliquos exhæredo. nã nisi diceret, cæteros exhæredo: licèt dicat, filium meum exhæredo, cùm plures habeat: nemo exhæredatus videtur: *vt ff. de li. & posthumis. l. ij.* sed secùs erit in istis. nam bene valet, vt hîc dicitur.

c *Non extet.* item aliis modis: vt, omnes liberi mei sint exhæredati: etsi sit vnus tantùm: *vt ff. de libe. & posthu. l. Titius. in princ.* Item si dixerit alia verba quæcunque, dummodò certa: *vt ff. si certa. pet. l. certum. & de iniust. rup. testa. l. posthumi. §. nominatim. & ff. de libe. & posthu. l. j. & ij.* sed secùs si dicat: filium meum instituo, cæteros liberos exhæredo. vel, Seium extraneum instituo: liberos autem exhæredo. & hîc non dicit, omnes, vt non contradicat princip. *gloss.* [b] Nam dicor exhæredare filium inter cæteros: quia mixtio fit cum cæteris in remotioribus gradibus constitutis: vnde non valet, cùm debeant exhæredari nominatim, vt hîc dicitur.

b Hanc Gl. reprehendit Ioã. Fab. hîc.

Posthumi quoque.] CAEVS. Domine, iam video quid iuris est circa exhæredationem liberorum iam natorum: sed quid domine, si testator reliquerit vxorem prægnantem, nunquid necesse habet exhæredare, vel instituere vterum: Respond. quòd sic. Nam non solùm nati liberi: sed etiam posthumi exhæredari debent, vel hæredes instituí: & in eo par omnium posthumorum conditio est, quòd quocunque posthumo siue masculini sexus, siue fœminini præterito, non valet testamentum: quia si nascatur posthumus, vel posthuma, natiuitate eius rumpitur testamentum: vnde si mulier prægnans, de qua sperabatur posthumus nasciturus, ediderit abortiuum: nihil erit impedimento hæredibus institutis ad hæreditatem ex testamento adeundam. Nam iste abortiuus, qui mortuus natus est, vel contra formam humani generis editus: pro non nato habetur. Sed licèt in hac particula sit conditio omnium posthumorum patificata: in alio tamen differunt. nam fœminini sexus posthumæ vel nominatim, vel inter cæteros solebant exhæredari, prout placuerat testatori: ita tamen, vt si testator huiusmodi personas inter cæteros exhæredaret, aliquid eis legaret, ne viderentur huiusmodi posthumæ per obliuionem à testatore præteritæ esse: sed secus erat in masculis posthumis. Posthumos enim masculos: putà filium, & deinceps, statutum est non posse aliter rectè exhæredari, nisi nominatim exhæredentur. Sed domine, pro Deo qualiter potest posthumus nominatim exhæredari, si testator de sexu faciat mentionem? Respond. quòd hoc modo: Quicunque mihi filius masculus genitus fuerit: exhæres esto. Et hæc dicuntur de veris posthumis vsque ad illum §. *posthumorum.* F. de A.

c Et etiam filij posteà adopta ti: qui dicuntur posthumi ciuiles. *l. si quis post humor ff. eo.* An autè naturales tãtum, & quid si instituat ventrẽ vxoris suę? vide per Ang. hîc.

d *Instituí.* ista institutione ex præsenti matrimonio nascituri, & ex futuro instituí videntur: *vt ff. de lib. & posthu. l. placet. & l. ideoque* c. Quid in exhæredatione posthumorũ: an omnes, siue hi, qui sunt in vtero tantùm: an alij, qui sunt nascituri ex præsenti matrimonio, vel futuro, intelliguntur exhæredati: Respõ. non: cùm masculi debeant nominatim exhæredari: *vt* ȝ *eo. §. masculos.* Accur. ADDITIO. Et hæc vera: licèt glo. teneat contrarium in d. *l. placet.* quam saluat Io. Fab. vbi essent apposita verba multiplicatiua, vel vniuersalia, quisquis, quicunque, & similia: secùs si indefinita tantùm: vt hîc.

e *In eo.* ſ. quod sequitur: quòd & filio, &c.

f *Omnium.* ſ. posthumorum ex se nasciturorum, & ex filiis suis: licèt iam natis non sit par conditio: *vt* ȝ. *eo. §. sed non ita.*

g *Masculini.* siue ex masculo, siue ex fœmina.

h *Agnatione.* i. natiuitate. *sic* ȝ *quib. mod. test. infirm. §. j.*

Institut.

i *Rumpitur.* si verò exhæredabatur, de inofficioso agebatur: *vt* ȝ. *de inoffi. test. §. posthumi.* Hodie [a] verò exhæredari non possunt: *vt C. de inoffi. test. l. si quis. §. legis.*

a Posthumi hodie exhęredari non possunt.

k *Infirmatur.* Hîc adde, quod est *ff. de milit. testa. l. si filius famil. j.*

bus ad hæreditatem adeundam. Sed fœminini quidẽ sexus posthumæ vel nominatim, vel inter cæteros exhæredari solebãt: dum tamen si inter cæteros exhæredarentur, aliquid eis legaretur, ne viderentur præteritę esse per obliuionem. Masculos verò posthumos: id est filios, & deinceps, placuit non aliter rectè exhæredari, nisi nominatim exhæredarentur, hoc scilicet modo: *Quicunque mihi filius genitus fuerit: exhæres esto.*

Ex filio nepos, viuo patre suus hæres auo non est, quamuis in eius sit potestate: sed si viuo auo patrem mori contigerit: eius patris locum subintrãs, quasi agnascendo suus hæres fit: idcircò instituí, vel exhæres fieri debet, ne illius præteritio aui testamentum infirmet.

2. Posthumorum autem loco sunt hi, qui in sui hæredis locum succedendo, quasi agnascendo fiunt parentibus sui hæredes: vt ecce si quis filiũ, & ex eo nepotem, neptémve in potestate habeat: quia filius gradu præcedit, is solus iura sui hæredis habeat: quamuis nepos quoque, & neptis ex eo, in eadem potestate sint. Sed si filius ri, vel instituí: ita & hi, qui loco posthumorum sunt. Sed domine dicatis mihi, qui sunt hi, qui loco posthu. sunt? Ad hoc resp. Amice, loco posthu. sunt hi, qui tempore testamenti non erant immediatè adiuncti testatori: posteà tamen adhuc viuente testatore in locum sui hæredis succedunt: & ita quasi agnascendo immediatè adiunguntur testatori, & sui hæredes efficiuntur, vt patet in tali exemplo: Titius habet filium in potestate sua: & ex eodem filio nepotem: hoc casu: quia filius vno gradu procedit nepotem, solus filius iura sui hæredis habet: licèt nepos, & neptis ex eo in eius potestate sint. vnde si Titij filius viuente adhuc Titio mortuus fuerit, aut de potestate eius exierit, incipit nepos ex filio natus in locum patris sui mortui succedere, & eo modo quasi agnatione suus hæres efficitur: cùm nullus in potestate existens eum præcedat: & ideò sicut testator ipsum filium vel hæredem instituere, vel nominatim exhæredare debet: ita nepotem. vel neptem ex illo necesse habet exhæredare, vel hæredem instituere: ne fortè viuo adhuc testatore, filio eius, qui immediatè erat ei adiunctus, mortuo, vel emancipato, vel alio modo patria potestate liberato, nepos ex filio in locum patris sui succedens, quasi agnatione eius rumpat testamentum. Et ita prouisio ad securitatem testatorum per legem Velleiam introducta est, in qua quidem lege similis modus exhæredationis ad exemplum verorum posthumorum demonstratur. Et ha c dicuntur vsque ad illum §. *emancipatos.* & casus eus est planissimus vsque ad §. *sed hæc quidem.* Fran.

l *Abortũ.* qui est pro non nato: *vt ff. de verb. sig. l. qui mortui. &* C. *de posthu. hæred. l. j.* Accur. Idem in seminato mortuo antequàm perfectè extrahatur. Secus tamen in nato exerto ventre, qui non declinat ad mõstrum, dũmodò habeat pulsum: etiamsi ouem non emiserit. Vide ang. hîc.

m *Posthumæ.* nam iam natis fœminis non erat necesse legari: *vt C. de libe. prat. l. maximum. infin. & suprà. eo. §. sed non ita.*

n *Inter cæteros.* Hodie [b] per constitutionẽ omnes nominatim: *vt infrà eo. §. sed hæc. vers. nostra.* Sed nouissimo iure non: cùm non sint ingrati. *vt in Auth. vt cùm de ap. cog. §. aliud. coll. viij.* Accur. Quæ causa debet exprimi, & per hęredem probari: *vt in Authent. ex causa. C. de libe. prate-* Ang. *Posthumorum.*] CAEVS. Domine, iam video, & patet mihi qualiter exhæredantur liberi nati, & etiam posthumi: nunquid sunt plures modi exhæredandi, vel instituendi? Et respond. quòd sic. Nam sicuti dictum est veros posthumos debere exhæredari, vel instituí: ita & hi, qui loco posthumorum sunt. Sed domine dicatis mihi, qui sunt hi, qui loco posthu. sunt? Ad hoc resp. Amice, loco posthu. sunt hi, qui tempore testamenti non erant immediatè adiuncti testatori: posteà tamen adhuc viuente testatore in locum sui hæredis succedunt: & ita quasi agnascendo immediatè adiunguntur testatori, & sui hæredes efficiuntur, vt patet in tali exemplo: Titius habet filium in potestate sua: & ex eodem filio nepotem: hoc casu: quia filius vno gradu procedit nepotem, solus filius iura sui hæredis habet: licèt nepos, & neptis ex eo in eius potestate sint. vnde si Titij filius viuente adhuc Titio mortuus fuerit, aut de potestate eius exierit, incipit nepos ex filio natus in locum patris sui mortui succedere, & eo modo quasi agnatione suus hæres efficitur: cùm nullus in potestate existens eum præcedat: & ideò sicut testator ipsum filium vel hæredem instituere, vel nominatim exhæredare debet: ita nepotem. vel neptem ex illo necesse habet exhæredare, vel hæredem instituere: ne fortè viuo adhuc testatore, filio eius, qui immediatè erat ei adiunctus, mortuo, vel emancipato, vel alio modo patria potestate liberato, nepos ex filio in locum patris sui succedens, quasi agnatione eius rumpat testamentum. Et ita prouisio ad securitatem testatorum per legem Velleiam introducta est, in qua quidem lege similis modus exhæredationis ad exemplum verorum posthumorum demonstratur. Et ha c dicuntur vsque ad illum §. *emancipatos.* & casus eius est planissimus vsque ad §. *sed hæc quidem.* Fran.

b Posthumorũ exhęredãdorũ varia iura fuerunt. veteri iure inter cæteros exhæredari: nouo nominatim exhæredari debẽt. Nouissimo iure, exhęredari posthumi nõ possunt.

o *Posthumorum.* sic *ff. de iniust. rup. test. l. posthumorum.* vbi omnino habetur iste §.

a *Posthumorũ* Posthumi alij sunt omninõ sui, alij Aquiliani, alij Velleiani, alij Iuliani. Hi nõ sunt posthumi: sed posthumorũ loco: quia per successionẽ quodãmodo renasci videntur. CVIAC.

p *Loco.* non tamen veri posthumi sunt: *vt* ȝ. *eo. §. hoc. in fin.*

q *In sui hæredis* ȝ. *de hæred. quali. & diffe. §. sui.*

r *Agnascendo.* i. subtus, vel posteà nascẽdo, sicut posthumus verus. nõ enim nascitur, cũ natus sit: *vt* ȝ. *de adop. §. j. 2.* Vel dic agnascendo. i. incipiendo esse agnati quo ad effectum succedendi.

f *Parentibus.* ſ. masculis. Nam testamentum fœminæ nõ rumpitur per legem Velleiam: *vt ff. de lib. & posthum. l. Gallus. §. nunc de lege.* ibi, *nam & si ita verba sunt.* sed [d] per querelam irritatur: *vt C. de inoff. testa. l. iij. &* ȝ. *eo. §. mater.*

c Testamẽtum fœminæ nõ rũpitur per legẽ Velleiam.

d Testamẽtum fœminæ nõ rũpitur præteritione liberorũ seu propter præteritos in eo liberos. (Potest enim pater liberos præterire: sic vt eiusmodi præteritio habeatur pro exhęredatione *§. mater. infrà eod.*) per querelam tamen irritatur.

a Necessitas alia causatiua, alia præcisa.

b Scilicet testatoris: secus in nepote post mortem vtriusque nato, *vt hîc per doct.*

a ¶ *Necesse est.* causatiuè ?. ſ. ne rumpatur testamentum, vt sequitur: non præcisè: *vt C. de adop. l. penult. §. quæ in filio.*

b ¶ *Eo viuo.* secùs si post: *vt ff. de iniust. rup. testa. l. si quis filio.* & in hoc differt à vero posthumo [o]. Item differt ab ascendentibus: *vt ff. de inoff. test. l. pater filium.*

c ¶ *Lege Iulia Velleia.* Ius antiquum, ad ſdque pertinẽs Galli cautio, est de veris posthumis. Ius nouum i. primum caput legis Velleiæ non est omnino de veris posthumis. nam veri posthumi sunt qui patre tã humato nascuntur: qui fuit antiquus sepeliendi mos, nunc à Christianis renouatus. *Arnobius lib. vij.* Nec vt creditis vllũ dãnũ sepulturæ timemus: sed veterem, & meliorem humandi consuetudinem retinemus. Velleia autem posthumi viuo parente post testamentum nascuntur. Secundum caput est de quasi posthumis, quod in hoc §. proponitur. CYIAC.

c ¶ *Velleia.* nomen est cuiusdã nouæ legis: sed ius Galli Aquilij antiquius est: & loquitur in vero posthumo: vt statim dicam: *vt ff. de lib. & posthu. l. Gallus. §. si eius, qui filium.*

d ¶ *Similis.* in veris post humis talis erat modus: si me mortuo nasceretur mihi filius intra decem menses: *vt ff. de lib. & posthu. l. Gallus. j. resp. & §. j. ij. iij. iv. v.* sic ergo & hîc per legẽ Velleiã, si seruus hæres ſuus esse desierit viuo testatore: *vt ff. de lib. & posthu. l. Gallus. §. videndum est nũ.* & in hoc habet locum lex Velleia [x]: sic etiã est paritas ab intestato: *vt j. de hære. quæ ab intest. §. cùm autem.*

c Cuius legis difficultates euitabis apponẽdo talem clausulã: *Omnes natos, & nascituros, qui mihi agnasci poterunt: in tali re instituo.* Quod autẽ ad exhæredationẽ attinet & quasi post humorũ, qui sunt iã nati, & qui debent nominatim exhæredari: sic dices, *Talem nepotem, vel pronepotẽ si quãdo meus erit, ex tali causa exhæredo.* Propriè enim post humi exhæredari hodie nõ possunt, *vt per Ioann. Fab. & Ang. hîc.*

e ¶ *Eo viuo eius viuo eo moriatur, aut quali bet alia ratione exeat de potestate eius, incipit nepos, neptísve in eius locũ succedere; & eo modo iure suorum hęredũ quasi agnatione nancisçitur. Ne ergo eo modo rũpatur eius testamentum, sicut ipsum filiũ vel hęredẽ instituere, vel nominatim exhæredare debet testator, ne nõ iure faciat testamentũ: ita & nepotẽ, neptémve ex filio necesse est [a] ei vel hæredẽ instituere, vel exhæredare, ne fortè eo viuo [b] filio mortuo, succedendo in locũ eius nepos, neptísve, quasi agnatione rumpat testamẽtum. Idque lege Iulia Velleia [c] prouisum est: in qua similis [d] exhæredationis modus ad similitudinem posthumorum demonstratur.*

Emãcipati quoque liberi instituti, vel exhæredari debent: alioquin eis præteritis quamuis iure ciuili succurſum non ſit, iure prætorio bonorum possessio contra tabulas datur.

3. ¶ Emancipatos liberos iurę ciuili [e] neque hæredes instituere, neque exhæredare necesse est [f]: quia nõ sunt sui hęredes [g]. Sed prętor omnes tã fœminini [h] sexus, quàm masculini, si hærędes non instituantur, exhęredari iubet: virilis sexus nominatim: fœminini verò & inter cæteros: quia si neque hæredes instituti fuerint, neque ita, vt diximus, ex hæredati [i]: promittit eis prætor contra tabulas testamenti bonorum possessionem.

Adoptiui quandin in adoptantis nexibus constituti sunt: haud secùs, quàm naturales liberi instituẽdi, vel exhæredandi sunt: adoptione verò soluta, impunè ab adoptante patre præ-

o ¶ *Extraneorum. ff. de contra tab. l. j. §. & sui iuris.*

tereuntur; quò tamen ad naturalem patrem tanquam ab eo emancipati haberi incipiunt.

4. ¶ Adoptiui liberi quandiu sũt in potestate patris adoptiui, eiusdem iuris habentur [k], cuius sunt iustis nuptiis quæsiti. Itaq; hæredes instituendi [l], vel exhæredandi sunt, secundùm ea, quæ de naturalibus exposuimus. Emancipati verò à patre adoptiuo: neq; iure ciuili [m], neque eo iure, quod ad edictum prætoris attinet [n], inter liberos cõnumerãtur. Qua ratione accidit, vt ex diuerso (quod ad naturalẽ parẽtẽ attinet) quãdiu quidẽ sunt in adoptiua familia, extraneorũ [o] numero habeantur: vt eos neq; hæredes instituere, neq; exhæredare necesse sit. Cùm verò emãcipati fuerint ab adoptiuo patre [p]: tũc incipiãt in ea causa esse, in qua futuri essent, si ab ipso naturali patre emãcipati fuissẽt.

Sublata vetere differẽtia, recẽtiori iure sancitum est, vt hisdẽ testamẽto modis & mares, & fœminæ instituãtur, vel exhæredes fiant: idque in reliquis liberis, vt putà nepotib. neptib. & deinceps, necnõ & in posthumis, & emãcipatis filiis obseruare conuenit.

5. ¶ Sed hęc ¶ quidẽ vetustas [q] introducebat: nostra verò cõstitutio [r] inter masculos, & fœminas in hoc [s] iure nihil interesse [t] existimãs: quia [x] vtraq; persona in hominũ procreatione simili naturæ officio [y] fungitur, & lege antiqua [z] duodecim tabularum omnes similiter ad successionẽ ab intestato vocabãtur, quod & prętores posteà secuti esse vidẽtur [a]: ideò simplex [b], ac simile ius & in filiis, & in filiabus, & in quem quidem effectũ filij sui, vel emancipati præteriti, vel exhæredati habere poterunt. & hæc dicuntur vsque ad illum §. *circa adoptiuos.* & casus planus est vsque ad fi. tit. Franc. de Aret.

p ¶ *Patre. ff. de bo. possess. contra tab. l. si emancipatus. §. pe. in fi.*

Sed hæc quidẽ.] CASVS. Dicit Iustin. quòd huiusmodi differentias sexus, & modi exhæ. de quibus dictum est hucusque, vetustas: id est media iuris prudentia introducebat: sed nostra constitutio differentias amouet, & nihil inter mascu. & fœmi. quantum ad modũ exhæredandi, vel instituendi interesse existimauit: & hoc triplici ratione. Primò: quia vtræque personæ in procreatione hominum simili naturæ officio funguntur. Secunda ratio: quia lex antiqua xij. tab. omnes tam masculos, quàm fœminas pariter ad successiones parentum ab intestato vocabat. Tertia ratio est: quia prætores secuti sunt leg. xij. tab. dãdo scilicet filiabus: sicuti & filiis præteritis bo. possess. contra tabul. in totum. vnde nos his rationibus moti, simile, ac simplex ius antiquum, differentiis explosis, in filiabus, & filiis, & omnibus aliis per virilem sexum descendentibus, non solùm iam natis: sed etiã posthumis, introduximus, & statuimus in cõstitutione nostra, vt omnes siue sint sui, siue emancipati, aut instituantur hæredes, aut nominatim exhæredẽtur: & omnes siue sint iam nati, siue adhuc in vtero constituti, & posteà nati sunt: eũdem habeant effectum circa parentum suorum testamentũ infirmandũ, & hæreditatẽ à scriptis hæredibus auferendam:

q ¶ *Sed hæc,* scilicet supradicta à principio tit. vsque ad §. *emancipatos.* Et dic hæc: scilicet differentiam sexus, & gradus, & modi exhæredationis: *vt* ſ. *eo.* § j. *& §. posthumi. & §. sed fœminini.* non autem dicit de his, quæ posteà vsque modò dicta sunt à §. illo, *emancipato.*

r ¶ *Vetustas.* i. media iurisprudentia, vt statim sequitur.

ſ ¶ *Constitutio. C. de lib. prat. vel exhæreda. l. maximum.*

t ¶ *In hoc.* aliàs enim multæ differentiæ sunt: *vt ff. de sta. hom. l. in multis.*

a Masculorum & fœminarum in iuris cõtrouersiis multæ differentiæ.

u ¶ *Nihil interesse.* in *Authent. quib. mod, natu. effi. sui. §. non autem, coll. vij.*

x ¶ *Quia.* prima ratio.

y ¶ *Officio.* id est, simili officio. vna enim indiget altera ad procreationem sobolis: *vt C. de leg. hære. l. lege xij. tab.* & hæc est prima ratio legis.

z ¶ *Lege antiqua* b. argumentatur c ex iure antiquo: *ſc* ſ. *qui ma. non poſſ. §. ſi.* & hæc est secunda ratio.

a ¶ *Videntur.* ſ. dando filiæ bonorum poſſ. contra tab. in totũ: licèt non possit dicere nullum, vt suus: *vt C. de lib. prat. l. maximum,* ibi, *& ſi præteritus.* &c. & hæc est tertia ratio. ACCVRS.

b Simplex. ad differentiam antiquæ distinctionis: *vt suprà eod. §. j.*

b Lege xij. tab. ita admittebatur ab intestato fœmina: sicut masculus secundũ Ang.

c Argumẽtum duci potest à iure antiquo.

a ¶ *Per*

d Et si ver essent gene lia apta cõ hendere om nascituros; cundùm Ba licèt Angel. bitet hic: sec tamen in pa nos vt hîc per

g Continuati

a ¶ *Per virilem sexum.* Quid de descendentibus per fœmininũ? Resp. admittuntur, sed cum deminutione tertiæ partis: *vt infrà de hæred. quæ ab intest. §. item vetustas. versic. diui. & C. de colla. bo. l. illam.* ACCVRS.

b ¶ *Eundem habeant effectum.* quoad commodum: diuerso tamen iure. nam [a] suus præteritus & dicit nullũ, & contra tab. habet, si nõ vult dicere nullum, quando præteritus est. Sed emãcipatus tantũ habet contra tab. *vt C. de libe. præt. l. maximum. §. sancimus itaq; &c. & ff. de leg. præst. l. is, qui.* Si [b] autẽ exhæredentur, habent querelam omnes: *vt ff. de contra tab. l. non putauit. §. nõ quouis. & de inoffi. testa. l. Papinianus.*

c ¶ *Posteà nati sint.* qui [c] exhæredari nõ possunt: *vt diximus suprà e. §. posthumi.*

d ¶ *Constitutione.* Cod. *de adop. l. cùm in adoptiuis.* & recitatur suprà *de adopt. §. sed hodie.*

e ¶ *Occupatus.* Quid si non est in expeditione? Resp. ius commune obtinet: *vt ẽ. de mili. test. §. illis.*

f ¶ *Non ignorans.* Si enim ignorat, non valet testamentũ: *vt C. de test. mili. l. sicut certi iuris* [d]: nisi fuerit eius animi, vt si filiũ haberet, esset exhæres: *vt ff. de mili. test. l. qui iure militari.*

g ¶ *Pro exhæredatione.* ideoque querela inofficiosi test. agitur: sed hoc cùm miles est paterfamiliàs. nam tunc nõ potest habere locum castrẽse peculium. si enim esset filius familiàs, non haberet locum querela: *vt C. de inoff. test. l. fi. §. fi.*

ADDITIO. Ista glo. hodie est falsa: *vt no. ẽ. de mili. test. §. illis autem. in gloss. super verbo, iure tamen communi.*

h ¶ *Mater.* idem intelligo in silentio liberorum ad maternam lineam: *vt C. de inof. test. l. cum filium.* Accur. ADDITIO Et hæc vera quando fuit incerta causa: & tunc hoc quo ad matrem, vel eius lineam habetur pro exhæredatione, & habet locum querela: vt hîc. Quo autem ad patrem, & eius lineam, si sit facta præteritio à filio in potestate, competit ius dicendi nullum: si ab emancipato, datur contra tabulas. Sed hodie non expressa causa testamentum est nullum: *vt §. j. in Auth. vt cùm de appell. cog.*

i ¶ *Silentio omittere.* Non est, *silentio*: vt in vet. libr. Omittere est silentio exhæredare. *l. si patronus. ff. de bon. lib.* Pater autem silentio exhæredare non potest. Miles, mater, ascendentes per matrem, liberi, fratres, sorores silentio exhæredare possunt. CVIAC.

k ¶ *De iure ciuili.* quia [e] non habet eos in potestate: *vt infrà de hæred. qualit. & differen. §. cæteri.*

l ¶ *Edicto.* quo emancipati vocantur: *vt ẽ. eod. §. emancipatos.* quia eos [f] non potest emancipare: vnde contra tabulas locum non habet: *vt hic, & ff. de contra tab. l. illud §. testamenta.*

m ¶ *Eis.* ſ. descendentibus per lineam fœmininam. datur tamen & aliis: sed his maximè: *vt C. de inoffi. test. l. filiam.*

n ¶ *Paulò post.* vt j. *de inoffi. testa. per totum.*

a Hæres suus præteritus habet duo remedia: emancipatus vnicum.

b Querela competit liberis exhæredatis, siue sui sint, siue emancipati.

c Posthumi ex hæredari iure nouissimo non possunt.

d Et si verba essent generalia apta cõprehendere omnẽ nascituram; secundùm Bald. licèt Angel. dubitet hic: secùs tamen in paga docet *hîc per eũ.*

e Mater filios in potestate nõ habet.

f Mater filios emancipare nõ potest: vt quæ eos nõ habeat in sua potestate.

DE HÆREDIBVS INSTITVENDIS.

g Continuatio.

Continuatur & hoc modo: Vidimus de ordinatione testamentorum in tit. de testam. ordinan. *Verùm quia causa efficiens fuit necessaria: ideò posteà posuit de personis testantium:* vt in ti. de mili. testam. *& qui testari non possunt,* in tit. quibus licet facere testamentum, vel non. *aliàs est tit.* quibus non est permissum facere testamentum. *Verùm quia in testamentis hæredes instituuntur; videndum est ergo de hoc tit.* Aretinus. *Vel sic: Visum est suprà de filiis tam natis, quàm nascituris hæredibus instituendis, vel exheredandis: Nunc sequitur videre generaliter de extraneis hæredibus instituendis.*

n ¶ Instituendis. i. [a] *qui possunt instituí.* vt j. eo. vsque ad §. si plures. & §. fi. *Item & qualiter debeant instituí:* vt j. eo. §. si plures. vsque ad §. fi.

nus necesse non habent liberos suos aut hæredes instituere, aut exhæredare, sed possunt eos silentio omittere [a]. Nam silẽtium matris, aut aui materni, & cæterorum per matrem ascendentiũ, tantũ facit, quantũ exhæredatio patris. Neque enim matri filiũ, filiámve: neq; auo materno nepotem, neptémve ex filia, si eũ, eámve hæredẽ nõ instituat, exhæredare necesse est, siue de iure ciuili [i] quæramus, siue de edicto [k] prętoris, quo prætor prę teritis liberis contra tabulas bonorum possessionem permittit: sed aliud eis [l] adminiculum seruatur, quod paulò pòst [m] vobis manifestum fiet.

DE HÆREDIBVS instituendis [n].

TITVLVS XIV.

Liber homo vel seruus proprius, vel alienus potest hæres instituí sine mentione libertatis. Et etiam intelligitur proprius, in quo quis habet nudam proprietatem.

HÆredes instituere [o] permissum [p] est tam liberos homines, quàm seruos: & tam proprios [q], quàm alienos [r]. Proprios autem olim quidem secundùm plurium sententias non aliter, quàm cum libertate rectè instituere licebat: hodie verò non licebat proprios aliter instituere hæredes, quàm cum libertate expresè data: sed hodie secus est. nam auctoritate nostræ constitutionis, licet dominis, nulla mentione facta de libertate, proprios seruos in testamento suo hæredes instituere. hoc tamen de nouo non induximus, nam antiquitùs Attilicinus iurisconsultus hoc induxerat: Paulus etiam in libris suis, quos tam ad Massurium Sabinum, quàm ad Plautium scripsit, refert hoc idem Attilicino antiquo iurisconsulto placuisse. vnde quod antiquitùs Attilicino, & Paulo placuit, nostra constitutio in legis necessitatem introduxit. & hæc dicuntur vsque ad illum §. *proprius autem seruus.* in quo pone sic casum: Domine, vos dixistis mihi quòd proprius seruus potest hæres instituí. modò dicatis mihi, quis dicatur proprius seruus: Ad hoc respondet, Amice, proprius seruus quo ad hoc, vt possit instituí, intelligitur etiam ille, in quo testator nudam habet proprietatem licèt alius in eo vsumfructum habeat. nam nihilominùs proprius seruus intelligitur. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *est autem.* Franc. de Areti.

o ¶ *Hæredes instituere.* quasi [b] dicat dominos intus in bonis suis facere. nam hæres [c]: id est, dominus: *vt infrà de hæredum qualitate, & differentia. §. fina. ibi: pro hærede.* Item ideò dixi, *intus:* quia ita subintrat hæres in [d] dominium rerum defuncti, ac si eadem persona esset: *vt in Authenti. de iureiurand. à maiori. § j ibi, cùm vtique. colla. v. & ff. quibus ex causis maio. l. cùm miles. in fin. j. respons.* Accursius. ADDITIO. Non tamen est idem dominium, quod erat penes defunctum: sed fingitur esse idem. Secùs autem in possessione, quam volens perdere, & in alium transferre, statim perdit, & noua renascitur statim, quòd est apprehensa & intelligitur semper fuisse continuata: si interim à nemine fuit occupata. Angel.

p ¶ *Permissum est.* ſ. à iure.

q ¶ *Proprios.* ſ. seruos.

r ¶ *Alienos.* sic *ff. eo. l. non minus.*

a Hoc dicit ratione cõtrarij: quia gerundiũ importat necessitatem: *Gloss. in rubr. ff. de eden.* Videretur ergo hic agi de his, qui necessariò sũt hæredes instituẽdi, quod est falsum, secundùm Ias. *Aegid. Per.*

b Instituere, *p* intus in bonis suis dominum facere: quæ ety mologia *instituendi.* Accursiana tota lepida est.

c Hæres aptitudine, non actu dominus: sed nã hæres non est dominus bonorum testatoris ante aditã hæreditatẽ, secundùm Por.

d Hæres idem domicilium in rebus obtinet, quod in iisdem defuncti obtinuit idem, inquam, non vere: sed fictione.

a ¶ *Consilium*

a ¶ *Constitutione.vt C.de necess.ser.hæred.instit.l.cùm quidam.*
b ¶ *Eos.*l.proprios seruos.
c ¶ *Non per innouationē.*q d.non induximus hoc de nouo, sed apud antiquos hoc idem dixerat Attilicinus,vt subiicit. Sed cōtrà *suprà quibus ex caus.ma.l.non licet.§. idémque iuris.ibi, noua humanitatis,&c.*Sol.istud Iustinianus non inuenit sed rationē reddit, cùm non sit verisimile,&c.vt ibi.2.Vel aliter:Attilicino placuit,& Paulo,sed in legis necessitatem nō deduxerunt: sic & suprà *de test.§. sed neque hæres.* Iustinianus verò in legis necessitatem induxit:vt ex ipsa institutione lib. esse videatur [a]. ¶ Item nunquid corrigitur quod aliàs dicitur: scilicet quòd purè institutus,& sub conditione liber: quia expectatur conditionis euentus: *vt ff.eod.l.seruus. §. j.& l.quotiens. §. fin. & l.qui filio.§ j.*? Respond. non: quia istud locum habet, quod hîc dicitur, quando libertas nec est data expressè, nec fuit retardata: at ibi expressè fuit retardata. ADDITIO. Si autem esset expressè inhibita, non valeret institutio: *vt d. §. idémque iuris.* Ange.
d ¶ *Nudam proprietatem.* vt iste liber, & hæres necessarius sit: *vt suprà eodem. j. responso*: Sed tamen esset seruus adhuc:*vt Co.communia de manu, l.j.§ si autem proprietarius.*

a Tu dic secundùm doc.quòd primò fuit ius legis necessitate:postea abrogatum: tertiò per Iustinianū iterum ad legē redactum.
* puram.

etiam sine libertate ex nostra constitutione [a] hæredes eos [b] instituere permissum est. Quod non per innouationem [c] induximus: sed quoniam & æquius erat,& Attilicino placuisse Paulus suis libris,tam quos ad Massurium Sabinum, quàm ad Plautium scripsit,refert.Proprius autem seruus etiam is intelligitur, in quo nudam * proprietatem [d] testator habet, alio vsumfructum habente.

Seruus accusatus de crimine adulterij commissi cum domina sua, non potest ante sententiam manumitti,nec ab ea hæres institui. Aret.

Est autē casus,in quo nec cū libertate vtiliter seruus à domina hæres instituitur:vt constitutione [e] diuorum Seueri,& Antonini cauetur,cuius [f] verba hæc sunt [g]:Seruum adulterio maculatum [h], non iure testamento manumissum [i] ante sententiā [β] ab ea muliere videri, quæ rea vsufructuarius perinde vtetur, ac si

b Punitur autem&domina, & seruus:quia verberati traduntur igni.& idem non esset in domino,qui cognouisset:ser uam:*vt no.Glos. in l.i.& probatur in l.fi.C.eod. de mul.* Propter eā quia maior honestas requiritur in muliere,quàm in masculo: *vt suprà dixi.* Vnde tutius esset, vel hoc tempore, famulū cognoscere dominā, quàm si dominus cognosceret famulam, propter honestatem,quę maximè requiritur in ipsa muliere.*Christo.*
c Hoc est falsum: quia manumissio intra lx.dies prohibetur,qui computantur à die diuortij: at nō accusationis: *vt per Io.Fab.& Ang.hic.*

fuerat eiusdem criminis postulata [k],rationis est.Quare sequitur vt in eundem à domina collata hæredis † institutio,nullius momenti habeatur [l].

*Seruus,in quo quis habet vsumfructum dicitur alienus: & ideò institutus cum libertate ab vsufructuario, non consequitur libertatem ipsam.*Aret.

Alienus seruus etiam is intelligitur,in quo vsumfructum testator [m] habet.

Simplex proprij serui institutio eū & liberum, & domino necessarium hæredem facit:qui si viuo adhuc testatore libertate donetur,voluntarius efficitur:sin autem à domino alienetur,nec liber,nec hæres fit:sed nouo domino hæreditatem quærit.

1. ¶ Seruus autem à domino suo hæres institutus, si quidem in eadē causa [n] manserit,fit ex testamento liber [o], hæréscque ei necessarius. Si verò à dominis est speciale, vt post commissum crimen tale non possit manumittere,vel testari:*vt C.ad leg.Iul. maiesta.l.fi.& ff.de dona.l.post contractum.& l.donationes.§.fi.* ACCVRS.
l ¶ *Nullius momenti habeatur.* quia si valeret institutio, valeret libertas:*vt ff.eod.j.resp.& ff.quibus ex causis manu.non li. §. j.* ¶ Et ita not. arg.quòd vbi [a] aliquid prohibetur fieri directò:similiter, & per obliquum prohibetur: *sic ff. de cond. inst. l. quæ sub cōditione.§. sed si sub. ibi,sed est verius.* ¶ Item arg.quòd cassato [b] principali,cassatur quicquid sequitur ex eo, vel ex his:*vt C. de legi. & constitutio. l. non dubium.* ACCVR.

a Directò prohibita,prohibita per obliquū quoque cēsentur.

† Al. *hæreditatis.* aliàs neutrum habetur, *nec hæredis, nec hæreditatis.*
b Principali perēpto atque abolito, quæ ab eo dependent, sublata intelliguntur.

Alienus seruus.] CASVS. Domine, vos dixistis mihi suprà quis intelligitur proprius seruus: dicatis mihi quis intelligitur seruus alienus. Ad hoc resp. Amice,alienus seruus nō solū dicitur ille,in quo testator nihil iuris habet: sed etiam ille,inquo testator habet vsūfruct.Et hæc dicuntur vsque ad *§.seruus autem à domino.* F. de A.
m ¶ *Testator.*& ideo nō potest eum cum libertate instituere:*vt ff. eod. l. si alienum.in princ.*Sed cōtradicit ad hunc *§.ff. de bo.au. iu.pos.l.in cēditione.*Sed c certè quo ad alia est loco domini:nō quo ad hoc,vt possit fieri lib. Sed cū aliàs manumissus esset à fructuario simpliciter sine institutione, erit tanquàm liber, quamdiu duraturus erat vsusfruc. *vt Cod.communia de ma.l.j.§.si autem fructuarius.* ¶ Numquid & hic seruus alienus heres institutus erit tanquàm liber: licèt verè liber non sit? Respon. non:quia ex morte testatoris protinùs erat futurus quasi liber, si valeret hoc, quod agetur: *vt argu. infrà de hared. qua. & diff.in princ.* Item & tunc erat vsusfructus perdendus:*vt suprà de vsufruct. §.finitur.* vnde etiam sic esset quasi liber,donec duraret vsusfructus:quia nisi duraret post mortem testantis,nihil valet talis institutio, vt sit liber: sed domino suo hæreditatem quærit: *vt infrà eod.§.alienus.* ¶ Sed quid si erat vsusfructus repetitus in persona primi heredis, vel etiam vlteriùs, quod potest:*vt ff.quibus modis vsusfru.amit.l.repetit.in princip.* Respond. tunc erit quasi liber toto illo tempore; *vt in d.l. communia de ma.l.j.§.sin autem fructuarius.*

c Et *ff. ad Silla. l.i.§.denuo. de quo vide Gl.in l. rectè dicunt. ff. de verb.signif.* Ang.

Seruus autem.] CASVS. Domine, iam video quòd proprius seruus à domino in testamento heres institui potest: pro Deo dicatis, modò mihi,quis est effectus illius institutionis? Ad hoc resp. Amice, institutio proprij serui à domino facta, gloriosum habet effectum. Proprius enim seruus à domino suo hæres institutus, si in eiusdem domini dominio vsque ad mortem eius perseuerauerit, mortuo testatore fit ex testamento liber,& hæres: scilicet necessarius: sed si testator viuus manumiserit: tunc post mortem testatoris adire hæreditatem suo arbitrio poterit. nam in hoc casu, quando à viuo testatore manumissus fuerit, non cogitur hæres necessarius esse: quia non consequitur hereditatem, & libertatem ex testamento domini. Ad hoc enim vt hæres necessarius sit, necesse est eum tā libertatē, quàm hereditatem ex domini testamento habuisse & hæc obtinent, quādo dominus viuus seruum institutū manumisit. Sed pone quòd dominus seruum proprium instituit: & post institutionem alienauerit, vel quolibet alio modo in alium transtulerit, certè in casu isto mortuo testatore iussu noui domini debet iste seruus adire hæreditatem, & eam nouo domino acquirere: & ea ratione per eius aditionem iussu noui dòmini factam, nouus dominus heres efficitur. Nam ipse seruus post institutionem alienatus, nec liber, nec hæres esse potest: licèt etiam cum libertate in testamento expressè hæres fuerit institutus. Dominus enim post institutionem eum alienando, à libertatis datione videtur destitisse. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *alienus quoque.* Franc.
n ¶ *In eadem causa.*id est,seruus eiusdem domini.Ioan.*vt ff.si ex noxa.cau.aga.l.j.§. j.*
o ¶ *Liber.* nisi aliqua lex [d] impediat libertatem: *vt ff.eod.l.si non lex. ad fin. tit.* Vel conditio: *vt ff. eodem l. quotiens. §. fin.* Vel quia ex lege peruenit ad libertatem:*vt ff.eod.l.testamento.ad fin.tit.*

d Publica vel præfertur priuatæ:vnde per statutum dero gatur vltimæ voluntati. *Ita statuam ff.eod. vide Tull.lib.1. Rhet. de iuridicialibus constitutione.*

secundùm Io. Itẽ fit liber à semetipso, nisi institutus fuerit ita: cùm quis mihi hæres erit, Stichus liber, & hæres esto. nam tunc à cohærede accipit libertatem: *vt ff. de acq. hæred. l. ex parte.* Item & ignorans fit hæres, & liber: *vt ff. si cer. pet. a. l. eius, qui.*

a ¶ *Vtrumque.* i. hæreditatem, & libertatem. nam vt liber sit, & hæres necessarius, hæc duo consequi debet ex testamento domini: *vt infrà de hæred. quali. & differ. §. j.*

b ¶ *Neque liber.* Directa enim libertas in seruo alieno non potest habere locum: sed institutio potest habere effectum, vt hîc. sed aliud in legatis, quæ adimuntur hoc ipso, quòd alienantur serui: *vt ff. de adim. leg. l. seruo cum libertate.* & est ratio: quia in legato spectatur dies, quo cedit, an sit manumissus: *vt ff. quando dies leg. ce. l. si post. §. si cùm.* ADDITIO. Hæc ratio non est bona: quia siue inspiciamus diem cedentis legati, siue diem aditæ hæreditatis: vtroque casu reperitur alienus. vnde quemadmodum etiam hæreditas venit acquirenda nouo domino: ita & legatum. & propterea noua redditur ratio: quia faciliùs legata reuocantur, quàm hæredum institutio. *l. ex parte. ff. de adimend. lega.* cùm enim faciliùs legata instituantur, faciliùs destruuntur: *vt in Authentic. ex causa. C. de lib. prateri.* Christophor.

c ¶ *Alienauit.* scilicet alicui habenti factionem testamenti [a]: *vt ff. eo. l. seruum meum. in fine. j. respons.* & hoc nisi redimatur ab eodem testatore, qui eum instituit, & posteà eum alienauit: tunc enim reuiuiscit libertas: *vt ff. de ma. testa. l. verum. & ff. eo. l. quotiens. §. si. & l. si non lex. & l. antep.*

Alienus quoque.] CASVS. Domine, non video quis sit effectus institutionis alieni serui. Ad hoc resp. Amice, alienus seruus hæres institutus, si durauit in eadem causa: debet iussu domini sui adire hæreditatem, & eidem per additionem hæreditatẽ acquirere. Si verò alienatus fuerit à domino suo viuente adhuc testatore, aut etiã post mortem testatoris: tamen antequàm hæreditatem adierit: in hoc casu iussu noui domini debet adire hæreditatem. & hæc sunt vera quando iste seruus in seruitute remanserit. sed si à primo domino, vel à nouo viuente testatore, vel mortuo ante additionẽ hereditatis, manumissus fuerit: tunc liber factus suo arbitrio hæreditatem adire, & sibiipsi acquirere poterit. Et hæc dicuntur vsque ad *§. seruus alienus.* Franc.

d ¶ *Alienus.* qui sic institui potest, cùm liber erit: priùs non: *vt ff. de condi, instit. l. seruus alienus. & l. quia.*

e ¶ *Iussu.* præcedente additionem: *vt ff. de acq. hæ. l. si quis mihi bona. §. iussum* b. & ita domino quæritur. aliàs si seruus nolit adire (quod potest esse etiam domino iubente) non quæritur: *vt C. eo. l. cũ proponas.* ADDITIO. Si tamen coactus adeat, valet aditio. Sed pater filia recusante: item monasterium monasterio recusante adire, vel ante additionem mortuo testatore, possunt adire suo iure: vt per Angelum Areti hîc.

a ¶ *Iussu eius domini.* Quidam Cod. *iussu domini sui.* CVIACIVS.

f ¶ *Post mortem eius.* etiam post iussum eius: antequàm tamen adiret: *vt ff. de acq. hæ. l. Antistius.* § j. ACCVR.

g ¶ *Noui domini* hoc est enim in hereditate, vt illi acquiratur, qui tempore additionis est dominus, vel sibi, si liber est tunc. Sed in legato spectatur dies cessionis: vt si tempore mortis legantis sit mens: licèt alienem: tamen mihi debeatur legatum: *vt ff. quando di. leg. ced. l. si post. §. ij. & ibi glo. in verbo, statim.*

h ¶ *Suo arbitrio.* sic ꝫ. *e. §. si verò.* ACCVRS.

Seruus autem alienus.] CASVS. Domine, iam video quòd seruus alienus viuente domino possit hæres institui: nunquid potest institui post mortem domini? Et respondetur quòd sic.

Seruus enim alienus post mortem domini hæres potest institui: & cum hæreditarij serui est testamenti factio. Nam hæreditarij serui acquiruntur hæreditati, & per consequens hæredi futuro. Hæreditas enim nondum adita sustinet vicem personæ defunctæ: non hæredis futuri: vnde sicuti si defunctus viueret, ex testamento capere posset: ita eo mortuo capere posset hæreditas: cùm hæreditas quantum ad hoc vicem personæ defunctæ repræsentet. Item non solùm seruus alicuius iam nati institui poterit: quia quantum ad hoc qui in vtero est, pro iam nato habetur: cùm in hoc casu de commodo eius tractetur. Et hæc dicuntur vsque ad §. *seruus autem plurium.* Franciscus.

Seruus alienus potest institui etiã post mortem domini sui, & etiam seruus hæreditarius, vel eius, qui est in vtero. Aret.

2. ¶ Seruus etiam alienus post domini mortem [i] rectè hæres instituitur: quia & cum hæreditariis seruis est testamenti factio [k]. Nondum [l] enim adita hæreditas personæ vicem sustinet, non hæredis futuri: sed defuncti [m]: cùm etiã eius, qui in vtero est [n], seruus rectè hæres instituatur.

Seruus plurium ab extraneo institutus, acquirit vnicuique pro parte dominica. Aret.

3. ¶ Seruus autem plurium, cũ quibus [o] testamenti factio est †, ab extraneo [p] institutus hæres, vnicuique dominorum, cuius iussu [q] adierit, pro portione dominij acquirit hæreditatem.

Quis potest & vnum, & plures hæredes facere. Aret.

4. ¶ Et vnum hominem, & plures vsque in infinitũ [r], quot quis hæredes velit [s], facere licet.

dico seruum hæreditarium posse institui: quia non est nullius, sed alicuius: scilicet hæreditatis: quæ vicem defuncti obtinet.

m ¶ *Defuncti.* & est fortè ratio: quia defunctus est certus quis fuerit: sed non sic de hærede: quia etsi certus sit institutus, poterit esse quòd non adeat hæreditatẽ: quia potest desistere multis de causis: *vt j. quibus modo testam. infir. §. posteriore.* & facit ad hunc *§. j. de stip. seruo. in principio. & ff. de acquirend. re. do. l. in cod. in fine. & l. sequenti.*

n ¶ *Eius, qui in vtero est.* cùm [a] pro nato sit habendus quo ad commodum: *vt ff. de sta. ho. l. qui in vtero. & ff. eod. l. eius. in principio.*

Seruus autem plurium.] CASVS. Domine, iã video quis sit effectus institutionis, quando seruus vnius alij instituitur. Sed pone quòd aliquis instituat seruum plurium dominorum: dicatis mihi quis sit effectus huiusmod institutionis? Ad hoc respond. Amice, seruus plurium dominorum, cum quibus testamenti factio est. ab extraneo hæres institutus, vnicuique dominorum, cuius iussu adiit hæreditatem, acquirit pro portione dominij, quam in seruo habet, & efficitur hæres. Sed pone: domine, iam video quòd per institutionem serui plurium dominorum plures hæredes instituipossunt: éstne hoc verum: Et respon. quòd sic. nam & vnum hominem, & plures vsque in infinitum, quot testator voluerit, hæredes facere potest. Et hęc dicuntur vsque ad *§. hæreditas.* Franc. de Aret.

o ¶ *Cum quibus.* ſ. dominis.

p ¶ *Ab extraneo.* si verò ab altero ex dominis sit institutus, acquiritur cæteris sociis hæreditas: quod dic: *vt ff. pro socio. l. verum. §. si seruo communi.*

q ¶ *Iussu.* dic quòd sufficit vna iussio, licèt sint plures domini: *vt ff. de acqu. hæ. l. seruus duorum* b.

r ¶ *In infinitum.* quid ergo si instituam omnes homines quicunque sunt in mundo? Videtur nullum esse, cùm effectum habere non possit: puto tamen valere, vt hîc: sed tamen non poterit confirmari additione, propter nimiam difficultatem, vel impossibilitatem.

ſ ¶ *Velit.* cùm sua voluntas sit [c] lex: *vt in Auth. de nup. §. dissonat. coll. iiij.*

† Passiua. ſ. vt ex alieno testamento capere possint. non enim potest institui seruus nisi eiusdominus habeat passiuã testamenti factionẽ. *vt infrà de her. qua. & diff. §. in extraneis.* Aegi. Per.

a Qui in vtero est, pro nato habetur: quoties de eius commodo agitur.

b Hæc Gl. non est Accursij. Hæredes instituti possunt simul omnes homines mundi.

c Voluntas testatoris est lex

a Id est, capaci hæreditatis. *Aegi. Per.*

b Quod facit, si ex statuto, vel lege requiratur iussus, auctoritas, consensus, vel voluntas: & an præcedere debeant, vel sequi: vide no. in *l. fin. § ceterùm. Cod. de bon. quæ lib.*

c Dies cessionis spectatur in legatis.

Hæreditas.] CASVS. Domine iam video qui possunt hæredes instituí, & quis sit effectus institutionis: pro Deo dicatis mihi qualiter diuiditur hæreditas? Ad hoc respond. Amice, hæreditas plerumque diuiditur in xij. vncias, quæ assis appellatione continentur. Habent autem hæ partes hæc nomina ab vncia vsque ad assē: vt putà hæc sescũx, &c. prout in litera continetur. Et hæc dicuntur vsque ad §. *non autem.* in quo pone sic casum: Domine, vos dixistis mihi quòd hæreditas diuiditur in xij. vncias: & propria nomina vnciarum mihi expressistis: nunquid generaliter oportet esse xij. vncias in hæreditate? Et respõ. quòd non semper duodecim vncias in hæreditate oportet esse. Nam tot vnciæ assem constituunt, quot testator voluerit. Si enim testator vnum tantùm hæredem ex semisse instituerit: totus as in semisse continebitur. & hoc ideò: quia idem ex parte testatus, & ex parte intestatus decedere non potest. & hoc est verũ: nisi sit miles, qui in castrensibus testari potest, & in paganicis intestatus decedere. Sola enim voluntas militis in testando spectatur. Cùm igitur aliquis in semisse vnum tantùm instituerit, & alium postea non instituerit: præsumitur in totum assem instituisse. & similiter in casu conuerso: quia sicut ego tibi dixi non semper esse necesse xij. vncias contineri in asse: ita & in quantascunque voluerit plurimas vncias potest quis hæreditatem diuidere. Et hæc dicuntur vsque ad § *si plures instituantur.* Franc de Aret.

† *Cum hoc §. cõfer. s. Raynaldus. in Gl. super verb. expressit. extrà de testa.*

Vniuersa quæuis hæreditas in vncias xij. (quæ assis appellatione continentur) scinditur: quarum quælibet certum nomen à lege sortita est: potest tamen in plures, pauciores ve vncias (prout testatori libitum erit) distribui.

5. ¶ Hæreditas † plerunque [a] diuiditur in duodecim vncias, quæ [b] assis appellatione [c] continentur. Habent autem & hæ partes [d] propria nomina ab vncia vsque ad assem: vtputà hæc sescunx [e], sextans [f], quadrans [g], triens [h], quincunx [i], semis [k], septunx [l], bes [m], dodrans [n], dextans [o], deunx [p], as [q]. Non autem vtique semper duodecim vncias esse oportet, nam tot vnciæ assem efficiunt, quot testator voluerit: & si vnum tantùm quis ex semisse (verbi gratia) hæredẽ scripserit, totus as [r] in semisse erit. Neque enim idem ex parte testatus, & ex parte intestatus decedere [s] potest, nisi sit miles [t]: cuius sola voluntas in testando spectatur. Et e contrario potest quis in quotcũque [u] voluerit plurimas vncias suam hæreditatem diuidere.

Qui partibus non designatis hæredes scripti sunt, æquis portionibus scripti videntur: qui verò iam aliquot incertis partibus instituti, simpliciter instituuntur, quotquot sint in residuo assis, hæredes fiũt: esse autem toto distributo, qui sine partibus scripti sunt, semissem hæreditatis consequuntur.

6. ¶ Si plures instituantur hæredes, ita demum partium distributio [x] necessaria est, si nolit testator eos ex æquis partibus [y] hæredes esse. satis enim constat, nullis partibus nominatis, ex æquis partibus eos hæredes esse. Partibus autẽ in quorundam personis expressis: si quis alius sine parte nominatus erit: si quidem aliqua pars assi deerit, ex ea parte hæres fit [z], *l. in testamentis.* Accursius. ADDITIO. Et meliùs, *l. ius nostrum, eodem tit.* Et procedit iste textus indistinctè, siue simpliciter sit facta institutio in re certa, vel parte: de reliquo non facta mentione: siue dixerit testator in residuo se velle intestatum decedere. Io. Fab. & Ang. Aret.

a Præsumitur in assem institutus, qui solus ex semisse scriptus est.

b Et hæc est cõmunis opinio: licèt Ange. putet de iure veriùs sic distinguendũ, vt procedat quando verba possunt aptari ad ius commune præsumitur testatus de iure speciali. *l. si miles vnum ex sunde. ff. de mil. testa.*

c Partis quoad partẽ interdũ non idem ius est, quod totius ad totum est.

a ¶ Hereditas plerunque in xij. vncias: plerunque in plures, vel pauciores diuiditur.

b Relatio eadẽ ratione fit ad proxima.

c De asse, & partibus eius, vide Blondum *lib. 2. de Ro. instaurata. Bartholomæũ Fõtium in Persium saty. vlt. Sext. Põpe. & Tul. libr. 1. Rhet. de legitima cõstitutione. §. ex ambigua.* Aegi. Per.

d Versus.

m ¶ *Bes.* i. viij. vt olim des, quasi dempto triente.
n ¶ *Dodrans.* i. ix. quasi dempto quadrante.
o ¶ *Dextans.* i. x. quasi dempto sextante.
p ¶ *Deunx* i. xj. quasi dempta vncia.
q ¶ *As.* i. xij.

r ¶ *Totus as.* Nam [a] in totum præsumitur instituisse defunctus, cùm alium non instituit: *vt hic, & ff. eod. l. interdum.* §. j. Idem quoque præsumitur in milite: *vt C. de testament. mili. l. ij.* §. *nam cùm* [b]. nisi quod hîc sequitur, non ad superius proximum responsũ: sed ad hoc, quod sequitur, refertur. s. neque enim, &c. Sed si miles fecit testamentum in castrensibus, potest decedere intestatus in paganicis: *vt C. de test. milit. l. ij.*

s ¶ *Intestatus decedere.* Imò videtur quòd sic: *vt ff. de inoff. testament. l. nam & si parentibus.* §. *pen. & fin. quæ est contra.* Sed hoc est verum ab initio: sed ex post facto potest: *vt C. de inof. testam. l. cum duobus.* ¶ Et no. hîc idem iuris [c] non esse in parte quo ad partem, quod est in toto quoad totum: *vt ff. familiæ erciscun. l. in hoc iudicio.* Argum. contrà *ff. de pact. l. iurisgentium.* §. *adeò. & §. seq.* & facit ad hunc *ff. de regulis iuris. l. in testamentis.*

t ¶ *Nisi sit miles.* nam [d] miles bene potest pro parte testatus decere: pro parte intestatus: *vt C. de test. mil. l. ij.*

d Miles pro parte testatus: pro parte intestatus decedere potest.

u ¶ *Quotcunque*, & facit *ff. e. l. interdum.* §. *paterfamiliàs. & l. seq. vsque ad l. ex facto.*

x ¶ *In quotcunque.* Vet. cod. *in quantascumque.* CVIAC.

Si plures.] CASVS. Domine, pone quòd aliquis plures instituit hæredes: nunquid necesse est quòd testator exprimat partes, in quibus eos instituit? Et respond. quòd non: nisi voluerit eos ex disparibus partibus hæredes esse. Si enim plures hæredes instituuntur: ita demùm necessaria est partium distributio, si voluerit testator hæredes instituendos ex inæqualibus portionibus succedere: Satis enim manifestum est, quòd si eos simpliciter instituat, partibus hæreditatis in institutione non expressis, omnes instituros ex æqualibus portionibus hæredes esse intelligendum est. ¶ Sed pone quòd testator quosdam instituit in certis portionibus: putà Titium in triente, & Mæuium in sextante: & postea Sempronium instituit simpliciter, nulla portione in eius persona expressa: dicatis mihi, quid iuris erit in casu isto? Ad hoc respond. Amice, si plures instituantur certis partibus in quorundam personis expressis: & aliquis postea sine parte institutus fuerit: ille, qui sine parte institutus est: si aliqua pars assi deest, ex ea parte institui intelligitur. vnde in casu prædicto ille, qui sine parte institutus est, in semisse erit hæres. & idem iuris est si plures sine parte instituti sunt nam omnes in eam partem quæ assi deest, concurrunt. & hæc sunt vera, quando aliqua pars deest assi. sed pone quòd totus as completus sit: quia instituí Publium in semisse, & Mæuium in alio semisse: postea vnum, vel plures sine parte instituí: quid iuris est in casu isto? Ad hoc respon. Amice, si totus as sit completus, omnes instituti vocantur in dimidiam partem hæreditatis: & ille solus, qui sine parte institutus fuerit. vel etiam si plures sine parte instituti fuerint, in alteram partem vocabuntur. Nec etiam interest in eo casu quando aliqui sunt instituti in certa portione, & postea alius sine portione institutus est: vtrùm primus, vel medius, an nouissimus sine parte instituti fuerit. nam semper illa pars, quæ vacat, intelligitur data ei, qui sine certa portione institutus est. & hæc dicuntur vsque ad §. *videamus.* Franc.

d Miles pro parte testatus: pro parte intestatus decedere potest.

x ¶ *Distributio.* i. assignatio partium: quam s. partem velit testator quemlibet habere

y ¶ *Ex æquis partibus.* facit, *ff. e. l. quotiens.* §. *hæredes.*

z ¶ *Hæres fit.* eadem est ratio in dupondio: *vt ff. eod. l. item quod Sabinus.*

Sabinus.& j.eo.§.& si plures. Itē est hoc verū,si testator non ignorat:*vt ff.eo.l.quo loco.§.j.quæ est contra.* ACCVR.

a ¶ *In dimidiam partem.* aliter enim si asse expleto scripsit, ex reliqua parte hæres esto tunc enim cùm nihil reliquum sit,ex nulla parte hæres institutus est:*vt ff.eo.l.item quod Sabinus. §. vnde.vers. sed si asse.* ACCVR.

b ¶ *Vocantur.* s. illi, qui erant instituti in tota hæreditate partibus expressis.

c ¶ *Omnes.* qui erant instituti sine partibus. ACCVRS.

d ¶ *Nec interest.* hoc refertur nō ad proximum casum : sed ad superiorem : scilicet quando pars vacat. idem tamen in secundo:sed non haberet locum ratio, quæ redditur, Ea enim,&c. 2. Vel dic quòd ad proximum §.& statim cùm sic fit institutio, intelligitur,pars vacare.& facit ad hoc,*ff.eodem.l.quo loco.j.resp.*

Videamus.] CASVS. Domine, iā video quid iuris est quando aliqua pars deest assi, & aliquis instituitur sine parte.sed pone quòd aliqua pars præualet : & nemo sit institutus sine parte : vt in tali exemplo : testator instituit Publium in quadrante, & M.in alio quadrante, & Titium in quadrāte, & ita tres institu. ex quartis partibus : modò manifestè liquet quòd quarta pars hæreditatis vacat:dicatis mihi, quid iuris est in casu isto? ad hoc respond. Amice,si tres ex quartis partibus hæredes instituti sunt:in hoc casu constat vacantem partem singulis tacita voluntate testatoris pro hæreditaria portione accedere: & perinde erit: ac si ab initio singuli ex certis portionibus fuissent instituti. ¶ Idem iuris erit in casu conuerso. Nam si plures in portionibus instituti fuerint : singulis pro hæreditariis portionibus decrescet : vt putà si iure incertis portionibus instituti sunt.nam si testator Publium instituit in triente,& Mæuium in alio triente,& Titium in alio triente , & Caium in alio triente,in hoc casu perinde erit ac si vnusquisque in quadrante institutus fuisset.Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *& si plures vncia.* Franc.

Et si plures sine parte scripti sūt, omnes in eandem partem concurrunt. Si verò totus as completus sit:hi, qui nominatim expressas partes habent, in dimidiam partem [a] vocantur [b], & ille,vel illi omnes [c] in alteram dimidiam.Nec interest [d],primus, an medius , an nouissimus sine parte hæres scriptus sit. ea enim pars data intelligitur, quæ vacat.

Pars hæreditatis per testatorem non distributa , accrescit hæredibus pro portionibus hæreditariis. Idem econtrà si testator plus distribuit, quàm sit in hæreditate:tunc enim cui libet hæredum decrescit pro rata. Aret.

7. ¶ Videamus [e] si pars aliqua vacet:nec tamen quisquam sine parte sit hæres institutus,quid iuris sit:veluti si tres ex quartis partibus hæredes scripti sunt.Et cō stat vacantem partem singulis tacitè pro hæreditaria parte accedere , & perinde haberi,ac si ex tertiis partibus hæredes scripti essent:& ex diuerso si plures hæredes scripti in portionibus sint,tacitè singulis decrescere:vt si(verbi gratia)quatuor ex tertiis partibus hæredes scripti sint, perinde habeantur,ac si vnusquisque ex quarta parte scriptus hæres fuisset.

Si plures vnciæ , quàm duodecim sint distributæ,& alius sit institutus sine parte : transit ad dupondium. Aret.

Annota,dupondiū appellat hæreditatem in XXIV. vncias distributam:quasi duo pondo,id est duo asses: sic in tripondio dicito.

8. ¶ Et si plures vnciæ , quàm duodecim distributæ sint:is, qui sine parte institutus est,quod dupōdio [f] deest,habebit. Idemque erit [g] ,si dupondius expletus sit. quæ omnes partes ad assem posteà reuocantur [h] : quamuis sint plurium vnciarum.

Hæres potest institui purè,& sub conditione : non autem ex certo tempore,vel ad certum tempus. Si tamē sic instituatur , valet institutio tanquam pura,vitiata tali adiectione.

9. ¶ Hæres & purè,& sub conditione institui potest : ex certo tempore [i] ,aut † ad certum tempus † nō potest:veluti,*Post quinquennium,quàm moriar:* vel,*Ex Kalendis illis* : vel, *Vsque ad Kalendas illas hæres esto.* Denique diē [a] adiectum haberi pro superuacuo placet:& perinde esse, ac si purè hæres institutus esset.

Impossibilis conditio adiecta institutioni,legato, vel fideicommisso:vitiatur, dispositione pura remanente.

† Ratio quia quòd non recipit diuisionem in re, nec in tē pore:sed hæreditas nō recipit diuisionē in re: quia nō potest quis decedere partim testat[o]: & partim intestatus:ergonec in tempore,secundum Porc. *Aegi.Per.*

† Ratio: quia impossibile est vt qui fuit semel hæres:desinat esse hæres, secundùm Nic. *Aeg.Per.*

a Hæc Glo. dividitur in quatuor partes. In prima declarat text. In secūda format vnum contrarium ad istū ver. *idēque.* & solvit, In tertia formataliud contrarium nō ad illum ver. sed ad versic. *& si plures*, proxime præcedē tem. In quarta format aliud cōtrariū, quod potest esse cōmune ad vtrūque versi.

Hæres.] CASVS. Domine,quidam instituit hæredem sub conditione:nūquid valet talis institutio? Et resp.quòd sic. Nam hæres purè,& sub conditione institui potest : ex certo tamen tempore, vel vsque ad tēpus non potest institui:veluti si quis ita instituerit: Titium post quinquennium,quàm moriar,hæredem instituo. In hoc enim casu nō valet institutio eo modo,quo facta est Dies enim in institutione adiectus pro superuacuo,siue pro non adiecto habebitur:& perinde erit,ac si Titius purè,& sine diei adiectione institutus fuisset. Et hæc dicuntur vsque ad illum §.*impossibilis conditio.* Franc.

i ¶ *Ex certo tempore.* Sed in [a] diem incertum quis potest institui hæres:putà cùm ipse poterit capere ex testamento [b] :vel cùm ipse morietur: vel cùm Titius morietur:*vt ff.eo.l.in tempus. & l qui filio.j.resp.& ff.de lib.& post.l.filius a patre.j.resp.& C.eo.l.extraneum.* Miles autē potest etiam extraneum ex certo tempore,vel in certum tempus instituere:*vt ff.de milit.testam.l.miles.* & facit ad hūc §.*ff.eo.l.hæreditas.* Arg.tamen est contrà , *ff.de regulis iuris.l.actus.* Sed ibi non loquitur de hoc actu s.factionis testamenti:vnde interpretandum est vt magis valeat,quàm pereat : *vt ff.de rebus dubiis. l.quotiens.*

a Institui hæres quis potest in diem certū.

b Quod verū est:quando incapacitas est respectu hæredis tantùm:secùs si esset respectu testātis: vt in spurio:de quo vide Aug. hic.

a ¶ *Denique diem.* Vet.cod.*Denique adiectum pro superuacuo haberi placet.* CVIAC.

Impossibilis.] CASVS. Quidam Titium hæredem sic instituit: Titium hæredē instituo,si cœlum digito tetigerit:quæro à vobis, vtrū valeat institutio ista: Et respon. quòd sic. Nam in hoc casu impossibilis conditio non viriat:sed vitiatur,& institutio pro pura habetur.Impossibilis enim conditio in institutionibus,& legatis.& fideicommissariis libertatibus adiecta, pro non scripta habetur,& perinde est ac si nulla conditio fuisset appositа. Sed pone: quidam instituit hæredem sub pluribus conditionibus , nunquid oportet

oportet omnes conditiones adimpleri, antequàm possit adire? Ad hoc resp. Amice, si plures institutioni adscriptæ sunt conditiones: distingue vtrùm per coniunctionem copulatiuam, vel disiunctiuam illæ conditiones sunt oppositæ. nam si per coniunctionem copulatiuam: vtputà si illud, & illud factum fuerit, Titium hæredem instituo: necesse habet hæres in hoc casu omnes conditiones adimplere. Si verò sub disiunctiua coniunctione plures conditiones appositæ sunt: vtputà si illud, aut illud factũ fuerit, Titium necessarium meum hæredem instituo: in hoc casu tantùm alteri obtemperare satis est. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *hi, quos nunquam.* Franc. de Aretin.

2 ¶ *Impossibilis conditio.* Tribus modis potest dici cõditio impossibilis. Vel de natura: vt si cœlum digito tetigeris, hæres esto: *vt infrà de inuti. stipula. §. si impossibilis.* Item de iure [a]: vt si patrem ab hostibus nõ redemeris: vel similis. nã hoc facere nos nõ posse præsumit ius: *vt ff. de cõdi. instit. l. conditiones. in gloss. j. & l. filius.* & in his duabus habet locũ iste §. *impossibilis.* Item de facto: vt si montem aureũ dederis, hæres esto. Et hoc casu non valet institutio, vel libertas: cùm nec animus dãdi fuerit, iuris præsumptione: *vt ff. de statulib. l. cùm hæres.* §. j. Item est quædam quarta impossibilitas propter perplexitatem, quæ vitiat: vt hæc, si Titius hæres erit, Seius hæres esto: *vt ff. de conditio. institutio. l. si Titius.* quæ lex est huiç contrà. Sed certè hîc de impossibilitate naturæ dicit: *vt infrà de inuti. stip. §. si impossibilis.* Sed certè idem videtur institutio: *vt infrà de leg. §. fin. in gloss. impossibilia. qua est contra.* Sed solue vt ibi. Item facit *ff. de leg. j. l. si mihi. §. j. & ff. de condi. instit. l. j.* ACCVR.

[a] Et ista impossibilitas aliquãdo ponitur in dispositione: & tunc si sit circa substantialia, sẽper vitiat: si circa accidẽtalia, in vltimis voluntatibus vitiatur. Idem in cõtractibus bonæ fid. & in iudiciis, si à principio ineratsi alitem vbi iudex eam nõ expressit. Aliquando ponitur in cõditione: & tũc in cõtractibus vitiatur: *vt hîc*, sed in iudiciis, vel arbitriis vitiat sententiã.

b ¶ *Pro non scripta.* sed cur secùs in contractibus, vbi vitiat contractum impossibilitas: *vt infrà de inut. stip. §. si impossibilis. & ff. de action. & oblig. l. non solùm?* Resp. hoc solum est fauore vltimæ voluntatis.

c ¶ *Parendum est.* si sit potestatiua: vt hæc, si decem dederis, vel mixta: vt, si iueris Romam: *vt ff. eo. l. seruus quoque. §. puto generaliter.* si autem casualis, tunc sufficit primam [b] existere: *vt ff. de condi. instit. l. si plures institutiones.* ACCVRS.

[b] Hæc Glo. est diabolica, secũdùm Pet. Fab. Ange & Porc. quia vbi sunt plures cõditiones in institutione, debent omnes obseruari.

d ¶ *Si separatim.* i. sub disiunctiua coniunctione. Idem in legato seruatur, quod hîc in institutione dicitur. Sed si in diuersis partibus testamenti inseratur, nouissimæ debet obtemperari [c]. Sed in libertate directa cuilibet obtemperari sufficit: *vt ff. de condi. & demon. l. sub diuersis.* in fideicommissaria nouissimæ: *vt ff. de condi. & demo. l. per fideicommissum. & l. quod traditum. secundùm Ioan.* Et facit ad hunc §. *ff. de verb. oblig. l. si ita quis stipuletur.*

[c] Quod verum est in legatis: sed in institutionibus videtur quòd priori, quæ extiterit: *vt d. l. si plures.* & isto casu potest verificari Gl. precedẽs.

Hi, quos.] ACCVS. Domine, quidam instituit quosdam sibi ignotos hæredes: nunquid valet talis institutio? Et resp. quòd sic. Nam hi, quos nunquàm vidit testator, hæredes instituere possunt: veluti si aliquis fratris sui filios peregrinantes hæredes instituit: non ideò impeditur institutio, si testator ignorauerit qui essent. ignorantia enim testatoris inutilem institutionem non facit. Et hæc dicuntur vsque ad finem tituli. Franc. de Aret.

10. ¶ Impossibilis conditio [a] in institutionibus, & legatis, nec non in fideicommissis, & libertatibus, pro non scripta [b] habetur.

Ad veritatem copulatiuæ requiritur implemẽtum vtriusque partis. Ad veritatem verò alternatiuæ, sufficit verificatio alterius.

11. ¶ Si plures conditiones [a] in institutionibus adscriptæ sunt: si quidem coniunctim: vt putà, *Si illud, & illud factum fuerit:* omnibus parendum est [c]: si separatim [d], veluti, *Si illud, aut illud factum erit:* cuilibet conditioni obtemperare satis est.

Etiam penitùs ignotus, & quem testator nunquàm vidit, potest hæres instituí. Aret.

12. ¶ Hi, quos nunquàm testator vidit, hæredes instituí possunt: veluti si fratris filios [e] peregrinãtes [f] [α], ignorãs qui essent, hæredes instituerit. Ignorantia enim testantis inutilem institutionem non facit.

a Nam omnis hæres post primũ dicitur secundus, secundũ Boer. *in opi. Plin lib. 7. c. 5. ex sententia Massurij Iurisconsulti ibi, secũdo hærede lege agente. Glo. in rub. ff. eo, & C. de fideicõm. tex. in l. filius qui. in prin. in ver. ex secundis. ff. eo.* Surdus tamen in Clau. §. *de fideicõm.* vocit tertios hæredes secundo loco substitutos. *Ad gid. Per.*

b Differunt tamen: quia substitutus in re certa per verbũ cõmune, nisi quam trahitur ad totum: *vt l. cogi. §. qualiter. ff. ad Treb.* nisi esset substitutus in quota alio non existẽte hærede: sec⁹ autẽ est in institutione: *vt l. j. §. si ex fundo. ff. de hæred. instit.* Ang.

† De forma huius substitutionis vulgaris habetur *Glos. in c. Raynutius. super ver. libere. post prin. Glos. extra de testa. & vlt. volunt.*

Hic tex. cõ negat seruo substituí posse: licèt dicat vltimo loco instituit: quia verbũ *potest*, non indicit necessitatẽ. *l. j. C. quando, & quando l. non quicquid. ff. de in di.*

c Substitutio hæredis directò non fit: nisi in testamento: In codicillis per fideicõmissum fieri potest, si modò testator nõ testamentũ sed codicillos reipsa facere voluit.

d Nec exhæredatio. & ex istis in dubio testatori: sine ipsis autẽ codicillari voluisse præsumitur. *l. illud. ff. de tract. ff. de in. codi. & est Glos. singularis in verbis cuiusdam. ff. eo.*

DE VVLGARI SVBSTITVTIONE.

Suprà dictum est de institutionibus primis: vt suprà eo. tit. §. j. *nunc de secundis: quæ substitutiones dicuntur* [a]: *siue primo gradu fiant siue* [b] *alio:* vt infrà eod. in prin. *Et quia vulgaris est magis communis: quia & à quolibet, & cuilibet fieri potest: ideò de ea vulgari præmittit.* Acc.

DE VVLGARI

substitutione.

TITVLVS XV.

Potest quis plures gradus hæredum facere, & in subsidium substituere seruum necessarium hæredem. Est autem substitutio: vt Accursius, & interpretes eodem ti. ff. in Rubr. definiunt, secunda conditionalis institutio. Vulgaris autem substitutio, de qua hoc ti. disseritur, vt ex dictis scribentiũ in l. j. ff. eodem. *colligere est, sic potest definiri: Substitutio vulgaris est directa substitutio in locum prioris institutionis effectum non sortientis facta, quæ quilibet, & cuilibet fieri potest, nihil specialitatis habens.*

POtest [1] autẽ quis in testamento [5] suo plures gradus [h] hæredum facere: vtputà: *Si ille hæres non erit, ille hæres esto:* & deinceps in quãtum [i] velit testator, substituere [k] potest: vt nouissimo [l] loco in subsidium vel [m] seruum necessarium hæredem instituere [†] possit.

CASVS. Domine, vos vultis tractare de substitutione vulgari: dicatis ergo mihi qualiter fit vulgaris substitutio? Ad hoc respondet: Amice, testator in testamento potest facere plures gradus hæredum. vnde hoc modo habet fieri vulgaris substitutio: veluti si testator primò ita instituat: P. hæredem instituo: & si P. hæres non erit, M. ei substituo. & si M. non erit hæres, Tit. ei substituo: & sic deinceps in quantum testator voluerit, substituere potest, per negatiua verba gradus substitutionis multiplicando. & nouissimo loco si habet hæreditatem suspectam, seruum suum potest hæredẽ de necessitate substituere: vt si fortè omnes alij hæreditatem repudiauerint, saltem seruum in subsidium hæredem necessarium habeat. ¶ Et non solùm vnus in locum vnius substituí potest: sed etiam plures in locũ vnius substituí possunt: & etiam ipsi hæredes instituti inuicem substituí possunt: & vnus in locum plurium substituí potest: veluti si testator ita dixerit: P. & M. hæredes instituo: & eos sibi inuicem substituo. nam in hoc casu tacitè vulgariter alter alteri intelligitur substitutus. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *& si ex disparibus.* Franciscus de Aretio.

g ¶ *In testamento.* in [c] alia autem voluntate, quàm in testamento: vt in codicillis, vel aliqua alia non fit huiusmodi substitutio, vt directò valeat: sicut nec institutio fieri potest: *vt infrà de codicil. §. pen. & C. de codicil. l. hæreditatem* [d]. fit tamen in codicillis ex certa scientia: vt per fideicommissum saltem directò substitutus per hæc verba, *substituo*, admittatur: *vt ff. ad Trebell. l. Scæuola respond.* nisi testator putaret, se facere testamentum, & facere codicillos non destinasset, licèt posset. Nam tunc substitutus in his, nec directò, nec per fideicommissum admitteretur, licèt posset: *vt C. de codicill. l. fin. §. illud quoque. & facit, ff. eod. l. potest.* ACCVRS.

h ¶ *Gradus.* ad similitudinem enim graduum sic dicuntur, qui faciunt scalas. sic & dicitur gradus consanguinitatis, *vt ff. de gra. l. iurisconsultus. §. gradus.*

i ¶ *In quantum.* i. in quot.

k ¶ *Substituere.* & potest.

l ¶ *Nouissimo.* i. vltimo. *sic ẽ. de suspe. tut. §. nouissimè.* ¶ Sed nũquid in alio, nisi in vltimo fieri potest? Resp. non: cùm enim ipse seruus omninò esse hæres compellatur: vt hîc subiicit, & j. *de hæred. quali. & diff. §. j.* patet alium, qui esset ei substitutus, admitti: *vt C. eo. de imp. & ali. subst. l. post aditam.* ACC. ADDITIO. Et sic licèt datio substituti vulgaris tollat suitatem in filio: non tamen tollit necessitatem in seruo: & intelligitur tunc collata substitutio in casu impotentiæ. Angelus.

m *Vel.* pro saltem.

a ¶ *Vel*

a ¶ *Vel vnus.* ſc. ſubſtitui poteſt in locum plurium.
b ¶ *Inuicem.* ſic *infr. tit. j. §. ſubſtituitur.* & [a] per talia verba fit ſubſtitutio compendioſa.
c ¶ *Ipſi.* ſc. poſſunt ſubſtitui.

Et ſi ex diſparibus.] CASVS. Quidam fecit teſtamentum, & in teſtamento ſuo inſtituit tres hæredes ex diſparibus partibus: putà P. in ſex vncias, M. in quatuor, & Titium in duas: & poſteà adiecit, vos inuicem ſubſtituo: & nullas partes in ſubſtitutione expreſſit. mortuo teſtatore, P. in ſex vncias inſtitutus, antequam aditret, deceſſit: vel fortè vnus portionem ſuam repudiauit, modò quæro in quas portiones ſubſtituti P. debeant ſuccedere? Ad hoc reſpond. Amice, ſi ex diſparibus partibus hæredes inſtitutos teſtator inuicem ſubſtituerit: & nullam mentionem partium in ſubſtitutione fecerit: eaſdē partes videtur in ſubſtitutione dediſſe, quas in inſtitutione expreſſit. & ita diuus Pius reſcripſit. vnde dico tibi, quòd in caſu propoſito M. inſtitutus in iiij. vncias, quatuor vncias ex ſubſtitutione habebit: & Titius inſtitutus in duas, ex ſubſtitutione ad duas ſimiliter vocabitur. Eodem enim modo, quo eos teſtator dilexit in inſtitutione, videtur eos in ſubſtitutione dilexiſſe. Et hæc dicuntur vſque ad illum §. *Sed ſi inſtituto.* Franciſcus.

Poſſunt plures in locum vnius, & vnus in locum plurium, & ſinguli ſingulis, vel omnes inuicem ſubſtitui. Angel.

1. ¶ Et plures in vnius locum poſſunt ſubſtitui: vel vnus [a] in plurium, vel ſinguli in ſingulorum, vel inuicem [b] ipſi [c], qui hæredes inſtituti ſunt.

Quem teſtator inſtituendo prædilexit: eum etiam ſubſtituendo prædilexiſſe creditur: ideò hæredes ex diſparibus inſtituti, & inuicem ſimpliciter ſubſtituti, ex hiſdem portionibus ſubſtituti cenſentur, ex quibus inſtituti fuerunt.

2. ¶ Et ſi ex diſparibus partibus [d] hæredes ſcriptos inuicem ſubſtituerit, & nullam mentionem partium in ſubſtitutione habuerit †, eas videtur in ſubſtitutione partes dediſſe, quas in inſtitutione expreſſit [e]. & ita diuus Pius reſcripſit.

Si inſtitutus fuerit cohæredi ſubſtitutus, & demum tertius ſubſtituto: ſubſtitutus admittitur ad partes vtriuſque, neutro inſtitutorum adeunte. Aretinus.

3. ¶ Sed ſi inſtituto hæredi [f], & cohæredi [g] ſuo ſubſtituto dato, alius [h] ſubſtitutus fuerit: diui Seuerus, & Antoninus ſine diſtinctione [i] reſcripſerunt, ad vtramque partem ſubſtitutum admitti.

Vulgariter ſubſtitutus alieno ſeruo, quem teſtator liberum opinabatur, quamuis domini iuſſu ſeruus hæreditatem adierit, ad partem hæreditatis admittitur: qualis autem ſit horum verborum, ſi hæres non erit, interpretatio, hîc traditur.

4. ¶ Si ſeruum alienum quis patremfamiliàs [k] arbitratus, hæredem ſcripſerit: & ſi hæres non

a Subſtitutio compendioſa fit: quoties alij aliis hoc verbo adiecto, *inuicem*, ſubſtituuntur.

† al. fecerit.

b Scilicet ipſos ſubſtitutos quia tunc admitterentur pro virili. idē ſi appellatiuo: quādo ſic fuiſſe apparet de voluntate teſtatoris: *vt l. vnum. §. fina. ff. de reb. dub.* Quid autem ſi aliquos propriis, aliquos appellatiuis, vel omnes ſimul vtriſque nominib. appellauerit: & quid ſi aliqui fuerint in ſubſtitutione coniuncti, & vnus ſeparatus; vide hic Ang.

c Et in ea tantum procedit iſte textus: itē in caſu ſuo: vbi ſcilicet cohæredi ſubſtituto eſt facta ſubſtitutio: tūc enim quamuis per ius accreſcendi haberet ſubſtitutus partē illius, cui non fuit ſubſtitutus: tamen nulla tali in eis facta diſtinctione, hoc eſt diuiſione, eam habebit iure ſubſtitutionis. & hæc fuit forte mens iſtius literæ: ſecùs tamē eſſet in pupillari, vel aliàs vbi ius accreſcendi locum habere poſſet; vt per dicta hic.

d Nec exhæredatio. & ex iſtis in dubio teſtari: ſine ipſis autē codicillari voluiſſe præſumitur. *l. illud. §. tractari ff. de in. codi. & eſt obſ. ſingularis in l. verbis ciuilibus. ff. eo.*

e Nam omnis hæres poſt primū dicitur ſecundus, ſecundū Boer. *in opi. Plin lib. 7. c. 5. ex ſententia Maſſurij Iuriſcon. ibi, ſecundo hærede legi agente. Glo. in rub. ff. eo, & C. de ſecūnu tex. in §. filius qui. in pri. in ver. ex ſecundis. ff. eo. Surdus tamen in Clau. §. de ſuo vt eius.* vocit tertios hæredes ſecundo loco ſubſtitutos. *Angel. Per.*

f ¶ *Hæredi.* ſc. Seio.
g ¶ *Cohæredi ſuo.* ſc. Titio.
h ¶ *Alius.* ſc. Mæuius.
i ¶ *Sine diſtinctione.* ſc. ordinis pupillaris, vel vulgaris ſubſtitutionis, quaſi dicat, non diſtinguitur ſi fuerit pupillaris, vel vulgaris ſubſtitutio: & quæ fuerit primò facta vel inſtitutio, vel ſubſtitutio. & idem in vulgari. Sed hanc reprobāt quidam; quia debet ibi eſſe ordo: vt primò principalis inſtitutio, & poſteà ſubſtitutio fiat: *vt ff. de vulgari, & pupillari ſubſtitutione. l. ij. §. prius.* Sed certè ille §. prius corrigitur per ſeq. §. vſque in fin. d. l. Sed ego hoc reprobo: quia non eſt hæc huius literæ intentio: ſed hæc: quia ſic fuit de facto, quòd non diſtinxerunt cùm ab eis quæreretur. Eſt tamen diſtinguendum à nobis, ſicut & aliàs. *ff. de iudi. l. non poteſt. in fi. & de poſtu. l. Imperator. in fin. gloſ. §. ij.* Item non dicitur hîc de pupillari, ſed de vulgari tantùm: vt patet ex ſerie titu. per quod etiam reprobatur ſuperior ſententia. ſc. quia in principio glo. fuit dictum, ſecundùm quoſdam non diſtinguitur, an fuerit pupillaris, an vulgaris ſubſtitutio. ¶ Diſtingue ergo, vtrùm inſtitutus adierit, vel cohæres, vel ambo, vel nullus. ſi enim vterque adiuit, ſubſtitutus repellitur. ſi cohæres tantùm, ſcilicet Seius, idem. quia Mæuius repellitur. Item ſi neuter, habet locū, quòd hîc dicitur, ſcilicet quòd Mæuius habet totum. ſi autem Titius tantùm: ſcilicet primus hæres adeat: & Seius non: in partem repellitur: ſcilicet Mæuius. nam in partem repellitur, quam adiuit Titius: *vt Cod. eod. l. poſt aditam. & ff. de vulgar. ſub. l. qui habebat filium. j. reſponſo.*

diuus Pius reſcripſit.

a ¶ *Sine diſtinctione.* Nā neque ordine ſcripturæ in hac re ſpectamus, neq; ordinē ſucceſſionis. Cæterùm [a] in pupillari ſubſtitutione ordo ſucceſſionis ſpectāduserit. *l. qui habebat. ff. e.* CVIA.

a Ordo ſucceſſionis in pupillari ſubſtitutione ſpectandus eſt.

Si ſeruum alienum.] CASVS. Quidam fecit teſtamentum, & in teſtamento ſuo ſeruum P. quem credebat liberum hominem, hæredē inſtituit: & poſteà adiecit, & ſi inſtitutus hæres non erit, Mæuium ei ſubſtituo: mortuo teſtatore apparuit, quòd ille quem teſtator errore deceptus credebat fuiſſe liberum, & tanquàm liberum hæredem inſtituit, ſeruus erat P. & ita iuſſu P. domini adiuit hæreditatē, qui eam dicebat ſibi acquiſitam: ex aduerſo Mæuius ſubſtitutus viriliter ſe Pet. opponebat, & allegabat in hîc modum: Ego domine Pet. dico, quòd per additionem ſerui tui in caſu iſto non poteſt tibi acquiri hæreditas. quia teſtator errore deceptus credebat liberum ſeruum tuum, quem ſibi hæredem inſtituit: vnde cùm in veritate nō tenuerit inſtitutio facta: ideò deficiente inſtitutione, dico me ex ſubſtitutione ad totam hæreditatem admittendum, & te omnino repellendum. Sed in contrarium P. videbatur ſibi poſſe defendere hæreditatem, in hunc modum allegando, contradicens: Domine Mæui, ego dico quòd veritas præferenda eſt opinioni. vnde cùm in veritate ſeruus meus fuerit inſtitutus, & ſi hæres nō eſſet, tu ei futurus eras ſubſtitutus: & ipſe ſeruus iuſſu meo adierit hanc hæreditatem, mihi per traditionem totam hæreditatem acquiſiuit: & vulgaris ſubſtitutio expirauit: & ſic ex virtute vulg. ſubſtitu. nihil iuris in hac hæreditate poteris vindicare, cùm per additionem ſubſtitutio penitùs ſit extincta. & ita magis creſcebat contentio inter P. dominum ſerui inſtituti, & Mæuium ſubſtitutum: & ideò ſupplicauit Imperatori dicens, pro Deo, domine, ſi placet, terminetis iſtam contentionem, & dicatis quid iuris eſt in caſu iſto propoſito? Ad hoc reſp. Amice, ſi quis alienum ſeruum patremfamiliàs arbitratus, hæredem inſtituerit: & ſi hæres non eſſet, Mæuium ſubſtituerit: licèt iſte ſeruus per errorē inſtitutus, iuſſu domini adierit hæreditatem: non tamen ſubſtitutio vulgaris penitùs euanuit: imò Mæuius vulgariter ſubſtitutus in partem hæreditatis acquiſitæ admittendus eſt. Sed domine, qualiter reſpondebitis ad allegationes hinc inde propoſitas? Ad hoc reſpond. Amice, allegatio domini pro ſeruo inſtituto, locum habet in eo ſeruo, quem teſtator ſciens eſſe ſeruum, hæredem inſtituit. Illa enim verba quæ ponuntur in vulgari, *Sed ſi hæres non erit*, in eo, quem teſtator in rei veritate ſcit eſſe ſeruum, intelliguntur, ſi neque ipſe ſeruus inſtitutus acquirit ſibi hæreditatem, neque domino præſenti, neque futuro: quia tunc demùm admittitur ſubſtitutus, ſi in hoc caſu primo ignorabat ipſum eſſe ſeruum: & ita non omnino obtiner allegatio domini. Allegatio verò Mæuij ſubſtituti locum habet in eo ſeruo, quem teſtator ſciens hominem liberum inſtituit, & ei vulgariter ſubſtituit. Iſta enim verba: ſcilicet, *Si hæres non erit*, in eo ſeruo, quem teſtator ſcit eſſe patremfamil. hoc ſignificant: ſi neque ipſe ſibi acquirit hæreditatem: neque illi, cuius iuri poſteà ſubiectus erit. tūc enim demùm ad hæreditatem admittitur ſubſtitutus. ſed certè ſecùs erat in caſu propoſito. nam teſtator credebat ipſum eſſe liberum, & in rei veritate ſeruus fuit: vnde non eſt mirum, ſi aliud in j. reſp. quàm in ſecundo, vel tertio ſtatutum ſit. Nec videatur alicui nos aliquid durum hoc caſu ſtatuiſſe. Nam ita Titus Cæſar in perſona Parth. ſerui ſui quondam à teſtatore per errorem inſtituti conſtituit. Franciſc. de Aret.

k ¶ *Patremfamiliàs.* id eſt liberum hominem. ACCVRSIVS.
ADDITIO Et hoc verum, niſi error eſſet in ea perſonæ qualitate, quæ præſumeretur cauſa finalis ipſius inſtitutionis; putà in conſanguinitate: *vt l. ſi pater. C. de hæred. inſtituen.* Angel.

a Hæreditatẽ sine domini iussu prædẽte seruus adire non potest.

a ¶ *Iussu.* quem [a] necessariò oporteret præcedere: *vt ff. de acquiren. hæred. l. si quis mihi. §. iussum.*

b ¶ *In partem.* Sed in quam? Respond. hæreditas in duas partes diuiditur: & iterùm vnus semis diuiditur in duas partes: quæ sunt duæ quartæ totius: & vnam harum particularum habet dominus instituti, aliam substitutus: *vt ff. de hæred. instit. l. si paterfamil. in fin.* ¶ Sed de alio semisse quid erit? Respond. quidam quòd substitutus habet inspecta opinione testantis; scilicet qui credidit institutum liberum fuisse: & ita per cõsequens credit substitutum admitti, si hæreditatem sibi institutus nõ acquisierit, vel alij, cuius iuri posteà subiectus foret: *vt in fine huius §.* ergo si aliquod istorum duorum non contingit, debet habere substitutus secundùm opinionem testãtis totam hæreditatem. sed quia non erat liber, vt testator credidit, de æquitate datur domino ipsius quarta hæreditatis. (& facit pro hoc illud generale, opinionem [b] considerandam: *vt ff. pro empt. l. ij. §. si à pupillo. in gloss. si in re. & ff. de acquiren. hæred. l. ie, qui putat.*) 2. Alij [c] dicũt quòd domino datur, considerata veritate magis, quàm opinione: quia verè seruus eius domini factus erat ille, qui institutus fuit: quod verius esse videtur, veritate magis attenta. vnde facit & illud generale; veritatem spectandam: *vt infrà, de leg. §. si quis rem.* ACCVRSIVS.

ADDITIO Dic quòd vltima opinio glossæ est verior: *& ita not. gloss. & do. in dicta l. si paterfamiliàs.* videlicet quod dominus serui habeat totum alium semissem Angel. Aretinus.

a ¶ *In partem.* In partem dimidiam scilicet. nam l. *si paterfamiliàs. de hæred. instit.* ait in hoc casu semisses fieri. & l. proxi. hæreditatem diuidi inter dominum, & substitutum. obstare creditur l. *si paterfamiliàs*: in illo loco; *ita vt alter semis*, nec poterit vmquàm quisquam vlla ratione, quo minùs obstare videatur, efficere; siquidem eo in loco Tribonianus non notas pro notis accepit. hæc namque verba, ITA VT AS, sic explananda esse censuit, ita vt alter semis. cuiusmodi à nobis multa sunt in Pandectis notata, & animaduersa, quæ pòst suo tempore, ac loco proferentur. Sic ergo rectè, cùm dixisset Iulianus in l. *si paterfamiliàs.* in hoc casu semisses fieri, subintulit, *Ita vt as aquis portionibus diuidatur.* CVIACIVS.

c ¶ *Illa enim verba.* nunc mutat casum: nam suprà dixit quando aliud arbitrabatur testator, & aliud erat. in his autem duobus responsis, quæ sequuntur, idem est id, quod arbitratur testator. ACCVRSIVS.

d ¶ *Si hæres non erit.* quæ apponuntur in substitutionibus vulgaribus.

e ¶ *Testator scit.* & verum scit. aliàs enim non diceretur scire, nisi esset: *vt ff. de aqua pluuia arcenda. l. ij. §. idem Labeo ait cùm quæritur.*

f ¶ *Erit.* scilicet liber factus.

g ¶ *Neque alium.* id est, si neque sibi, si liber fieret, vel domino suo præsenti, vel etiam futuro quærat.

h ¶ *Effecerit.* nam tunc quando non est aliquod istorum duorũ, admittitur substitutus.

i ¶ *Arbitratur.* scilicet testator, subaudi, & verum arbitratur. ACCVRSIVS.

d Testator, cũ aliquem instituit, conditionem instituti vel scit, vel in ea errat: vel dubitatur conditionem sciuerit, necne. Hi casus quoties accidunt, quid iuris sit, quæri potest. Dic: vt hac Gl.

k ¶ *Subiectus.* putà quia vendidit se ad pretium participandũ, vel quia dedit se in arrogationem, quod potest.

l ¶ *Acquisierit.* supple in litera. At in nostro casu, primo scilicet huius §. aliud est, & aliud arbitratur. vnde ibi in partem admittitur. vt ibi diximus. & hæc omnia sic distinguendo seruauit princeps, quando seruus suus fuit institutus, & alius substitutus *vt hic dicit, & ff. de hæredibus instituendis. l. & hoc Titius.* ¶ Collige ergo talem distinctionem: quia cùm hæredem aliquem instituo, & si hæres non erit, substituo: Aut [d] scio liberum, aut scio seruum: & tunc seruatur quod in secundo, & tertio responso huius §. dicitur. 2. Aut puto liberum: sed falsò, cùm sit seruus: & tũc subdistinguo: aut per eum volui, aut nolui alium fieri hæredem; quia hoc expressi, & tunc seruatur mea voluntas: *vt Cod. de hæredibus instituendis. l. cùm proponas. in gloss. penultima. ibi: item not. quæ est huic contraria.* 3. Aut est dubium an volui, vel non, alium fieri hæredem per eum: & tunc seruatur, quod in principio huius §. dicitur. Si autem puto seruum, cùm sit liber [a], hic casus indubitabilis est; scilicet quòd erit liber hæres. ACCVRSIVS.

a In dubio autem error non præsumitur, & tunc hoc cõsistit in animo testatoris, qui non probatur nisi ex coniecturis. Quid autem in filio, vel monacho instituto cum datione substituti vulgaris, quos testator credebat esse sui iuris, vel etiam sciebat esse alieni, & an hæres primi instituti ex iure deliberãdi præferatur, an substitutus, vide Ang hic.

m ¶ *Serui.* scilicet instituti [b], cui fuerat alius substitutus. Nam diuisa fuit hæreditas inter Titium dominum serui, & inter ipsum substitutum: *vt patet in l. & hoc Titius. ff. de hæredibus instituendis.*

b Forma huius pupillaris substitutionis ponitur *in cap. Raynutius. in Gl. super verbo, filerit. post prin. extrà de testam.*

b Hæc Gl. non est Accursij sed additio.

DE PVPILLARI † substitutione.

TITVLVS XVI.

Qui liberos impuberes in suis habet sacris constitutos, nõ solùm vulgariter; id est si hæredes non erunt, sed etiam pupillariter, si hæredes fuerint, & intra pubertatem decesserint, eis substituere potest: ideò primo casu contingente, substitutus fit testatoris hæres: secundo verò casu, ipsi pupillo hæres efficitur.



Iberis [n] †suis impuberibus, quos in potestate quis habet non solùm ita vt suprà diximus [o], substituere potest; id est vt si hæredes ei non extiterint, alius sit ei hæres: sed eo ampliùs, vt si hæredes ei extiterint, & adhuc impuberes mortui fuerint, sit eis aliquis hæres: veluti si quis dicat hoc modo [p]; *Titius filius meus hæres mihi esto* [q]. *Et si filius* [r] *meus hæres mihi non erit, siue hæres* [s] *erit, & priùs moriatur, quàm in suam tutelam* [β] *venerit, id est antequam pubes* [t] *factus sit, tunc Seius hæres esto.* quo casu [u] si quidem non extiterit hæres filius: tunc substitutus patri fit hæres [x]. Si verò extiterit hæres

---

DE PVPILLARI substitutione.

Continuatur: Quia suprà visum est de vulgari substitutione: & quia parentes non solùm vulgariter: verùm etiam pupillariter liberis substituere possunt, ideò sequebatur videre de pupillari substitutione. Christophor. Porcus.

Iberis.] Totus iste titulus diuiditur in sex partes. ¶ Primò ponit qualiter quis possit facere pupillarem substitutionem. ¶ Secundò de exemplari substitutione, cui fieri potest. Tertiò redit ad pupillaris substitutionis materiam. ¶ Quartò, quòd etiam exhæredatis potest fieri illa substitutio. ¶ Quintò circa pupillarem substitutionem aliquos casus ponit, & potissimùm vsque ad quã quantitatem fieri possit. ¶ Sextò, quòd maiori, vel puberi, vel extraneo fieri non potest pupillaris. Secunda ibi; *Qua ratione.* Tertia ibi; *Igitur.* Quarta ibi, *Non solùm* Quinta ibi; *Quæcunque.* Sexta ibi; *Extraneo.* Litera in hoc titulo est planissima: ideò pone casum per teipsum.

n ¶ *Liberis.* Not. [c] ex hac litera tria esse necessaria, vt pupillaris substitut. teneat. 1. Primùm, vt sit de liberis, cui substituitur. nam extraneo substitui non potest: *vt infr. eo. §. extraneo.* 1. Secundum, quòd sint impuberes. nam puberibus nõ potest substitui: *vt infrà, eo. §. masculo.* 3. Item tertiò quòd habeat in potestate: vt in hac litera probatur per ordinem. Emancipatis autem non potest substitui: *vt ff. eodem. l. ij.* §. j. [d] 4. Item est necessarium quartum, quòd filij sint instituti, vel exhæredati: aliàs nullum esset principale testamentum: *vt suprà, de exhæred. lib. in princip. & ff. eodem. l. j. in fine.* vnde nec pupillare valeret: *vt infrà, eodem. §. liberis.* & hæc omnia similiter in nepotibus seruantur, si non sint recasuri in sui patris potestatem: *vt ff. eodem. l. ij. §. planè posthum.* aliàs cùm sunt recasuri, non valet testamentum: cùm in ea causa sint, vt eorum testamenta non valeant, etiamsi ipsi essent maiores.

c Substitutio pupillaris habet quatuor necessaria.

d Et est ratio: quia substitutiones fiunt de iure ciuili: quo emancipatus habetur pro extraneo. fallit tamen hoc in milite: *vt l. milites ita. §. exhæredata ff. de testam. milit.* dummodò filius nõ sit in potestate ami. aliàs secùs. *Lucius filius. ff. eo. titul.*

o ¶ *Ita vt suprà diximus.* s. vulgariter, *supr. tit.* j. & hoc idem hîc subiicit: vt si hæredes, &c.

p ¶ *Hoc modo* hîc cautè nota quòd primò ponit verba institutionis, secundò substitutionis vulgaris, tertiò substitutionis pupillaris. ACCVRS. ADDITIO Aliqui dicunt quòd omnia sunt verba pupillaris substitutionis, quæ etiam non hæredi, & exhæredato fieri potest: cùm hic text. non intendat exemplificare vulgarem. Ioan. Fab.

q ¶ *Esto.* Hæc est institutio tantùm. ACCVRS.

r ¶ *Et si filius.* ecce vulgaris. ACCVRS.

s ¶ *Siue hæres.* ecce pupillaris.

β ¶ *In suam tutelam.* Vt qui sunt alieni iuris, manumissione sui iuris fiunt: ita qui sunt alienæ tutelæ, pubertate fiunt suæ tutelæ. *l. quotiens. §. j. ff. de admin. tut.* quod planè est in suam tutelam venire. CVIACIVS.

t ¶ *Pubes.* bene facit quod exponit: aliàs interdum pro quatuordecim annis, interdum pro vigintiquinque annis ponitur hæc oratio, cùm in suam tutelam venerit. *ff. de leg. iij. l. cum filio.*

u ¶ *Quo casu.* suprà dicto.

x ¶ *Patri fit hæres.* & solius patris habeat bona, secundùm Azo.

Ipsi

a Tiberius. *Flor.*

¶ Princeps potest esse iudex in causa sua. *Concord. l. & hoc Tiberius. ff. de hæred. instit.* & ratio huius text. sit magis ex voluntate principis: quàm ex subtilitate rationum. *Aegid. Per.*

¶ *Vide Alc. lib. disputat. 1. c. 2. & Castellanũ Cottam in dictione, testamentum.*

b Opinio an, & quando sit veritati anteponenda.

c Et hanc opinionem verã esse refert Angelus: & ita notat Glo. & doctores *in l. si paterfamiliàs. eo.* videlicet vt dominus serui habeat integrum aliũ semissem.

a ¶ *Ipsi filio.* & nihilo minus patri: *vt ff. eo. l. paterfamiliàs.* & bona pupilli vndecunque quæsita sint, habet: *vt ff. eo. l. sed si plures.* §. *ad substitutos.* nisi in duobus casibus; vt in testamento militis, & arrogatoris: *vt ff. eo. l. sed si plures.* §. *in arrogatore.* & §. *ad substitutos. in fin.* Accvrs.

b ¶ *Moribus.* aliàs à maioribus: *vt Cod. de impú. & aliis substitu. l. humanitatis.*

c ¶ *Ætatis.* vt masculi ante quatuordecim annos; fœminæ autem ante duodecim annos. *ff. de testam. l. qua ætate.* & *suprà, qui manumittere non possunt.* §. *cùm ergo.*

d ¶ *Excitati.* sc. nos Iustinianus.

e ¶ *Constitutionem* Co. *de impub. & aliis substitutionibus. l. humanitatis.*

a Substitutionum plura, vel pauciora genera sunt diuersorespectu, ratione successionis vnum genus est: personarum tria genera: scripturæ quatuor.

a ¶ *Ad exemplum.* Ratione [a] successionis duo tantùm sunt genera substitutionum. Ratione personarum tria: vulgaris, pupillaris, Iustiniana. Ratione scripturæ quatuor: nam vel primus casus exprimitur, vel secundus, vel vterque, vel neuter. Cvtac.

f ¶ *Certas personas.* scil. filios mente captos si habeant: aliàs fratres mẽte capti [b]: aliàs quoscunque volet: vt in dicta l. *humanitatis*, continetur. Additio. Etiã supradictis existẽtibus, qui sunt spurij, vel naturales tantùm, aut etiam mente capti. Ang.

b Adeò vt cæteris exhæredatis, vel ex iusta causa præteritis, vni tantummodò substituere potest. *Angel.*

g ¶ *Respuerint.* i. cùm compotes mentis, vel sani facti fuerint.

h ¶ *Ad exemplum.* & ita hæc vocatur exemplaris substitutio. Vnde vt plenè de his habeas notitiam, distingue quinque genera substitutionum: quia alia est vulgaris, alia pupillaris, alia exemplaris, alia breuiloqua, alia compẽdiosa. ¶ Prima sc. vulgaris [c] subdiuiditur: quia alia expressa [d], vt quæ fit verbis negatiuis: vt si hæres non eris, Titius erit hæres: *vt suprà, proxi.* Alia tacita, quæ fit verbis affirmatiuis: vt his, vos inuicem substituo: *vt ff. de hæred. instituend. l. cùm in testamento.* §. j. Item hæc, quisquis erit mihi hæres, sit filio meo impuberi hæres: *vt ff. eodem. l. qui liberis.* §. *hæc verba.* & hæc [e] vulgaris adita hæreditate expirat: *vt Cod. eodem. l. post aditam.* ¶ Secunda [f] autem, scilicet pupillaris, similiter subdiuiditur: quia alia expressa, quæ fit verbis affirmatiuis: vt hîc, si hæres eris, & morieris in pupillari ætate, Titius sit hæres: *vt suprà, proxi.* Alia tacita; scilicet vt si vulgariter tantùm pupillo substituatur: quo casu tacita sub intelligitur pupillaris. sic & sub pupillari tacita vulgaris intelligitur: *vt ff. eodem. l. nam hoc iure. in princip. & Cod. de impube. & aliis substitut. l. quamuis.* & hæc aduenientepubertate expirat: *vt in fine huius* §. ¶ Tertia [g]; scilicet exemplaris, sic ideò dicitur; quia ad exemplum pupillaris est inducta, vt hîc dicitur. In [h] multis tamen differunt. 1. Quia hæc etiam maioribus fit: sed illa tantùm impuberibus. 2. Item vsque ad certam ætatem fit pupillaris. scil. vsque ad decimumquartum annum, vel duodecimum annum in fœmina: *vt* §. *eod.* §. *masculo.* vel etiam minus tempus certum, non maius: *vt ff. eodem. l. si ita quis substituerit. & l. in pupillari.* at hæc exemplaris in incertum. 3. Item in hac scilicet exemplari, certæ personæ substituuntur: *vt Cod. eodem. l. humanitatis.* in pupillari autem quilibet potest substitui. ¶ Quarta autem: id est breuiloqua [i]. fit ita duobus hæredibus institutis: Vos inuicem substituo: etsi ambo pupilli sunt. nam quatuor substitutiones his verbis breuibus comprehenduntur: & appellet lex hanc reciprocam substitutionem: *vt ff. eod. m. l. nam hoc iure.* §. j. ¶ Quinta: scilicet compendiosa [l], fit his verbis aliquo instituto: quandocunque decesserit, Titium substituo. & si quidem hoc fiat à milite, pupillo, vel non pupillo: valet iure directo: quãdocunque decedat institutus: *vt ff. de militari testamento. l. miles.*

c Substitutionis vulgaris species.

d Substitutio vulgaris expressa fit verbis negatiuis: tacita affirmatiuis.

e Substitutio vulgaris adita hæreditate expirat.

f Substitutio pupillaris, alia est expressa, alia tacita.

g Substitutio exemplaris quæ; & cur ita appellata,

h Substitutionis exẽplaris, & pupillaris differentiæ.

i Substitutio breuiloqua vti fiat.

k alias, iam & infrà

l Substitutio compendiosa vti fiat.

Instituit.

ita hæredem scribere potest. §. j. nisi mater sit in medio. quo casu iure fideicommissi valet, si pubes iam factus decedat institutus: *vt Cod. eodem. l. precibus tuis.* Si verò paganus, siue non miles faciat eam, valet iure directo, si moritur institutus in ætate pupillari. Si verò postea, tunc aut per hæc verba fit, substituo illum: & tunc trahitur ad fideicommissariam: *vt ff. ad Trebellianum. l. Scæuola.* aut per hæc verba, te instituo: & si decesseris quandocunque, tibi illum facio hæredem. & hæc non valet: *vt ff. eodem. l. verbis ciuilibus.* Accvrs.

2. ¶ Igitur in pupillari substitutione secũdùm præfatum modum [l] ordinata, duo quodammodo [m] sunt testamenta: alterum patris. alterum filij [†], tanquam si ipse filius sibi hæredem instituisset: aut certè vnum testamentum est duarum causarum: id est duarum hęreditatum.

Potest pater facere substitutionem pupillarem filio separatim clausam, & signatam: & disponere quòd non aperiatur viuo filio: quæ dispositio valet etiam si non fuerit per se ita clausa. & signata. Aret.

3. ¶ Sin autem quis ita formidolosus [n] sit, vt timeat ne filius suus pupillus adhuc, eò quòd palàm substitutum acceperit, post obitum eius periculo insidiarum subiaceat [o]: vulgarem quidem substitutionem [p] palàm facere, & in primis testamenti partibus ordinare debet. Illam autem substitutionem, per quã & si hæres extiterit pupillus, & intra pubertatẽ decesserit, substitutus vocatur [q]: separatim in inferioribus partibus scribere [r] debet, eamque partem proprio lino [s], propriáque cera cõsignare, & in priore parte testamenti cauere [t] ne inferiores tabulæ viuo filio, & adhuc impubere aperiantur. Illud palàm est, non ideò minus [u] valere

i Qua. scilicet pupillaris.

k ¶ *Adoleuerit.* Item [a] finitur arrogatione impuberis: *vt ff. de adoptionibus. l. nec ei. in fine* [b]. 2. Item si patris nõ fuit hæreditas adita: *vt ff. eodem. l. sed si plures.* §. *si ex asse.* 3. Item si nascitur posthumus testatori: *vt ff. eodem. l. si pater filium impu.* 4. Item per secundum testamẽtum, quod tamen valet: *vt ff. eodem. l. si quis eum, quẽ.* §. *final.* 5. Item si testamẽtum paternum rumpatur per querelam in totum: aliud si pro parte: *vt ff. eodem. l. in substitutione filij. & de inofficioso testamento. l. Papinianus.* §. *sed nec impuberis filij.* Sed contra tabulas bonorum possessio mota non facit pupillarem substitutionem cessare: quia ibi non quæritur de viribus testamenti: *vt ff. eodem. l. ex duobus.* §. *final. & de in officioso testamento. l. filius.* §. j.

l ¶ *Præfatum modum. vt suprà, eodem, in principio.*

m ¶ *Duo quodammodo.* ¶ Nota quòd duo [c] dicuntur quo ad quid: quia duobus fit. nam instituitur hæres duobus; patri scilicet, & filio. Item duarum hæreditatum vnum verò dicitur; quia ab vno factum. & facit ad hoc, *ff. eodem. l. patris, & filij. & ff. de conditioni. & demonstrationibus. l. hæc scriptura. & ff. de bonorum possessione secundùm tabulas. l. si ita scriptum.* § *fin. & l. vt bonorum.*

n ¶ *Formidolosus.* id est timidus, & meticulosus.

o ¶ *Subiaceat.* quibus insidiis eum subiiceret substitutus, vt haberet eius hæreditatem, vt fecit Zacharellus.

p ¶ *Substitutionem.* s. cum ipsa institutione. nam hîc est ordo [d], vt primò institutio, secundò vulgaris substitutio, tertiò pupillaris fiat: *vt suprà eodem ti. in prine.*

q ¶ *Vocatur.* quæ est pupillaris.

r ¶ *Scribere.* vel etiam alia charta: quia & hoc fieri potest: *vt ff. eo. l. patris, & filij.*

s ¶ *Proprio lino.* linum [e] appellat ipsam chordulam, quæ fit de lino: vt videmus fieri in literis domini Papæ: in quibus chordulis testamenti apponebantur septem sigilla de cera. ¶ Et ideò dicit, proprio lino: quia si alieno, vindicaret dominus [f], & ita aperiretur: & consilium legis nullum esset. 2. Vel dic proprio: id est separato ab aliis partibus testamenti. Sed nónne magis insidiabatur substitutus, cùm tantam constructionem; id est ordinationem videbat, & propter se? Respond. hoc ignorabit an propter se, an propter alium facta fuerit illa ordinatio. Accvrsivs.

Additio. Nec ideò inualidabitur istud consilium: quia sub expressa vulgari tacita pupillaris contineatur: quia illud verum, nisi de mente tacita, vel expressa testantis contrarium appareat: *vt hic, & l. iam hoc iure. ff. eo.*

t ¶ *Cauere.* idem est & si hoc non caueat, dum tamen separatim signet. Accvrsivs.

u ¶ *Non ideò minus.* quasi dicat, diximus quòd si cauè fieri potest. Sed si non ita fecerit, nunquid valet ideò minus. Respon. non ideò minus, &c. vt hîc dicit.

† Dictio *quodammodo* est nota improprietatis: *vt hic, & l. in fatis, ff. de li. & posthu. Gl. in l. si me in vacuam. ff. de acq. poss.* Aegid. Perr.

† Et sicut pater potest facere filio impuberi testamentum: ita etiam potest eidem eligere sepulturam; *vt habetur in c. de vrs. iuncta Glo super verb. definitum. extra de sepultu ris.*

a Substitutio pupillaris quot modis finiatur.

b Et est ratio: quia tunc impeditur arrogatus non solùm ex defectu ætatis testari: sed ex alio defectu; quia est subiectus alteri potestati. cui per dationem pupillaris substitutionis potuit prouideri: secundùm Christo.

c Substitutionis pupillaris duo sunt quodammodo testamenta, & vnum: diuerso tamen respectu.

d Ordo hic est institutionum, & substitutionum, vt primo loco fiat institutio: secundo, substitutio vulgaris: tertio, pupillaris.

e Linum in testamento quid sit.

f Doctores contrà propter publicam vtilitatem, ad similitudinem tigni iuncti: vt per Ioann. Fab. & Angel. hîc.

a ¶ *Tabulis.* scilicet apertis. ACCVRSIVS.
b ¶ *Exheredatis.* scilicet substituere possunt.
c ¶ *Eo casu.* scilicet quando exhæredatio substituitur.
d ¶ *Fuerit.* vt qua gratiosus erat hic pupillus, sic vt ei donaretur, vel legaretur.
e ¶ *Id omne.* Imò videtur quòd tantùm in eis bonis valet substitutio, quæ à patre peruenerũt ad filium exhæredatũ: *vt ff. de milit. testamen. l. miles. §. exheredato. quæ est huic contraria.* Solut. ibi miles emancipato substituebat: quod in alio scilicet pagano non toleratur: *vt infrà, eod. §. extraneo.* & ideò cùm vnum pro eo inducitur: scili. quòd potest substituere emancipato: aliud contra eum inducitur, scilicet quòd non potest substituere emãcipato, nisi in his bonis, quæ sibi dedit: *vt ar. ff. de tureiur. l. eũ, qui. in prin.* ADDITIO. Imò existenti in potestate. quod patet: quia exhæredatur, quæ exhæredatio esset inepta in emãcipato. vnde dic quòd ibi loquitur in milite, qui instituto, vel emancipato potest substituere pro parte, & pro parte non: secùs in pagano. Angelus.
f ¶ *Ad substitutum.* qui substiturus nullo potest grauari legato, etiam in ea re, quæ pupillo fuit relicta: *vt Cod. de legat. l. cùm quidam.* Sed ipse exhæredatus sic in re sibi relicta [a]: *vt ff. eodem. l. coheredi. §. cùm filio. in fin.* ¶ Et not. hunc §. nõ posse habere locum, nisi talis sit impubes, qui possit esse ingratus, vt proximus pubertati: *vt no. ff. qui. mo. tu. fin. §. item si in seruitute.* aliàs non potest exhæredari: *vt Cod. de inoffi. testa. l. si quis in suo. §. legis.*
g ¶ *Institutorum.* vt *supr. eo. in princ. vsque ad proximum §.*
h ¶ *Exheredatorum.* vt *supr. proximo §.*
i ¶ *Et sibi.* Hic not. [b] quod si filium exhæredet, cui substituit: priùs sibi, deinde debet facere filio testamentum. Si [c] autem eum instituat, tunc vel ante, vel post valet institutio, vel substitutio: *vt ff. eod. l. ij. §. primo. & §. sed si quis. & §. sed & si. & §. final.* ADDITIO. Sed hanc repto doct. quia non habet rationem: & dicunt istũ text. & d. §. *primo.* procedere quando substitutio fit ex interuallo: secùs si eodem contextu: quia non curatur quid præcedat. Angelus.
k ¶ *Faciat.* hoc fallit in milite, qui [d] potest substituere pupillo, licèt non instituat sibi aliquem hæredem: *vt ff. de vulg. & pu. sub. l. ij. §. quisquis.*
l ¶ *Pars.* sic *ff. quemadmodum testa. ape. l. pe.*
m ¶ *Non valeat.* scil. à principio: vt quia filius fuit præteritus: *vt ff. eo. l. si quis eum. in fi. l.* Vel alias. l. non valet testamentum à principio, cùm multi sint modi, quibus testamentum non valet: *vt ff. de inoff. rupt. testa. l. j.* Idem etiam si ex postfacto rumpatur in totum, scilicet testamentum patris: secùs si pro parte tantùm: quia tunc substitutio remanet: *vt ff. eodem. l. in substitutione. & ff. de inofficioso testamento. l. Papinianus. §. sed nec.* Item hæc sunt vera, si [e] iure ciuili expugnetur testamentum. Aliter autem si iure prætorio: vt si per contra tab. expugnetur testamentum: quia remanet substitutio: *vt ff. eod. l. si ex duob. in fi. & l. se. quæ huic l. contraria sunt.* Sed certè aliud est, cùm expugnatur iure ciuili, vt hîc: aliud cùm iure prætorio, vt ibi. nam prætor non potest facere esse, nec desinere hæredem: *vt infr. de bon. posses. §. quos autem.* ¶ Item not. hîc quòd [a] de alienis rebus quis testatur: vt pater de bonis filij. sic & aliàs, *ff. de donationibus inter vi. & vxor. l. cùm hic. §. si donator. versicu. si miles. & ff. de iniust. rupt. test. l. si quis filio. §. sed & si quis fuerit.* Est & alius casus secũdùm quosdã: *vt C. de sec. nup. l. fœmina. §. fi.* ¶ Sed de iure communi aliter est: *vt ff. de testam. l. eius, qui. §. j. & de iur. codi. l. conficiuntur. §. si post.*

a Et est ratio diuersitatis; quia substitutio exhæredati est simpliciter testamentum filij: ita vt non patris, à quo nullam quotã hæreditatis accepit. & ideò in alieno testamento legare non potest: secùs si ex eadẽ voluntate quotam hæreditatis haberet substitutus, & substitutioni locus esse posset: *vt hic.* Ang.

a Testari quibus casibus liceat dere alena.

Pupillaris substitutio potest fieri singulis pupillis, vel ei, qui vltimus morietur. Aret.

6. ¶ Vel singulis [n] liberis, vel ei, qui eorum nouissimus [o] impubes morietur, substitui [p] potest. Singulis quidem, si neminem eorum intestatum decedere voluerit: nouissimo, si ius legitimarum hæreditatum † integrum inter eos custodiri velit.

† quasi dicat, cùm substituitur ei, qui vltimò moriatur, si vnus præmoritur, eius portio defertur aliis fratribus: & hoc fit iure legitimo. sci. per leg. 12. tabul. *Aegid. Per.*

Pupillo substitutus dari potest certo, & proprio nomine, aut generaliter, his verbis: Quisquis mihi erit hæres: filio meo impuberi sit hæres. quo casu qui ex testatoris iudicio hæredes fuerunt, pro hæreditariis portionibus substitui videntur.

7. ¶ Substituitur autem impuberi aut nominatim [q]: veluti, *Titius hæres esto.* aut generaliter: vt *Quisquis mihi hæres erit* [r]. Quibus [s] verbis vocantur ex substitutione impubere mortuo filio illi, qui & scripti sunt hæredes [t], & exiterunt [u], & pro qua parte [x] hæredes facti sunt.

b Etiam vnica oratione: quod facit, vt si filia bus legentur centum pro qualibet, quibus sint coniunctæ: non tamẽ habent ius accrescendi: *vl. huiusmodi. §. quibus ita. ff. de leg. 1.* Angel.

Pubertate euanescit pupillaris substitutio: nec longiorem habet progressum, quàm in pubertatem vsque.

8. ¶ Masculo igitur vsque ad quatuordecim annos [y] substitui potest; fœminæ vsque ad duodecim annos: & si hoc tempus excesserint, substitutio [z] euanescit †.

† Contr. ibi per Raynutius. in Gio. super verbo, liberis, ante med. dicit, pupillare esse extra, de testament.

c Hoc facit ad materiam. *l. fin. C. de rei. di. Hadri. tol.* cuius beneficium datur hæredi scripto. Angel.

d Præsumitur ea affectio esse in substitutione, quæ offensa est in institutione.

Extraneo, & pubere filio post aditam hæreditatem directo substitui.

q ¶ *Nominatim.* sic *suprà, de exhæred. li. §. nominatim.*
r ¶ *Hæres erit.* subau. sit hæres filio meo.
s ¶ *Quibus.* scilicet generalibus verbis.
t ¶ *Hæredes.* scilicet partis.
u ¶ *Exiterunt.* scilicet ipsimet hæredes [c]. Nam secus si alij quærant; vt putà patri, vel domino. nam tales. scilicet parer, & dominus, qui sunt hæredes per filium, vel per seruum, ex his verbis generalibus non admittuntur ex substitutione. Idem dicas de hærede hæredis. *vt hæc notantur, ff. eo. l. cum filio. & l. qui liberis. §. hæc verba. & l. sequen.*
x ¶ *Pro qua parte.* prout enim dilexit testator eos, instituit æqualiter, vel inqualiter: sic [d] in substitutione præsumitur: *vt hic, & ff. eo. l. si pater. & supr. tit. j. §. & si ex disparibus.*
y ¶ *Vsque ad quatuordecim annos.* scilicet completos. nam pupilli esse desinunt: *vt suprà, quibus modis tutel. finitur. in princip.* Sed intra hos annos potest substitui: *vt ff. eodem. l. si ita quis. & l. qui plures.*
z ¶ *Substitutio.* scil. directa. si tamen aliqua verba inueniantur fideicommissi in testam. iure fideicommi. valebit: *vt Cod. de fideicom. l. si frater tuus.*

Per fidei

a Tu diligẽter expende hanc Glo. cuius contrarium not. *in l. verbis ciuilib. ff. de vul. & pup.* quæ vult quotiens substitutio directa fit, nunquam possit valere iure directo propter defectum personæ, quæ etiam fuit, vel cui fit sed obligatur iure fideicommi. quæ Glos. vera est. & hæc fal. tum præcedenti, secundũ Bartol. hic, & Ioann. de Pla. *Et vide Bart. in d. l. verbis substitutionis.*

b Nota quod substitutio cõpendiosa facta verbis communibus valet omni tempore vt fideicomiss. *& idẽ tenuit Glos. in d. l. precamur. & est opin.* licet aliqui dixerint quod intra tẽpora valeat iure directo: post tempora verò iure fideicom. & dicatis vt ibi. *Christo.*

QVIBVS MODIS testamenta,

Vsque nunc qualiter firmentur testamenta: nũc qualiter infirmentur: nam nihil est adeò firmũ, quod non rumpatur. in Auth. ti. de nup. §. nuptias. collatione quarta.

Testamẽtum.] Totus iste titulus diuiditur in quinque partes. Primò ponit qualiter testamentum tollatur agnatione sui hæredis nouiter adoptati. Secundò qualiter per secundum testamentum tollatur primum. Tertiò qualiter testamentum irritetur capitis demi. testantis. Quartò an voluntas solemnis possit tolli nuda voluntate testantis. Vltimò, quòd etiam Imperator non capit ex testameto imperfecto. Secunda ibi in §. *Posteriore.* Tertia ibi: *Alio quoque.* Quarta ibi, *Ex eo autem.* Quinta ibi, *Eadem oratione.* CASVS Domine, vos vultis tractare quibus modis infirmentur testamen. dicatis mihi primò, quamdiu valet testamentum rectè factum? Ad hoc respond. Amice, testamentum iure factum semper valet, donec aliquo modo rumpatur, vel irritum fiat. Sed quid domine, iam video quamdiu valet testamen. dicatis modò mihi, quando intelligitur testam. rumpi? Ad hoc respond. Amice, testam. propriè dicitur rumpi, quando in eodem statu manente testatore ipsius testa. vitiatur; vt patet in tali exemplo, Quidam fecit testa. solenne, & post testam. arrogauit Imperatoris rescripto quendam sibi in filium: aut fortè per prætorem aliquem sibi adoptauit secundùm tenorem nostræ cõstitutionis: nam in casu isto per arrogationem, vel per adoptionem istius filij, qui nec est exhæredatus, nec institutus, rumpitur testa. sicut rumperetur, si post factum testa. aliquis suus hæres testatori agnasceretur. Et hoc dicit vsque ad illum §. *Posteriore quoque.* Franciscus.

a ¶ Quæ ab initio valent iure ciuili, aut rupti, aut irriti vitio infirmantur. Iure prætorio per bonorum possess. contra tabulas rescinduntur. CVIACIVS.

b ¶ *Adoptauerit.* id est, arrogauerit.

c ¶ *Constitutionem.* putà auus est, qui adoptat: *vt C. de adop. l. cùm ex adoptiuis. & supr. de adopt. §. sed hodie.*

d ¶ *Rumpitur.* si autem eum priùs instituisset, non rumperetur, licèt posteà arrogaretur: *vt ff. de lib. & posthu. l. filio. §. fin.* Si autem fuit exhæredatus filius emancipatus, & posteà arrogetur, tunc nõ rumpitur: aut extraneus, qui posteà arrogatur: & tunc rumpitur: *vt ff. de contra tabulas. l. non putauit. §. si quis emancipatum.* ¶ Extraneum e autem nepotem accipe, qui nõ est suus hæres: cùm alius eum præcedat e aliàs frustra tunc exhæredaretur: *vt ff. de verbo. obliga. l. quidam cùm filium, & de lib. & posthu. l. si quis posthumos. §. si filium.* ADDITIO Et hæc vera, quando ante testamentum fuit facta exhæredatio. quid autem si in eodem, vel in vno testamento instituatur: in alio posteà simpliciter exhæredetur, aut si post ius quæsitum exhæredatio conferatur? vide Ang. hîc.

e ¶ *Quasi agnatione.* id est, sicut natiuitate alicuius posthumi: nã tunc certum est rumpi: *vt ff. de iniusto rupto testa. l. j. in fine. & l. iij. in princip. & l. certum* a. & hoc in masculi testamento: secùs in testamento fœminæ: *vt ff. de li. & posthu. l. Gallus. §. nunc de lege Velleia. in fi. §.* & est ratio, quia præteritio matris habetur pro exhæredatione: *vt supr. de exhære. libe. §. fin.* sed de inoffic. testa. agit talis posthu. *vt C. de inoffic. test. l. iij.*

Posteriore quoque.] CASVS Domine, iam video qualiter rumpitur testam. arrogatione, & agnatione sui hæredis: nunquid pluribus aliis modis rumpi potest? Et respond. Imperator quòd sic. nam certè primum testa. de iure factum rumpitur per secundum testam. iure factum, nec in hoc casu refert, vtrùm quis hæres extiterit ex secundo testamento, an non. Nam hoc solũ spectatur quãtũ ad hoc, vt per secundũ rũpatur primum: an aliquo casu ex secundo testamento existere potuerit: ideóque si quis in secundo testamento institutus aut repudiauerit hæreditatem, aut viuo testatore, aut post mortem eius antequàm adierit, decesserit, aut fortè deficiente conditione, sub qua fuit hæres institutus, esse non possit: in omnibus his casibus paterfamiliàs intelligitur intestatus decessisse. nam primũ testamentum non valet: quia ruptum est per secundum cum solennitate factum: & similiter secundum nullas vires habet, cùm ex eo nullus hæres extiterit. & ita nec valet primum, nec valet secũdum Et hæc dicuntur vsque ad §. *Sed & si quis.* Franc. de Are.

a Testamẽtum tamen ritè factum postea per ingressum monasterij nõ irritatur: sed regulatur secũdùm Authent. *si qua mulier. C. de sac. san. Eccle. dic vt per Ang. hic.*

b Hoc verum vbi fiunt ex interuallo: aliàs in eodem contextũ, & eisdẽ testibus possent duo originalia confici. *Io. Fab.*

c Sententiarũ in re eadẽ plurium, prima valet: *vt hic. ad de Gl. m l. si cum exceptione. § hæc autem actio. ff. quod metus causa.* Imò vtraque valet. *Glo. in l. 1. Co. quando prouocare.* Dic vtramque valere, si idem contineant: si diuersum, primam: *vt hic Gl. d An.* & quando non considerem us id, quod fit: sed id, quod esse possit.

c Tollitur id, quod plus est, per id, quod minus esse potest, si de eo negotio agatur, quod tacitè possit reuocari: secùs si agatur de actu solenni.

f Testamẽtum secundum an, quãdo, & quot casibus valeat, licèt ex eo hæres non existat.

QVIBVS MODIS testamenta infirmentur.

TITVLVS XVII.

Si quis facto testamento quempiam sibi seu in filium arrogauerit, vel ex suis descendentibus aliquem adoptauerit, protinus quasi sui hæredis agnatione, quod prius fecerat, rumpitur testamentum.

TEstamentum iure factum, vsque eo valet, donec rumpatur, irritúmve fiat a.

1. ¶ Rumpitur autem testamẽtum, cùm in eodem statu manẽte testatore, ipsius testamenti ius †vitiatur. Si quis enim post factum testamentum adoptauerit b sibi filium per Imperatorem, eum, qui est sui iuris: aut per prætorem secundùm nostram constitutionem c eum, qui in potestate parentis fuerit, testamentum eius rumpitur d quasi agnatione e sui hæredis.

†aliàs, vis.

Posteriore testamento, ex quo iure ciuili aliquo casu adiri potuit hæreditas, quamuis adita non fuerit, rumpitur prius testamentum.

2. ¶ Posteriore quoque testamento, quod iure perfectum est, superius rumpitur f: nec interest, extiterit aliquis hæres ex eo g, an non. hoc enim solum spectatur, an aliquo casu existere potuerit h. Ideóque si quis i aut noluerit hæres esse, aut viuo testatore, aut post mortem eius antequàm hæreditatem adiret, decesserit k, aut conditione, sub qua hæres institutus est, defectus sit: in his casibus paterfamiliàs intestatus moritur. Nam & prius testamẽtum non valet, ruptum à posteriore: & posterius æquè nullas habet vires, cùm ex eo nemo hæres extiterit.

Etiam posteriore ritè facto testamento, in quo in certis rebus quispiã casibus paterfamiliàs intelligitur intestatus decessisse. nam primũ testamentum non valet: quia ruptum est per secundum cum solennitate factum: & similiter secundum nullas vires habet, cùm ex eo nullus hæres extiterit. & ita nec valet primum, nec valet secũdum Et hæc dicuntur vsque ad §. *Sed & si quis.* Franc. de Are.

c Ruptum testamentum vti fiat adoptione, vel adrogatione

d Extraneus nepos quis.

e Intellige ex tranetitate, qua filius emancipatus, & sic nõ inepte exhæredatur: imò lex cõsuluit: *vt §. posthumorum. supr. de exhære. lib.* & ita bene sequitur in Gl. aliàs frustrà, &c.

f ¶ *Rumpitur.* hoc est verum secundùm quosdam, quando secũdum non concordat cum primo: aliàs durat primum: *vt C. de test. l. sancimus.* ¶ Sed certè hoc stare non potest. nam si valet secundum, non valet primum: cùm idem non possit duo testamenta facere: cùm ex secundo tantùm adeatur hæreditas b. Econtrà c in sententia. nam valet prima, non secunda ab eodem, & super eodem lata: *vt ff. de re iudicata. l. iudex.*

g ¶ *Ex eo.* s. posteriore testamento.

h ¶ *Existere potuerit.* Nota non considerari quod est; sed quod esse potest: *vt hic, & ff. de hæredi. instit. l. pater filio. & ff. de iniust. rupto testa. l. cùm in secundo. in prin. & §. in futurum.* Sed contrà, *ff. de liber. & posthumis. l. si filius.* Solut. ibi secundum testamentum non valuit, licèt ex eo non adeatur hæreditas. ¶ Item nota c quòd id, quod valet plus, rumpitur per id, quod minus valet: *sic ff. de adimen. legat. l. legatum sub conditione. §. j.* Argument. contrà, *ff. de rescindend. vendit. l. si id, quod. in princip. & §. fina.* dic vt ibi notatur in glo. j.

i ¶ *Ideoque si quis.* s. institutus hæres in secundo testamento. ¶ Et iste f ver. est exemplum quando valet secundum test. & non extitit ex eo hæres. & vide exempla.

k ¶ *Decesserit.* quare non transmittit nec olim, nec hodie ad hæredes: *vt C. de cadu. tollen. §. in nouissimo.*

Sed & si quis.] CASVS Domine, iam video qualiter rumpitur testamentum primum per secundum, licèt secundum testamentum non habeat effectũ: an pluribus aliis modis rumpi potest? Et respond. quòd sic. nam aliquando rumpitur primum per secundum: ita tamen, quòd vtrumque valeat: si primum valet iure fideicommissi non tanquam ex primo: sed tanquam ex secundo vt liquet in tali exemplo: Quidam fecit testamentum solem-

nitate obſeruata: poſteà fecit teſtamentum ſecundum ſimiliter cum debita iuris ſolemnitate: & in ſecundo teſtamento inſtituit hæredem in certis rebus: & cùm feciſſet ſecundum teſtamentum, adiecit; Volo quòd illud quod dixi in primo teſtamento, valeat. In caſu iſto dubitatur vtrum primum teſtamentum videatur ruptum per ſecũdum? Diui Seuerus, & Antoninus reſcripſerunt primum teſtamentum per ſecundum ſublatũ eſſe: licèt in ſecundo teſtamento hæres in certis rebus ſit inſtitutus. & verba cõſtitutionis prędictorum principum in hoc titulo inſeruimus: & ſunt verba conſtitutionis hæc; Imperatores Seuerus, & Antoni. Augu. Coccio Cãpano ſalutem; Dubitari non oportet teſtamentum ſecundo loco factum, licèt in eo in rebus certis hęres ſcriptus ſit, perinde iure valere, ac ſi certarum rerum mentio in ea facta non eſſet; ſed tanquàm hæres eſſet ſimpliciter inſtitutus. Veruntamen in hoc caſu hæres ſcriptus in ſecundo teſtamento debet eſſe contentus rebus ſibi in ſecundo teſtamento datis, ſi ſufficiant ad quartam totius. vel ſi non ſufficiant, ſuppleta ſibi quarta ex lege Falcidia tenebitur vi fideicommiſſi hæreditatem hæredibus ſcriptis in priore teſtamento reſtituere: & hoc propter hæc verba inſerta in ſecũdo teſtamento, quibus teſtator expreſſit vt prius teſtamentum valeret. Et his modis ſupradictis, videlicet arrogatione, & ſui hære. agnatione, & ſecundi teſtamenti conſtitutione, teſtamentum iure factum rumpi intelligitur, &c. Cætera, quæ in hoc titulo dicuntur, planiſſima ſunt.

a ¶ *Sed & ſi quis.* iſte §. *eſt lex, ff. ad Trebellianum. & incipit: Si quis priore.* ACCVRSIVS.

inſtitutus fuit, primum, cui hæres eſt vniuerſalis, tollitur teſtamentum: ſin autem ſecundis tabulis, vt priores quoque vim obtinerent, inſſerit teſtator: tunc qui ex re certa ſcriptus eſt, vniuerſam hæreditatem hæredi, qui priori inſtitutus eſt teſtamento, reſtituere tenetur.

3. ¶ Sed & ſi quis [a] priore teſtamento [b] iure perfecto, poſterius æquè iure fecerit: etiam ſi ex certis rebus [c] in eo hæredem inſtituerit; ſuperius tamen teſtamentum ſublatum eſſe, diui Seuerus, & Antoninus Auguſti reſcripſerunt. cuius conſtitutionibus verba & hic inſeri iuſſimus [d]; cùm aliud [e] quoque prætereà in ea conſtitutione expreſſum ſit: Imperatores [f] Seuerus, & Antoninus Auguſti Coccio Campano [g]. Teſtamentum ſecundo loco factum, licèt in eo [h] certarum rerum hæres ſcriptus ſit, perinde iure valere [i], ac ſi rerum mentio facta non eſſet: ſed teneri hæredem ſcriptum [k], vt contentus rebus ſibi datis, aut ſuppleta quarta [l] ex lege Falcidia [m], hæreditatem reſtituat his, qui in priore teſtamento ſcripti fuerant, propter inſerta verba ſecundo teſtamento, quibus vt valeret prius teſtamentum, expreſſum eſt [m]: dubitari non oportet. Et ruptum quidem teſtamentum hoc modo [n] efficitur.

Per capitis deminutionem teſtamentum propriè fit irritum. Et largo modo teſtamentum ruptum, vel iniuſtum dicitur irritum: & econtrà. Aret.

4. ¶ Alio quoque modo teſtamenta iure facta infirmantur: veluti cùm is, qui fecit teſtamentum, capite deminutus ſit [o]: quod quibus modis accidat, primo libro retulimus [p]. 5. ¶ Hoc autem caſu [q] irrita fieri teſtamenta dicuntur [r], cùm alioqui [ſ] & quæ rumpuntur, irrita fiant, & ea, quæ ſtatim ab initio non iure fiunt, irrita ſint. Sed & ea, quæ iure facta ſunt, & poſteà per capitis deminutionem irrita fiunt: poſſumus nihilominùs rupta dicere. Sed quia ſanè commodiùs erat ſingulas cauſas [t] ſingulis appellationibus [u] diſtingui, ideò quædam non iure facta [x] dicuntur, quædam iure facta rumpi [y], vel irrita fieri [z].

Capitis deminutione teſtatoris iure ciuili irritum ſit teſtamentum: quod tamen, ſi teſtator mortis tempore priſtinum ſtatum recuperarit, iure prætorio conualeſcit: & ex eo ſecundum tabulas bonorum poſſeſſio peti poteſt.

6. ¶ Non tamen per omnia inutilia ſunt ea teſtamenta, quę ab initio iure facta, per capitis deminutionem irrita facta ſunt. Nam ſi ſeptem teſtium ſignis ſignata ſunt [a], poteſt ſcriptus hæres ſecundùm tabulas teſtamenti bonorum poſſeſſionem agnoſcere: ſi modò defunctus & ciuis Romanus [b] & ſuæ poteſtatis [c] mortis tempore fuerit & poſtea reſtitutus.

a Teſtamento ſecundo priori ſtatim tollitur licèt in ſecundo voluerit teſtator primum valere. *l. hac conſultiſſima. §. ſi quis autem. Cod. de teſtamen.*

b Ex præfatione colligitur cauſa finalis diſpoſitionis; ideoque præfatione falſa, vitiabitur diſpoſitio: quia cauſa finalis vitiatã diſpoſitionẽ, ſi deficiat. *l. ſi. ff. de donat.*

a Appellationis ſententia ſecuta, vtrùm ex ea agatur, an verò ex prima ſententia. b Dic quod aut prima ſententia tẽporis lapſu cõfirmatur (vt potè quod appellatio deſideratur) & agitur ex prima. Aut confirmatur per ſecundam: & ex ea agitur: *Gl. in l. hæres. vbi Bart. Co. de appell.*

b ¶ *Priore teſtamento.* ¶ Nota hìc arg. pro [a] ſententia appellationis: vtrùm ex ea, vel ex prima agatur. Sed contrà arg. *Co. de donationib. inter virum, & vxorem. l. ex verbis.* Et ſimile poteſt notari *in l. pen. eiuſdem tituli.* b ACCVRS. ADDITIO Tu dic, quòd agitur ex prima in criminalibus. Idem in ciuilibus, ſi lapſu temporis ſit confirmata; putà quia eſt appellatio deſerta: aliàs & per ſecundam ſententiam, ſecundùm Ioa. Fab. agitur ex vtraque: ſed ſecundùm Angelum ex ſecunda, ex qua etiam agitur, ſi ſit cõtraria primæ.

c Inſtitutus in re certa nullo dato cohærede vniuerſali, habetur pro hærede, reiecta, ſeu non cõſiderata rei mentione.

c ¶ *Ex certis rebus.* quia totum [c] habet, licèt ex certa re ſit inſtitutus: & ideò rumpitur primum teſtamentum: *vt hic, & ff. de hæredibus inſtituendis. l. j. §. ſi ex fundo. in gloſ. inſtitutus.*

Et hoc verum quando in eodem teſtamento non eſt datus alius cohæres: aliàs haberetur loco legatarij, præterquam in querela inofficioſi teſtamenti: de quo dic vt per Angelum hìc.

d ¶ *Inſeri iuſſimus.* hoc titulo ſtatim.

e ¶ *Aliud.* ſ. quòd expreſſè confirmari poteſt primũ in ſecundo, & alia: vt patet in ſequentibus.

f ¶ *Imperatores.* ecce verba dictæ conſtitutionis. ACCVRS.

g ¶ *Campano.* ſ. reſcripſerunt ſalutem.

h ¶ *In eo.* ſc. ſecundo teſtamento.

i ¶ *Valere.* Accipe, dubitari non oportet, quod eſt infr. ACCVR.

k ¶ *Scriptum.* ſc. in ſecundo teſtamento.

l ¶ *Suppleta quarta.* ſ. ſi res ſibi datæ non faciant quartam.

m ¶ *Ex lege Falcidia.* Lex Falcidia eſt de legatis. Cæterum inducta etiam eſt conſtitutione Seueri in donationibus cauſa mortis: & SC. Pegaſiano in fideicommiſſis, & conſtitutione Antoni. in codicillis factis ab inteſtato. Hic locus indicat eam obtinere in fideicommiſſis. *Cuiacius.*

n ¶ *Expreſſum eſt.* Nam [a] teſtator voluit primum teſta. manere: & tamen nõ potuit, niſi de iure fideicom. ex tacita tamen voluntate, quæ ex ſecundo teſtamento percipitur, remanet primum [b]: vt ſi dicam in ſecundo, ideò inſtituo talẽ; quia mortuus eſt, quem inſtitueram in primo. nam ſi erraui, remanet primus hæres, & legata ex vtroque præſtantur; ſcilicet à primo hærede: *vt ff. de hæred. inſtit. l. final.* ADDITIO. Et ſic ex qualitate præfationis colligitur cauſa finalis ipſius diſpoſitionis: & tunc ab ea licitum eſt arguere. Ang.

n *Hoc modo.* ſc. tribus modis: per arrogationem, & agnationem: *vt ſuprà, eo. §. j.* Item & per ſecundi teſtamenti cõpoſitionem: *vt ſupr. eod. §. poſteriore quoque. vſque huc.*

o ¶ *Deminutus ſit,* licèt minima capitis deminutione: *vt ſupr. eo. §. non tamen. in fi. & ff. de iu. codic. l. conficiuntur. §. ſi poſt factum teſtamentum.* ſed contrà, *ſupr. de mili. teſta. §. penul.* ¶ Sed illud ſpeciale eſt in milite.

p ¶ *Retulimus.* vt *ſup. de capit. deminu.*

q ¶ *Hoc autem caſu.* ſcilicet cùm quis capite deminuitur.

r ¶ *Dicuntur.* ſcili. propriè.

ſ ¶ *Alioqui.* ſcili. ſi impropriè dicere velim, & largè.

c Primus caſus eſt quãdo ille, qui cognouit ſe hæredẽ ſcriptum, in teſtamento; teſtatorem inopia laborantem non aluerit: imò illum paſſus eſt fame necari. Secundus caſus eſt, quando it ſtatorem ab hoſtibus captum non redemit: tũc indignatione quadam hæredis, teſtamentum vnibus vacuatur, propterea quòd hæreditas ex eo non aditur, *ſecundùm Chriſtoph.*

d Hæc Gl cum duabus ſequẽtibus non ſunt Accur. ſed additiones.

t ¶ *Cauſas.* id eſt differentias.

u ¶ *Singulis appellationibus.* id eſt, propriis nominibus. *& facit, ff. de ſup. leg. l. Labeo. §. fin.*

x ¶ *Non iure facta.* [d] vt ſunt illa, quæ carent ſolemnitate teſtiũ. 2 Vel quoniam teſtator non habuit teſtamenti factionem, & fecit: vel quando filium in poteſtate conſtitutum præteriuit: *vt l. j. ff. de iniu. rup. teſta.*

y ¶ *Rumpi.* ſ. tribus modis: videlicet per arrogationem, per agnationem, & per ſecundi teſtamenti compoſitionem.

z ¶ *Irrita fieri.* vt per capitis deminutionem teſtatoris, vel quando hæres inſtitutus non adit hæreditatem: quia tunc teſtamẽtum conſtituitur irritum: *vt l. j. ff. de iniuſt. teſta.*

a ¶ *Signata ſunt.* & poſteà teſtator capite deminutus eſt.

b ¶ *Ciuis Romanus.* vt quando maximam, vel mediam capitis deminutionem paſſus fuerit & poſtea reſtitutus.

c ¶ *Suæ poteſtatis.* vt in minima. ACCVRS.

β ¶ *Et ſuæ poteſtatis* Hæc autẽ bo. poſſ. cum re futura eſt, ſi alius nemo iure legitimo hæres ſit, vt rectè Vlp. adiicit in frag. *eo. ti.* Idẽ quid ſit cum re, & ſine re, explicat rectè in ti. *de poſſ. dan.* vt iam inde appareat quid in *l. filiis, C. de inoffic. teſt.* hæc ſibi velint, bo. poſſ. cum re accipere, & in *l. poſthumus. ff. de iniuſt. teſt.* bonorum poſſeſſionem accipere, rémque obtinere. & in *l. 1. §. pen. ſi tab. teſt. nul. ext.* bonorũ poſſeſſores rem habituros. Res eſt hæreditas, aut bona. Ambroſ. *lib. ix. Epiſt. ad Clementianũ.* Sed ſunt hæredes ſine re. ſunt & cum re, & dicuntur hæredes teſtatore viuente, qui ſcripti ſunt, ſed ſine re.

Fuerit

a ¶ *Fuerit.*& aliquo indicio voluntatem primam retineat: *vt ff. de bonorum possession.secundum tabulas.l. qui ex liberis. §. testamento.*
b ¶ *Libertatem.*Imò etiam facto seruo testatore : vt quia capiatur ab hostibus,& ibi seruus moriatur. nam tunc valet testamẽtum:*vt supr.quibus non est per.facere test.§.fin.quæ est contra.* sed illud est propter fictionẽ legis Cornel. *vt ibi, & ff. de vul.substitut. l. lex Cornel.* ADDITIO. Et tunc quando impedimentum tollitur per viã fictionis, vt ibi : vel restitutionis in integrũ à principe : *vt l.si quis filio.§.penul. ff. de iniusto testat.* reconualescit testamentum etiam de iure ciuili, nisi quo ad relictum tali damnato factum,vel ipsius institutionem , secundùm Angel.hîc.
c ¶ *Non potest scriptus hæres.* Et hoc sanè casu nec fine re quidem dabitur à prætore bonor. possess.nam is,qui testatus est,mortis tempore, testamenti factionem non habuit, quod vtique semper in iure prætorio exigitur. CVIAC.
c ¶ *Secundum tabulas.* Nota quòd de iure ciuili nõ admittitur: cùm sit irritum testa.sed iure prætorio : quo inspecto non potuit infirmari, quod erat factum : cùm circa talia ius prætorisi non habeat vim:*vt infr. de bono. posse. §. quos autem.* ACCVRSIVS.
d ¶ *Solo.*bene dicit,*solo,* quia si plus interueniat, licèt non sit perfectum; secundum tamen quandóque rumpit primũ:vt in fine huius §.dicemus.
e ¶ *Noluerit.* s.dicendo hæc verba , nolo testamentum,quod feci, valere [a] .
β ¶ *Irrita fiant.* Et ideò ne fiscus admittatur,qui tunc solet admitti, cùm non infirmato testamẽto aut hæredem testator indignum dixit, aut eius tantùm deleuit nomen.*l.hæreditas.l.cũ quidã.l.cũ tabulis.§.vlt.ff.de his,quibus vt indig.* CVIAC.
f ¶ *Perfecta fuerint.* Imò quãdoque & si sint imperfectæ,secundæ rumpunt primò factas : *vt C.de test.l.sancimus. quæ est contrà.* Sed ibi tam ex cursu decennij,quàm [b] mutatione voluntatis illud euenit;nõ sola mutatione. ¶ Item contrà,*ff.de milit.testamen.l.eius militis.§. si militia missus.* Sed ibi primum erat minus solenne , iure communi inspecto:vnde facilè potuit rumpi. [c] ¶ Item contrà , *ff. de iniuf.rup.testa.l.ij.*sed ibi secundum licèt non sit perfectum iure communi;est tamen perfectum iure militari : vnde rumpit primum. ¶ Item contrà,*Co. de test.l.hac consultissima.§.si quis autem.* Sed ibi in secundo fuerunt instituti, qui & aliàs ab intestato successuri erant:vnde facilè rumpitur primum testamentum, in quo extranei sunt instituti,& faciliùs admittuntur venientes ab intest. *vt arg.ff.de vulg.& pupi.substitut.l.si filius,* ¶ Item contrà, *Cod. de testa.l.nostram.*& ad idem contrà,*ff.si ta.test.nulla ex.l.j. §. si hæres.* Sed in istis legibus plus fecerat testator vt rumperet primum: quia incidit,quod magis est , quàm si aliud testamentum facere voluisset:*arg.ff.de his,quæ in testa.delentur.l.ij.* ¶ Item contrà, *ff.de acquir. hæred. l. Claudius.* [d] Sed ibi non valet primum : non quia ruptum sit à secundo : sed quia hæres institutus in primo nõ adiuit ex eo hæreditatem:vnde non valet testamentum , quòd hæredem non habet:*vt ff.de his,quæ in test.delen.l.proximè.* nec potuit eam transmittere suo hæredi adeundam:*vt C.de cadu.toll.l.vnica, §.in nouissimo.* ¶ Item contrà,*C.de his,quib.vt indignis.l. hæreditas.* Sed ibi dixit talia verba , quòd hæres erat indignus , vel similia, quæ plus faciunt , quàm si simpliciter diceret nolle prius valere: vel quàm si secundum cœpisset facere: & ideò ibi receditur à primo. 2. Vel dic illud , quod hîc dicitur , esse verum de iure directo , vt non rumpatur primum , sed tamen auferatur ei hæreditas vt indigno : vt ibi, cùm hoc cogitauerit testator:*vt arg.ff. de condit. instit. l. quidam. in fin.*

Simplici,nudáque voluntatis expressione præcedens ritè factum testamentum minimè infirmatur:item posterioribus tabulis imperfectis,non fiunt irritæ priores perfectæ.

7. ¶ Ex eo autem solo [d] non potest infirmari testamentum, quod posteà testator id noluerit [e] valere:vsque adeò , vt & si quis post factum prius testamẽtum posterius facere cœperit,& aut morte præuentus , aut quia eum eius rei pœnituit , id non perfecerit : diui Pertinacis oratione cautum sit , ne aliàs tabulæ priores iure factæ , irritæ fiant [g] , nisi sequentes iure ordinatæ , & perfectæ fuerint [f] . Nam imperfectum testamẽtum sine dubio nullum est [g] .

Si quis idcircò principem hæredem scripserit,vt aduersario, cũ quo sibi lis erat,duriorem constitueret litigatorem , nulla est dispositio huiusmodi.

8. ¶ Eadem oratione expressit [h] , non admissurum se hæreditatem eius, qui litis causa principem reliquerit [i] hæredem: neque tabulas non legitimè factas , in quibus ipse ob eam causam [k] hæres institutus erat , probaturum [l] : neque ex nuda voce hæredis nomen admissurum [m] :neque ex vlla scriptura [†] , cui iuris auctoritas desit [n] , aliquid adepturum. Secundùm hoc diui Seuerus , & Antoninus sæpissime rescripserunt [o].Licèt enim(inquiunt [p]) legibus soluti [q] simus; attamen legibus viuimus [r] [†].

DE INOFFICIOSO testamento.

TITVLVS XVIIII.

Hac actione testamenta rescinduntur, & hæreditates petuntur. Vulgo autem dicitur,actio,accusatio,querela inofficiosi testamenti. Itémque petitio hæreditatis de inofficioso; vt in l.si quis filium. Cod.eod. l. penul.§.sed quemadmodum.ff. de bon. possess. contra tabul. *Dicitur & centumuirale iudicium. sed hæc appellatio communis est. nã omnis petitio hæreditatis cẽtũuirale iudiciũ est.* l.vlt.Co.de petit.hæred. *Paul.* lib.v.sent.xvj.*Restat igitur de inofficioso agi apud centum viros,* l.vlt.Co. de liber præter l.petitor.ff.de lib.leg. l. qui repudiantis.l. Titia. ff. de inofficioso testamento.*ideoque in* l.10. ff. eod. si pars iudicantium;*id est,Centumuirorum. Plinius* lib.v.Epist.*Post hoc ille cum cæteris scripsit centumuirale iudicium : id est, de inofficioso. Ille enim est Curiatius,qui à matre fuerat exhæredatus. Paulus μονόστιχον scripsit de centumuiralibus iudiciis,ex quo est* l.7.18.31.ff.eo.*Vnde etiam apparet actionem de inofficioso centumuirale iudicium esse.* CVIACIVS.

Liberi indebitè exhæredati , inofficiosi querela proposita , parentum possunt impugnare testamenta:quod ius parentibus quoque à liberis , exhæredibus factis competit: item fratribus,turpi s.persona instituta:reliquis autem cognatis non conceditur hoc querelæ beneficium.

QVia plerumque parentes sine causa liberos suos exhæredem non habet:*vt ff.de his,quæ in test.delen.l.proximè.* nec potuit eam transmittere suo hæredi adeundam:*vt C.de cadu.toll.l.vnica, §.in nouissimo.* ¶ Item contrà,*C.de his,quib.vt indignis.l. hæreditas.* Sed ibi dixit talia verba , quòd hæres erat indignus , vel similia, quæ plus faciunt , quàm si simpliciter diceret nolle prius valere: vel quàm si secundum cœpisset facere: & ideò ibi receditur à primo. 2. Vel dic illud , quod hîc dicitur , esse verum de iure directo , vt non rumpatur primum , sed tamen auferatur ei hæreditas vt indigno : vt ibi, cùm hoc cogitauerit testator:*vt arg.ff. de condit. instit. l. quidam. in fin.*
g ¶ *Nullum est.* Not. [a] nihil esse , quod perfectum non sit. *Co. de his, quibus vt indignis.l.cùm Syllanianum. in fin.* Sed contrà,*ff.quemadm.test. aper.l. y.§. testamentum.* Sed ibi abusiuè dicitur aliquid , quod non erat perfectum. Item contrà,*Co. de testa.l.hac consultissima. §. ex imperfecto.*Sed illud speciale est fauore liberorum,vt ibi dicitur: ficut & illud est speciale in illis,vt difficiliùs rumpat testator illud , in quo ipsi instituti sunt : *vt in Auth. de test.imper.§.pen.coll.vij.*
h ¶ *Expressit.*scil. diuus Pertinax.
i ¶ *Reliquerit.* scilicet in solemni testamento: quod facit, vt duriorem faciat aduersarium suis aduersariis [b] : quæ institutio est odiosa,& inuidiosa:*vt ff.de hæred.instit.l.pen.*
k ¶ *Ob eam causam.*sci. litis. nam si legitimas nõ probat,scilicet princeps:multò minus probabit non legitimas. ACCVRSIVS.
l ¶ *Probaturum.* id est com mendaturum.
m ¶ *Admissurum.*id est nisi solemniter fit institutus, nollet etiam nomen hæredis habere. ACCVRSIVS.
n ¶ *Auctoritas desit.* vt quia aliquid desit , propter quod testamẽtum non valet : cùm multa sint in eius factione necessaria:*vt supr. de testa. §.j.& ij.*
o ¶ *Rescripserunt.*vt Co. *de testa.* [c] *l.ex imperfecto.* [d]
p ¶ *Inquiunt.*Imperatores.
q ¶ *Soluti.*vt *ff.de legi.& senatusc on.l.princeps.& facit.ff.de iure fis. l.fiscus.j.§.fin.*
r ¶ *Viuimus.*id est viuere volumus:*vt hic,& Cod.de leg.& consti. prin.l.digna vox.& facit.ff.de leg.x.ij.l.quod principi.& l.seq. & ff. de leg.iij.l.ex imperfecto.& ff.de inoffi.test.l.Papinianus §.si Imperator.* ADDITIO. Imò contra fiscum in dubiò est ferenda sententia,si causa sit merè lucratiua:aliàs secùs, vt hîc. Angel.

DE INOFFICIOSO TESTAMENTO.

Qualiter ipso iure testamenta infirmentur suprà titul. j.dictum est: Nunc autem qualiter officio iudicis:id est per sententiam iudicis intenetur querela inofficiosi testamenti.

Via plerumque.] Totus [c] iste titulus diuiditur principaliter in duas partes. ¶ Primò ponit quibus personis competat querela. ¶ Secundò , quando querela cesset. Secunda ibi

† q.d.si testamentum est imperfectum, valet, etiam si princeps sit in eo institutus, *secundum Alc. de Imo.* Aegid. Per.
† Quia nihil tam proprium est imperij, quàm legibus viuere:*vt dicitur in d.l.* Aegi. Per.
a Imperfecta pro nullis habentur.
b Et ita in dubio præsumitur propter fisci extremam potestatem: secus in priuato; *vt l. ex hoc. §.sed & hæredi. ff.de alim. mu. cau.fact.* Ange.
c *Concord.c.1.in glo. super verbo, ab omnibus. in fin.extrà de constitu.*
d Imò est Alexander Imperator; *vt d.l. his ciuata.*
e Diuisio.

a Nisi declaret voluntatem suam in actis coràm testibus, & post lapsum decennij.*l.sanctimus.Co. de testamentis.*
b Faciliùs tollitur actum subnixum iure singulari , quàm iure communi: & causam intestati assumentem naturam testati validiorem esse, & potẽtiorem esse actum facti, quàm verbi hinc colligit Porcius.
c Vel dic illũ casum nõ esse proprie exceptum à regula,quia hic primum erat validum de iure communi: sed ibi primũ erat validum iure speciali ex privilegio. *Angel. d.Aliat*, Clodius.

ibi; *Sed hæc ita.* Item prima subdiuiditur. Nam primò de querela descendentium contra testamenta ascendentium. Secundò econtrà de querela ascendentium contra testamenta descendentium. ¶ Tertiò de querela collateralium. ¶ Quartò, quòd querela est remedium subsidiarin. Secunda ibi; *Non autem.* Tertia ibi; *Soror.* Quarta ibi; *Tam autem.*

GAIVS Domine, vos vultis tractare de querela inofficiosi testamẽti: dicatis mihi, si placet, quare querela inofficiosi testamẽti fuit introducta? Ad hoc respõ. Amice, ideò fuit introducta quia plerũque parẽtes ex linea paterna in testamẽto instituũt hæredes, & liberos suos sine iusta causa exhæredant: vel etiam ex linea materna prætereunt: idcircò in subsidiũ liberorũ introducta fuit querela inoff. test. vt liberi, qui conqueruntur se à parentib. sine iusta causa exhæredatos, aut iniquè præteritos, per querelam inofficiosi testamenti parẽtum suorum testamentum, in quo iniustè à beneficio suæ successionis exhæredati sunt, aut ex linea materna præteriti, possint expugnare, & eo modo hereditatem scriptis hæredibus auferre. Et sub hoc verborum colore querelam proponent, quasi insanæ mẽtis fuissent parentes cùm ordinarent testamentũ. Non autem dicent patentes fuisse furiosos eo tempore quo fecerunt testamentum; sed rectè quidem fecerunt testamentum; officium tamen pietatis circa sanguinem suum omiserunt, liberos suos sine iusta causa exhæredando, vel prætereundo, & instituendo extraneos. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *Non autem liberis.* in quo Imperator determinat quibus competit querela inoffic. testam. & plana est littera vsque ad illum §. *sed hæc ita accipienda.* in quo Imperator determinat qualiter quis excluditur à querela inoffi. test a. Et hæc similiter plana est vsque ad illum §. *si tutor.* Ad cuius euidentiam notandum est, quòd qui semel approbat testamentum agnoscendo aliquid ex illo testamento: posteà idem testamentum reprobare non potest. & similiter in casu cõtrario, qui scilicet reprobat testamentum, in tentando querelam inoffi testa. approbare, vel aliquid ex eo petere non potest. His breuiter prænotatis, pone casum sicut ponitur in apparatu. Cætera quæ dicuntur, plana sunt vsque in finem tit. Francisc. de Aret.

a ¶ *Exhæredant, vel omittunt.* Satis erat dicere, exhæredant: nam & omissis tantùm eis datur hæc actio, qui pro exhæredatis habentur. cæteroquin omissis hæc actio non datur. Verùm nonnunquam instititutis etiam hæc actio datur, vt putà si exhausta sit hæreditas nec legi Falcidiæ locus sit. *l. Papinianus. §. iiij. ff. eo. tit. Paulus lib. 4. sen. ti. 5.* CVIAC.

a ¶ *Exhæredant.* hoc refertur ad eos, qui ascendunt per lineam masculinam [a], & fœmininam: sed sequens clausula respicit tantùm fœmininam.

b ¶ *Vel omittunt.* hoc tantùm ad fœmininam [b] lineam refertur. Nam illarum præteritio pro exhæredatione habetur: *vt supr. de exhæred. lib. §. mater.* ¶ Si autem aliquis de linea masculina omitteret filium in potestate, nullum ipso iure esset testamentum. si emancipatum filium omitteret, valeret: sed per contra tab. rumpitur: *vt supr. de exhæred. lib. in prin. & §. emancipatos.* hodie etiam emancipatus præteritus potest dicere nullum ipso iure: *vt supr. de exhær. li. §. nostrã. aliàs §. sed hæc quidem. & C. de li. præt. l. maximum.* ACCVRSIVS. ADDITIO. Quod est versũ, si sine legitima causa sit facta præteritio, aliàs contra tab. habet locum secundùm communem opin. *Ang.*

c ¶ *Agere possint.* sc. ab adita hæreditate intra quinquennium [c]: *vt C. eo. l. scimus. §. fi. & l. si quis filium. in fi. & ff. e. l. Papinianus. in fi. & Co. in quib. cau. in integ. restit. non est necess. l. y.* Et hoc proposita quadam petitione ad hoc vt testamentum rescindatur: quæ non est actio prorsus, nec accusatio: sed mediũ tenet, & quandóque actio: quandóque accusatio dicitur: sed propriùs dicitur querela: *vt not. ff. eo. l. posthumus. §. si quis ex personis. in glo. j. & glo. si quis. in fi.*

d ¶ *Qui.* sc. liberi.

e ¶ *Queruntur.* id est, conqueruntur.

f ¶ *Se exhæredatos.* à qualibet linea.

g ¶ *Præteritos.* ab aliquo de linea fœminina.

h ¶ *Hoc colore.* id est, hac honestate verborum.

i ¶ *Nullũ testamentũ.* vt s. *quib. non est permis. fa. test. §. item furiosi.*

k ¶ *Liberorum parentibus.* s. est permissum accusare filiorum testamentũ, quãdo sunt ab eis exhæredati. & hoc accipe in filio pagano non emãcipato: aliàs [a] si esset miles, nõ subiiceretur querelæ: *C. eo. l. fi. in fi.* Item si esset in potestate, testamentũ ipso iure non valeret: *vt s. qui. non est permis. facere testam. in prin.* & facit, *ff. eo. l. nam & si parentibus.*

l ¶ *Soror autem, & frater.* Hoc accipe in consanguineis, & vterinis, vel consanguineis tantùm [b]: nam vterini non possunt: *vt C. e. l. fratres.*

¶ Et no. quòd duo [c] dicit iste §. primum, quòd frater, & soror possunt agere querela: secundũ, quòd hoc verũ est: quãdo turpes personæ instituuntur hæredes.

m ¶ *Turpibus.* s. infamibus ipso iure, vel per sententiam, vel etiam de facto. ADDITIO. Et talis infamia [d] iuris vel facti etiam excludit à querela: *vt l. in arena. Cod. eod.* Ang.

n ¶ *Prælati sunt.* id est admissi sunt. & tũc turpibus personis, ablatiui sunt absoluti. i. Vel dic prælati sunt. i. præpositi turpibus personis, datiuè legendo,

o ¶ *Non ergo.* hoc refertur ad primum responsum: vel potiùs ad secundum. ACCVRS,

p ¶ *Possunt.* scilicet de iure.

p ¶ *Vltra.* hoc ad secundum, vel potiùs ad primum, si rectè inspiciatur series textualis.

r ¶ *Agentes vincere.* s. etiã de facto agentes non vincerent. melius ergo facerent, si se sumptibus inanibus non vexarent. *vt ff. eo. l. j.* Sed cõtrà, *ff. eo. l. posthumus. §. si quis ex his.* Sed ibi nemo repulit agentem: repelli tamen potuit: *vt hic.* ¶ Sed an [e] filij fratrum agãt? Videtur ex hac litera excludi. Sed cùm hodie vocentur ab intestato, & fratribus æquiparentur: fortè & ipsis querela datur: *vt in auth. de hæred. ab intest. ve. §. reliquum. & in auth. vt fratrum filij. §. j. coll. ix. quæ est in C. de legi. hæred. auth. cessante. & arg. ff. de inoffi. test. l. posthumus. in prin.* Sed respondent quidam, quòd non admittũtur ad querelam: & tamen vnà cum eo, qui potest agere, admittuntur ab intestato: *vt C. de inoffi. testa. l. fratres. Cod. communia de succ. auth. itaque.* Vel posset responderi quòd admittuntur iure diuerso. nam frater agit querela, & rumpit: & filius alterius fratris cùm sit ruptum testamentum, admittitur ab intestato. ACCVRS.

ADDITIO Si autem esset solus, à querela excluderetur. Ang.

f ¶ *Naturales.* sc. & legitimi: nam naturales tantùm non agunt in bonis patris: sed matris: *vt ff. eo. l. si suspecta. §. j.*

t ¶ *Diuisionem.* vt ab auo paterno, vel materno.

u ¶ *Adoptati.* i. arrogati, qui habent quartam ex constitutione diui Pij: *vt ff. eo. l. Papinianus. §. si quis impubes* [f]. Item adoptati, si auo paterno dati sunt: *vt C. de adop. l. cùm in adoptiuis. & supr. de adopt. §. sed hodie.* & hoc prædixit.

x ¶ *Partem.* s. quartam. si autem minus, tunc ad supplementum agitur: *vt infr. §. prox.*

y ¶ *Veniunt.* i. venire possunt; vt iure legati, vel donationis: *vt j. eo. §. pe.* vel quia eorum filij, vel serui sunt instituti: *vt ff. eo. l. nihil.*

z ¶ *Posthumi.* Posthumi sui; vt filij de inoffic. testa. patris: Posthumi legitimi, vt filij de inofficioso testam. matris, fratres, nepotes ex filia. Posthumi cognati: vt nepotes ex filio concepti post emancipationem: Posthumi ergo non sui tantùm: sed etiam alieni. *l. posthumus. l. Papinianus. §. si ex causa. ff. eo. tit.* CVIACIVS.

z ¶ *Posthumi.* sc. exhæredati. nam si præteriti, ipso iure rumpitur testamentum; *vt supr. de exhæred. lib. § posthumi.* sed hodie non possunt exhæredari: *vt C. eo. l. si quis in suo. § legis.*

a ¶ *Sed hæc.* hoc refertur ad suprædicta à principio vsque huc.

b ¶ *Testamento.* scil. iure institutionis & cùm testamentum facit: *vt in auth. vt cùm de app. cog. §. aliud. collat. viij.* Sed si aliam voluntatem facit, sufficit quoquo relinquatur tit. *vt in authent. de trien. & semis. §. j. coll. iij.*

c ¶ *Constitutio.* vt C. *eo. l. omnimodo.* ACCVRS.

d ¶ *Eis.* sc. exhæredatis, vel præteritis.

γ ¶ *Id, quòd deest.* Instituto filio supplendum est id, quod Falcidiæ deest: & hoc Paul. scribit *lib. iiij. sentent. tit. de inoffi. que.* Æquè exhære

---

Querela inofficiosi non habet locum: vbi competit aliud remedium.

2. ¶ Tam autem naturales [f] liberi, quàm secundùm nostræ constitutionis diuisionem [t] adoptati [u], ita demùm de inofficioso testamento agere possunt, si nullo alio iure ad defuncti bona venire possint. Nam qui ad hæreditatem totam, vel partem [x] eius alio iure veniunt [y], de inofficioso agere nõ possunt. Posthumi [z] quoque, qui nullo alio iure venire possunt, de inofficioso agere possũt.

Cessat querela, vbi aliquid relinquitur: quia tunc ad supplemẽtũ agitur.

3. ¶ Sed hæc [a] ita accipienda sunt, si nihil eis penitùs à testatoribus testamento [b] relictum est; quod nostra constitutio [c] ad verecundiam naturæ introduxit. Sin verò quantacunque hæreditatis pars, vel res eis fuerit relicta: de inofficioso querela quiescẽte, id quod eis [d] deest [γ], vsque ad quartam

a Querela non datur aduersus testamentum filij militis.

b Dummodò sint ex legitimo matrimonio nati: aliàs secus, etiamsi per rescriptum principis essẽt legitimati. Ité procedit ista text. siue sint exhæredati, siue prætereuntur dumodò legitimam in totũ, vel in parte non habeant; quia tunc agit ad supplementum: *vt hic per Ang.*

c Querela aduersus testamẽtum fratris, sitri competit, turpi persona à fratre testamento instituta.

d A querela excludit ſicti etiam infamia.

e Filiisfratrum querela competere videtur, ſi turpis persona ſit inſtituta à patruo. Contrariũ ſentit Acc. *in l. fratres. C. eod.* Idem tenet Hoſtien. *in ſumma de teſtam. §. qualiter. verſ. ſed numquid filo.* Bartol. *Nou. i. in prin. num. 14.*

f Hæc expoſitio eſt mala: quia arrogatis conſulitur alio remedio; ſcilicet per conditionem ex lege, *vt ibi & l. ſi arrogatus. ff. de adop. igitur, &c.*

g Cuius beneficio plenius ius conſequuntur, quàm legati, propter accreſcendi ius, quod habent in teſtamento etiam ex certa parte, vel re, quod habent legatarij *iuxta ea, quæ tractantur in l. quotiens. de he. inſtit. Cod. in Glo. vlt. vt hoc ne ſcit Bald. & Ia. de Are.*

h Tanquàm lij interdum aliquid age poſſumus, vt nos, ac ipſimet non poſſumus. de quæ ſcri in *l. ſi pater. de adopt.*

c Quarcæ ſ plementi ac introducta Iuſtiniano. *Igitur* par cula inceꝑ ua, interd illatiua.

---

a Pone caſ. de Tertio filio Tertij apud Vale. Maxi. *libr. 7. de teſt. reſcif. §. Co. autem.*

b Pone caſum de Septitia, & eius filiis, apud eundẽ Va. Ma.

c Supplementum autem legitimæ etiam præparatum tranſmittitur, & durat 30. an. ſecundum cõmunem opin.

Pietas ænim: vt inquit Cic. eſt, per quam ſanguine coniunctis, patriæque benevolis officium, & diligens tribuitur cultus. Quid igitur à pietate alienius, quàm liberos proprios: hoc eſt, ſua ipſius viſcera negligere?

Pone caſum de Vitellio lenone apud Va. Maxi. *l. 7. tit. 7.*

Pone caſum in filio Teren. qui patrem ex hæredauit: ſed Pius vrbis præfectus contra ſuum iudicauit: eum autem mouit patria maieſtas, donum vitæ, & beneficiũ educationis: vt ait Valer. Maxim. *eo. & infr. eod. §. verſi. ſocer.*

exhæredato, si minus quarta relictum sit, ex constit. Iustiniani supplenda est quarta: quod tamen videtur Vlpiano Tribonianus attribuere in *l. si non mortu. ff. eod.* olim verò necesse erat id adiici in testamento. *l. 4. C. Theod. eod. tit.* CVIAC.

a ¶ *Quartæ legitimæ partis.* Legitima pars debetur ab intestato. Quarta legitimæ partis ex testamento. Est igitur quarta legitimæ portionis portio, quæ (vti credo) exemplo legis Falcidiæ inducta, & definita est: ideóq; & Falcidia dicitur passim. Eã verò Iustinianus mutauit in trientem, vel semissem, pro numero personarum: ideóque si duo sint filij, sextans singulis relinquendus est: id est, triens legitimæ partis: si sex, vncia: id est, semis legitimæ partis: denique omnibus quadrans ex iure antiquo, & triens, vel semis omnium bonorum ex iure nouo relinquendus est: singulis quadrans, vel triens, vel semis legitimæ partis, quibus etiam constat. si aliquis ex eis institutus sit, ab eo partem fieri. Auxit porrò Iustin. eorum omnium portionem, qui de inofficioso agere possunt, vt ipse testatur in Nou. xviij. quod à Græcis interpretibus, deinde porrectum est non malè ad legem Falcidiam, & ad ea, quæ exemplo legis Falcidiæ inducta diximus titulo superiùs proximo. CVIAC.

legitimę partis [c] repleatur: licèt fuerit adiectum [a], boni viri arbitratu debere eam compleri.

Qui officij necessitate coactus legatum ex eo, in quo exhæres factus fuerat, testamento petijt, non prohibetur illud inofficiosi querela impugnare: è regione etiam qui impugnauit, legato sibi in eo testamento facto minimè priuabitur.

4. ¶ Si tutor [b] nomine pupilli, cuius tutelam gerebat, ex testamento patris sui legatum acceperit, cùm nihil erat tutori relictum à patre suo, nihilominùs [c] poterit nomine suo de inofficioso patris [d] testamento agere.

5. ¶ Sed si econtrariò [e] pupilli nomine, cui nihil relictum fuerat, de inofficioso egerit, & superatus est: ipse tutor, quod sibi in testamento eodem legatum relictum est, non amittit.

Sufficit quòd filius habeat vnam quartam quoquo relicti titulo ad hoc vt excludatur à querela, siue sit vnus, siue plures. Aretinus.

Nouissimo tamen iure institutionis titulo legitimam relictam esse operæpretium est.

6. ¶ Igitur quartam [f] quis debet habere, vt de inofficioso agere non possit, siue iure hæreditario [g], siue iure legati [β], vel fideicommissi, vel si mortis causa ei quarta donata fuerit, vel inter viuos [h]: in his tantum modò [γ] casibus, quorum nostra constitutio mentionem facit, vel aliis modis [i], qui in nostris [j] constitutionibus continentur. Quod autem de quarta diximus [k], ita intelligendum est, vt siue vnus fuerit, siue plures, quibus agere de inofficioso testamento permittitur, vna quarta eis dari possit: vt ea pro rata eis distribuatur: id est pro virili portione [l], vt imputentur, ab Iustiniano effectum non est. CVIAC.

a ¶ *Non fuerit adiectũ.* vt C. *eodem. l. scimus. in princ.*

b ¶ *Si tutor.* testator extraneum instituit, & filium exhæredauit, & cuidam pupillo existenti in tutela filij sui legatum reliquit: quod petit filius nomine pupilli sui: nõ tamen ideò repellitur à querela suo nomine. Sed cõtrà. *ff. eo. l. fi. j. resp.* Sed ibi certè aduocatus, vel procurator sponte faciebat, cùm [a] illa officia sint spontanea: *vt ff. mand. §. mandatum.* at hîc etiam ex necessitate: quia tutela ex necessitate suscipitur: *vt ff. de tuto. & cura. da. ab his. l. necnon.* & necessariò geritur: *vt ff. de adm. tut. l. j. in prin.*

c ¶ *Nihilominùs.* nam videbatur paternum iudicium approbasse: & sic non posse posteà querela agere: sed tamen nihilominùs potest, vt hîc dicit.

d ¶ *Patris.* scilicet ipsius tutoris, imò erat exhæredatus. Accur.

e ¶ *Sed si econtrariò.* hîc testator filium suum pupillum exhæredauit, & tutori, quem ipsemet pater filio dabat, legatum dimisit. licèt ergo agat de inoffi. nomine pupilli, & succumbat: tamen ad legatum admittitur. ¶ Et ita not. arg. [b] ex hoc, & superiori responso, quod quis agit aliquid interdum non vt ipse: sed vt alius. simile, *ff. de ad adopt. l. si pater. §. qui duos. & ff. eo. l. si is, qui. §. si hæres. & l. aduersus. §. j. & C. de admi. tuto. l. cùm quadam. & ff. de compen. l. pen.* C. *de dolo. l. j.*

f ¶ *Igitur quartam.* Contrarium formatur ex eo, quod habes *suprà, eo. §. sed hæc ita.* vbi dicit, etiam si minus quarta habet, non agi in nostris querela: sed ad complementum. Sol. hîc loquitur ante Iustinianum: *vt* C. *eo. l. cùm quæritur. & ff. eo. l. Papinianus. §. quoniam autem quarta.* arg. suprà, secundùm Iustiniani tempora [c], *per l.* C. *eo. l. omnimodo.* ¶ Et illud, *igitur*, quod est hîc, ponitur incœptiuè, [d] non illatiuè: *sic ff. de iustitia & iure. l. ius ciuile. §. hoc igitur.* Vel lege illatiuè ex eo, quod habes *suprà eod. §. an autem. in fin.*

β ¶ *Siue iure hæreditario.* Idem in *l. omnimodo. C. eod. & in No. cxxxij. xviij.* Cæterùm ex Nou. *cxv.* quarta non excludit querelam: sed elogium in testamento adscriptum, & comprobatum ab hærede, quod non ideò Iustinianus constituit, vt iure hæreditatio relinquatur: sed ne cuiquam frustrà apponatur exhæredationis nota. Eadem Nouella tolluntur iura, quæ dictant actione de inofficioso omni ex parte testamentum rescindi: namque Iustin. solam institutionem rescindi putat oportere. & hoc est, quod dicitur, *Ex causa præteritionis vel exhæredationis, &c.* quod de ea præteritione accipiendum est, quæ vicem exhæredationis obtinet: nam si pater filium præterierit, nihil in eo testamento scriptum valet. si tamen rescindatur per bonorum poss. contra tabul. libertates quidem, & legata non debentur, nisi exceptis personis: at secundæ tabulæ valent, & quæ in eis sunt relicta legata, à Prætore conseruantur. Ius enim prætorium, quàm ius ciuile benignius est. CVIAC.

g ¶ *Iure legati.* Sed hodie iure institutionis, si facit testamentũ, *vt in Auth. vt cùm de appel. cog. §. aliud. coll. viij.* [a] Si verò alia sit voluntas, sufficit quoquo relicti titulo: *vt in Auth. de trien. & semis. §. j. coll. iij.*

h ¶ *Inter viuos.* sc. data ea conditione, vt hæc donatio inter viuos, in quartam computetur [b]: *vt* C. *eo. l. si quando. §. generaliter.* & hîc subiicit.

γ ¶ *In his tantummodo.* Nõ dicit in eo casu, sed in his casibus. puto intelligi duos casus. *l. pen.* C. *de collat.* quibus donationem inter viuos non tantùm conferri opinor, sed etiam in quadrantem imputari. Bene autem mentionem facit. nam alterum casum Iustin. non induxit. *add. l. si quando. §. generaliter.* C. *eo. & l. si non mortis. ff. eod.* CVIAC.

i ¶ *Aliis modis.* vt dotis causa, & donationis propter nuptias: *vt* C. *de inoffi. testa. l. quoniam nouella.*

j ¶ *Vel aliis modis, qui in nostris.* Vcte. lib. non habent, *in nostris*, quod rectum est: nam dos, vel donatio propter nuptias de quibus hoc in loco agitur, quæ olim in quadrantem non imputabantur. *l. 1. & 2. C. Greg. de inoffic. test.* nunc

k ¶ *Diximus. vt suprà proxi. §.*

l ¶ *Pro virili portione.* vt scilicet quilibet habeat quartam huius partis, quam habiturus erat ab intestato. *vt* C. *eo. l. parentibus. & l. cùm quæritur.* hoc tamen est hodie iure authenticorum mutatum. scilicet vt tertia detur, si sunt quatuor, vel pauciores. Si verò plures sunt filij exhæredati, habent dimidiam: *vt in Authen. de trien. & sem. §. j. coll. iij. quæ est C. eo. Aut. nouissima.* [c] Vnde versus [d]:

Quatuor, aut infrà, dant natis iura trientem:
Semissem verò dant natis quinque vel vltrà.

¶ Et not. in fine huius tit. quod quidam dicunt hûc titulum hodie non habere locum, nisi inter fratres turpibus personis hæredibus institutis: & hæc fuit sententia M. *per Authen. quæ est, C. de libe. præteri. vel exhære. Auth. non licet. & Auth. ex causa.* Sed nos dicimus quod habet locum vt olim: quod plenè diximus in Auth. *vt cùm de appel. cogn. §. aliud. coll. iij. in glo. nominatim. in fi. & d. Authen. ex causa.* nisi quod quædam capitula in d. Authen. circa querelam sunt innouata: vt quia olim non transmittebatur ad hæredem etiam suum, nisi esset præparata: *vt ff. eo. l. posthumus. §. fin. & l. seq.* hodie sic ad suum hæredem: *vt* C. *eo. l. scimus. in fin.* Item olim quarta dabatur, hodie triens, vel semis, vt dictum est. Item olim filij se gratos esse probabant: hodie hæredes probant ingratos: *vt* C. *eodem. l. omnimodo. in glo. arguantur.* Item not. hunc tit. loqui de gratis filiis. si enim essent ingrati, nihil teneretur pater eis dimittere: *vt in auth. de hære. & Falc. §. exhæredates. coll. j. in glo. iustè. ibi, vt quia. & in Auth. de immen. do. in. filios. §. hæc itaque.* ¶ Et sunt [e] causæ ingratitudinis xiiij. quibus filij exhæredantur: & vij. quibus pater à filiis: *vt in Auth. vt cùm de appel. l. cog. §. causas. & §. & hoc prædiximus.* Et tres, quibus frater à fratre: *vt in Authen. de nupt. §. ingratitudinem.* ACCVRS.

ADDITIO. Istæ omnes causæ facilè habentur per hos versus: Bis septem causis exhæres filius esto. Si patrem feriat, vel maledicat ei: Carcere detrusum si negligit, ac furiosum: Criminis accuser, aut paret insidias. Si dederit grauia sibi damna, nec hoste redemit. Testari prohibet, aut dat arena iocum. Si prauos sequitur, vel amat genitoris amicam: Non orthodoxus, filia quando coit. Sed pater ex septem, si nati spernet honorem: Hunc accusabit, dira venena dabit. Testari vetat, aut vxorem diligit eius: Non redimit captum: dum furit, odit eum, Pellitur à fratre frater causis tribus: vt si Arguit hunc sceleris, vel ei vult tollere vitam: Vel si iacturam rerum sibi mouerit vnquã.

ζ ¶ *Portione quarta.* Sic rectè legitur, *quarta*, Et sensus hic est: diuidi inter eos quartam omnium bonorum pro rata earũ partium, quas ab intestato habituri essent, ita vt virilis singulorum portio sit quarta legitimæ partis. Sic igitur pro virili diuiditur, & pro rata, siue ἀναλόγως diuiditur. sic *in l. j. C. vnde lib. & l. si socer. in fin. ff. solut. matr.* CVIAC.

a Legitima liberis hodie relinquenda iure institutionis, si fiat testamentum: quoquo relicti titulo, si non fiat testamentum.

b Quod est verum etiam in legitima, quæ debetur parentibus, & an sit necesse quod expresè relinquatur iure institutionis, an sufficiat relinquere pro legitima, vel Falcidia: *vide Angel. hîc.*

c Quod satis videtur exprimere, si dixit, dono tibi hoc pro parte tua: *argum. l. peto. in prin. ff. de leg. 2.* Et est ratio huius Glo. quia legitima debetur ex bonis quę reperiũtur mortis tẽpore: in quibus non reperitur hæc donatio: cùm iam in vita patris patrimonium perfectè exiuerat. *Ang.* d Idem in quarta debita parẽ tibus: secùs in debita fratribus. An autem portio vnius filij incapacis accrescat alij: vide Ang. hîc, e Exhæredare pater filiũ potest 14. casibus: filius patrẽ septẽ: frater fratrem, tribus.

a Aduocati, & procuratoris officium est spontaneum.

b Tanquàm alij interdum aliquid agere possumus, qđ vt nos, aeque ipsimet non possumus. vide quæ scripsi in *l. si pater. ff. de adopt.*

c Quartæ supplementi actio introducta à Iustiniano.

d *Igitur* particula incœptiua, interdum illatiua.

DE HÆREDVM QVALITATE, & differentia.

Quia hæredes, de quibus suprà dictum est, diuersi sunt, ideò de eorum differentia, & qualitate: id [a] *est differenti qualitate videamus.*

ACCVRSIVS.

Æredes.] Totus iste not. titu diuiditur principaliter in duas partes. Primò ponit regulam, quòd hæredum sunt tria genera. Secundò illa genera prosequitur, & declarat seriatim. Secunda ibi; *Necessarius hæres.*

a ¶ *Necessary.* scilicet tantùm.

b ¶ *Aut extranei.* de his autem omnibus hic titu. dicit per ordinem: *vt infrà, proxi. §. & § sui. & §. ceteri.*

Necessarius.] Diuiditur in tres partes. ¶ Nã primò persequitur primum genus hæredum. scilicet qui sunt necessarij hæredes tantùm. ¶ Secundò prosequitur secundum membrum, siue genus: videlicet qui sunt sui, & necessarij. ¶ Tertiò prosequitur qui sunt extranei hæredes. Secunda ibi: *Sui autem.* Tertia ibi: *Ceteri, qui.* Item subdiuiditur prima pars in quatuor partes. Primò, quis sit hæres necessarius tantùm. Secundò rationem adsignat quare sic vocatur. Tertiò infert, cõsulendo testatori, qui non est soluẽdo. Quartò prouidet ipsi seruo Secunda ibi; *Ideò.* Tertia ibi: *Vnde qui.* Quarta ibi: *pro hoc tamen.*

c ¶ *Necessarius.* ad hoc vt sit necessarius, est necesse vt sit seruus testatoris tempore testamenti: *vt hîc, & ff. eo. de hære. insti. l. si alienum. in prin.* b Item & tempore mortis: *vt §. de hæred. instit. §. seruus.* j. Item quòd non sit alteri legatus. tunc enim legatario quæreret hæredi. & ipse eius esset: nisi idem seruus sibi substitutus esset hæres, & liber: *vt ff. de pup. substit. l. si. §. j.*

d ¶ *Protinus.* id est, statim. & si quidem purè institutus est, à se ipso libertatem consecutus videtur: *vt ff. de acqui. hære. l. ex parte. & ff. de hære. insti. l. sed si in conditione. §. si.* & etiam ignorans: *vt ff. si cer. pe. l. eius, qui. in prin. & in glos. status. & ff. de testa. l. qui in domini.*

e ¶ *Et necessarius.* nisi sit institutus sub hac conditione, si vellet: quæ verba faciunt eum vluntarium. sed in extraneo nihil operantur: *vt ff. de condit. instit. l. verba. & ff. de heredi. instit. l. Cornelius.* ACCVRSIVS.

f ¶ *Vnde.* quia necessarius.

g ¶ *Suspectas.* vt quia sciunt se non esse soluendo: *& facit suprà. quib. ex cau. manu. non licet. in prin. & suprà, de vul. substit. in prin.*

h ¶ *Satis non fiat.* scilicet ab hoc seruo hærede & libero instituto

i ¶ *Hæredis.* id est, serui instituti. & hoc ne defunctus iniuria afficiatur: *vt suprà, quib. ex cau. manu. non licet. §. j. in fin.*

k ¶ *Incommodo.* quia inuitus hæreditati adstringitur. ACCVRS.

l ¶ *Commodum præstatur.* sic & aliàs inuenitur in multis locis: vt qui in vno casu grauatur, debet in alio releuari: *vt ff. de iureitur. l. eum, qui. in prin. in glo. probandi.*

m ¶ *Post mortem.* scilicet ante aditam hæreditatem: *vt C. ad Silà. de his qui. vt indig. l. cùm Silanianum.* Vel certè hîc protinus videtur adita hæreditas: *vt d. l. cùm Silanianum.* alio casu loquitur.

ADDITIO. Scilicet quando libertas est legata sine institutione, quæ statim non cedit: *vt l. vnica. §. libertatibus. Cod. de cadu. tol.*

n ¶ *Patroni.* id est, qui esset patronus, si esset liber in vita illius.

o ¶ *Reseruentur.* separatione impetrata, si bona patroni non attingat: id est non incœperit administrare: *vt ff. de sepa. l. j. §. fin.* alias: id est, si incœpit administrare, non poterit posteà impetrare separationem, nisi sit minor: *vt ff. de minori. l. ait prætor. non solùm.* quo casu tantùm: scilicet cùm est minor, separationem impetrabit: etiam si iam attigerit hæreditatem, non autem vt ab hæreditate se abstineat: *vt ff. de acquir. hæred. l. necessarius. §. fi.*

DE HÆREDVM QVALITATE, & differentia.

TITVLVS XIX.

Triplices sunt hæredes. Ang. Aret.

Æredes autẽ aut necessarij [a] dicuntur, aut sui, & necessarij, aut extranei [b].

Seruus proprius hæres à domino institutus, dicitur necessarius: quia est hæres, velit, nolit: bona tamen, quæ post mortem domini quærit, propria sibi reseruantur. Aretin.

1. ¶ Necessarius [c] hæres est seruus hæres institutus: ideóque sic appellatur: quia siue velit, siue nolit, omnino post mortem testatoris protinus [d] liber, & necessarius [e] hæres fit. Vnde [f] qui facultates suas suspectas [g] habent, solent seruum suũ primo, aut secundo, aut etiam vltériore gradu hæredem instituere: vt si creditoribus satis non fiat [h], potiùs eius hæredis [i] bona, quàm ipsius testatoris à creditoribus possideantur, vel distrahantur, vel inter eos diuidantur. Pro hoc tamen incommodo [k] illud ei commodum præstatur [l †], vt ea, quæ post mortem [m] patroni [n] sui sibi acquisierit, ipsi reseruentur [o]. Et quamuis non sufficiant bona defuncti creditoribus: iterùm tamen ex ea causa res eius, quas sibi acquisierit, non veneunt [p].

Vt quis sui nomine dignus sit, duo copulatim interuenire necessum est: vt scilicet in potestate sit morientis, & priorem locum tunc temporis obtineat: quorum alterum nequaquam sufficere aperto iure ostenditur: & quanquàm olim qui sui erant, his quoque essent necessarij: iure tamen prætorio eis abstinendi beneficium conceditur.

2. ¶ Sui autem, & necessarij hæredes sunt, veluti filius, filia, nepos, neptísve ex filio, & deinceps cæteri liberi, qui modò in potestate [q] morientis fuerint. Sed vt nepos, neptísve sui hæredes sint, non sufficit eum, eámve in potestate aui mortis tempore fuisse: sed opus est vt pater eius viuo patre suo desierit [r] suus hæres esse, aut morte interceptus [s α], aut qualibet alia ratione [t] liberatus à patris potestate †: tunc enim nepos, neptísve in locum patris sui succedit [u β]. Sed sui quidem hæredes ideò appellãtur [x]: quia domestici [y γ] hæredes sunt, & viuo quoque patre quodãmodo

† Vel si est pater exheredatus: tunc enim nepos est suus hæres, & necessarius *l. qui in alienam. §. verùm. ff. de acquir. hær.* Acgi. Per.

p ¶ *Non veneunt.* id est, non venduntur.

Sui autem.] Iste §. diuiditur in quatuor partes. ¶ Primò ponit qui sunt sui, & necessarij hæredes. ¶ Secundò hoc limitat, & restringit. ¶ Tertiò rationem reddit quare dicuntur sui hæredes. ¶ Quartò rationem ponit quare dicuntur necessarij. Secunda ibi: *Sed vt nepos.* Tertia ibi: *Sed sui quidem.* Quarta ibi: *Necessarij.*

q ¶ *In potestate.* aliàs si sunt emancipati, extranei sunt: *vt infrà cod. §. ceteri.*

r ¶ *Desierit.* impropriè ponitur: quia viuo patre non fuit hæres: sed dicitur desinere quantum ad id, quod futurum erat: *sic & aliàs: vt ff. vsufruct. quemadmo. ca. l. iij. §. desinere.*

s ¶ *Interceptus.* scilicet filius. & aliàs est interemptus, aliàs interceptus: id est remotus ab hoc sæculo. ADDITIO. Vnde Ouidius in sua Metamorphosi loquens de ranis, dicit,

Colla intercepta videntur.

α ¶ *Aut morte interceptus.* Et hic quidem nepos *opiter.* à veteribus dicebatur, cuius scilicet pater viuo auo mortuus esset, auctore SEXT. Pompeio. CVIAC.

t ¶ *Alia ratione.* veluti emancipatione, vel deportatione: *vt suprà, quibus mod. ius pa. pot. sol. §. præterea. & §. cùm autem.*

u ¶ *Succedit.* ita vt etiam filius emancipatus repellatur: & nepos, qui remansit in potestate, ex eo, vel alio natus, admittatur: & hoc iure ciuili, quod non cognouit emancipatos: quia erant capite minuti: *vt infrà, de hære. quæ ab intest. def. §. emancipati.* de iure autem prætorio soli filij emancipati admittuntur, non nepotes: *vt d. §. emancipati.* sed per edictum de coniungendis cum emancipato liberis eius, admittuntur simul filius, & nepos: *vt ff. de coniung. cum emãci. l. j. ij. respons.* Quod (id est, quòd simul nepos cum patre, vel fratre patris admittatur) locum hodie non haberet, cùm sit sublata omnis differentia, quæ fiebat occasione emancipationis: *vt in authen. de hære. ab intest. § j. coll. ix.* Accursius. ADDITIO. Quod est verum, quando ab intestato succeditur nullo facto testamento: vel facto, sed non solenniter: aut eo per querelam penitùs expugnato. Secùs si per contra tabulas de iure prætorio filius succedet: quia etiam hodie procedit dictus titul. de coniungend. &c. Angel.

β ¶ *Succedit.* Ex lege Iulia Vellea. CVIAC.

x ¶ *Appellantur.* scilicet supradicti filij, & nepotes. ACCVRSIVS.

y ¶ *Quia domestici.* Not. filium [a] domesticum patri. Sunt & alij multi domestici: *vt C. de his, qui ad eccles. confu. l. præsenti. §. sanè enim. & ibi glossa.* j. ACCVRS.

a Domestica patri persona filius ejectus

ADDITIO. Et ideò ex furto facto per filium, seruum, aut vxorem, non oritur actio ciuilis, vel criminalis: cùm sit domesticum: nisi esset magnum. quod nota. secundùm Angelum hîc.

γ ¶ *Quia domestici.* Suorum nomen est ex XII. Tab. *vt ostendi in notis ad Vlpianum.* Eo potestas significari videtur. nam & hæredem suum, & filium suum dicimus, pro eo, qui est in potestate. *l. penult. §. & vereor. de bon. poss. cont. tab. l. nepos. de leg. præst. l. s. ff. de iure patron.* Domestici etiam, & domus appellatione potestas significatur. *§. pater. sup. de test.* An igitur hæredes sui ex eo nomine accipiuntur, quòd sint in potestate? at possit etiam hac ratione seruus, suus hæres dici: filiúmque suum cùm dicimus, aut posthumum suum, id nomen potiùs ad hæreditatem referimus. Fortasse proprius est suos hæredes dici quasi αὐτοκληρόμους, quo modo & suum assentatorem dixit Seneca *libro 5. de benef. cap. 7.* suum fratrem, *cap. 10.* quamobrem non adire hæreditatem; sed retinere dicuntur *leg. si patronus. §. vltimo. de bon. libert.* non

q Hæc Glo. non est Accur. sed additio.

¶ Qui in vno grauatur: in alio releuatur. *Aegi. Per.*

b Dic hoc verum siue in solidum, siue pro parte sit hæres: *vt ibi not. glo.*

a Figura est hendiadis. nam diuersa nomina in vnam cõuenientiã iunguntur: *sic supr. de tut. §. j. ibi, vis, atque potestas. i. violenta potestas.* Virgil. Molémque, & montes. i. molem montium. & pateris libamus, & auro. i. pateris aureis: & in prædam, & partem: id est partẽ prædæ. *& de agnit. & cens. in rubr. & l. Deo nobis. ibi*, legitimè, vel ex pacto. i. ex pacto legitimo. *C. de epise. & cle.* Aegid. Per.

libert. non furari ex ea hæreditate, non subripere, non expilare: sed leuiore verbo, amouere, *l. si seruum. §. Prætor. de adquir. hared.* non hæredes fieri: sed existere: id est apparere, quod est Theophilo ἀναφαίνεσθαι, in tit. *de bon. possess.* CVIAC.

a ¶ *Existimantur.* sc. ex artificio [a] iuris ciuilis, quod fingit eandem personam patrem, & filium: *vt C. de impub. & ali. sub. l. fin. in fine.* Item eandem vocem vtriusque: *vt infrà de inuti. stipul. §. ei, qui.* Item & ideò videtur dominus [b]: quia in bonis patris alitur sicut ipse pater: sicut vxor domina dotis dicitur, & habere possessionem: *vt Co. de iur. dot. l. in rebus. ad prin. & in gloss. iure naturali. & C. qui pot. in pig. l. fi.* d Item & possessionem [c] viuo patre habere videtur filius: *vt ff. pro hærede. l. ij. in fin.* hinc est quòd sola administratio dicitur transire ad filium, cùm pater moritur: *vt ff. de libe. & posthum. l. in suis.*

a Pater, & filius iuris artificio, & fictione, dicuntur vna, & eadé persona eadem vox vtriusque.

b Sic Christus *Ioan. 4* Ego in patre, & pater in me est: & filius est pars ipsius patris secundũ Aristo. *ij. Et hic* Aeg. Per.

c Hoc verum quoad dominium interpretatiuum, & intellectuale: secùs quoad effectuale, & verũ: quia dominiũ est quædã plenitudo, quæ nõ capit plures in solidum. *l. si vt certo. §. si duob. ff. comm. secundum Por.*

b ¶ *Liberorum.* vt *infrà de hære. quæ ab intest. §. i.*

c ¶ *Dicuntur.* sc. dicti filij.

d ¶ *Hæredes fiunt.* scil. iure ciuili inspecto, aliud de prætorio: vt subiicit. quòd præualet.

e ¶ *Prætor permittit.* sc. libertis in potestate positis: non vt habeant necessitatem adire prætorem: sed sufficit si non se immisceant: *vt ff. de acqui. hare. l. ei, qui se. & C. si mi. ab hare. se abstit. l. j.*

f ¶ *Appellantur.* sic C. *de rei vxor. act. §. accidit. versic. extraneum.* ADDITIO. Alio modo dicitur extraneus ille, cui nihil attinet, vel non est de ascendenti, aut descendenti linea, quæ faciunt ad quęstionem de eo, qui prómisit non alienare in manum extraneam, secundùm Ioan. Fab. & Ang. hîc.

d Hoc verum de possessione interpretatiua, & intellectuali: non de vera, & naturali. *Aegi. Per.*

g ¶ *Non habent.* vt *suprà de adopt. §. fœminæ.*

h ¶ *Habetur.* s. vt sit hæres extraneus: nam non consequitur iste vtrumque: scilicet libertatem, & hæreditatem ex domini testamento: quod est necesse vt sit hæres necessarius: *vt suprà de hæredibus instituẽdis. §. si verò à viuo.*

i ¶ *In extraneis hæredibus* [f] iste §. habetur sub eadem verborum forma in *l. si alienum seruum. ff. de hæredibus insti. circa prin. vsque ad finem legis.*

f Hæc Glo. non est Accur.

k ¶ *Testamenti factio.* passiuè accipe: id est, vt possit capere ex testamento: quod potest quilibet, exceptis quibusdam, quos nota. *suprà tit. j. §. legari.*

l ¶ *Eorum.* nam seruo instituto, domini persona inspicitur: *vt suprà de hære. insti. §. seruus autem plurium.*

m ¶ *Id.* s. quòd sit capax.

n ¶ *Duobus temporibus.* aliàs tribus, & aliàs duobus. sed tamen tria spectantur tempora, vt subiicit.

o ¶ *Inspicitur.* & testamenti facti, vt constiterit institutio: & mortis testatoris, vt effectum habeat. ita est text. *in l. si alienum. ff. de hæred. instit.* & re vera meliùs, & ornatiùs, quàm hîc.

g Hæc Gl. etiã non est Accur. sed additio.

p ¶ *Mutatio.* vt quia medio tempore efficiatur non capax: tamen his tribus temporibus bene inuenitur capax [a]: *vt hic, & ff. de hære. instit. l. sed & si in conditione. §. solemus. & l. si alienum. §. in extraneis.* ¶ Sed contrà, *ff. de acquirend. hæredita. l. si seruus eius, qui.*

a Nisi extali mutatione tacitè inducerẽtur repudiatio hæreditatis: vt quia faceret actum cõtrariũ incompatibilẽ

¶ Sed certè quòd seruus in seruitute non dicebatur capax, vt ibi, ex persona domini principaliter erat: nam dominus erat non capax: vnde eo manumisso nõ nocet ei manumissio: cùm præsumatur nunc, quòd tunc fuerit capax. Item sunt argu. contrà, *ff. pro empt. l. ij. in principio. & in authentic. vt cùm de appel. cog. §. generalem. coll. viij.* ADDITIO. ¶ Dic, prout loquitur ibi in contractu emptionis, concordat: sed cùm loquitur in aliis contractibus, contradicit: sed ibi loquitur in capace, & qui non patiebatur defectum in persona sua: sed hîc secùs. ANG.

q ¶ *Tria tempora.* scilicet [b] in extraneo hęrede: sed in suo, & necessario exigitur vnum, secundùm Ioan. scilicet tempus mortis: *vt suprà eo §. sui.* ¶ Vel secundùm Azo. etiam tempus testamenti inspicitur: tempus autem aditæ hæreditatis non inspicitur: quia statim sunt hęredes patre mortuo, s. de iure ciuili: *vt ff. de suis, & legiti. l. in suis.* In necessariis autem tantùm duo tempora inspiciuntur: scilicet testamenti, & tempus mortis: *vt ff. de hære. insti. l. si alienum. j. ri. sp. & l. seruum.*

b Hæredum capacitas quot tẽporibus est inspicienda.

r ¶ *Factionem.* scilicet in actiua significatione.

s ¶ *Acquirere.* scilicet potest.

t ¶ *Factionem.* in passiua significatione.

u ¶ *Sibi.* si sunt sui iuris.

x ¶ *Aliis.* si sunt in aliena potestate: *vt hic, & ff. de testa. l. filius fami. & facit. ff. de flu. l. j §. si.*

y ¶ *Abstinendi.* vt est suus hęres, cui datur abstinendi facultas per prætorem: *vt suprà eo. §. necessarij.* ACCVR.

z ¶ *De adeunda.* Not. hîc quatuor proportionabilia [c], scilicet immiscere [d], & abstinere, quæ duo pertinent ad suos hæredes. Itẽ adire, & repudiare: quæ duo pertinent ad extraneos, vt hîc dicitur. Sed quandóque suus dicitur adire, & repudiare: *vt C. de legi. hared. l. defunctis.*

c De argumẽto à proportione vide Bucrardum in locis.

d Hæredes sui, immiscẽt & abstinent, adeunt & repudiant, extranei.

a ¶ *Deliberare.* intra annum deliberationis petito tempore, & indulto ab Imperiali culmine: à nostris autem iudicibus intra nouem menses, & non nisi semel peti potest: *vt C. de iur. delib. l. scimus. §. & hæc quidem.* ACCVR.

α ¶ *Nisi minor.* Impuberi datur beneficium abstentionis. Puberi restitutionis in integrum. Hoc, si immiscuerint se, vel adierint: nunc velint abstinere: quid autem fiet e contrario? Minor si repudiatam hęreditatem adire velit, indiget eodem beneficio: videlicet si omnia sint in integro. nam rebus distractis, finitisque omnibus

Extranei hæredis (quò ex testamento sibi delatam adsequatur hæreditatem) tribus temporibus esse capacem iura requirunt, testamenti scilicet tempore, & mortis testatoris, itẽ aditionis: media autem tempora inter prædicta, hæreditatis capessendæ eum minimè inhabilem reddunt.

4. ¶ In extraneis hæredibus [i] illud obseruatur, vt sit cum eis testamenti factio [k]: siue hæredes ipsi instituantur, siue hi, qui in potestate eorum [l] sunt. & id [m] duobus tẽporibus, [n] inspicitur [o]: testamenti quidem facti, vt constiterit institutio: mortis verò testatoris, vt effectum habeat. Hoc amplius, & cùm adit hæreditatem, esse debet cum eo testamenti factio: siue purè, siue sub conditione hæres institutus sit. Nam ius hæredis eo maximè tempore inspiciendum est, quo acquirit hæreditatem. Medio autem tempore inter factum testamentum, & mortem testatoris, vel conditionem institutionis existentem, mutatio [p] iuris non nocet hæredi: quia (vt diximus) tria tempora [q] inspici debent.

Testamenti factio capitur in actiua, & passiua significatione.

5. ¶ Testamenti autem factionem [r], non solùm is habere videtur, qui testamentum facere potest: sed etiam qui ex alieno testamento vel ipse capere potest, vel alij acquirere [s], licèt non possit facere testamentum. Et ideò furiosus, & mutus, & posthumus, & infans, & filiusfamiliàs, & seruus alienus, testamenti factionem [t] habere dicuntur. Licèt enim testamentum facere non possint: attamen ex testamento vel sibi [u], vel aliis [x], acquirere possunt.

Extraneis hæredibus facultas libera est adire, vel repudiare, nisi semel fuerit hæreditas adita: quia tunc non potest repudiari: nisi à minore. Aret.

6. ¶ Extraneis autem hæredibus deliberandi potestas est de adeunda hæreditate, vel non adeunda. Sed siue is, cui abstinendi [y] potestas est, immiscuerit se hæreditariis: siue extraneus, cui de adeunda [z] hæreditate deliberare [a] licet, adierit: posteà relinquendæ hæreditatis facultatem non habet, nisi minor [α] sit vigintiquinque

omnibus negotiis hæreditariis, caret restitutione, nisi forsitan impubes sit. *quòd si minor. §. Scæuola ff. de minor.* Minor si post abstentionem se immiscere velit rebus non distractis, non prohibetur: nec indiget restitutione. *l. si quis suus. de iu. delib.* nam & idem maiori datur adhibita scilicet definitione, *l. vlt. C. de rep. hæred.* Rebus distractis, minor indiget restitutione in integrum. Quod dictum est, *impuberem*, qui repudiarit, & rursus adire velit in rebus iam distractis, *restitui*, ei obstat *l. nam quod. §. 1. ff. ad Trebel.* Vulgò malè in eo §. legitur, *Prætorem*, & in lib. Flor. §. *præceptorum.* legendum enim est, *per prætorem.* & est quidem hæc eius §. sententia. Diuersa sunt repudiare, & recusare. Repudiatio fit in iure, *l. suus. l. sicut. C. de rep. hæred.* Recusatio quoquo modo, *l. recusare. ad Trebel. l. recusari. de adq. hæred.* Eum, qui recusat adire, fideicommissarius cogit adire per prætorem, & restituere. Quæstionis est, an etiam is cogi possit, qui repudiarit? Regula iuris hæc est, eum, qui repudiarit, adire non posse: sed tamen hoc casu si iustas causas habeat fideicommissarius, quibus vel repudiationi non potuerit obstare, vel ante repudiationem decretum postulare, æquum est ei succurri, vt cogat adire, exemplo eius, qui tempore exclusus est, *l. facta. §. penult. ff. ad Trebel.* Hoc ita, si omnia sint integra: nam bonis venditis quamuis pupillus fuerit scriptus, qui vtique etiam re non integra restitui potest in integrum, non cogetur tamen per prætorem restituere fideicommissario, nisi ex iusta causa. CVIAC.

annis. Nàm huius ætatis homi nibus sicut in cæteris omnibus a causis, deceptis: ita & si temerè damnosam hæreditatem susceperint, prætor succurrit b. Sciendum est tamen, diuum Hadrianum etiam maiori c vigintiquin que annis veniam d dedisse, cùm post aditam hæreditatem grande æs e alienum, quod aditæ hæreditatis tempore latebat, emersisset. Sed hoc quidem diuus Hadrianus cuidam speciali beneficio præstitit: diuus autem Gordianus f posteà in militibus tantummodò hoc extendit.

Quisquis inuentarium rerum hæreditariarum ritè confecerit, tutus etiam citra deliberationem subire hæreditatem potest, creditoribus etenim eatenùs tantùm tenebitur, quatenùs hæreditatis vires sese extendunt.

7. ¶ Sed nostra beneuolentia commune omnibus subiectis imperio nostro præstitit g hoc h beneficium _ ; & constitutionem i tam æquissimam k, quàm nobilissimam l scripsit: cuius tenorē si obseruauerint homines, licet eis adire _ hæreditatem, & in tantum teneri, quantum vale re bona hæreditatis contingit: vt ex hac causa neque deliberationis auxilium sit eis _ necessarium, nisi omissa obseruatione nostræ constitutionis _ & deliberandum existimauerint, & sese veteri grauamini n aditionis supponere maluerint,

Etiam nuda voluntate verbis, aut facto declarata, aditur hæreditas. facto autem declarat, qui se pro hærede gerit: id est hos actus exercet, qui non nisi ab hærede, & domino fieri queunt.

8. ¶ Item extraneus hæres testamento institutus, aut ab intestato ad legitimam o hæreditatem vocatus, potest aut pro hærede gerendo, aut etiam nuda voluntate p suscipiendæ hæreditatis hæres fieri.

9. ¶ Pro hærede q autem gerere quis videtur, si rebus hæreditariis tanquam hæres vtatur, vel vendendo res hæreditarias, vel prædia colendo, locandóve, & quomodo voluntatem suam declarat, vel re, vel verbis † de adeunda hæreditate: dummodò sciat eum, in cuius bonis pro hærede gerit, testatum, intestatúmve obiisse r, & se ei hæredem esse f. Pro hærede enim gerere, est pro domino t gerere. veteres enim hæredes pro dominis appellabant.

10. ¶ Sicut autem nuda voluntate extraneus hæres fit: ita contraria destinatione u statim ab hæreditate repellitur.

¶ Eum, qui surdus, vel mutus natus, vel posteà factus est, nihil prohibet pro hærede gerere, & acquirere sibi hæreditatem: si tamen intelligit x quod agit.

† In exemplari vetusto apud diuum Victorē adiicitur, *vel literis.*

a Et sic quòd vulgò dicitur, hæreditatē nuda voluntate posse adiri, intelligitur dūmodò hæc voluntas ad extra sit declarata, *secùndum Porc. Aeg. Per.*

b Gerit pro hærede, qui animo cognoscit successionem: licèt non attingat rem hæreditariam. *l. gerit ff. de acquir. hær.* Aeg. Per.

c Quę protestatio non est necessaria: vt facit actum prū, qui dilationem nō recipit: nec relegat vbi facit actū contrarium: *vt c. cum M. Ferrar. de iiss. secundùm Io. Fa. & Ant. hîc.*

d Hæreditatem adire quis vt possit, quæ & quot necessaria sint.

e *Vide Gl. in l. si potest. ff. de acq. hæred.*

f Hærus pro domino.

g Her Germanis dominus.

h Repudiatio requirit actum extrinsecum: *vt hîc.* An verò quis possit suā repudiationē reuocare, vide hic apud Ang. i Ibi adquisita erat domino: vel loquitur de actu, qui realiter fieri debet.

k Est igitur necessaria curatoris authoritas in furioso, & demēte vtpote hærede gerau vide tame Bar. *in l. mutum. ff. de adquir. hæred. & Ang. hîc.*

† Quæ sit p pter meri *Aegi. Per.*

† Totum h *ab hærede p standa*, in se ptis exēplar non habetur

c Tempus v interdum p tur pro alio pore. *adde G & Bart. in l. a ubit. ff. de ve signif.*

d Die quod p terium per cūi subinnē ui in contra bus, quādo potest verifi rūn prēterie trahitur ad f turum: *vt l. c stipulamur. ff verb. obl.* sed testamentis, legibus, q dane formā, essentiā, capi à futuro. secu dum Ang.

a Id est eo iure quo quilibet diligens paterfa. vteretur, quia non cuētus dāni restitutionē indulget, sed incōsulta faci litas *d. l. verum Aeg. Per.*

b Iuramentum firmat contractum minoris: vt hîc: qualiscunque ille sit: nisi fortè renunciauerit cū iuramento beneficio restitutionis in integrum: in hoc enim videtur deceptus: *vt scripsi ad l. si iudex. 42. ff. de minor.* & id quidem mihi sanè æquius vi letur, licèt alij contrà sentiant. *de quo vide Oddum de restitutionib. quæst. 20. art. 6.*

c Et sic iuramentum inter positum tollit beneficium restitutionis, *secùndum Porc.* Aeg. Per.

d Inuentarij faciendi tempus hoc est: res præsētes intra tres mensēs: absentes intra annū in inuentario describendæ.

m ¶ *Constitutionis.* quæ de compositione dicti inuctarij loquitur.

n ¶ *Veteri grauamini.* Sed quod erat grauamē? Resp. tenebatur in solidum omnibus creditoribus, & legatariis, etiam si excedant mensuram hæreditatis: *vt C. de iure deliber. l. fi. § si verò postquàm.* Si autem petiit tempus ad deliberandum, & fecit etiam inuentariū: creditoribus quidem tenetur in solidum: sed de legatis detrahit Falcidiam: siue adierit hæreditatem intra deliberationis tempus, siue non recusauerit. sed si non fecisset inuentariū, omnibus in solidum teneretur: *vt C. de iure delib. l. fi. § si autem hoc aliquis. & § si quis autem.* Acc.

o ¶ *Ad legitimam.* ſ. iure ciuili. aliud si iure prætorio. tunc enim nec cesse habet coram prætore agnoscere: *vt C. de iure delibe. l. j. & l. puberē. & l. suū. & C. qui admit. ad bo. poss. l. vlt.* ADDITIO. Dic quòd sola agnitio bonorum possessionis facta coram prætore etiam non auctorāte, sufficit, siue sit bonorum possessio secū dùm tabulas, siue ab intestato, siue etiam contra tabul. *vt est glo. singu. in l. fi. §. j. C. de curat. furios. in verb. pro antiquo.* Ang.

p ¶ *Nuda voluntate.* oportet tamen quòd ex trinsecùs declaretur a: Si quid ergo pro hærede veluti hæres gessit b, vt hîc dicit. tunc voluntatem illam declarat, ni si protestetur c se non vt hæredem facere: *vt hic, & ff. de acquir. hæred. l. pro hæred. in princ. & l. gerit.* ¶ Sed contra id, quod dicit hîc, nuda voluntate, est, *C. de iure deliberan. l. potuit.* Sed certè est necessaria voluntas, & actus, si ab actu incipias. sic & aliàs *ff. de acq. pos. l. quē admodùm.*

q ¶ *Pro hærede.* id est, factis ipsis gerendo pro hærede.

r ¶ *Obiisse.* aliàs enim nisi hoc sciat, non præiudicat sibi aditio: nam non videtur adire: *vt hic, & ff. de acq. hæred. l. si is, ad quem. & l. eum, qui duobus.*

s ¶ *Hæredem esse.* etiam purè. nam si sub conditione, non potest ante existentem conditionem adire: *vt ff. de acq. hæred. l. is, qui hæres. §. cæterum.* Sunt d & alia necessaria: s. vt sit liber, & sui iuris, qui adit: aliàs non poterit, nisi iussu patris, vel domini præcedente: *vt ff. e. l. si quis mihi. § iussum. & l. quoniens.* 2. Item oportet quòd sit compos mentis: *vt in si. huius tit.* Item quòd sit maior xiv. annis: aliàs non potest adire: *vt C. de iure deliberan. l. potuit. & l. si infanti. in princ.* Item quòd sciat mortuum esse testatorem: aliàs non potest adire: *vt ff. de acq. hær. l. is, qui hæres. §. si quis dubitet. & l. qui hæreditatem. & l. neminem. & l. qui superstitis.* Item certus e de conditione testatoris esse debet: *vt ff. de acquir. hæred. l. hæres. j. §. fin. & l. seq.* ADDITIO. Simile habetis *in l. illud. si pars hæred. pet. & l. is, qui putat, de acquir. hæred.* hinc est quod vulgo dicitur, quòd ille, qui vult adire hæreditatem, debet scire cautam, ex qua defertur: *vt l. si is, ad quem. de acquirend. hæred. secundùm Christ.*

t ¶ *Pro domino.* vnde hærus f i. dominus: *vt ff. ad leg. Aquil. l. item Mela. §. item & cùm eo. vers. legis autem Aquilia.* 2. Item dicunt Teutonici her. & i. dominus.

u ¶ *Destinatione.* dummodò & hoc actu extrinseco h declaretur. arg. tamen contrà, *ff. de pecu. lega. l. non statim* i. Accur.

x ¶ *Intelligit.* non k ergo demens, vel furiosus.

l ¶ *Nobilissimam.* quantum ad sententiam.

β ¶ *Licet eis adire.* Vet. *licet eis & adire hæreditatem, & int. ten. in quantum.* CVIAC.

γ ¶ *Sit eis.* Vet. *eis fiat.* CVIAC.

i ¶ *Constitutionem.* vt C. *de iure delibe. l. scimus.*

k ¶ *Æquissimam.* quantum ad tractatum.

g ¶ *Præstitit.* aliàs præstauit.

h ¶ *Hoc.* ſ. vt aliquis nō grauetur propter improuisum debitum, vel etiam præuisum si non est sufficiens hæreditas: *vt C. de iure delibe. l. scimus. §. ex omnibus.* & hoc facto inuctario si res præsentes sunt, intra d tres menses: si abfuerint, intra annale spatium: *vt C. de iure delibe. l. scimus. §. sin autem dubius & §. sin autem à locis.*

« ¶ *Præstitit hoc beneficium.* Legendum: vt in vet. *hoc præstitit beneficium.* Est autem hoc beneficium repertorij. CVIAC.

DF

DE LEGATIS.

2 Cõtinuatio. *Dic* [a] *quòd textus continuat istam rubricam. Vel sic: Dictum est suprà de testamentis, in quib. legata relinquuntur: nunc sequitur videre de ipsis legatis.*

b Diuisio. *Post hæc.*] Totus iste titulus diuiditur [b] principaliter in quinque partes. ¶ Primò continuat se ad præcedentia. ¶. Secundò ponit definitionem legati. ¶ Tertiò recitat quot genera legatorum olim erant. ¶ Quartò illud corrigit. ¶ Quintò incipit tractare materiam legatorum. Secunda ibi: *Legatorum.* Tertia ibi, *Sed olim.* Quarta ibi: *Nostra autem.* Quinta ibi: *Non solùm autem.* Et illa quinta suo loco subdiuiditur. CASVS. In hoc princ. dicit dominus Iusti. continuando processum suum. Post hæc, quæ diximus suprà de testamentis, videamus de legatis nunc. sed certè hæc pars iuris, quæ circa legata vertitur. videtur esse extra propositam materiam. nam locuti sumus suprà de illis solis iuribus, quibus per vniuersitatem nobis acquiritur. Igitur videtur mihi quòd materia legatorum hîc non debeat tractari. Sed licèt hoc prima facie videri possit: tamen cùm diligenter de testamentis locuti simus, & de hæredibus, qui in testamentis instituuntur: cùm legata relinquantur in testamentis, & ab hæredibus præstentur: ideò potest ih hoc loco non sine ratione competenti materia legatorum tractari. & hęc dicuntur vsque ad illum §. *legatum itaque est.* Franc.

DE LEGATIS.

TITVLVS XX.

Legatariis triplici actione eorum persequi posse legata concessum est: videlicet personali, in rem, & hypothecaria.

POst hæc [a] videamus de legatis, quæ pars [b] iuris extra propositã [c] quidem materiam videtur: nam loquimur [d] de his iuris figuris, [e] quibus per vniuersitatem res nobis acquiruntur. sed cùm omninò [f] de testamentis [g], & de hæredibus [h], qui in testamento instituuntur, locuti simus: non sine causa sequenti [i] loco potest hæc iuris materia tractari. 1. ¶ Legatũ itaque est donati o quædam [l] † à defuncto relicta, ab hærede præstanda †.

Antiqua solennitas verborum, quæ olim in legato obseruabatur, est hodie sublata. Aret.

2. ¶ Sed olim quidem erant legatorum genera quatuor: per vindicationẽ, per dãnationẽ †, per sinendi modum, per præceptionem †. Et certa quædam verba [m] cuique generi legatorum adsignata erant, per quæ singula genera legatorum significabantur. Sed ex constitutionibus [n] diuorum principum solennitas huiusmodi verborum penitùs sublata [o] est.

In omnibus legatis, in quibus spectatur potiùs voluntas, quam verba, vna natura imponitur: habéntque legatarij ius persequẽdi legatum tribus actionibus.

Nostra autem constitutio [p], quam cum magna fecimus lucubratione [q], defunctorum voluntates [r] validiores [s] esse cupientes, & non verbis: sed voluntatibus eorum fauentes, dispositi vt omnibus legatis [t] vna sit natura [u]: & proprium nomẽ sortiebantur. & hoc ita antiquitùs obtinebat: sed postea ex constitutionibus diuorum principum huiusmodi verborum solennitas penitùs sublata est. Nos verò cupientes voluntates testatorum esse validiores: & non verbis testatorum: sed voluntatibus eorum fauentes in constitutione nostra, quam cum magna deliberatione fecimus, disposuimus vt omnibus legatis de cætero vna sit natura: & quibuscunque verbis idoneis tamen aliquid à testatore relictum sit, liceat legatariis id legatum persequi, non tantùm per personales actiones ex testamento: sed etiam per rei vindicationem, & per hypothecariam: videlicet in aliis rebus, quæ erant testatoris tempore mortis: & ita triplex remedium competit legatario ad legatum sibi relictum persequendum. & huius nostræ constitutionis perpensum modum potestis ex ipsius constitutionis tenore perfectissimè accipere. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *sed non vsque.* Franc de Aret.

† Quæ sit propter merita. *Aegi. Per.*

† Totum hoc *ab hærede præstanda*, in scriptis exẽplarib. non habetur.

c Tempus vnũ interdum ponitur pro alio tẽpore. *adde Glos. & Bart. in l. oportebat. ff. de verb. signif.*

d Die quod præteritum perfectũ subiunctiui in contractibus, quãdo nõ potest verificari in præterito, trahitur ad futurum: *vt l. cùm stipulamur. ff. de verb. obl.* sed in testamentis, & legibus, quæ dant formã, & essentiã, capiũt à futuro. secundum Ang.

a ¶ *Post hæc.* ſ. quæ diximus ſ. *de testa. ordi. hucusque.*

b ¶ *Pars.* ſ. quæ est circa legata, & longa est: *vt patet ff. eo. per multas rubricas.*

c ¶ *Proposita m. ſ per quas personas nobis acquir. §. fi.* Accur.

d ¶ *Loquimur.* i. locuti sumus. Et sic tempus [c] pro tempore ponitur: *vt C. de his, qui no. infamia. l. si Posidonium. 2.* Vel loquimur: id est loqui deberemus, si materiam præcedentem prosequeremur: [d] *sic in auth. de consangui. & vter. fra. l. si igitur. coll. vj.*

e ¶ *Figuris.* Formis, & modis, *l. 1. de obli. & actio. l. mortis causa capitur. de donat. cau. mort.* CVIA.

e ¶ *Figuris.* i. partibus, vel formis: quæ quatuor sunt: per successionem ciuilem: per prætoriam, per arrogationem, per addictionem conseruandæ libertatis causa: *vt* ſ. *per quas personas no. acq. §. fin.*

f ¶ *Omnino.* i. diligentissimè.

g ¶ *Testamentis.* vt ſ. *de testa. & trib. sequen. tit.* Accur.

h ¶ *Hæredibus.* vt ſ. *de hære. instit. vsque huc.* Accur.

i ¶ *Sequenti.* quia nec debentur nisi in testamento relicta: & post hæredis institutionem. Sed hodie contrà in vtroque: *vt* ſ. *de fideicommiss. hared. §. præterea. & ſ. eod. §. sed non vsque. & §. ante.* Accursius.

Legatum] Diuiditur in septem partes. ¶ Primò ponit qualiter definiatur legatum. ¶ Secundò, quot erant olim genera legatorum. ¶ Tertiò, qualiter vnumquodque genus legatorum fiebat: quia erant certa verba adsignata. ¶ Quartò, qualiter dicta verborum solennitas est hodie sublata. ¶ Quintò, qualiter per Iustinianum omnes isti modi legandi, vel omnia ista genera legatorum sunt redacta ad vnam naturam: & legatariis datur ius persequendi legata altero de tribus modis. ¶ Sextò remouet differentiam, quæ erat inter legata, & fideicommissa: & ea adæquat. Septimò respondet cuidam tacitæ obiectioni. Secunda ibi: *Sed olim.* Tertia ibi: *Et certa quædam.* Quarta ibi: *Sed ex constitutionibus* Quinta ibi: *Nostra.* Sexta ibi: *Sed non vsque.* Septima vbi: *Sed ne in primis.* CASVS. Domine, iam video quòd vultis tractare de legatis: dicatis ergo mihi, si placet, quid est legatum? Ad hoc respon. Amice, legatum est donatio quædam à defuncto relicta, &c Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *sed olim.* Franc. de Aret.

h ¶ *Legatum.* sic *ff. de leg. ij. l. legatum.* sed aliter definitur *ff. eod. j. l. legatum est. ad fi. titu.*

l ¶ *Donatio quædam.* sunt [a] enim tres donationes: *vt ff. de don. l. j.* ¶ Et differt [b] hæc à donatione causa mortis: vt diximus ſ. *de don. §. j. in fi.* Item à donatione [c] inter viuos: cùm legatum reuocari possit vsque ad mortem: *vt ff. de adimen. lega. l. iij. in fi. & l. iiij.* Sed in donatione inter viuos non est ita: *vt* ſ. *de don. §. alia.* [d] Item differt [e] ab hæreditate: cùm hoc singulare & sine [f] onere sit: illud verò vniuersale, & cum onere: *vt ff. mãd. l. si hæreditatem. & ar. ff. de eden. l. quædam. §. nihil interest.*

Sed olim quidem.] CASVS Dicit Imperator, quòd olim erant quatuor genera legatorum adsignata: per quæ quidem verba genera legatorum discernebantur. Si enim testator legabat his verbis: putà vindica tibi rem illam: tunc dicebatur illud genus legati per vindicationẽ. Si autẽ dicebat testator hæredi suo: Dãno te Titiũ legatario illã rẽ dare: tunc illud legatum dicebatur per damnationẽ. Si dicebat hæredi, finito Titiũ illam rẽ habere: tunc dicebatur per sinendi modum. Si verò dicebat alteri hæredum: illam rem præcipito, id est ante partem hæreditariam capito: tũc dicebatur per præceptionem. Et ita singula genera legatorum ex verbis singulis, quibus testator in legando vtebatur, antiquitùs obtinebant: sed postea ex constitutionibus diuorum principum huiusmodi verborum solennitas penitùs sublata est. Nos verò cupientes voluntates testatorum esse validiores: & non verbis testatorum: sed voluntatibus eorum fauentes in constitutione nostra, quam cum magna deliberatione fecimus, disposuimus vt omnibus legatis de cætero vna sit natura: & quibuscunque verbis idoneis tamen aliquid à testatore relictum sit, liceat legatariis id legatum persequi, non tantùm per personales actiones ex testamento: sed etiam per rei vindicationem, & per hypothecariam: videlicet in aliis rebus, quæ erant testatoris tempore mortis: & ita triplex remedium competit legatario ad legatum sibi relictum persequendum. & huius nostræ constitutionis perpensum modum potestis ex ipsius constitutionis tenore perfectissimè accipere. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *sed non vsque.* Franc de Aret.

a Donationum tres species, nimirum Donatio causa mortis inter viuos, & legatum. Est & quarta, quæ & remuneratio. *d. Aquilia, ff. de donat. l. si vero non remunerã di. ff. mãdati.* Est & alia ob causam: vt donatio propter nuptias. ſ. *est aliud. suprà de donat.*

b Legati à donatione causa mortis differentia.

c Legati à donatione inter viuos differentia.

d Est hæc inducuntur ad quæstionem. Si testator dicat, do Titio fundum præsenti, & recipiẽti, an censeatur legatum, vel donatio: legatũ est. Nã per verbũ, *dono*, legari potest. *l. a. C. communia de lega.* & verba pro subiecta materia interpretanda sunt, hoc ex natura testamẽti, cui verbum dono, inseritur. *Fa.* Imò valet & donatio inter viuos, cũ in testamento cõtractus inter viuos possit fieri, *l. hæredes palã. in fi. ff. de testam.*

e Legati ab hæreditate differentia.

f Legatum regulariter est sine onere: interdum tamen est cum onere. *l. Imperator. §. 1. ff. de lega. 2.*

g Vt si res iam esset apud eũ, cui legatur, & testator iubeat apud eum manere. *Aegi. Per.*

h Neque refert verba sint directa, vel obliqua. *de quo vide Gl. l. 2. C. communia de legatis.*

i Lunæ. & solis radij diuersi.

k Non ob hæc lex *si alio.* quia videtur solùm contradicere: quia ibi attenditur scriptura: quia voluntas testatoris erat ambigua. Cæterum si eius fuisset clara voluntas, ab ea non recederetur, imò obseruarentur scriptura relicta interpretatione: *vt l. cùm mater. C. de fideicom. & hic.* l In interpretatione testamenti recurrendum esse ad iudicem hinc colligit Angelus. m Legatorum omnium eadem est natura: quia æqualiter debentur: non eadem: quia alia aliis fauorabiliora

quædam

quædam fauorabiliora aliis: *vt infrà de oblig. quæ ex quasi contractu. § fin.*

a ¶ *Quibuscunque verbis.* aptis [a] tamen ad hoc. *sic ff. de consti. pecu. l. qui autem. in fin. & ibi gloss. fin. & l. sequent.* ADDITIO. ¶ Nota quòd lex generaliter loquens, recipit restrictionem de habilitate. *concordat glo. j. l. j. §. nuntiatio, & ibi docto. ff. de no. ope. nun. & in l. vt gradatim. §. sed si lege. ff. de mu. & ho.* & Bar. latè *in l. omnes populi. ff. de iustit. & iur.* Angel.

a Generalia verba ad aptitudinē restringenda. *adde Gl. l. 1. §. nunciatio. ff. de opē no. nun. l. vt gradatim. §. sed si lege. ff. de munu.*

† *Concor. c. Rey nutius. in Gloss. super verb. dote. post medium extrà de testa.*

b ¶ *Per actiones personales.* ſ. ex testamento.

c ¶ *Per in rem.* id est, per rei vindicationem. nam recta via transit dominium rei legatæ in legatarium: *vt ff. de fur. l. à Titio.* Accursius. ADDITIO. scilicet fictè [b] à morte testatoris, & verè ab adita hæreditate: reuocabiliter tamen. Et hæc vera, quando purè legatur res testatoris, & legatarius non repudiat. Et tunc fructus post mortem & ante additionem: post moram tamen adeundi ab hærede pereepti, demum facta additione debēt legatario restitui. Si verò legetur res hæredis, nullo modo transit dominium, nisi facta traditione.

b Dominiū legati an, & quā do, seu à quo tempore transeat in legatarium,

d ¶ *Per hypothecariā* [c]. scilicet in rebus aliis [d], quæ fuerunt defuncti, & in res testatoris competunt illæ tres actiones. Si in genere, vt seruum: competunt duæ, scilicet testamenti, & hypothecæ: sed in casu tantùm vna actio: scilicet ex testamento, & vna exceptio competit: vt si lego debitori liberationem: *vt ff. de lib. le. l. quod mihi. & ff. vt in poss. leg. l. j. §. si debitori.* Si autem sit res aliena, duæ tantùm competunt, scilicet personalis, & hypothecaria: *vt C. communia de leg. l. j.* Non tamen omnibus aget, id est, actione in rem, & ex testamento: sed vna, quam elegerit: *vt ff. de leg. ij. l. cùm filius. § variis.* ¶ Sed si legatarius sit dominus, qualiter personali aget: *vt infrà de act. §. sic itaque?* Resp. ratione possessionis: *vt ff. de cond. triti. l. ij.* ADDITIO. Et sic ex testamento agitur ad præstandum, seu tradendum: non autem ad dandum. 2. Vel dic quòd §. *sic itaque.* loquitur in vero domino facto per traditionem de iure communi: hîc verò de iure speciali sine traditione. Igitur non est mirum si datur concursus: *vt l. in rebus. Cod. de iure do. secundum do.*

c Hæc Gloss. diuiditur in quatuor partes. In prima declarādo textum remouet quoddam contrarium tacitum. In secunda per modum notabilis remouet aliud contrarium. In tertia remouet aliud contrariū. In quarta, & vltima per modum quæstionis remouet aliud contrarium. Secūda ibi: *nota.* Tertia ibi: *non tamen omnibus.* Quarta ibi: *sed si legatarius.* Iad Hypothecaria nō cōperit legatario in ipsa re testatoris legata: sed in aliis testatoris. *similis Gloss. in l. C. de legatis. in verbo, de multis.*

c Legatario quot actiones competāt pro legato.

f ¶ *Sed non vsque ad eam.* id est, non fuimus contenti: scilicet dicta constitutione: imò & aliam fecimus circa istam, & eandem materiam: *vt C. communia de leg. l. ij.* Prima tamen remouet differentiam quatuor generum legatorum: scilicet in quo erat differentia inter se. Secunda verò remouet differentiam inter legata, & fideicommissa. ACCVRS.

f Personalis actio datur legatario legati ipsius dominij, non vt consequatur dominium. (Idē nim iā habet: & aliàs personali actione dominium nō petimus) sed ipsius legati possessionem. Aliàs solutiones Cyni, & Raphaelis, & Imolæ vide hic apud Angelum.

hanc dicam difficilē reputant quam alii non. Vē tamen ei intellectu apud sum du decis. 370. dicit. Videbis supra titulo legati, et fideicommissi Vniuersalis

quibuscunque verbis [a] aliquid relictum sit, liceat legatariis id persequi, non solùm per actiones personales [b]: sed etiam per in rem [c], & [†] per hypothecariam [d]: cuius constitutionis perpensum [e] modum ex ipsius tenore perfectissimè accipere possibile est.

Sublata legatorum, & fideicommissorum multiplici differentia, omnium hodie vna, eademque natura est.

3. ¶ Sed non vsque ad eam [f] constitutionem standum esse existimauimus. Cùm enim antiquitatem inuenimus legata quidem strictè [g] concludentem: fideicommissis autem, quę ex voluntate magis [h] descendebant defunctorum, pinguiorem naturam indulgentem, necessarium esse duximus, omnia legata fideicommissis exæquare [i], vt nul la sit inter ea differentia: sed quod deest [k] legatis, hoc repleatur ex natura fideicōmissorum: & si quid amplius [l] est in legatis, per hoc crescat fideicommissorum natura. Sed ne in primis legum cunabulis [m] permixtim de his exponendo, studiosis adolescentibus quandam introducamus difficultatem, operæpretium esse duximus [n], interim [o] separatim priùs de legatis [p], & posteà de fideicommissis [q] tractare: vt natura vtriusque iuris [r] cognita [s], facilè possint permixtionem eorum eruditi [t] subtilioribus auribus accipere.

Etiam res aliena potest legari: & hæres tenetur eam redimere, si potest, & soluere: aliàs tenetur æstimationem præstare. Et hoc verum, si testator scit esse rem alienam: & agenti incumbit onus probandi. Aret.

e ¶ *Perpensum.* i. de liberatum.

Sed non vsque.] CASVS. Domine iam video quòd feciſtis satis vtilem constitutionem circa materiam legatorum: in qua quidem constitutione satis diligenter legatariis prouisum est: vnde videtur mihi quòd illa cōstitutio possit sufficere. Sed ad hoc resp. Amice, certè minus bene videtur sufficere. Non enim prædicta constitutione contenti fumus. Inuenimus enim quòd antiquitas stricto iure concludebat legata: & fideicommissis pinguiorem naturam indulgebat. Idcircò nos hac differentia ab antiquo iure introducta moti, necessarium duximus omnia legata omnibus fideicommissis penitùs exæquare, vt de cætero inter ea nulla sit differentia. Statuimus enim eadem constitutione, vt quod hactenùs legatis defuit: hoc ex natura fideicommissorum impleatur: & si quid amplius etiam fuit in legatis: hoc fideicommissis accedat: & per hoc fideicommiſ. & legata per nostram constitutionem exæquata sunt. Vnde dixi: Quare igitur coniunctim non tractatis de legatis, & fideicō? Ad hoc resp. Amice, ad hoc optima ratio nos induxit, vt diuisim de illis tractare debeamus. Ne enim in his primis legum cunabilis coniunctim de lega. & fideicommiſ. tractando, adolescentibus studiosis difficultatem introducamus: vtile nobis visum est separatim primò de legatis, & posteà de fideicommissis animos informare: vt ita natura vtriusque iuris per se cognita, facilè possint iuuenes de vtriusque natura eruditi, & permixtionem eorundem subtilioribus auribus intelligere. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. non solùm. Franc.

g ¶ *Strictè.* id est stricto iure: sic vt ex testamento tantùm debeantur: *vt j. de fideicommiſ. hared. §. præterea.*

h ¶ *Magis.* ſ. quàm legata: vt ab intestato etiam debeantur: *vt j. de fideicom. hæred. §. præterea.*

i ¶ *Exæquare.* quantum [b] ad sententiam, & tractatum: non quantùm ad verba. nam non dicitur hodie legataria libertas, & hæreditas: licèt fideicommissaria appelletur. Item propter legatum non cogitur quis adire: sed propter fideicommiſ. vniuersale [c] sic: *vt infrà de leg. Facil. §. quantitas. ver sic. ex diuerso. & ff. ad Treb. l. quia poterat. & infrà de fideicomm. hared. §. ergo. versic. sed si recusset.*

k ¶ *Sed quod deest.* In tribus enim deest: *vt infrà eod. § post mortem. & infrà de fideicom. hared. §. præterea. & §. de sing. rebus per fideicommiſ. re. in princ.*

l ¶ *Amplius.* scilicet vt ex necessitate dentur. quod non erat in fideicommiſ. *vt j. de fideicom. hæred. in prin.*

m ¶ *In primis legum cunabulis.* id est hoc volumine: *vt supra eod. in proœm. circa medium.*

n ¶ *Operæpretium esse duximus.* i pulchrum putauimus, & vtile, vt dicitur in Saluſtio.

o ¶ *Interim.* i antequàm veniamus ad illam constitutionem: vbi tractantur communia eorum.

p ¶ *De legatis.* vt hoc titulo, & duobus sequentibus.

q ¶ *De fideicommissis.* vt *infrà de fideicomm. hared. & alio ibi proximo titulo.*

r ¶ *Cognita.* ſ. separatim.

s ¶ *Eruditi.* sic §. *de iustī. & iure. §. his igitur generaliter.*

a Fideicommissorum natura iure Digestorū, seu antiquo plenior fuit, quàm legatorum.

b Legata fideicommissis quatenus adæquata.

c Hanc legatorum, & fideicō missorum adequationem dic procedere in legatis particularibus quo ad particularia: & in vniuersalibus quoad vniuersalia: non aliter: *vt per dicta hic, & in l. 1. ff. de leg. 1.*

† Scilicet legati, & fideicommiſſi. *Aug. Per.*

Non solùm.] CASVS. Domine iam video quid est legatum, & quot erant olim genera legatorum, & qualiter auctoritate vestræ constitutionis natura legatorum, & fideicommiſ. exæquata est: & quæ ratio vos induxit ad separatim tractandum primò de legatis: & posteà de fideicom. pro Deo dicatis modò mihi, si placet, quæ res legari possunt? Ad hoc resp. Amice, non solùm res testatoris, vel hæredis legari potest: sed etiam aliena. Sed in hoc casu, quando testator rem alienam legat, hæres eius compellitur rem legatam redimere à domino rei si emere potest. Si enim nullo modo, vel pro non certo pretio redimere potest: ad eius æstimationem tenetur. & hoc verum est, si talis est res, cuius commercium haberi possit. Si enim res legata sit talis, quòd super ea contrahere non licet: tunc nec ipsa res, nec eius æstimatio debetur: veluti si testator alicui legauerit campum Martium, vel basilicas, vel templa, vel ea, quæ sunt publico vsui destinata. Nam in his casibus legatum nullius momenti est. Sed quod diximus generaliter alienam rem legari posse, hoc ita intelligendum est: scilicet si testator quando legauit, sciebat rem alienam esse: non autem si ignorabat alienam esse: quia tunc forsitan si sciuisset rem alienam esse, non legasset, & ita omnia hæc diuus Pius rescripsit. Sed pone casum: Quidam legauit Petro rem alienam: vnde mortuo testatore Petr. illud legatum petebat ab hærede: hæres autem ex aduerso ad sui defensionem allegabat testatorē ignorasse illam rem esse alienam: & idcircò dicebat se non teneri ad huius legati præstationem. Legatarius verò in contrarium adserebat testatorem sciuisse rem alienam: & ita dicebat legatum valere. vnde magna fuit discordia inter hæredem, & legatarium super isto legato. Pro Deo domine, dicatis mihi quid iuris est in casu isto: videlicet vtrùm legatarius debeat probare testatorem sciuisse rem alienam esse: vel hæres debeat probare testatorem ignorasse? Ad hoc respondet: Amice, in hoc casu verius est ipsum legatarium oportere probare scientiam testatoris: non autem oportet hæredem probare ipsius ignorantiam, & hoc propter illam regulam generalem, qua cauetur, quòd semper necessitas probandi illi incumbit, qui agit. Igitur cùm legatarius in hoc casu agat ad legatum sibi relictum præstandum: meritò onus probandi

† *Concor. cū §. ca. filius. Gl. 1. extrà de fi.* † Quā scit e alienam, & quā est cōm cum. *Aug. Per.*

a Siue quād quæ fuerit, si nunquā: dum modò leget sub cōditio si noſtra es ciatur: vel spes quòd es ciatur. aliàs eius. *Io. Fab. Aug.*

b Legatum cuius comm cis non est, est an, & q do valeat.

c Paria si non posse, posse cum gna difficul te.

d Legatum cuius comm cium peni non est, au sanè: sed cō gna difficul te, non va nisi duobus Quos: *vt hic.*

probandi ei debet incumbere. Et non solùm in casu isto prædicto locum habet hæc distinctio: sed etiam in alio casu: veluti si testator legauit rem creditori suo obligatam. Nam in hoc casu idē placet, quod in superiori sit: vt videlicet ita demum necesse habeat hæres eam à creditore luere, si testator sciebat rem esse obligatā. & ita diui Seuerus, & Antoninus rescripserūt. & hoc est verum, nisi appareat de contraria voluntate testatoris. Nā si testator voluerit legatarium luere, & hoc in testamento, & codicillis expressit: quamuis testator sciebat rem obligatam: hæres tamen in hoc casu eam luere non debet. Et hæc dicūtur vsque ad illum §. *Si res aliena*. Fran.

† *Concor. cū hoc §. ca. filius. cum Gl. s. extrà de testa.*

‡ Quā scit esse alienam, & de qua est cōmercium. *Aeg. Per.*

a ¶ *Heredis.* & in his nihil refert an scierit hoc defunctus, an ignorauerit: *vt infrà eod. §. si quis rem suam. & ff. de leg. ij. l. unum ex familia. §. si rem tuam.* Idem de re communi legata, secundùm Ioan. *vt ff. eo. l. v. §* j. *& ij.* Sed certè ibi non valet legatum, nisi pro ea parte pro qua nō est error. ADDITIO. Idem si fiscus rem communem simpliciter legaret: quia non valeret nisi pro parte sua. Et est ratio: quia cùm pro illa parte legatum sit vtile, maior ratio facit vt ad eam referatur: nō sic in re penitùs aliena. Io. Fab.

b ¶ *Aliena.* etiam hostium [a]: *vt ff. eod.* j. *l. ab omnibus. §. etiam.* secundùm Ioan. Item ab hostibus capta: *vt ff. eod.* j. *l. seruus ab hostibus. & l. id, quod.*

a Siue quādóque fuerit, siue nunquā: dummodo legetur sub cōditione, si nostra efficiatur: vel sit spes quòd efficiatur. aliàs secus. *Io. Fab. & Ang.*

c ¶ *Cogatur redimere.* speciale propter præceptum testatoris: *sic ff. communi diui. l. communi diuidundo. § fin.* Regulariter contra: *vt C. de contrahen. emp. l. inuitum.*

d ¶ *Non potest redimere.* vllo modo: quia non vult vendere: vel si vult, tamen nimium petit pro pretio: *vt ff. eo. l. non dubium. §. fi. & de leg.* j. *l. apud Iulianum. §. constat.*

e ¶ *Commercium non est.* id est, non potest super ea re contractus haberi.

f ¶ *Adipiscī.* passiuè accipitur: i. acquiri, vel haberi.

æ ¶ *Vel adipisci non potest.* Hæc à libr. scriptis emendatioribus absunt. Rei autem non esse commercium, & rei non habere commercium, diuersa sunt. nam rei non esse commercium: id est, rem à nemine adquiri posse: rei non habere commercium, id est, rem à se adquiri non posse, ab alio posse. Quid ergo si rei legatæ sit commercium: eius tamen commercium legatarius non habeat? Et placet, sicut inutilis est stipulatio, *l. mutum. de verb. oblig.* ita inutile, & inane legatum esse, *l. mortuo. §. Labeo. ff. de leg. ij.* nec quicquam mutat, si testator sciens incapaci legauerit. Opponitur l. *fideicommisso. § si seruo. ff. de legat. iij.* sed ea ibi est natura legati, vt æstimationem contineat, *l. mortuo. §. 1. ff. de legat. ij.* Opponitur *l. filiusfa. §. si quid. ff. de legat.* j. sed ibi legatarius non est incapax. nam lex ait licitè legatum. Opponitur *l. sed si res. ff. eod.* & hîc quidem est labor. At verò didici ex ea demendam esse secundam negationem, vt sit sensus, æstimationem deberi, si ius sit fideicommissario possidendi rem sibi relictam à legatario: quam tamen ipse legatarius parare non possit quod & ad hæredem trahi potest, à quo ei, cui ius est possidendi res, quæ ab illo parari non potest, legata est, *d. §. Labeo. d. l. multum.* Vulgata scriptura inepta est. nam si sic interpretēre, *ei*: id est. legatario: quæ sequuntur abundant, si, *ei*: id est, fideicommissario, illa abundant, cuius com. leg non habet: nam etsi legatarius eius rei commercium habeat, inutile est fideicommissum: vt iam ante fundatum est à nobis. CVIAC.

b Legatum rei, cuius commercium non est, vel est, an, & quando valeat.

c Paria sunt non posse, aut posse cum magna difficultate.

g ¶ *Nec æstimatio.* Si [b] apud nullum est commercium, vel etiam est: sed [c] cum grandi [d] difficultate, non valet legatū: *vt hic, & ff. e. l. apud Iulianum. §. fi.* nisi testator voluerit contrariū manifestè: *vt ff. eo.* j. *l. si quis inquilinos. ad fi. tit. & ibi Glo. iij.* & nisi in alio casu: vt si liber homo sibi legetur, qui fuerat redēptus ab hostibus: quo casu à pignore eximitur: *vt ff. eod. l. senatusc. §. fin.* Si autem commercium [a] est in communi: sed non est ei [b] ſ. à quo relinquitur, valet, vt ipsum detur, vel eius æstimatio: *vt ff. eo. ij. l. mortuo boue. §. Labeo. ij. resp.* & sic intelligitur, *ff. de leg. j. l. sed si res.* Si autem tantùm ei non est, cui præstari debet: si propter suum delictum, vel sectæ diuersitatem, vt in Iudæo, & mancipio Christiano: *vt C. ne Iud. Christi. man. l.* j. non valet, nec æstimatio datur: *vt ff. de leg. ij. l. mortuo boue. §. Labeo.* j. *respons. & de verb. obl. l. multum interest.* ¶ Si propter status conditionem, vel corporis vitium: vt quia seruo militia, vel contracto lege tur stipendiū cursoris: si testator scit vitium inesse, datur æstimatio: aliàs non: *vt ff. de legat. iij. l. fideicommissa. §. si seruo alieno. & ff. eod.* j. *l. filiusfamilias. §. si quid alicui.* Accursius. ADDITIO. Vide Gloss. ferè similem [c], *ff. eod.* j. *l. sed si res aliena. facit Glos. in l. multum. ff. de verbo. oblig.*

a Cōmercium dicitur esse de re, quando est in dominio alicuius, & potest subiici dominio alterius priuati. *Aegi. Per.*

b Cōmercium legari non est, vel ei, à quo relinquitur, vel legatario: idq; vel propter suum delictū, vel status conditionem.

c Vide Gl. simile *in l. mortē. §. ff. de leg. 2.*

d Basilica quid.

Annota, ignorantiā in dubio præsumi: idcircò scientiam asserens, onere probandi grauatur.

Et verius est [m], ipsum, qui agit: id est legatariū, probare oportere sciuisse alienā rē legasse defunctum: non hæredem probare oportere ignorasse alienā: quia semper necessitas probādi incumbit illi, qui agit [n].

Rei hypothecatæ, quā testator cuipiam sciens, prudensque legauerat, initio ad hæredem spectat: nisi aliud sensisse testatorem appareat.

5. ¶ Sed & si rem obligatā creditori aliquis legauerit, necesse habet hæres eā luere [o]. Et in hoc quoque casu idem placet, quod in re aliena: vt ita demùm luere necesse habeat hæres, si sciebat defunctus rem obligatam esse. & ita diui Seuerus, & Antoninus rescripserunt. Si tamen defunctus voluerit legatarium luere, & hoc expresserit: non debet hæres eam luere.

Legatarius rei sibi legatæ dominium ex causa lucratiua nactus, legatum nequaquam petere potest: diuersum erit, si ex onerosa. qui tamen lucratiuo titulo æstimationem rei adeptus fuit, non prohibetur ex alio rē ipsam petere.

h ¶ *Basilicas.* Basilica d Græcè, Latinè regia domus dicitur. A CVR.

i ¶ *Destinata sunt.* vt via publica.

k ¶ *Ignorabat.* quæ ignorantia nocet, nisi [e] coniunctæ [f] personæ sit relictum: *vt C. eod. l. cùm rem alienam.* & nisi cùm relinquitur libertas & seruo alieno: *vt ff. de fideic. li. l. Paulus.* j. *resp.* ¶ Quid si res legata fuerit eiecta? Respond. si in specie non teneri debet hæres de eui. *vt ff. de eui. l. hæres. & ff. de legat.* j. *l. si à substituto. §. hæres* [l]. Si in genere, siue extra iudicium, siue in iudicio tradita fuerit legatario nō stipulāti de eui. aget, ac si nihil sibi datū esset, si est extraneus. ſ. iste legatarius: *vt ff. de leg.* j. *l. si domus. §.* j. *& l. non quocunque. & de leg. iij. l. qui concubinam. § si hæres. & ff. de eui. l. hæres.* Si de coniunctis est legatarius, vel si vni de fratribus est prælegatum, non agit, ne crescat inuidia inter eos: *vt C. de bo. quæ liber. l. cùm oportet. & ff. de l. g. ij. l. cùm pater. §. euictis.* Sed quando omnibus est prælegatum, omnes agunt: siue distributio prælegatorum sit per iudicem facta, siue per partes. Si autem à testatore, excipiendo seruant, non agendo: *vt C. communia vtriusque iud. l. si fratres. & ff. de legat. ij. l. cùm pater. §. euictis.*

e Legare rē alienā scienter coniūctę personæ possumus: vt & libertatē seruo alieno: aliàs extraneo scienter rē alienā legare non possumus.

f Cōiunctę personæ quæ dicātur vide Gl. *in l. cùm alienam. C. eod.*

l ¶ *Si sciuisset.* in eo casu, quo ignorauit.

m ¶ *Et verius est.* vt *ff. de proba. l. verius. C. de rei vin. l. fin. & ibi Glos. fin. & C. de eden. l. qui accusare volunt. C. de excep. l. si quidem. infrà, de interdi. §. commodum. C. de act. & obligat. l. negantes. & C. de prob. l. actor.*

n ¶ *Qui agit.* nisi qui negat, neget ius, & nisi præsumeret ius pro actore: tunc enim probat reus negans: *vt ff. de prob. l. ab ea parte. & ff. de dona. inter virum, & vxorem. l. Quintus.*

o ¶ *Luere.* Tribus [k] casibus luit hæres. 1. Si sciebat testator rem esse obligatam: *vt hic.* 2. Item si ignorabat: sed reliquit coniunctæ personæ: *vt C. de fideic. l. prædia.* 3. Vel [l] si pro tanto res erat obligata, quantum valet, vel pro maiori summa: *vt ff. de lex.* j. *l. si res obligata. §.* j. ADDITIO. ¶ Not. quòd quando testator legat rem pignoratam obligatam pro tanto, vel pluri, quàm valebat: siue sciuerit, siue ignorauerit obligatam, tenetur hæres luere. Nam si teneretur legatarius, ex legato nullum commodum reportaret. Sed tamen dubium facit: quia quando obligatur res pro tanto, vel pluri, quàm valeat, videtur res ipsa haberi pro alienata. facit quod not. *Gloss. in l. qui habebat. ff. de legat. iij.* Sed quando legatur extraneo res aliena ignoranter, non tenetur hæres luere. ergo nec hoc casu. & hanc tenuit Rapha. sed hæc est communior. Ias. ¶ Ad uetre [m] diligenter, quòd luo est verbum æquiuocum ad quatuor. Vno modo significat redimere, siue liberare: vt luo pignus ære. & sic accipitur hîc. ¶ Secūdo modo est sustinere, siue pati, vel puniri, vt fur luit pœnas: & crux luit mala, id est punit. ¶ Tertio modo est purgare, vel expellere: vt lux luit tenebras. ¶ Quarto modo pertinet ad actum venereum, cùm oues sunt in ardore coeundi. Vnde versus: *Ære luo pignus, etuco*

g Vel quid ad pias causas. Hæ enim causæ libertati comparantur. *Ang.*

h Legatum si euincatur, an legatario pereat.

i Nisi sciens alienam, vel cōiunctæ personæ legasset: *secundùm Io. Fab. hîc* Sed secūdū Ange. tunc debetur per viā retentionis: nō actionis, si sit hæres, & cohæredibus etiam fuerit prælegatum *vt hic in fi. Glo* de qua materia vide Ang. hîc

k Legata res obligata per hæredē, in tribus casibus est luenda

l Idem si legatum ipsum iam à se legatum, pignorauit. *Ang.*

m Luo, luis, habet quatuor significata.

cruce pœnas, luce tenebras. Dicitur & luere, quando ſalitur ouis. Vel ſic: & breuius, *Crux luit, as, crepo, lux, mala, pignus, ouem, tenebraſque.* De hoc eſt gloſſa notabilis *in l. lucet certus. C. de loca. & conducto.*

Si res.] CASVS. Domine, quidam legauit Petro rem alienam: & Petrus viuente adhuc teſtatore conſecutus fuit dominium illius rei: modò quæro, vtrùm mortuo teſtatore Petrus ratione illius legati, cuius dominium habuit ante mortem teſtatoris, aliquid conſequi ab eius hærede poſſit? Ad hoc reſpond. Amice, ſi res aliena legata fuerit, & eiuſdem dominium legatarius viuo teſtatore conſecutus fuerit, diſtinguendum eſt ex qua cauſa legatarius conſecutus fuerit dominium rei legatæ. nam ſi ex cauſa emptionis, vel alia cauſa onerosa dominium conſecutus fuerit: nihilominùs actione ex teſtamento æſtimationem eiuſdem rei ab hærede teſtatoris conſequi poterit: ſi verò ex cauſa donationis, vel ex alia cauſa lucratiua: putà ex cauſa legati in alio teſtamento ſibi relicti factus fuerit dominus rei illius: tunc de cætero ab hærede nihil petere poterit: & hoc propter regulam iuris generalem, qua cauetur, duas lucratiuas cauſas in eundem hominem, & in eandem rem non poſſe directè concurrere. Et eadem ratione ſi ex duorum teſtamentis eadem res alicui legatario debeatur: multum refert, vtrùm legatarius rem, an æſtimationem ex teſtamento vnius conſecutus ſit. nam ſi ipſam rem habeat: aduerſus hæredem alterius agere non poterit: cùm ex cauſa lucratiua iam ipſam rem habeat. Si verò æſtimationem rei illius conſecutus prius fuerit: nihilominùs ab hærede alterius ipſã rem conſequi poterit. Et hæc dicuntur vſque ad illum §. *ea quoque res* Franc.

6. ¶ Si res aliena legata fuerit, & eius rei viuo teſtatore [a] legatarius dominus factus fuerit: ſi quidem ex cauſa emptionis: ex teſtamento actione pretium cõſequi poteſt [b]. Si verò ex cauſa lucratiua, veluti ex donatione, vel ex alia [c] ſimili cauſa: agere [d] non poteſt. Nam traditum [e] eſt, duas lucratiuas cauſas in eundem hominem [f], & eandẽ rem [g] concurrere non poſſe [h]. Hac ratione [i], ſi ex duobus teſtamentis [k] eadem res eidem debeatur: intereſt vtrùm rem, an æſtimationem ex teſtamento conſecutus ſit. Nam ſi rem habet, agere non poteſt [l]: quia habet eam ex cauſa lucratiua. ſi æſtimationem, agere poteſt [m].

Etiam res futura, quæ tamen eſſe ſperatur, legari poteſt. Aret.

7. ¶ Ea quoque res [n], quę in rerum natura non eſt, ſi modò futura eſt [o], rectè legatur: veluti fructus, qui in illo fundo nati erunt, aut quod ex illa ancilla natum erit [p].

Eiuſdem rei legatum duobus coniunctim, aut ſeparatim factum, vtrique accipienti æquis portionibus quæritur: ſin autem alterius portio defecta fuerit, accreſcendi quodam iure ad collegatarium pertinebit.

8. ¶ Si eadem res duobus [q] legata ſit, ſiue coniunctim [r], ſiue diſiunctim [ſ]: ſi ambo peruenĩãt ad legatum, ſcinditur [t] inter eos legatum. ſi alter deficiat: quia aut ſpreuerit legatum, aut viuo teſtatore [u] deceſſerit [x], vel alio quoquo modo defecerit [y], [a] Teſtatoris, & eius hæredis cenſetur vna perſona.

Ea quoque.] CASVS. Domine, pono quòd aliquis legauit rem, quæ tempore conditi teſtamenti in rerum natura non erat: futura tamen ſperabatur: nunquid valet legatum? Et reſpond. quod ſic. ea enim res, quæ in rerum natura non eſt, ſi tamen futura ſperetur, rectè legari poteſt: veluti ſi teſtator legauerit fructus, qui in fundo Sempronio nati erunt: vel ſi legauerit quod ab ancilla natum erit. nam in vtroque caſu valet legatum. Et hæc dicuntur vſque ad illum §. *ſi eadem res duobus.* Fran. de Aret.

[b] Bis idẽ legari non videtur in duobus teſtamentis.

a In dãdi obligationibus res ipſa petenda, etiamſi præſtari non poſſit: verũ executio fit in æſtimatione. *l. ſi ſeruus. in ſi. ff. de verb. obli.*

b Petere id, quod iam ipſi habemus, quatuor caſibus poſſumus.

c Hæ leges nõ faciunt ad propoſitum: quia cùm res ſit eius: non poteſt dici quòd eam habeat, & petat: ſed facit. *ff. de le. 1. non quicunque. in prin.*

Eſt & alius caſus, quando res traditur: forma tamen mutata: *vt l. mulieris §. res abiſſi. ff. de verb. ſign. ſecundum Io. Fab.*

d Dotis cauſa onerosa eſt reſpectu viri: mulieris reſpectu lucratiua eſt. *l. vltim. ff. quæ in fraudem.*

e Cauſæ duæ lucratiuę regulariter in eandem perſonã, & de eadem re concurrere nõ poſſunt: *vt hic.* vide tamẽ exceptiones apud Socinum Regula, *Cauſa duæ lucratiuæ. 42. & Ang. hic.*

f Speciei, & quãtitatis differentia.

a ¶ *Viuo teſtatore.* idem eſt & ſi poſt mortem: *vt* ⁊. §. *ſi cui.*

b ¶ *Conſequi poteſt.* ¶ Not. cautè ponit conſequi. nam pretium petere non poteſt: ſed rem, quæ tantùm eſt in obligatione, ſecũdùm nos: æſtimatio tamen datur propter defectum: *vt ff. de verb. obligat. l. ſi ſeruum. § effectus.* Sed contra nos eſt, *ff. de legat. iij. l. ſi res mihi.* Reſpond. ibi propter defectum iuris petendi. ex præſumpta voluntate defuncti rem legatam legatarius amiſit: ſed hîc nõ ex voluntate defuncti amiſit emendo. Quidam tamen dicunt æſtimationem eſſe in obligatione: *vt ff. de condi. fur. l. in re furtiua. in princip. ibi, ſed vtrùm* [a] *. in fin.* ¶ Et nota quatuor caſus, quibus peto id, quod habeo. Primus eſt: vbi res mihi data poteſt auferri: *vt ff. de ſol. l. ſi rem. & l. qui res.* ⁊. *reſponſ.* [c] 2. Item ſi habeo ex alia cauſa, quàm debeam habere: quia nõ videor habere, cùm precium abſit: vt hîc. 3. Item ſi aliquid iuris rei deeſt: id adhuc tradendum eſt: *vt ff. de ſolu. l. etiam. & de verb. oblig. l. Iulianus. §. fin.* 4. Item ſi res deterior eſt dolo dantis, ex cauſa ſtricti iuris datur de dolo, licèt habeat rem: *vt ff. de dolo. l. & eleganter. §. non ſolùm.* Sed in bonæ fidei agitur ex primo contractu: *vt ff. commoda. l. iij. §. ſi reddita.*

c ¶ *Ex alia.* vt legati: *vt ff. mandati. l. ſi hæreditatem.* non [d] dotis promiſſione: *vt ff. de actionibus & obligationibus, l. ex promiſſione.* ACCVR.

d ¶ *Agere.* etiam ſi ſua poſteà eſſe deſinit: *vt ff. de lega. ij. l. Mæuius. §. duobus.*

e ¶ *Traditum* [e] à iure: *vt ff. de act. & oblig. l. omnes. & ff. de leg. j. l. ſi ſeruus legatus. §. Stichum.* ACCVRS.

f ¶ *In eundem hominem. ff. eod. j. l. ſi ſeruus. §. j. contrà.* Solu. ibi per obliquum concurrunt, non directò: *vt hic & arg. ff. de vulg. ſubſti. l. quæ liberis. §. fin.*

g ¶ *Rem.* i. ſpeciem. aliud ſi quantitatem: *vt ff. de leg. ij. l. Titia Seio. in prin.*

h ¶ *Non poſſe.* Sed cur ſecùs quando emit? Reſpondeo: quia nec rem habere videtur: cùm precium ei abſit, & loco rei ſucceſſerit: *vt ff. de petit. hæred. l. & ſi rem. & quod met. cau. l. videamus. & l. ſi ipſa.*

i ¶ *Hac ratione.* ſ. ſupradictæ regulæ.

k ¶ *Ex duobus teſtamentis.* ſ. duorum hominum. ſi enim vnius eſſet, primum per ſecundum corrigeretur: *vt* ⁊. *quib. mod. teſta. infir. §. poſtremo.* ¶ Quid ſi in eodem bis legauit? Reſp. diſtingue [f] ſpeciem à quantitate: *vt ff. de le. j. l. planè vbi. §. ſi eadem. vſque ad illum §. ſi coniunctim.*

l ¶ *Agere non poteſt.* vt *ff. de lega. j. l. planè vbi. §. ſi eadem. verſic. ſed ſi duorum. contrà:* vt ſequitur, ex eodem teſtamento. Solue, illa intelligitur ſecundùm huius §. diſtinctionem.

m ¶ *Agere poteſt.* Contra, *de lega. j. l. huiuſmodi. §. j.* Solu. ibi teſtatoris [a], & hæredis teſtantis eſt eadem perſona: *vt in Authent. de iureiur. à mor. in princip. colla. v.* Vel ibi in ſecundo legato commodum repræſentationis primi legati relictum videtur: *vt* ⁊. *eod. §. ex contrario.* quia [b] non videtur legari bis in duobus teſtamentis: & ideò non habebit niſi ſemel.

n ¶ *Ea quoque res.* ſic *ff. de leg. j. l. quod in rerum. in princ. & de leg. iij. l. etiam.* ACCVR.

o ¶ *Futura eſt.* ſi autem nec fuit res, nec eſt in rerum natura, nec erit, vt Chimæra: vel fuit: ſed non eſt, vt homo mortuus, non poteſt legari: *vt* ⁊. *de inu. ſtip. in prin.* Si autem eſt dubium an ſit, vel non ſit in rerũ natura: cauet hæres de proſequendo, & reſtituẽdo: *vt ff. de le. j. l. ſeruo legato. §. ſi.* Idem in ſeruo legato, qui fugerat ante teſtamentum: aliud in eo, qui fugerat poſt: ſcilicet teſtamentum, qui ſ. eſt periculo legatarij: *vt ff. eo. tit. l. cùm ſeruus. & l. ſi ſeruus legatus. j. reſponſ.* [c] Homo mortuus, non eſt homo.

ADDITIO. Dic pleniùs, & ordinatiùs per Gloſ. *in dicta l. cùm ſeruus.* & ibi Bart. & doct. *ff. de lega. j. & per Gloſ. in l. ſi quis ſeruo. ff. de leg. ij. & adde quod not. Gloſſ. & doct. in l. quod legatur. ff. de iudi.* Ang.

p ¶ *Natum erit.* & [d] tunc competit ſibi exactio: *vt ff. de verb. oblig. l. interdum. j. reſp.*

[d] In futurorũ obligatione, æſtimatio naſcitur obligatio, & actio: differtur tamẽ executio in tempus fructus.

Si eadem res.] CASVS. Domine, quidam legauit eandem rem duobus P. & M. ego quæro, quid iuris ſit in iſto caſu? Ad hoc reſp. Amice, ſi duobus eadem res legata ſit: ſi diuiſim, vel coniunctim legetur ſi ambo peruenerint ad legatũ, diuiditur inter eos legatũ. Si autem alter eorũ per modũ repudiandi deficiat, vt quia legatũ peruenit in caſum caduci, vtputà quia legatarius deceſſerit viuo teſtatore: vel ſi quolibet alio modo deficiat, veluti per mortem ciuilem: tunc omnibus his caſibus totum legatum ad legatarium iure accreſcendi pertinebit. Sed domine, iam video quid iuris eſt quando eadem res legatur duobus, ſiue coniunctim, ſiue diſiunctim: pro Deo dicatis mihi, quando quis cenſetur legare coniunctim: & quando diſiunctim? Ad hoc reſpon. quòd coniunctim videtur quis legare in hunc modũ, veluti ſi quis dicat, Titio, & Seio hominem Stichum do lego: Sed diſiunctim videtur quis ita legare, veluti ſi dicat, Titio Stichum do lego: Seio Stichũ do lego. nam in hoc caſu etiam ſi expreſſerit eundem hominem: ſcilicet dicendo ſic, Stichum do lego, nihilominus eum diſiunctim legare intelligitur. Et hæc vſque ad illum §. *ſi quis fundus.* Franc de Aret.

[e] Gloſſa ibi tenet cõtrarium huius Gl. *Ang.*

f ¶ *Coniunctim.* ſ. [f] per copulatiuam coniunctionem: *vt ff. de hæred. inſt. l. ſi ita. & quis hæredes.*

[f] Coniunctim legatur per copulatiuam cõiunctionem.

g ¶ *Diſiunctim.* i. ſeparatim: *vt* ⁊. *proxi. §.*

[g] Coniunctus re tantùm, admittitur cum verbis tantùm cõiunctio: *vt ibi, ſecundùm communem intellectum,* niſi dicas cum Raphaele ibi penitus eſſe ſeparatos.

t ¶ *Scinditur.* viriliter: niſi ſimul [h] duo coniuncti eſſent, qui locum vnius obtinent: *vt ff. de hæred. inſtit. l. Titius. & l. interdum. in princ.* ACCVRS.

[h] Coniunctiloco vnius obtinẽt, niſi ex quibus partibus inſtituti.

u ¶ *Viuo teſtatore.* nam ſi teſtatore mortuo legatarius decedat, ad hæredem ſuum legatum tranſmittit: *vt C. de caduc. tollen. §. cùm igitur.*

x ¶ *Deceſſerit.* poſt teſtamentum tamen: vt differat à ſequenti.

[i] Legatũ quinque caſibus deficit: & legatario accreſcit.

y ¶ *Defecerit.* ſ. legatarius, vt per mortem ciuilem. 2. Vel die legatum, quod tribus caſibus deficit, & accreſcit legatario: præter [i] duos, qui ponuntur hîc. Primus, ſi non eſt collegatarius in rerum natura tempore teſtamenti: *vt C. de caduc. tollendis. §. j. in*

[b] Putà qu hoc expreſſi vel ſub co memoration primi legau ſecundo: vt f dum quem l gaui Titio, l go Séproni aut hoc fe ex interual *ſecũdùm to. Fa*

[c] Diſiuncto alij diſiun tãtùm verb alij re & ve bis, alij re ta tùm.

[d] Coniuncti & verbis pra feruntur o nibus aliis c iunctis & di iunctis, re ta tùm, ſimul a mittuntur v bis tantũ, di iunctis re verbis præf runtur.

[f] Proprieta plena conſt ex duobus: p tã ex propr tate nuda, vſufructu.

§. j. *in princi.* 2. Secundus si mihi,& posthumo legatur, qui aborietur posteà: *vt ff.eo.*j.*l. si duobus.*§.*fi.* 3. Tertius, si mihi,& hæredi suo legat: *vt ff. eod.*j.*l.planè vbi.* §. *si duobus.* & sic sunt quinque casus. Econtrà [a] sunt tres casus, quibus deficit legatum:sed collegatario non accrescit. 1. Primus,si mihi, & seruo suo legat: *vt ff.eod.* j.*l. planè vbi.*§. *si coniunctim.* 2. Secundus, si mihi , & tibi res tua legatur: *vt ff. eo.* j.*l. huiusmodi.* §. *si Titio.* 3. Tertius, si mihi , & non capaci legatur : *vt ff. de lega. ij.l. si Titio.*

a ¶ *Coniunctim.* scilicet re,& verbis: *vt ff. de leg. iij. l. re coniuncti.*

b ¶ *Disiunctim.* scilicet verbis tantùm. nam re sunt coniuncti.

c ¶ *Do lego.* Sed nónne dando Seio adimit Titio : *vt ff. de pupil. substl.si quis eum. & de adim. leg.l.iij. in prin. & l.sicut?* Resp. sic, si probatur , testatorem hoc scilicet adimere Titio, & dare Seio voluisse: [b] non aliàs : *vt ff.eo.* j.*l. si pluribus.* §. j.

d ¶ *Disiunctim.* [c] tantùm: re tamen coniuncti sunt: *vt ff. de leg. iij. l. re coniuncti.*

2. Sunt & alij re,& verbis disiuncti : vt si ita dicam,lego Titio dimidiam serui Sempronio lego dimidiam eiusdem serui: *vt ff. eo.ij. l. & Proculo.* Nec abstat *in eod.titu.de leg.ij.l. Mauio.in princ.* quia ille intelligitur quando viam dimidiam vtrique legauit. Et in istis non habet locum accessio: id est ius accrescendi:*vt d.l.& Proculo.* 3. Sunt etiam re disiuncti: sed verbis coniuncti: vt si dico, lego tibi , & Sempronio pro æquis portionibus. ¶ Sunt & alij [d] re,& verbis coniuncti: *vt* §. *proxs.* et [e] coniuncti vtroque modo , præferuntur disiunctis vtroque, vel altero tantùm modo coniunctis. Coniuncti verò vno modo tantùm,simul admittuntur: scilicet re tantùm. Coniuncti verbis tantùm disiunctis re , & verbis præferuntur: *vt ff. de hære. inst. l. si ita quis heredes. & ff. de leg.ij.l.re coniuncti.* §.*pe.& §.fi.* ADDITIO. Similem Glo. habes in *l.* j. §.*fi. ff. de vsufruct. accresc.*

Si cui fundus.] CASVS. Domine, quidam legauit Petro fundum alienum: posteà legatarius:scilicet P. proprietatem eiusdem fundi emit, vel ex alia causa onerosa deducto vsufructu acquisiuit. procedente tempore vsusfructus eiusdem fundi peruenit ad Petrum per mortem, vel per capitis deminutionem vsufructuarij: vel ex alia causa lucratiua, vsufructu finito: & ad proprietatẽ reuerso : & ita legatarius fundum in plena proprietate habuit: modò Petrus nihilominùs agit ex testamento contra hæredem, & petit totum fundum in plena proprietate ab hęrede testatoris. modò quæro vtrùm Petrus legatarius rectè agere videatur ; Et respon. quòd sic. Nam si fundus alienus legatus fuerit , & posteà legatarius emerit proprietatem eiusdem fundi deducto vsufructu:licèt posteà vsusfructus ad legatarium ex causa lucratiua peruenerit : tamen ad fundum nihilominùs actione ex testamento rectè agere poterit. & ita Iulianus ait. Contrarium tamen videbatur. nam si legatarius petat fundum in plena proprietate:(quę proprietas constat ex duobus : videlicet ex nuda proprietate , & vsufructu) si legatarius ex causa lucratiua habuit vsumfructum videtur quòd fundum in plena proprietate petere non potest Ad istam tacitam obiectionem,quæ fieri posset: respondet Iustinianus in litera,dicens quòd hæc obiectio non obstat:quia vsusfructus in petitione tali: videlicet quæ fit per actionem ex testamento,non obtinet partem dominij:sed vicem seruitutis:& ideò petendo fundum in plena proprietate , non videtur petere illam partem rei,quæ sibi obuenerat ex causa lucratiua: scilicet vsumfructum , & hoc est verum de rigore iuris : sed de æquitate ait Iulianus officio iudicis contineri , vt æstimatione vsusfruct. deducta , hæredem ad æstimationem nudæ proprietatis debeat condemnare. & hæc dicuntur vsque ad illum §. *sed si rem.*

e ¶ *Emerit.* scilicet legatarius.

f ¶ *Peruenerit.* scilicet morte vsufructuarij, vel capitis deminutione, vel simili causa: lucratiua tamen: *vt suprà, de vsufr.* §. *fin tur.* & sic factus est causalis.

g ¶ *Et fundum.* id est proprietatem plenam. de iudicis tamen officio aliter fit: *vt infrà sequitur.*

h ¶ *Petere.* hìc repete quod diximus ſ. *eo.* §. *si res.* ACCVRS.

i ¶ *Quia vsusfructus.* dixit fundum peti,& sic in plena proprietate. ¶ Sed opponitur:plena [f] proprietas constat ex duobus:scilicet ex nuda proprietate , & vsufructu : & iam habet partem: id est vsumfructum ex causa lucratiua : quo modo ergo petitur fundus in plena proprietate? Respond. vsusfructus hoc [a] casu, cùm fundus petitur in plena proprietate , non obtinet partem dominij : sed vicem seruitutis prædialis , quæ non est pars rei, cùm non possit esse sine re : & ideò non videtur peti ea pars rei, quæ obuenit ex causa lucratiua : scilicet vsusfructus : & hoc de rigore : sed contrà de æquitate , vt subiicit.

k ¶ *Quia vsufr.* Intentio eius, qui fundum petit, hæc est , vt si à proprietate separatus sit vsusfructus,hęc confundantur , atque ita fundus detur. Rectè igitur in hoc casu legatarius ex testamẽto agit. nam vsufru. seruitutem petit , quam ipse non habet. In re enim sua nemo vsumfructum habet. CVIAC.

l ¶ *In petitione.* scilicet tali : id est prædicta per actionem ex testamento: aliàs in [b] multis locum dominij habet: *vt ff. de dam. infect. l. qui bona.* §. *& superficiarium. & ff. de bo. auct. iud. pos.l.in venditione. in princ. & ff. fabrorum. l. & puto.* §. *ij. & ff.de vsufr. l. iiij. & v.* ADDITIO. Dic quòd nó est pars dominij prædicatiua,seu subiectiua:vt posita specie ponatur genus : sed est pars integralis : quia fructus iuncti cum proprietate faciunt plenum dominium :vt per Gloss. *in l. recte dicimus. ff. de verb. sign.* Ang.

m ¶ *Seruitutis.* scilicet realis.

n ¶ *Deducto vsufructu.* id est, æstimatione vsusfructus : quem scilicet vsumfructum ex causa lucratiua habet : & ideò non debet plus habere: *vt suprà, eod.* §. *si res.*

o ¶ *Æstimationem.* scilicet proprietatis.

p ¶ *Præstari.* scilicet ab hærede suo.

Sed si rem.] CASVS. Domine , quidam legauit P. fundum ipsius P. modò quæro à vobis , vtrùm valeat ? & respond. quòd non. Nam licèt suprà dictum sit alienam rem legari posse : si tamen aliquis rem propriam ipsius legatarij ei legauerit : inutile est legatum & hoc ideò : quia illud , quod proprium est ipsius legatarij, amplìus eius fieri non potest : & in hoc casu iterùm inutile est legatum , & nullius est momenti : quia nec ipsa res , nec ipsa æstimatio debetur. Sed pone , Quidam testator rem suam propriam credens esse alienam rem , quasi alienam legauit P. ego quæro , vtrùm valeat ? Respon. Iustinianus quòd sic : dicens ita : Si quis rem suam quasi alienam legauit : in hoc casu bene valet legatum. nam plus valet , quod est in veritate, quàm quod est in opinione. Sed domine , ponamus quòd testator putans rem suam esse legatarij , legauit : nunquid valet tale legatum ? Respond. quòd sic. In hoc enim casu legatum valere constat : quia voluntas testatoris volentis huiusmodi rem acquiri legatario , exitum habere potest. Et hæc dicuntur vsque ad §. *si rem suam.* Franc.

q ¶ *Legatum.* vt *ff. de lib. leg. l.* j. *contra.* Sol. ibi liberatio relinquitur , quæ non erat debitoris.

r ¶ *Non potest.* sic *infrà, de act.* §. *sic itaque. ff.de le. iij.l. cùm quis.* j. *respon. & ff.de excep. rei iudi.l. & an eadem.* §. *actiones. & de acqui. pos. l. iij.* §. *ex pluribus.* ACCVRS.

s ¶ *Alienauerit.* Contrà , *ff. de reg. Cato. l.* j. *in fin.* Solu. secundùm Bart. ibi , viuo testatore alienauit , hìc posteà [c] : Vel hìc purum fuit , ibi conditionale , secundùm Ioan. *arg. ff. eodem* j.*l. cætera.* §. *ij.*

t ¶ *Et licèt alienauerit.* Hoc verò fit ex regula iuris, quæ Catoniana dicitur , *l. cetera.* §. *1. ff. de legat. 1.* ideoque ita ponamus necesse est eum alienasse viuo testatore. nam si post mortem alienauerit , iam non tam regula Catoniana , quàm quòd legati dies inutiliter cesserit impedimento est , *l. vltim. ad fin. ff. communi. pradiorum. l. cùm filius.* §. *seruus. ff. de legat. 2.* Opponitur *l. 1. ff. de reg. Caton.* animaduerti Celsum ab aliis sæpissimè dissentire. idemque ipse hac in re ausim statuere. Iustiniano enim , siue Triboniano affirmanti concordare omnia inter se , fidem nullam habeo aliam circa Catonianam regulam controuersiam retulit Th. in §. *an seruo. infrà* , Est autem hæc regula iuris antiqui : non iuris noui , vt ipse ad Vlpianum adnotauit tit. *de legatis.* explicata l. *vlt. ff. de reg. Caton.* (quæ ingeniorum vsque adhuc quædam veluti crux extiterat) hoc modo: non pertinere Catonis regulam ad leges Iulias , & Papias , ex quibus

a Legatum in tribus casibus deficit,nec legatario accrescit.

a Vsusfructus an, & quando sit pars dominij,vel non sit.

† Id est detracto à proprietate. Sic Plaut. Deduco pedesde lecto. id est , detracto , separo. *Aug. Pio.*

† *Concor.cũ hoc* §. *tex. in c.inter dilect. ante fi. cũ Gloss super ver. quod meũ. extr. de fid. instr.*

b Vsusfructus in multis locũ dominij habet.

b Puta quia hoc expressit, vel sub commemoratione primi legauit secundo:vt fùdum quem legaui Titio, lego Sẽpronio, aut hoc fecit ex interuallo *secũdum Io.Fab.*

c Disiunctorũ alij disiuncti tãtùm verbis, alij re & verbis,alij re tantùm.

d Coniunctorum alij coniuncti re & verbis:alij , re tantùm , alij verbis tãtùm.

e Coniuncti re & verbis præferuntur omnibus aliis cõiunctis & disiunctis, re tantùm,simul admittuntur sed tatim nascitur obligatio,& actio : differtur tamẽ executio in tempus fructus.

c Hæc responsio nõ est bona: quia quantum ad conualescentiam legati, nihil refert an viuo testatore rem sibi legatam propriam alie nauerit: an verò post eius mortem. *vt l. cætera.*§.*i. ff. de legat.*

f Proprietas plena constat ex duobus:putà ex proprietate nudæ , & vsufructu.

quibus legata cedunt ab apertis tabulis: sed ad leges XII. Tab. ex quibus ea cedunt à morte testatoris. quod quidem hac de re cùm disputaremus inter nos, P. Faber, vtrique nostrùm eodem penè momento in mentem venisse commemini. CVIAC.

a ¶ *Quasi alienam.* id est, credens alienam.

b ¶ *In opinione.* Nota sic ff. de manu. vin. l. si pater. §. quotiens. ibi, plus est enim. & ff. de iur. & fac. igno. l. regula. §. qui ignorauit. arg. contrà. ff. de acquiren. hared. l. is, qui putat. Solu. ibi de re, quæ consistit in animo.

c ¶ *Exitum.* id est effectum: vt ff. quemad. testa. ape. l. vel negare. ibi, publicè enim expedit suprema hominum iudicia exitum habere: id est res talis legatario acquiri potest.

Si rem suam.] CASVS. Quidam legauit Petro fundum: postèà idem testator eundem fundum vendidit M. quæro, vtrùm valeat legatum: an verò videatur ademptum per alienationem factam à testatore? Respon. Iustinianus quòd in hoc casu sententia Celsi tenenda est. Celsus enim in hoc casu existimat, si testator non adimendi animo fundũ legatum vendidit: nihilominùs etiam post alienationem deberi legatum. & hoc idem diui Seuerus, & Antoninus rescripserunt: & iidem principes in quodam alio casu idem ius statuerunt: videlicet in tali casu. Quidam facit testamentum, & in testamento suo quædam prædia legauit P. & posteà eadem prædia P legata pignori obligauit. Nam rectè in hoc casu rescripserunt testatorem obligando prædia legata, legatũ non videri ademisse: & ideò legatarius cum hærede experiri poterit actione ex testamento, vt prædia à creditore luantur. Et quod dixit suprà idem iuris est & si partem rei legatæ alienauerit. nam in parte non alienata ita demùm valet legatum, si testator non adimendi animo eam alienauerit. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *si quis debitori suo.* Franc.

d ¶ *Alienauerit.* vendendo: sed donando indistinctè videtur ademere: nec distinguitur an valeat donatio, vel non: & etiam si reuocetur: vt ff. de adimen. leg. l. cùm seruus. & l. rem legatam. & l. legatum sub conditione. §. j. si ex alia causa à donatione, distingue animum: vt hîc, & in dubio probat hæres mutatam voluntatem: vt ff. de leg. iij. l. fideicommissa. §. si rem. & ff. eo. ij. l. Lucius. §. pe. ibi, nisi hæres. & ff. de proba. l. eum, qui.

e ¶ *Non adimendi animo.* qui animus ex hoc probatur: quia si necessitate rei familiaris, non videtur reuocasse: aliàs sic. quæ distinctio in donationem non cadit: vt ff. de adimen. leg. l. rem legatam. & not. C. eo. l. qui post. Accursius.

f ¶ *Deberi.* scilicet rem legatario. arg. suprà, eod. §. non solùm. vbi ab initio fuit alienata.

g ¶ *Idémque.* scilicet iuris esse.

h ¶ *Iidem.* scilicet Imperatores Seuerus, & Antoninus.

i ¶ *Pignori dedit.* quod si rem obligatam creditori debitor legauerit, nunquid valet legatum? respon. sic: & nihilominùs poterit petere debitum, nisi voluntas testatoris ostendatur volentis compensare: vt ff. de leg. ij. l. creditorem. ACCVRS.

k ¶ *Non videri.* [a] nisi sub dicta distinctione: id est an habuit animum adimendi, vel non. 2. Vel dic nullo modo: vt hic, & C. eo. l. qui post. & hoc quia primò valuit relictum: aliàs contra: vt C. de dona. inter vi. & vxo. l. si maritus. ij. & ff. de don. inter vir. & vxo. l. cùm hic status. §. si maritus. & ibi in glo. j.

l ¶ *Si verò.* Nota de toto ad partem.

m ¶ *Quis* scilicet testator.

Si quis debitori.] CASVS. Quidam habuit debitorem in c. & in testamento suo legauit debitori suo liberationem: modò quæro, vtrùm valeat huiusmodi legatum? Et respon. Iustinianus quòd sic. nam si quis debitori suo liberationem, siue quittationem legauit, in hoc casu vtile est legatum: & neque ab ipso debitore, neque ab hærede debitoris, vel à quocunque alio eius successore hæres testatoris aliquid consequi poterit: sed etiam debitor, cui liberatio legata est, cum hærede testatoris agere poterit, vt eum liberet. Et non solùm in casu prædicto valet legatum: videlicet quando liberatio legata est: sed etiam si dilatio debiti legata sit. Potest enim testator iubere ne hæres suus vsque ad aliquod certum tempus à debitore petat. Sed licèt dixerim tibi valere legatum liberationis: secùs tamen est in casu conuerso. ¶ Nam si debitor quod debet purè creditori suo, eidem legauerit: inutile est legatum. & hoc est verum, si nihil plus est in legato, quàm in debito: quia in hoc casu legatarius nullam vtilitatem ex huiusmodi legato habiturus est. & hoc est verum quando purè debitum legauit. sed si debitor quod in diem, vel sub conditione debet creditori suo, purè legauit eidem: in hoc casu vtile est legatum: videlicet propter modum repræsentationis: quia illud, quod primò erat in diem, vel sub conditione debitum: per legatum mortuo testatore purificatum est. ¶ Sed quid si vno testatore dies venerit, vel conditio extiterit: nunquid legatũ euanescit? & certè videbatur quòd sic, cùm debitum per aduentum diei, vel conditionis iam sit effectum purum: & ita nihil amplius est in legato, quàm in debito. Papinianus tamen in hoc casu scripsit nihilominùs valere legatum: & hoc ideò quia ab initio tenuit. & certè sententia Papiniani est vera. Non enim placuit nobis sententia quorundam existimantium in hoc casu extinctum esse legatum: quia in eam causam peruenit, à qua incipere non potest. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *sed si vxori.* Casus, qui sequuntur, planissimi sunt vsque ad illum §. *si peculium.* Fran. de Aret.

n ¶ *Liberationem legauerit.* quod tribus modis fit. Primus, peti nolo, vel, quod debet, relinquo, vel actionem remitto. & hîc liberandus est legatarius ab omni debito: vt hic, & ff. de lib. leg. l. si quis rationes. & l. Aurelio. j. respon. Secundus est, si negotium testatoris gessisset. & testator dixerit, rationes reddere nolo. & hîc ab omni liberatur, nisi ab eo, quod penes eum sit, & ab eo, quod dolo fecit: vt ff. de lib. lege. l. Aurelio. §. fin. cum suis concor. [a] vt in Gl. ff. ibidem. Tertius si damnauit hæredem ne exerceat actiones: quo casu si bonam causam habet testator: litis euentus, & sumptus ab aduersario facti legati videntur: vt ff. de lib. leg. l. petitor. si malam causam, nihil videtur* legare: vt in eadem l. ADDITIO. Similem Glo. habes in l. Aurelio. ff. de li. leg.

o ¶ *Vtile est.* licèt res sua sibi legari videatur: vt ff. de lib. leg. l. j. j. respon. & est hoc verum, nisi testatore viuo exactio fiat; vt infrà, eodem titu. §. tam autem. & ff. eod. iij. l. fideicommissa. §. si rem. ACCVRSIVS.

p ¶ *Hæres.* vel hæres hæredis: vt ff. de lib. leg. l. j. in fi.

q ¶ *Petere.* cum effectu propter exceptionem: vt ff. de lib. leg. l. iiij. §. nunc de effectu.

r ¶ *Hæredis loco sit.* sicut est bonorum possessor. & fidei commissarius vniuersalis: vt infrà, de bon. poss. §. quos autem. & de fideic. hare. §. restituta.

s ¶ *Vt liberet.* per acceptilationem, si solus est debitor. si habet correum socium, idem: aliàs correus, siue socius pacto liberatus: vt ff. de lib. leg. l. iiij. §. nunc de effectu. in fi.

t ¶ *Ad tempus.* vt ff. de lib. leg. l. non solùm nostrum. §. ij. ACCVRS.

u ¶ *Si debitor.* secùs si alius: quia interest creditoris plures reos habere: vt ff. de lib. leg. l. si quis decedens §. fi. aliàs incipit, *Iulianus.*

x ¶ *Creditori suo.* scilicet ciuiliter. & naturaliter, & cum effectu, & purè: aliàs valet: vt ff. de leg. j. l. si creditori. per totam legem. & l. fin autem. ACCVRS.

y ¶ *Nihil amplius.* Sed nunquid hodie semper est plus cùm habeat statim rei legatæ dominium, & hypothecariam aliarum rerum autem alienata ita debetur, si non adimendi animo alienata sit.

Liberationis legatum, tutum legatarium, eiusque in posterum iuris successores reddit: actionémque ei aduersus creditoris hæredem, vt liber ab obligatione fiat, acquirit.

13. ¶ Si quis debitori suo liberationem legauerit[n], legatum vtile est[o]: & neque ab ipso debitore, neque ab hærede eius potest hæres[p] petere[q], neque ab alio, qui hæredis loco sit[r]. sed & potest à debitore conueniri, vt liberet[s] eum. Potest etiam quis vel ad tempus[t] iubere ne hæres petat.

Debitor creditori debitum legando, tunc vtiliter legat, cùm qualecunque commodum creditor ex legato consequitur.

14. ¶ Ex cõtrario, si debitor[u] creditori suo[x] quod debet, legauerit: inutile est legatũ, si nihil plus est in legato, quã in debito: quia nihil amplius[y] per legatũ habet. Quòd si in diem,

† Si feudatarius feudi partem domino non rogato alienet: feudi ea sola parte priuari feudatarium hinc colligunt, quod nõ placet Iac. de Are. Siquidem, per contrauentionem in parte, toto feudo is cadit, *per l. si quis ingrati. §. si huis ignorans. ver. sin autem. ff. ad Vel leia.* & etiam si pars. *ff. de leg.* de quo plenius vide *Bal. & Ia. Aluar. in vsib. feu.*

Cuiusq; error generi non obstat quominus velit. Et potuit id in quo minus semper plus valet quod in veritate quàm quod in opinione: vt Sic. Quoties opinio impedit quominus fiat. quod vere fieri poterat siquis vellet quod in re est, plus est quod in opinione quam in veritate. l. ff. de adf. her. Don. & com. 11.

a Nisi pro tanta pecunia esset pignorata, quod non sit verisimile eã redimi: vt l. qui habeat. ff. de leg. 3. Ang.

a Tenebitur tamen purè, vel in grosso rationes reddere omissa scrupulosa inquisitione: vt l. si seruus vetitus. ff. de leg. 2. * quia si non valet principale, nec accessorium. *Angel. Per.*

a Hæc Gl. dicit verum respectu hypothecæ: sed respectu dominij valet legatum, vt ibi probatur. *Angel.*

b Hæc est vera: quã etiam sequitur Bart. in *l. debitor. Angel.*

c Dotis legatũ à marito vxori factum valet propter commodum repræsentationis.
d Dotales res immobiles statim: mobiles post annum redduntur.
† dicendo dotem vxori, *secundùm Porc. Aegi. Per.*
† quia non constat quam dotem legauerit. *secundùm Por. Aegi. Per.*

terum defuncti? Respond. non: *vt ff. de leg. iij. l. iij. §. si rem.* [a] quia plus tantùm quatuor modis dicitur: *vt infrà, de act. §. plus autem.* & iste nodus non est aliquis de his. Accursius.

a ¶ *Ei.* scilicet creditori.

b ¶ *Legauerit.* scilicet debitor.

c ¶ *Vtile esse. ff. de leg. ij. l. debitor. in prin.* contrà, vbi est inutilis. Solu. hoc corrigitur. 2. Vel ibi dicit inutile: id est noo vtile, cùm & aliam habeat actionem. [b] potest tamen & ista agi: vt hîc. Accursius.

d ¶ *Constitit.* id est valuit. Accur.

e ¶ *Quia.* ratio illius falsæ opinionis.

f ¶ *Non potest.* Nota arg. pro vtraque parte ad hanc regulam: *vt ff. de verb. oblig. l. existimo. & l. pluribus. §. si placeat. & de his, quæ pro non scrip. ha. l. si in metallum. §. item si seruo. & de seruitu. l. pro parte.* ADDITIO. De isto brocardo dic vt per Dynum in regula, factum legitimè, *de regulis iuris. in vj. & per Bart. in l. pluribus. §. j. ff. de verb. oblig.* Ang. Aret.

g ¶ *Plenius est.* scilicet [c] in commodo repræsentationis, cùm legatum statim: dos verò annua bima trima die olim: hodie [d] post annum mobilia: sed immobilia statim: *vt C. de rei vxo. act. l. j. §. cùm autem. & ff. de dote prælega. l. j. §. verum est.* Item de dote datur actio in quantum maritus facere potest, vel eius hæres: *vt ff. sol. mat. l. etiam. j. respon.* at legatum in solidum, nisi in falcidia per beneficium inuentarij: *vt in Auth. de hæred. & Fal. §. si verò non fecerit. coll. j.* Item si qua pacta in præiudicium mulieris facta sunt, beneficio legati tolluntur: *vt ff. de dot. prælog. l. j. j. respon.* Accur.

vel sub conditione debitum ei [a] purè legauerit [b]: vtile est legatum, propter repræsentationem. Quòd si viuo testatore dies venerit, vel conditio extiterit: Papinianus scripsit vtile esse [e] nihilominùs legatum: quia semel constitit [d]. quod & verum est. Non enim placuit sententia existimantium extinctum esse legatum: quia [e] in eam causam peruenerit, à qua incipere non potest [f].

Dotis prælegatio vxori à marito facta, iure subsistit propter commodum repræsentationis. dotem igitur (etiamsi nullam dederit) consequetur vxor: modò certam dotis quantitatem testator legando expresserit.

15. ¶ Sed si vxori maritus dotem legauerit, valet legatum: quia plenius est [g] legatum, quàm de dote actio. Sed si quam non acceperit dotem [h], legauerit: diui Seuerus, & Antoninus rescripserunt, si quidem simpliciter † legauerit, inutile esse legatum †: si verò certa pecunia, vel certum corpus, aut instrumenta dotis [i] in prælegando [k] demonstrata sunt, valere legatum.

Si res legata facta hæredis etiam ignorantis præstari non potest: hæres

h ¶ *Dotem.* id est illam dotem, quam non recipit.

i ¶ *Instrumenta dotis.* scilicet in quibus confessus fuit se recepisse dotem, quã non recepit: *vt ff. de do. pra. l. si. §. fi. & l. cùm scriptum. §. item ei, quæ.*

k ¶ *In prælegando.* id est, legando. abundat enim, præ: *vt ff. de dote præleg. l. j. j. respon. in Glo. j.*

æ ¶ *In prælegando.* Dos [e] prælegari dicitur propter repræsentationem. Peculium prælegari in *l. j. §. si seruus. ff. de except. rei ven.* Dos etiam relegari [f] dicitur in tit. *de dot. pra. l. sæpè.* quòd non tam legari, quàm restodari videatur. *l. cùm pater. §. filiæ. ff. de leg. 2. l. 3. §. dicebam. ff. de do. præleg. Paul. lib. 4. sent. tit. j.* Re, enim, redditionem significat: vt verius cùm maritus dotem legando dicat, do, lego: hoc dicere videatur, Reddo, relego. CVIAC.

l ¶ *Si res.* putà seruus Stichus.

m ¶ *Sine facto.* id est, mora: quo casu de interitu tenetur: *vt ff. de ver. oblig. l. si seruum. j. respon. & de leg. j. l. cùm res. §. si.* [g] Vel quia sine causa occidit. *vt d. l. si seruum.* Aliud si cum causa: *vt ff. de leg. j. l. quid ergo. §. si hæres.* tenetur enim de dolo, & lata culpa, & leui: *vt ff. eo. j. l. cùm res. §. sed si Stichus. & vers. sed si culpa. §. culpa.* Accursius.

n ¶ *Perierit.* vel non compareat: quo casu caueat hæres de dando, si ad eum redierit, & suis sumptibus recuperatur, quando post mortem fugit. aliàs, id est si in vita, sumptibus legatarij: *vt ff. de leg. j. l. cùm res. §. item si res. & de leg. ij. l. siquis seruum. in prin.*

o ¶ *Decedit.* quia qui in specie tenetur, eius interitu liberatur: *vt hic,* [h] *& ff. de verb. oblig. l. si ex legati.*

p ¶ *Sine facto.* in hoc quoque: scilicet alieno seruo, potest admitti culpa: putà non certificauit hæres dominum (qui si sciuisset se posse vendere, non manumisisset) scilicet fortè cùm videret eum velle manumittere: *vt ff. eo. j. l. cùm res. §. sed & si alicnus. & §. pe. & fi.* Item si fuerit in mora emendi: *vt ff. de verb. obl. l. si seruum. §. si autem alienus.* & dic facto: id est culpa, vel mora.

q ¶ *Hæredis.* contra. *ff. de leg. pra. l. namque naturam* [a].

r ¶ *Manumissus.* nam manumissus [b] similis est mortuo: *vt ff. de solu. l. si mihi alienum.*

s ¶ *Teneri.* scilicet ad æstimationem: *vt ff. eodem. j. l. si quis inquilinos. §. j. & ff. qui, & à quibus. l. hæres.* Sed hîc non dicit tenere manumissionem: sed dicit quòd non minus valeat legatum: scilicet quoad æstimationem. Accur. ADDITIO. Et valet etiam manumissio: quia dominium serui hæredis non transit in legatarium: *vt hîc, & dict. l. si quis inquilinos.* secùs in seruo hæreditario, etiam sub conditione legato. *l. si seruum, qui sub conditione. ff. de manumissio.* Ang.

t ¶ *Nec interest.* Cur secùs vbi seruum indebitum sibi solutum quis manumiserit: *vt ff. de condi. inde. l. in summa. §. si seruum. quæ est contra?* Io. respond. quia [c] debuit scire, cùm factum suum censeatur: *vt in Auth. de iureiur. à mo. j. respon. coll. 5.*

u ¶ *Sciuerit.* scilicet ipse hæres.

x ¶ *Donauerit.* scilicet hæres.

y ¶ *Seruum.* à testatore legatum: & erat hæredis.

z ¶ *Tenetur.* ad æstimationem: *vt suprà, proxi. dixi.*

a ¶ *Ignorauerit.* scilicet hæres.

b ¶ *Suis natis.* aliàs suo nato.

c ¶ *Cedunt.* quia duo legata sunt separata: *vt ff. de pecul. lega. l. & si ancilla. quæ est l. iij.* Sed contrà, *ff. de ven. inspi. l. j. § ex hoc.* vbi dicitur quòd partus est portio viscerum matris. Respon. ibi loquitur donec in ventre est [d].

d ¶ *Idem est. sic ff. de pecu. leg. l. iiij.*

e ¶ *Ordinarij.* Qui sunt hi? Dic. *vt infrà, quod cum eo. §. cùm autem.*

f ¶ *Mortuo.* scilicet viuo testatore, non si pòst: *vt ff. de pecu. leg. l. tunc inutile.*

g ¶ *Extinguitur.* quia [e] accessio est: *vt ff. de pec. leg. l. j. & ij.*

¶ Sed quare non ita in superiori casu? Respon. propter hominis dignitatem: quia non ita accedit: *vt ff. de ædil. edic. l. iustissimè. in prin.* Item quid si vicarij erãt tantùm in peculio, & legatus est cum peculio? Respon. idem, vt exprimere peculium noceat: *vt ff. de condi. & demonst. l. si in diem. in fin.* ADDITIO. Idem & si aliæ res erant in peculio, eadem ratione. Si verò leget ordinarium cum vicariis, & peculio, obtinet, quasi separet vicarios à peculio. *l. si peculium. §. si seruus. ff. de pecu. leg.*

h ¶ *Instructus.* Huic primo articulo contradicit, *ff. de fundo instru. l. si cui. in fi.* Sol. secundùm Ro. hîc simpliciter propter rudes sic loquitur. 2. Vel dic quòd sit idem, quod in partu, & vicariis. & quod sequitur, cum instrumento, referatur ad proximum de peculio. 3. Vel subtiliùs: refert inter instrumentum fundi, quod perit semper perempto legato fundi: & instrumentum patrisfamilias, quod non perit, licèt legatum fundi pereat. & hoc casu loquitur lex contraria, & alia contraria *in eo. tit. l. j. arg. contrà. ff. de fundo instru. l. quæsitum. §. si fundus. & §. si instructo.* quibus dicitur: si fundus instructus legatus sit: instrumentum patrisfamiliàs continetur, non agri. Sed ibi subaudi, tantùm. 4. Vel dic illam esse Pauli sententiam *in l. si cui.* istam Labeonis à Iustiniano probatam: & sic corrigitur illa.

β ¶ *Fundus instructus.* Vt quod tentatur alienato fundo legato, id nullo modo tentatur fundo pignerato: videlicet quia illo casu obscura est voluntas defuncti, hoc non item §. *si rem suam. sup.* Ita & si nihil interest, fundus instructus: an fundus cum instrumento legetur: tamen illo casu poterit dici: id est, tentari illud poterit, separatim instrumentum esse legatũ: videlicet

a Falsa est hæc Glo.
b Manumissus similis est mortuo. id est, ipsi manumittenti mori; & perire videtur.

c Scire quisque negotia, & quæ facti sui sunt, tenetur.

d Partus, dum in ventre est, portio matris, & eius viscerum est: *vt hîc:* vnde colligitur, quòd mater vehenda in naui, non debet mercedem pro fœtu in vtero, *l. sed addes. §. si quis mulierem. ff. loca.*

e Principali legato extincto: eius accessio, & sequela extinguitur. Secùs autem esset in fœtu animalium brutorum: & in his, quæ non veniunt per modum principalis, & accessorij: vt si legatur equus cum asino: quia duo legata cẽsentur. Et hæc inducuntur ad quæstionẽ de ingrediẽte monasterium: vt vitiato ingressu non valeat bonorum dedicatio: nisi expresse sc. & sua dedicasset, secundùm doc. hic.

a Tenebitur tamen purè, vel in grosso rationes reddere omissa scrupulosa inquisitione: vt *l. si seruus reiitus. ff. de leg. 1.* quia si non valet principale, nec accessorium. *Aegi. Per.*

g De negligẽtia verò non tenetur debitor actione personali, nisi fuerit in mora: vel petatur res quæ fuit creditoris: vel negligẽtia sit eiusdem, seu peremptionem substantiæ rei debitæ. *An.*
h Secus si sit debitor quantitatis: quia nũquam perire potest. *l. incendium. C. si cert. pet. Aegi. Per.*

licet si ea mens defuncto fuerit, *l. si cui legatum. ff. de instr. vel instrum. leg.* hoc verò casu: id est, fundo cum instrumento legato, frustrà id tentatur: quandoquidem manifesta est sententia defuncti. *l. j. ff. eod.* CVIAC.

a ¶ *Instrumento.* est autem instrumentum [a] apparatus rerum diutius permãsurarum, sinẽ quibus non posset exerceri possessio: *vt ff. de fundo instru. l. quæstum. j. respon.* & sunt instrumenta fundi, quæ fructus quærendi, cogendi, seruandi gratia comparata sunt: *vt ff. de fun. instru. l. instrumenta. in princ.*

a Instrumentũ fundi quid sit, hîc declaratur Instrumentum patrisfa. est qđ habetur in rure p̃ subsidio personæ. *Arg. Perr.*

† f. fundi: non patrisfa. *Glo. in l. si cui. ff. de fun. instr.* Aegi. Per.

b ¶ *Alienato.* à testatore.

c ¶ *Si grex.* qui ex decem ouibus constat, vel quatuor, vel quinque porcis: *vt ff. de abigeu. l. oues.* ADDITIO. Tres autem homines constituunt collegium: *vt l. Neratius. ff. de verb. signi. & not. in ca. j. extrà de elect.* secundũ Christoph.

† Grex non potest nisi ex pluribus capitibus constitui: constitutus tamen semel, gregis nomen retinet, & si ad caput vnum deuenerit: *vt hîc, & l. grege lega. cum l. seq. ff. eod.* Idque in proprietatis legato: quoniam fœcus in legato gregis vsusfructus gregis: qui si grex ad pauciora 10. capitibus deueniat, extinguitur. *l. fi. ff. quib. mod. vsusfructus. amit.*

d ¶ *Ad vnam ouem.* sic *ff. quod cu. vni. l. sicut. §. fin. & ff. eo. j. l. grege.*

† id est accedere, siue adcrescere. aliter est in ius alicuius venire: *vt infrà, e. §. 1. ibi, legatario cedere.* Item cedere diem legati, est incipere legatum deberi. *infr. e. §. j. ibi, quia huiusmodi, vide l. cedere diem. ff. de verb. signi.*

e ¶ *Vindicari potest.* Cõtrà, *ff. quibus mo. vsusfr. amit. l. fin.* Solu. facilius perditur legatum vsusfructus, quàm proprietatis: *vt arg. ff. eod. tit. l. repetit. §. rei mutatione. & ff. eod. j. l. si grege. in fi.*

b Corporum tria genera sunt.

f ¶ *Legato.* sic *ff. eod. l. grege. sic j. §. proxi.*

g ¶ *Corpus.* Tria [b] enim sunt corpora rerũ. 1. Vnum, quod vno spiritu, id est, elementatione continetur: vt homo, lapis. 2. Secundum quod ex cohærentibus constat: vt domus, & armarium. 3 Tertium, quod ex distãtibus corporibus: vt grex, & populus: *vt hîc, & ff. de vsuc. l. rerum mixtura. §. j. & ff. de rei vin. l. in rem actio. §. at in his.*

h ¶ *Cedere.* sed columna, vel tignum domus legari purè nõ potest: *vt ff. de lega. j. l. catera.* ne vrbs deformetur. ACCVRS.

Si peculium.] CASVS. Quidam in testamento suo legauit peculium. & viuo testatore auctum est: vel fortè deminutum est: modò quæro, cuius lucro. vel periculo huiusmodi augmentatio, & deminutio peculij est? Ad hoc respondet Iustinianus generaliter, quòd si peculium legatum fuerit: quicquid viuente testatore peculio accesserit, vel decesserit, sine dubio legatarij dãno, vel lucro cedit. & in hoc casu si augetur, vel deminuitur peculiũ viuente testatore, non refert vtrùm legetur seruo proprio cum libertate: an alicui extraneo: secus tamen est, si augeatur peculiũ post mortem testatoris ante aditam hæreditatem. nam si seruus hæreditarius aliquid acquisiuerit, vel alio modo peculium legatũ augmentum susceperit: Iulianus ait, quòd si ipsi seruo manumisso peculium legatum fuerit: quicquid ante aditam hæreditatem peculio accesserit, ipsi seruo legatario cedit: sed secus est, si peculium extraneo fuerit legatum. In persona enim extranei dies legati à morte testatoris in peculio legato cedit. & hoc est verum, nisi ex rebus peculiaribus auctum fuerit peculium: in hoc enim casu augmentum ex rebus peculiaribus procedens, legato cedere debet. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *peculium autem.*

i ¶ *Legatum fuerit.* seruo, vel extraneo.

k ¶ *Peculio.* nam & futurum peculium legari potest: *vt ff. de pecu. lege. l. ei quoque. & sarit ad hoc. suprà, proxi. §.*

l ¶ *Legatario.* eidémque manumisso. Accursius.

m ¶ *Cedere.* no. tria tempora ante mortem testatoris: & pòst ante aditam hæreditatem: item & pòst. In primo tempore: scilicet quo inuenitur cessisse dies legati, omnes legatarij sunt pares. nam quicquid eo tempore acquirit seruus talis: ei, cui hoc peculium est legatum, acquirit: siue ipsi seruo, siue alij extraneo sit relictum: quia non cedunt legata similiter in tertio: scilicet sunt pares. In secundo distinguitur extraneus à seruo, vt hîc. Nam quod legatum cedit extraneo à morte, hoc seruo ab adita hæreditate: quia nec libertas sibi priùs debetur. *Co. de cad. tol. §. cùm igitur. & §. in nouissimo.* Nam pura legata, vel in diem certam relicta, à morte cedunt: nisi in sex casibus, vbi ab adita hæreditate: *vt C. de cad. tol. §. cùm igitur. & §. in nouissimo. & ff. quando dies lega. ce. l. ij.* [a] inter quos legatum seruo manumisso relictum, est vnum: vt hîc. Conditionalia, vel in diem certum relicta, ex die, vel ex conditione existente cedunt: id est transmittuntur ad hæredes. nam ante conditionem, vel diẽ venientem, si decedit legatarius, non transmittuntur: *vt C. de cad. toll. §. sin autem.* nisi in tribus casibus. Primus: *ff de condi. & demon. l. conditiones.* Secundus: *ff. eo. j. l. ij.* Tertius: *ff. quãdo dies leg. ce. l. si cum præfinitione.* Item verbum, *cedere*, duas habet significationes: i. incipere deberi: *vt ff. de ver. signi. l. cedere.* Itẽ cedere quantum ad trãsmissionem: vt accipitur *C. de cadu. tol. per totum.* & in vtraque potest hîc accipi.

a Et hæc vera: quando est certa: non quando incerta. Si verò non est certa, sed incerta: vt quãdo in diem mortis: & tunc aut apponitur in diem mortis legatarij: & habetur pro puro. Si extranei, vel hæredis, habetur pro conditionali (sicut quando dies penitus est incerta.) Sed quando omnino est extitura: vt si sol, vel antichristus nascetur, pro puro: *secundum Ang. hîc.*

† i. in ius eius venire. *Aegid. Perr.*

† i. huiusmodi legatum incipi deberi à die aditæ hæreditatis. *Aegid. Per.*

20. ¶ Si peculium legatũ fuerit [i], sine dubio quicquid peculio [k] accedit, vel decedit viuo testatore, legatarij lucro, vel damno est. Quòd si post mortem testatoris ante aditam hæreditatem aliquid seruus acquisierit: Iulianus ait, si quidem ipsi manumisso peculium legatum fuerit, omne quod ante aditam hæreditatem acquisitum est, legatario [l] cedere [m] †; quia [n] huiusmodi legati dies ab adita hęreditate cedit [o] †. sed si extraneo peculium legatum fuerit, non cedere ea legato, nisi ex rebus peculiaribus auctum fuerit [o].

Datus libertati in vltima voluntate, peculium (nisi expressim legatum sit) nequaquam petere potest: secùs si inter viuos. si quid autem seruus, cui peculium quoque legatum fuit, pro domino impenderit, non repetit. Item legata alicui libertate si rationes reddiderit, & reliqua intulerit, etiam legatum videtur peculium.

Peculium [p] autem, nisi legatum fuerit, manumisso non debetur: quamuis [q] si viuus manumiserit, sufficit si non adimatur. & ita diui Seuerus, & Antonin⁹ rescripserunt. Iidem rescripserunt: nisi in tribus casibus. Primus: *ff de condi. & demon. l. conditiones.* Secundus: *ff. eo. j. l. ij.* Tertius: *ff. quãdo dies leg. ce. l. si cum præfinitione.* Item verbum, *cedere*, duas habet significationes: i. incipere deberi: *vt ff. de ver. signi. l. cedere.* Itẽ cedere quantum ad trãsmissionem: vt accipitur *C. de cadu. tol. per totum.* & in vtraque potest hîc accipi.

n ¶ *Quia.* bona est ratio. si enim priùs cederet: idem esset, quod in extraneo. Est & alia ratio: *vt ff. de pec. le. l. denique. §. fi.* vbi dicitur, q̃ verisimile est si omne augmentũ ad ipsũ pertinere voluisse, cui, &c.

o ¶ *Ad adita hæreditate cedit.* Pura legata ex iure antiquo cedunt à morte testatoris: ex iure nouo ab apertura tabularum. Vtimur autem iure antiquo ex constit. Instin. sunt tamen quædam legata, quæ ab aditione cedunt: vt putà vsus, vsusfructus, habitationis, & eorum, quæ in hæredes non transmitturtur: libertatis, & id, quod seruo manumisso, vel legato relinquitur: scripto scilicet hærede voluntario, non necessario: & ad ea quidem legata regula Catonis non pertinet. CVIAC.

Peculium autem.] CASVS. Quidam condidit testamentum: & in testamento suo Sticho, qui valde pingue habuit peculium, legauit libertatem, nulla mentione facta de peculio: modò quæro, Vtrùm legando libertatem videatur legasse peculium: Et respon. quòd non Nam peculium nisi expressè fuerit legatum, seruo manumisso non debetur. & hoc verum est in vltima voluntate: secùs tamen est inter viuos: quia si manumiserit, videtur ei donasse peculium, nisi illud expressè ademerit. & ita diui Seuerus, & Antoninus rescripserunt. Sed po. Quidam legauit seruo suo peculium: iste seruus, idémque legatarius multa de peculio impendit in rationes domini: & ita dominus factus est debitor peculiaris: modò quæro, vtrùm seruus mortuo testatore ab hærede domini petere possit illud, quod in rationes domini impenderit? Et respon. quòd non. nam iidem principes: scilicet Seuerus, & Antoninus in hoc casu rescripserunt, peculio legato non videri id relictum seruo, vt petitionem habeat pecuniæ, quam in rationes dominicas impendit. & hæc dicuntur vsque ad illum §. *iidem rescripserunt.*

b Hanc rationem reputat inefficacẽ Io. Fab. hic: cùm per manumissum debeant operæ exhiberi filio: nec nisi ex conuentione debeantur. *l. 1. C. de ope. lib. & l. operarum iudicio fe.* Vnde putat inter viuos esse maiorem affectionem domini: quia se priuat dominio serui, & eius seruitute quod retinere poterat. Aliud esse vbi moriens dat, quod sibi retinere non potest. Alias rationes vide per Angel. hic.

p ¶ *Peculium.* sic C. *de pecu. eius, qui li. me. l. j.*

q ¶ *Quamuis.* Cur tam variè? Respondeo, quia secundo casu, scilicet, quando inter viuos, operas eius manumissor erat habiturus. vnde conuersa donatio præsumitur, secundùm Ioannem, *vt ff. mandati. l. si verò non. §. idem Papinianus* b. Vel secundùm P. propter præoccupationem mortis, quia præsumitur auferre, si potuisset: *vt in Auth. de trien. & semis. §. illud quoque ibi,* præ tumultu mortis angustiatus, &c. *& C. qui testa. fac. pos. l. hac consultissima. §. at cum.*

Iidem rescripserunt.] CASVS. Quidam legauit seruo suo libertatem his verbis: Volo quòd seruus meus redditis rationibus liber sit: & de peculio reliqua soluantur, id est, ea, in quibus apparuerit eum mihi teneri: modò quæro, vtrùm testator his verbis videatur legasse peculium? Et respõ quòd sic. nam prædicti duo principes rescripserunt peculium videri legatum, quum rationibus redditis seruus liber esse iussus est, & ex ipso peculio reliqua

reliqua inferre. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *tam autem corporales res.* Cæteri casus, qui sequuntur in parte ista, planissimi sunt vsque ad §. illum *legari autem.*

a ¶ *Peculio legato.* sc. seruo. & etiam libertas fuit legata. aliud si extraneo: *vt ff. de pecu. legato. l. vj. §. fi. & l. si Sticho.* ACCVR.

b ¶ *Petitionem.* nisi testator fuerit huius consuetudinis, vt redderet seruo quæ sibi debebat: *vt ff. de pecu. le. l. dominus Sticho. §* j. *in fi.*

c ¶ *Cum rationibus.* quasi diceret, si relinquo seruo libertatem rationibus ab eo redditis, eo ipso & peculium legare mihi videor. aliud econtrà si libertatem relinquo, & rationes reddere veto, quia non videtur legatum peculiũ: *vt ff. de lega. j. l. si seruus vertitus. in fin.* Rationes autem reddere dicitur, quando amoto dolo, & fraude reddit: *vt ff. de fideicom. lib. l. Thais. §. Stichus.* ADDITIO. Et sic not. quòd remissio redditionis rationum non comprehendit reliqua, nec dolum, seu latam culpam: sed scrupulosam tantùm inquisitionem. quod facit ad quæstionem de eo, cui concessum est liberum arbitrium: ita quod nõ possit syndicari, secundùm Ange. hîc.

d ¶ *Reliqua.* aliàs reliquas. id est, alia, quæ erant reddenda, reddere: cùm iam quædam reddiderat, vel etiam si nihil: *vt ff. de verb. sign. l. cæterorum.*

e ¶ *Inferre.* repete, iussus est.

f ¶ *Incorporales.* id est [a] actiones, & seruitutes: *vt suprà, de rebus corpo. & incorpo. & ff. de leg. j. l. j. & l. cætera. in prin.*

g ¶ *Præter.* sine cessione tamen vtiles habet legatarius: *vt* C. *eo. Lex legato.* ACCVRS, ADDITIO. Nisi res sit litigiosa, vel lis cœpta. *l. quicumque. & Auth. nunc si hæres. C. de litig. secundùm Ange.* ¶ Et nota quòd quamuis directam personalem exercere non possit, nisi cedatur: poterit tamen exercere directam realem: quæ quia non ossibus affixa est, transfertur in eum directa via. *l. siue. §. fin. cum l. seq. ff. de condict. furt.* Angel.

h ¶ *Nisi exegerit.* nam si exegerit, semper in dubio præsumo voluisse legatum extingui: *vt ff. de adimen. leg. l. pen. §. fin. & de lib. le. l. non solum autem. §. liberatio.* nisi probetur contrarium, vel quia debitor vltrò obtulit eo non petente: vel quia exactam pro legatario deposuit: *vt ff. de lega. iij. l. fideicommissa. §. si rem.*

i ¶ *Ære alieno liberare.* nam vtilitatem habet.

k ¶ *Res alia.* vt equus.

l ¶ *Electio legatary.* Et à principio, & expostfacto, secundùm Batt. *vt hic, & ff. de leg. j. l. si seruus legatus. §. cùm homo,* Sed Ro. à principio dabat electionem hæredi: sed ex contumacia transferebatur in legatarium: *arg. ff. de seruit. l. si cui. &* C. *de sol. l.* j. Io. distinguit aut in genere generalissimo, vel subalterno: vt si substantia, vel corpus, vel animal legatur: quo casu non valet: cùm testucam, vel muscam dando liberetur. vel in eo genere, quod Dialectici speciem appellant: vt homo, & similia: & tunc subdistingue: aut habebat in hæreditate seruos: & tunc legatarius eligit, dummodò non meliorem [b]: *vt hic, & ff. eod. j. l. legato. j. respon. & l. qui duos. & de lib. leg. l. ij.* Aut non habebat: & tunc hæres eligit: *vt ff. de vi. tri. & oleo leg. l. iij. j. respon. & l. iiij.* Si autem testator ex certis reliquit incertum: aut ipse sensit de certo (quod patet expresso nomine eius) & tunc eligit hæres, & eius voluntatem interpretatur: *vt ff. eo. j. l. si quis a filio. §. si quis plures.* aut non sensit: & tunc legatarius eligit, *vt ff. de lega. j. l. qui duos.* In domo autem in genere legata, si habet testator domos, vnam ex his eligit hæres: si non habet, & reliquit, deriserium est legatum: *vt ff. eod. j. l. si domos.* In fundo in genere legato dic non valere legatum: cùm vnius digiti possit fieri fundus: *vt ff. de iure do. l. cùm post. §. gener. & ff. eod. j. l. licet. & l. quod in rerum. §. quòd si quis.*

m ¶ *Conditionem.* scilicet si eligeret.

n ¶ *Et ideò.* bona ratio. *vt C. de cad. tol. §. sin autem.*

o ¶ *Ex constitutione.* quæ est, *C. communia de leg. l. fi. in princ.*

p ¶ *In nostra constitutione.* scilicet prædicta.

23. ¶ Optionis legatum: id est, vbi testator ex seruis suis, vel aliis rebus optare legatariũ iusserat, habebat olim in se tacitam conditionem [m] .. & ideò [n] nisi ipse legatarius viuus optasset, ad hæredem legatum non transmittebat. Sed ex constitutione [o] nostra & hoc in melior rem statum reformatum est: & data est licentia hæredi legatarij optare seruum, licèt viuus legatarius hoc non fecerit. Et diligentiore tractatu habito, & hoc in nostra constitutione [p] additum est, siue plures legatarij extiterint, quibus optio relicta est, & dissentiant in corpore eligendo: siue vnius legatarij plures hæredes sint, & inter se circa optandum dissentiant, alio aliud corpus eligere cupiente ¶ : ne pereat legatum, (quod plerique prudentium contra beneuolentiam [r] introducebant) fortunam esse debere huius optionis iudicem, & sorte [s] hoc esse dirimendum: vt ad quem sors peruenerit, illius sententia [t] in optione præcellat.

Illi possunt ex titulo legati capere, qui possunt hæredes instituí.

24. ¶ Legari autem illis solùm [u] potest, cum quibus testamenti factio [x] est.

q ¶ *Eligere cupiente.* & alio aliud subaudi.

r ¶ *Contra beneuolentiam.* id est, cõtra æquitatem: s. quod perirent: id est, de iure stricto perite deberent: *vt ff. eo. j. l. huiusmodi. §. fin.*

s ¶ *Et sorte.* ve. cum taxillis, vel alio modo: *sic ff. de iud. l. in tribus.* [a]

t ¶ Sed quare iudex non compellit eos ad consentiendum: *vt ff. eo. j. l. huiusmodi. in fi.* Respon. imò hoc modo compellit. vel ibi compellit in actione eligẽda, quæ datur à iudice: hîc autẽ non compellit in eo, quod datur à testatore.

t ¶ *Sententia.* vt tamẽ cæteris æstimationem præstet suarum partiũ: *vt C. communia de lega. l. fin. in princ.*

Legari autem.] CASVS. Domine, iam video quę res legari possunt, dicatis mihi quibus legari possunt? Et ipse respon. quòd illis, cum quibus testamenti factio est, id est, ad quorum vtilitatem testamẽtum fieri potest. Sed secundùm antiqua iura multæ erant personæ, quibus legari non poterat. Incertis enim personis neque legata, neque fideicommissa relinqui olim concessum erat: & hoc in tantum secundùm iura antiqua obtinuit, vt nec etiam milites incertæ personæ legare potuerint. & ita diuus Hadrianus rescripsit. 2. Sed pone domine, iam video quòd olim incertis personis legari non poterat: pro Deo, si placet, dicatis mihi quæ persona censebatur incerta? Ad hoc respondet, Amice, incerta persona videbatur, quam testator opinione incerta animo suo subiiciebat: veluti si quis dicat in hunc modum, Quicumque filiam suam filio meo in matrimonium copulauerit, hæres meus illi fundum Sempronianum dato. nam in hoc casu huiusmodi legatum incertæ personæ videbatur relictum & similiter in hoc casu, veluti si quis ita dicat: His, qui post testamentum scriptum primi consules designati erunt, hæres meus c. dato. Nam in hoc casu incertæ personæ: sicuti in superiori casu, legari videbatur. & multæ aliæ species reperiri possunt, in quibus incertæ personæ legari videatur, & incertæ personæ libertas dari: veluti si quis ita dicat: Illum seruum, qui primus ascenderit Capitolium, liberum esse volo. Olim enim libertas hoc modo data, inutilis erat: & hoc ideò, quia placebat seruos nominatim liberos fieri. Sed licèt dixerim tibi, incertis personis legari antiquitùs non posse: sub certa tamen demonstratione: id est, ex certis personis incertæ personæ etiam olim rectè legabatur: veluti si quis ita dicat, Ex cognatis tuis, qui nunc sunt: quicumque filiam meam in vxorem duxerit, hæres meus illi fundum Sempronianum dato. Nam in casu isto licèt incertæ personæ videbatur relictum: ratione tamen demonstrationis etiam olim valebat. Sed licèt dixerim tibi, legata, vel fideicommissa incertis personis relicta olim non valere: cautum tamen erat in sacris constitutionibus talia legata, vel fideicommissa per errorem soluta repeti non posse. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *posthumo quoque.*

u ¶ *Solùm.* & econtrà idem solus legat: *vt ff. de legatis prime. l. ij.*

x ¶ *Testamenti factio.* in passiua significatione accipe, *vt suprà, de hæred. quali. & dif. § testamenti.* ¶ Sed qui [b] sunt isti, qui non habent testamenti factionem? Resp. incerta persona: *vt j. proxi. §. 2.* Item peregrinus, siue deportatus: *vt* C. *de hæred. instit. l. j.* Item

a Et hoc verũ, quando dubiũ oritur super iure, nec à lege deciditur, & discordãt in prę iudicium sui. aliàs si ad prę iudicium tertij iudex cõpellit ad cõcordiam aliquãdo præcise, & aliquãdo cautatiuè. dubium autem super facta probatione dirimitur: *vt l. actor C. de proba.* Ange.

† Nisi probauerit non adimendi animo exegisse. *l. pen. §. fi. ff. de adi. le.*

† s. infimo. q. d. si genus infimum legetur, datur optio legatario.

† Die si legatur genus generalissimũ; vt substantia, non valet: si subalternum: vt animal, etiam nõ valet. si infimũ vt seruus, equs valet, & datur optio. si species: vt Stich[us], etiam valet.

† *Concor. cũ hoc §. ca. inter cæteras. cum Glo. super verbo, quodcumque. extrà, de rescript.*

a Incorporalium rerũ numero continẽtur actiones, & seruitutes.

b Quia non est verisimile testatorẽ voluisse id legare, qđ non habuisset in specie cõcessum. sed vbi electio est hæredis, vel debitori, poterit dari vilius: tũ tamẽ nõ sic omnino inutile: quia potuit testator, vel creditor cogitare quod haberet minus. *Ioan. Fab.*

b Hanc rationem reputat ineffícacẽ Io. Fab. hic: cum per manumissum debeant operæ exhiberi filio nec nisi ex conuentione debeantur. *l. j. C. de ope. lib. & l. operarum iudicia ff.* Vnde putat inter viuos esse maiorem affectionem domini: quia se priuat dominio serui, & eius seruitutibus quod retinere poterat. Aliud esse vbi moriendo dat, quod sibi retinere non potest. Alias rationes vide per Ange. hic.

b Testamenti factionem passiuam qui non habeant, seu qui ex testamẽto capere non possint.

3. Item in metallum damnatus: *vt ff. de his, quæ pro non scrip. ha. l. si in metallum.* 4. Item seruus de adulterio cum domina commisso accusatus: *vt suprà, de hæred. instit. §. ij.* 5. Item collegium, nisi probetur licitum: *vt C. de hæred. instit. l. collegium.* 6. Item incestuosi: *vt in Authen. quibus modis nat. effic. sui. §. vlt. coll. vij.* 7. Item hæretici maioris hæresis: *vt C. de hær. l. Manichæos. §. ipsos quoque. & §. ergo.* 8. Item apostatæ: *vt C. de apostat. l. hi, qui sanctã.* 9. Item mulier nubens intra annum à tempore mortis mariti: *vt in Authen. de nupt. §. j. collat. iij.*

ADDITIO. Sed hoc hodie cessat propter dictũ Apostoli: quia omnes pœnæ propter festinationem intra tempus luctus sunt sublatæ: non autem propter trãsitum ad secunda vota. Ange.

a ¶ *Concessum erat.* Hodie contrà etiam ante legem Græcam inferiorem in pauperibus: *vt C. de episc. & cler. l. id, quod.* ADDITIO.

† id est, collocauerit. Cuiac.

2. Tu dic quòd aut incertitudo est in persona legantis, & valet legatum, quia hæredi onus iniunctum intelligitur. aut in persona legatarij: & tunc aut certificãda ex futuro euentu, aut non. Primo casu valet, etiam si erat incerta de incertis: *vt l. si quis ita scripserit. ff. de rebus dubijs.* Secundo casu valet, si per legem certificatur: *vt d. l. id, quod. C. de episc. & cler.* sed de hoc vide Angelum.

† Ex lege Fusia Caninia. Cuiac.

b ¶ *Nam nec miles.* cuius scilicet militis voluntas seruatur pro lege aliàs: *vt C. de testamento mili. l. j.*

c ¶ *Designati essent.* in kalen. [a] Ianuarij sortiebãtur: id est, incipiebant honores administrare: & antè per tres menses designabantur. *vt ff. de condi. & demon. l. Publius. & C. de magi. munic. l. j.*

a Consules kalendis Ianuariis sortiebantur magistratum: antèa designabantur.

d ¶ *Posse dari.* vt si dicat ita: Illum liberum esse volo, qui Capitolium primus ascenderit, vel simile fecerit: *vt suprà proxi. §. incertis.* Vel Stichum liberum esse volo: cùm habeat duos Stichos: *vt ff. de manumiss. testa. l. cùm ex pluribus.*

e ¶ *Seruos liberari.* aduerte quòd in aliquibus libris sequitur ista clausula. Tutor quoque incertæ personæ dari non potest. quam non inuenies in emendatis codicibus: & si ea, quæ sequuntur in text. & glos. diligenter perspexeris, profectò eam prorsus supervacuam indicabis [b].

b Hæc Glo. nõ est Accurs. Aegid. Perr.

f ¶ *Sub certa.* sic *ff. de leg. j. l. iij. §. hoc amplius.* sic *ff. de lega. j. l. si seruus legatus. §. huiusmodi.* sic *ff. de rebus dubijs. l. quidam. sic ff. eod. j. l. legato. §. j.*

g ¶ *Repeti non posse.* quasi naturale debitum: *vt ff. de condi. indeb. l. Iulianus. in fi. & l. frater à fratre. in princ. ibi, naturalem enim. & l. si dominus. in fin.*

[*Posthumo quoque.*] CASVS. Domine, iam video plures personas, quibus olim legari non poterat, nunquid sunt adhuc plures personæ, quibus olim legari non poterat? Et respondet quòd sic. nam posthumo alieno olim inutiliter legabatur. Sed domine, si placet, dicatis mihi quis censetur posthumus alienus? Ad hoc respondet, Amice, alienus posthumus est, qui inter hæredes suus hæres testatori futurus non est: sicut nepos ex filio emancipato conceptus, extraneus posthumus erat auo. & hæc omnia supradicta secundùm iura antiqua obtinebant. sed non solummodò omnia supradicta ab eo §. *incertis.* sed etiam speciem circa posthumum alienum correximus. Nam in Codice nostro quædam constitutio posita est, per quam quidem constitutionem etiam huic patti remedium adhibuimus non solùm in hæreditatibus vt alienus posthumus hæres instituí possit, sed etiam in legatis, & fideicommissis. & hoc euidenter ex ipsius constitutionis lectione clarescit. Sed quanquam dixerim tibi incertis personis auctoritate nostræ cõstitutionis hodie legari posse: tutor tamen incertus non solùm secundùm antiqua iura: sed etiam per nostram constitutionem dari non debet: & hoc ideò, quia certo iudicio debet quisque pro tutela suæ posteritati prospicere. & licèt suprà dixerim alieno posthumo secundùm iura antiqua legari non posse, alienus tamen posthumus & olim de iure prætorio, & hodie potest hæres instituí de iure ciuili. & hoc verũ est, nisi sit in vtero illius mulieris, quæ de iure nostro vxor esse non potest. & hæc dicuntur vsque ad illum §. *si quis in nomine.*

Neque paganus, neque miles poterant olim incertæ personæ relinquere: & quæ dicatur persona incerta, declarat per duo exempla Ange.

25. ¶ Incertis verò personis neque legata, neque fideicommissa olim relinqui concessum erat [a]. Nam nec miles [b] quidem incertæ personæ poterat relinquere: vt diuus Hadrianus rescripsit. Incerta autem persona videbatur, quam incerta opinione animo suo testator subiiciebat: veluti si quis ita dicat, *Quicumque filio meo filiam suam in matrimonium dederit †, ei hæres meus illum fundum dato.* Illud quoque, quod his relinquebatur, qui post testamentum scriptum primi consules designati essent [c]: æquè incertæ personæ legari videbatur. Et denique multæ aliæ huiusmodi species sunt.

Olim legatum etiam libertatis, quæ est multùm fauorabilis, incertæ personæ factum erat inualidum.

Libertas quoque incertæ personæ non videbatur posse dari [d]: quia placebat † nominatim seruos liberari [e].

Incertæ personæ ex certis personis etiam olim legari poterat. Ang.

Sub certa [f] verò demonstratione, id est, ex certis personis incertæ personæ rectè legabatur: veluti, *Ex cognatis meis, qui nunc sunt, si quis filiam meam vxorem duxerit, & hæres meus illam rem dato.*

Licèt legata incertis personis facta, olim essent inualida: si tamen per errorem soluta fuerant, repeti non poterant. Angel. de Aret.

Incertis autem personis legata, vel fideicommissa relicta, & per errorem soluta repeti non posse [g], sacris constitutionibus cautum erat.

Olim non poterat legari posthumo alieno: id est, qui non erat testatori futurus suus hæres.

26. ¶ Posthumo quoque alieno inutiliter anteà legabatur [h]. Est autem alienus posthumus, qui natus inter suos [i] α hæres testatori futurus [k] nõ est. Ideóque ex emancipato filio conceptus nepos, extraneus β erat posthumus auo.

Hodie legatum incertæ personæ, aut posthumo alieno factum, valet. hoc dicit iuncta Glossa.

27. ¶ Sed nec [l] huiusmodi species penitùs est sine iusta emendatione relicta: cùm in nostro codice γ constitutio [m] posita sit, per quam & huic [n] parti medemur, non solùm in hæreditatibus, sed etiam in legatis, & fideicommissis: quod euidenter ex ipsius constitutionis lectione clarescit.

Tutor certus, & certæ personæ dari debet. h. d. cum Glos.

Tutor autem nec per nostram constitutionem [o] incertus [p] etiam in legatis, & fideicommissis. & hoc euidenter ex ipsius constitutionis lectione clarescit. Sed quanquam dixerim tibi incertis personis auctoritate nostræ cõstitutionis hodie legari posse: tutor tamen incertus non solùm secundùm antiqua iura: sed etiam per nostram constitutionem dari non debet: & hoc ideò, quia certo iudicio debet quisque pro tutela suæ posteritati prospicere. & licèt suprà dixerim alieno posthumo secundùm iura antiqua legari non posse, alienus tamen posthumus & olim de iure prætorio, & hodie potest hæres instituí de iure ciuili. & hoc verũ est, nisi sit in vtero illius mulieris, quæ de iure nostro vxor esse non potest. & hæc dicuntur vsque ad illum §. *si quis in nomine.*

h ¶ *Legabatur.* sed nec instituebatur iure ciuili: *vt ff. de libe. & posthu. l. Gallus. §. ille casus.*

i ¶ *Suos.* scilicet quõdam ante emancipationem, vt sequitur.

α ¶ *Qui natus inter suos.* Vet. lib. quos etiam secutus videtur Accurs. *qui natus inter suos hæredes testatori futurus nõ est.* Alieni igitur sunt hi qui sui non sunt, aut inter suos. Proinde ex emancipato filio conceptus nepos alienus est: quia cognatus est, non suus: *vt not. in l. posthumus. ff. de inoffi. test.* Item fratris filius, quia legitimus, non suus, *l. penul. ff. de leg. j.* eadem ratione posthumus matri alienus est posthumus. Item qui in vtero est nurus filij eius, qui in adoptiua familia est, quia cognatus, *l. j. §. si filius. ff. de ven. in pos. mit.* Quòd si posthumi legitimi, vel cognati, alieni sunt posthumi: & hi multò magis sunt alieni, qui neque legitimi, neque cognati: vtputà qui sunt in vtero eius, quæ vxor nostra non est, vel esse non potest, quos omnes hæc Iustiniani definitio complexa est. Qui natus, inquit, inter suos hæredes testatori futurus non est: id est, qui suus non nascitur. CVIAC.

k ¶ *Futurus.* scilicet hæres.

β ¶ *Extraneus.* Ergo alienus, & extraneus, *ὁ ἐκτὸς φέρος.* In l. tamen. *extraneo. ff. de ventre in possess. mit.* extraneus est is, qui neque legitimus, neque cognatus est: nam legitimus, vel cognatus omninò mittitur in possessionem, & non tantùm si instituatur: sed etiam ab intest. succedit. CVIAC.

l ¶ *Sed nec.* quasi dicat, non solùm in posthumo: sed omnia supradicta ab illo §. *incertis.* correcta sunt: *vt arg. ff. eod. iij. l. hoc legatum. j. respon. & l. ea tamen.*

γ ¶ *Cùm in nostro Codice.* Extat in *libro sexto Codicis, titul. ad S C. Trebellianum. & de incertis personis.* Sub eo tamen nihil de incertis personis agitur. sed is titulus ita diuidendus est, vt præcedat titul. *de incertis personis.* sub quo vetustissimo in Codice manuscripto hæc annotata inueni: *Isto titulus vnam constitutionem habet Iustiniani totam Græcam, quæ tenet folia octo: id est, quaternionem vnum. Tum deinde sequitur titul. ad S C. Trebellianum.* CVIAC.

m ¶ *Constitutio.* quam non habemus.

n ¶ *Huic.* scilicet posthumo.

o ¶ *Per nostram constitutionem.* scilicet supradictam constitutionem Græcam, nec veteri iure: *vt ff. de testament. tut. l. tutori incertus.*

p ¶ *Incertus.* vt si ita dixit, illum tutorem do, qui primus de Tuscia venerit, nec incertæ personæ datur: *vt ff. de testam. tut. l. tutor ita.* ADDITIO. Et est ratio secundùm Ioan. Fab. quia quamuis

quamuis posteà certificetur, tamen poterit venire talis ribaldus quod pupillo prouisum non erit: contra id, quod iura intendunt. incertæ tamen personæ pòst certificandæ testamentarius dari potest, non datiuus: vt hic per eum.

a ¶ *Posteritati.* id est, filiis.

b ¶ *Poterat.* scilicet de iure prætorio, non ciuili: *vt* ĵ. *de bon. pos.* j. *respon. contrà, & ff. de libe. & posthu. l. Gallus. §. ille.* ACCVRS. ADDITIO. Sol. ibi loquitur in posthumo alieno tẽpore testamenti nato: non suo, qui posteà succedendo in locum primi, suus efficitur. hîc verò etiam in eo, qui nunquàm efficitur suus. Ang.

c ¶ *Anteà poterat.* Iure prætorio, non iure ciuili, §. j. ĵ. *de bon. possess. l. posthumus. ff. de inoffi. testa. l.* j. §. *si filius. ff. de vēt. in poss. mit.* CVIAC.

† Si quidem. † Vide in hûc locum Alciat. *lib. disiunct. c.* j.

c ¶ *Nostro.* id est, Romano.

d ¶ *Non potest.* Sed quę est illa, quæ vxor esse non potest? Respond. multæ sunt illæ, quæ vxores esse non possunt: *vt* s̄. *de nupt. diximus. §. si aduersus. & C. de testa. l. iiij.*

Si quis in nomine.] CASVS. Quidam fecit testamentum, & in testamẽto legauit cuidam c. sed tamen errauit in nomine legatarij. nam cùm deberet dicere, lego Titio: dicebat, lego Sẽpronio: vnde constabat de persona legatarij: modò quæro, vtrùm huiusmodi error vitiat lega. Et respond. quòd non. Si quis enim in nomine, cognomine, vel agnomine, & prænomine legatarij errauit: si tamen de persona cõstat, nihilominùs valet legatum. & idem seruatur in hæredibus instituendis: vt si quis errauit in nomine, cognomine, agnomine, & prænomine ipsius hæredis instituẽdi, nihilominùs valet institutio, si de persona hæredis constat. & certè in vtroque casu hoc optima ratione statutum fuit. Nomina enim signandorum hominum gratia inuenta sunt. Igitur si per quodcunque aliud indicium intelligantur, nihil refert. vnde argumento huius regulæ cauetur, falsa nominatione legatum non perimi. Est enim quædã alia iuris regula, qua cautum est, falsa demõstratione legatum non vitiari: veluti si quis ita legauerit, Stichum seruum vernã Titio do lego. Licèt enim Stichus non verna, sed emptus sit: si tamen de persona constat, non obstante huiusmodi falsa demonstratione valet legatum: & similiter si ita demonstrauerit testator, Stichum seruum meum, quem à Seio emi, Titio do lego. Licèt enim ab alio emptus sit, nihilominùs valet legatum, si de persona serui constat. Et sicut dixi tibi, scire debes quòd longè magis adiecta falsa causa legato, legatum non vitiat: veluti si quis ita dixerit: Titio, qui absente me negotia mea vtiliter curauit, vel gessit, Stichum do lego. vel si ita dixerit, Titio, quia patrocinio eius à capitali crimine liberatus sum, Stichum do lego. nam si ita dixerit, valet legatum. Licèt enim Titius legatarius negotia testatoris nunquam gesserit, neque testator patrocinio Titij legatarij à capitali crimine liberatus sit, in vtroque tamen casu legatum valet. Sed aliud ius statutum est, si huiusmodi causa conditionaliter enuntiata sit: veluti si quis dixerit hoc modo: si negotia mea curauerit, fundum ei do lego. nam in hoc casu ita demum valet hoc legatum, si conditio extiterit. Et hæc dicuntur vsque ad §. *an seruo hæredis.*

† Quia nomina imposita sunt ad rei cognitionem: *vt hic, & L. ad recognoscendos. C. de ingen. man.* & sufficit vt res cognoscatur, siue per se, siue per aliud: *l. certum. ff. si cer. pet.* Aegid Perr.

† *Cancer. c. quia circa. cum Gloss. super verbo, falsa causa. extrà, de consang. & affi.*

e ¶ *Si quis.* sic, C. *de test. l. si in nomine.* ACCVRS.

f ¶ *In nomine.* Nomẽ a est genus, sed ponitur hîc pro specie sui: vt Albertus, quod dicitur pro prium personæ nomen. Cognomen, quasi commune cognationis nomen, vt Asinellus. Prænomen, quod causa differẽtiæ ponitur: vt si sint duo Tullij, & vni superaddatur Marcus: & dicatur Marcus Tullius. nam Marcus est prænomen. Agnomen est, quod imponitur ab euentu: vt Africanus, qui vicit Africam: Alemanicus, & Gotthicus: *vt supra, in rubr. proœmij huius lib.*

a Nomen, Cognomen, Prænomen, Agnomen, quid.

dari debet, quia certo iudicio debet quis pro tutela suæ posteritati [a] cauere.

De iure prætorio alienus posthumus etiam olim poterat hæres institui, & hodie potest: dummodò nasciturus sit ex ea, quæ vxor esse possit. ANGEL.

28. ¶ Posthumus autem alienus hæres institui & anteà poterat [b c] & nunc potest, nisi in vtero eius sit, quæ iure nostro [c] vxor esse non potest [d].

Error nominis, prænominis, agnominis, non vitiat, si de corpore constat. ARET.

29. ¶ Si quis † [e] in nomine † [f], cognomine, prænomine, agnomine legatarij testator errauerit: si de persona constat, nihilominùs valet legatum [g]. Idémque in hæredibus [h] seruatur, & rectè. Nomina enim significandorum hominum gratia reperta sunt, qui si alio quolibet modo intelligantur [i] †, nihil interest [k].

Falsa demonstratio non vitiat legatum.

30. ¶ Huic proxima est illa iuris regula, Falsa demonstratione † legatum non perimi: veluti si quis ita legauerit: *Stichum seruum meum vernam* [l] *do lego.* Licèt enim non verna, sed emptus sit: si tamen de seruo constat, vtile est legatum. Et conuenienter, si ita demonstrauerit, *Stichum seruum, quem à Seio emi*, sitque ab alio emptus [m]: vtile est legatum, si de seruo constat.

Falsa causa adiectione ita demùm legatum perimitur, si conditionaliter enuntietur.

31. ¶ Longè magis [n] legato falsa causa adiecta non nocet: veluti cùm quis ita dixerit, *Titio, quia me absente negotia mea curauit, Stichum do lego.* vel ita, *Titio, quia patrocinio eius capitali crimine liberatus sum, Stichum do lego.*

Licèt enim neque negotia testatoris vnquàm gesserit Titius, neque patrocinio eius liberatus sit, legatum tamen valet. Sed si conditionaliter [o] enuntiata fuerit causa, aliud iuris est: veluti hoc modo, *Titio, si negotia mea curauerit, fundum meũ do lego.*

Hæredis seruo purè legari non potest: sub conditione potest, effectúmque sortitur tale legatum, si verificatæ conditionis tempore ab hæredis nexibus seruus solutus sit: domino autem (cuius seruus hæres scriptus fuit) indistinctè valet factum legatum, quod tamen euanescit seruo hæreditatem iussu domini adeunte.

a Et est ratio ibi: quia nomẽ appellatiuum tanquam naturale mutari nõ potest sine mutatione essentiæ ipsius rei cùm sit de substantia: aliàs secùs. sed de hac materia vide plenius per Angelum.

b Nomen sibi mutare liber homo potest.

c Putà quia de necessitate dispositio nõ sequitur ex causa: aliàs secus, vt hic per Angel.

d Conditio demõstratur per dictiones, *Si*, & *Cùm.*

e Modus demõstratur per, *vt.*

f Causa demõstratur per, *quia.*

g Demõstratio vti fiat.

h Falsa conditio, causa, demonstratio, & falsus modus an, & quando noceat.

i ¶ *Intelligantur.* sc. à testante. & hoc in propriis. in appellatiuis distingue secũdùm Ioã. An parum erret, vt si libros mẽbranas appellet: quo casu valet, maximè cùm fuerit cõsuetus sic appellare *vt ff. de leg. iij. l. librorum. §. quod tamẽ Cassius.* An multum erret, & tunc contrà: *vt ff. eo. ti. l. quarta* a. *& de sup. leg. l. Labeo. in medio legis. §. sed de hiis. in fine.*

k ¶ *Nihil interest.* vnde liber [b] homo sibi nomen mutare potest: licèt seruus nõ possit: *vt C. de muta. no. l.* j. *& ff. ad leg. Corn. de falsi. l. falsi.*

l ¶ *Vernam.* Verna, est seruus ex ancilla testatoris domi natus.

m ¶ *Emptus.* idem & si non emit: *vt arg. ff. de vsucap. l. nunquam. §. fina.* secùs in venditione: *vt ff. de contrahenda emptio. l. si quis fundum.*

n ¶ *Longè magis.* ideò dicit, magis: quia verba falsę demonstrationis sunt de substantia ipsius legati: vt cùm dico, Stichum vernam do lego: sed verba falsæ causæ non ita. Item quia causæ legandi nõ cohærent legato: *vt ff. de condi. & demon. l. cùm tale. §. falsam causam* [c]. Item quia hîc donare præsumitur: *vt ff. de cõdi. indebi. l. in summa. §. id quoque.*

o ¶ *Sed si conditionaliter.* ¶ Not. conditio [d] per *si*, apponitur, & per *cum: vt hic, & ff. de cond. indeb. l. qui promisit. & ff. de verb. oblig. l. quodcunque. §. non solùm.* nisi in casu: *vt ff. de tut. l. muto. §. sub conditione.* ¶ Modus [e], per *vt*: vt C. *de his, quæ sub mo. l. vj.* ¶ Causa [f], per *quia*: vt *hic.* ¶ Demonstratio [g] fit ostendendo aliquid, quod non est: *vt suprà proxi. §. & ff. eod. l. si sic. §.* j. ¶ Circa hæc quatuor sic dicas: & primò, Falsa [h] causa non nocet: vt hîc. Conditio nocet, si deficiat: *vt hic, & ff. si certum peta. l. cùm ad præsens. & l. itaque.* Modus idem, quod conditio operatur: excepto quòd id, quod datur sub modo, etiam antequam modus impleatur, petitur: cautione tamen interposita de modo implendo: quod non est in conditione: *vt ff. de condit. & demonst. l. qui hæredi. §. fin. & de annu. lega. l. liberto. §. Lucius. & ff. eodem. iij. l. si tibi.* In demonstratione distingue: *vt ff. eodem.* j. *l. si sic. §.* j. *& l. non quocunque.* vnde versus: Scito quòd *vt*, modus est: *si*, conditio: *quia*, causa. *vide ca. verum. extrà, de condi. appo.*

An seruo hæredis.] CASVS. Domine, quidam fecit testamentum, & in testamento suo Titium instituit hæredem: & Sticho seruo ipsius hæredis instituti legauit fundum: modò quæro, vtrùm huiusmodi legatum valeat? Ad hoc respondet Iustinianus, distinguendo vtrùm seruo hæredis instituti purè, vel sub conditione legetur. nam si purè legetur, inutile est legatum, nec quicquam proficit, etiam si viuente testatore seruus legatarius de potestate hæredis exiuerit. Illud enim, quod inutile foret, si statim post testamentum factum testator decessisset, non debet ideò valere: quia testator diutiùs vixit. sub conditione tamen seruo hæredis rectè legari potest. nam in hoc casu, si tempore existentis conditionis in potestate hæredis non sit, legatum valet. Sed (quicquid dixerim tibi) seruo hærede instituto, domino ipsius sine conditione legari posse non dubitatur: veluti si quis ita dixerit: Stichum seruum Sempronij hæredem instituo: & posteà adiecerit: Sempronio domino Strichi hæredis instituti fundum do lego. Nam in hoc casu quamuis statim post factum testamentum testator decesserit, non tamen apud eum, qui hæres sit, dies legati cedere intelligitur. Per seruum enim institutum, si antequàm iussu domini adierit hæreditatem,

alterius potestatem translatus fuerit: alij hæreditas acquiri poterit: vel si fortè ipse seruus ante additionem à domino suo fuerit manumissus: tunc enim ipse hæres efficietur, & valet legatum. sed si ille seruus in eadem causa permanserit, & viuēte domino, eodemque legatario hęreditatem adierit, euanescit legatum. Et hæc dicuntur vsque ad §. *ante hæredis institutionem.* cuius casus planus est vsque ad fin. titu.

† Ratio, quia hæreditas non separatur à legato, & idem esset hæres, & legatarius cũ per seruũ sibi acquirat legatum.

† Et sic quod per mortem vtile non fit: per vitam non conualescit.

a Vel die secũdùm Ioã. Fab. quòd ibi testator legauerat seruo proprio: hîc verò hæredis.

† Quod ab initio non valuit legatũ, ex postfacto non conualescit.

† Et sic quod ab initio non valuit: tractu temporis non conualescit. *Simile in c.2. cum Glo. fin. extrà de eo, qui duxit in matrimonium, quam pol. per adul.*

a ¶ *Inutiliter.* contrà: *sic C. de necess. ser. hær. instit. l. quidam. §. illo.* Sed ibi non imponitur necessitas dandi. Vel in alimentis loquitur: *vt ff. de ali. & cib. leg. l. seruos.* [a] nam cùm sit purum, à morte testatoris cedit: *vt* C. *de cadu. tol. §. cùm igitur.* & domino ex persona serui acquiritur: *vt suprà, per quas perso. nob. acquir. §. item vobis acquiritur, quod serui, &c.* sed idem dominus erit hæres: ergo non valet legatũ: quia idem non potest esse hæres, & legatarius: *vt ff. de leg. j. l. legatũ est.* §. j.

ADDITIO. Quod est verum, si legatur sine libertate seruo testatoris, vel hæredis: secùs si alieno: quia cederet ab adita hæreditate: nisi dies mortis, & additionis esset idem: *vt l. si optio. ff. de opt. leg.* quãdo verò cum libertate legatur: cedit vel à die competentis libertatis, si sit sub cõditione relicta: vel ab adita hęreditate, si vtrumque sit purum: *vt §. in nouissimo. C. eod. tit. de cad. toll.* Angelus.

b ¶ *Legari.* propter cõfusionem hæredis, & legatarij: quia eadem persona sibiipsi debere non potest.

c ¶ *Nec quicquam proficere.* quia actus morientium non possunt esse in suspenso: *vt ff. communia prædi. l. fi. in fi.* & propter regulam Catonis, quæ sequitur.

d ¶ *Exierit.* seruus legatarius.

e ¶ *Quia quod, &c.* hęc est regula Catoniana.

† *Concor. cũ hoc tex. cap. Raynaldus. inuicta Glos. super verb. legauit. prope fin. extrà de test.*

f ¶ *Valere.* Exceptis quibusdam casibus: vt cùm res tua sit tibi legata, & ante mortem testatoris alienata.

g ¶ *Non sit.* nam si est adhuc seruus, non valet legatum, aliàs valet: *sic ff. ad legem Falcidiam. l. si à seruo.*

h ¶ *Apud eum.* id est, apud eundem scilicet dominum, qui sit hæres per seruum: quia adhuc non est. ACCVRS.

i ¶ *Heres sit.* hoc est dicere mortuo testatore statim post testamentum, non ideò statim dominus serui erit hęres per seruum, & legatarius per se: & ita non erit apud eum: id est eundem hæredem hæreditas, & legatum: quod erat superiori §. Imò [b] ad hoc vt sis hæres per seruum, duo præcedere oportet, iussum domini, & obedientiam serui. & interim serui conditio poterit variari: sed legatum tantùm interim habebit dominus. sunt ergo separata, hæreditas, & legatum interim: cùm legatum apud dominum sit: hæreditas apud nullum, donec seruus, vel manumissus sibi, vel iussu alicuius domini eam adeat.

b Seruus hæres institutus non acquirit domino, nisi duo cõcurrãt.

k ¶ *Intelligitur.* Nam nemo est hæres adhuc, cùm & domini iussus, & serui debeat sequi voluntatem: *vt Co. de hæredibus instituendis l. cùm proponas.* & licèt hęreditatis dies cedat ea adita: tamen legatum à morte testatoris cedit: *vt Co. de caducis tollendis. §. in nouissimo.* vnde apud dominum erit legatum: sed hæreditas apud nullum: quæ poterit esse vel apud hunc, vel apud alium, si alienabatur: scilicet seruus priùs, vt sequitur.

l ¶ *Legatarij.* qui & dominus est

m ¶ *Legabatur.* aliud in tutore etiam olim: *vt suprà qui da. tut. poss. §. ad certum.*

n ¶ *Fundamentum.* cum sine illa nullum dicatur a: *vt ff. de iure codi. leg. fina. & infrà, titu. iij. §. in primis. & de his, quæ in testa. delen. leg. pen. ibi. Calphurnius.*

a *Concor Gl. 1. in prin. in c. cùm tibi. extrà de testamen.*

o ¶ *Scripturæ ordinem.* No. ordinem b scripturæ non seruandum: *sic ff. de sol. l. non enim.* Sed contrà *argu. ff. de fideicommiss. lib. l. generaliter. §. quid ergo. & in Authen. de hæred. & Falci. §. inordinatum. coll.* j.

b Ordo scripturæ an, & quando seruetur.

p ¶ *Voluntatem.* repete vituperandum erat.

q ¶ *Constitutionem.* quã non habemus, secundùm quosdam: vel dic veriùs, quòd loquitur de ea, quæ est *Cod. de testamentis. l. ambiguitates.* & quod ibi dicit, non ex mente, referas ad alia, non ad hunc ordinem.

r ¶ *Ante hæredis institutionem.* quia primò potest legare rem, & posteà hæredem instituere.

† Et sic legata præcedere possunt testamentum ordine literæ: sed ordine intellectus institutio præcedit. *Aegid.*

f ¶ *Medias.* quia primùm instituit hæredem, & postea legauit, & postea alium hæredem instituit: & ita legat inter medias hæredum institutiones.

t ¶ *Fauorabilior est.* nisi in [c] duobus casibus: *vt ff. de manumiss. test. l. cùm ex pluribus. & de legatis* j. *l. si quis à filio. §. pen. & l. ferre. & ad Trebellia. l. si patroni. §. sed & si sine fructibus.*

c Libertati quibus casibus non faueatur.

ADDITIO. Dic secundùm Ioan. Fab. quòd hoc non videtur verum: imò videtur idem vtrobique, quia incertitudo vitiat legatum, & libertatem: secùs in re legata. vbi autem libertas legatur: est incertitudo & in re, & in persona, & sic vitiat: *vt not. Dy. in regul. in obscuris. de regulis iuris. in vj.* ANGEL.

u ¶ *Correximus.* vt C. *vt act. ab hærede, & contra hæred. l.* j.

x ¶ *Legatis.* in stipulationibus idem: *vt d. leg.* j. Co. *vt act. ab hærede, & contra hæred. l.* j. ¶ Caue tamen: quia legatum sic incipit ab hærede, vel heredi dari: quod primò nullo modo fuit: [d] sed stipulatio fuit, licèt inefficax: *vt ff. de euict. l. qui à pupillo. & l. si per imprudentiam. §. non mirum.*

d Hoc verum si legauit post mortem hæredis vel alterius: secus si post mortem legatarij: quia statim est nata obligatio, vt in stipulatione: *sicut no. Gl. in l. cedere diem. ff. de verb. obli.* Angelus.

y ¶ *Inueniatur.* vt *ff. eodem. l.* j. *& suprà eodem titulo. §. sed non vsque.*

z ¶ *Adimebatur.* hæc verba expone: *vt* j. *tit.* j.

a ¶ *Aliquid faciat.* quod fieri vult secundùm Ioan. hoc adiecto sc. in pœnam hæredis se committere: aliàs est conditio, & valet: *vt ff. de his, quæ pœ. no. l.* j. *§. ij.*

b ¶ *Non faciat.* quod fieri non vult. ACCVRS.

libertas ante hæredis institutionem dari poterat. Sed quia † inciuile esse putauimus, scripturæ ordinem [o] quidem sequi (quod & ipsi antiquitati vituperandum fuerat visum) sperni autem testatoris voluntatem [p]: per nostram constitutionem [q] & hoc vitium emendauimus: vt liceat & ante hæredis institutionem [r], & inter medias [f] hæredum institutiones legatum relinquere: & multò magis libertatem, cuius vsus fauorabilior est [t].

Hodie ante, & post mortem hæredis, & legatarij, & pridie mortis ipsorum legari potest. ARET.

35. ¶ Post mortem quoque hæredis, aut legatarij simili modo inutiliter legabatur, veluti si quis ita dicat; *Cùm hæres meus mortuus fuerit, do lego.* item, *Pridie quàm hæres, aut legatarius morietur.* Sed simili modo & hoc correximus [u], firmitatem huiusmodi legatis [x] ad fideicommissorum similitudinem præstantes: ne in hoc casu deterior causa legatorum, quàm fideicommissorum inueniatur [y].

Hodie potest pœnæ nomine legari, & legatum transferri, vel adimi, nisi præcipiatur aliquid impossibile, vel legibus interdictum, vel probrosum. hoc dicit. Aret.

36. ¶ Pœnæ quoque nomine inutiliter legabatur, & adimebatur [z], vel transferebatur. Pœnæ autem nomine legari videtur, quod coërcendi hæredis causa relinquitur, quo magis aliquid faciat [a], aut non faciat [b]: veluti si quis ita scripserit: *Hæres meus, si filiam suam*

a ¶ *Collocauerit.* sc. quod fieri nolo: sc. eam collocari.
b ¶ *Non collocauerit.* sc. quod fieri volo: sc. eam collocari.
c ¶ *Alienauerit.* quod nolo.
d ¶ *Non alienauerit.* nam vt alienauerit, volo.
e ¶ *Perquàm.* id est, valde.
f ¶ *Agnoscere.* s. posse: *vt ff. quib. mod. testa. infir. §. fi. in fi.*
g ¶ *Obseruabantur.* vt *C. de testa. mili. l. j.*
h ¶ *Collocauerit.* scilic. quod fieri nolo.
i ¶ *Constituimus.* vt *C. de his, quæ pœ. no. l. j.*
k ¶ *Impossibilia. ff. de lega. j. l. si mihi, & tibi. §. j. contra.* Solut. ibi non erat impossibile: poterat enim esse quod diu viueret: & intra triduũ posset id fieri, quod fieri volebat. 2. Vel dic quòd ibi voluit testator hæredem cõstituere se soluturum, si decederet: scilicet testator intra triduum: quod potuit, nõ autem soluere [a]. Item contrà *supra de hære. instit. § impossibilis.* Solut. quidam dicunt non valere sicut testator voluit, vt hic: valet tamẽ purè, vt ibi. 3. Vel distingue secundùm Ioan. aut apponitur conditio impossibilis hæredi, aut legatario: si hæredi, non valet legatum, vt hîc: si legatario, valet: vt ibi. & quære exempla, *C. de his, quæ pœn. no. l. j.* ADDITIO Exemplum quando apponitur conditio impossibilis hæredi siue onerato: vt det hæres, si cœlum digito tetigerit: & tunc vitiat quasi non stet per eum, quòminùs impleat, sed per impossibilitatẽ. Quando legatario, siue honorato: vt tibi relinquo si cœlum tetigeris digito. & hæc non vitiat, sed vitiatur, & pro non adiecta habetur. Et est ratio, quia non debet auferri beneficium honorato, cui prouidere voluit testator. vide Gloss. *notab. in l. j. ff. de condi. instit.* [IMPOSSIBILIA.] de impossibili dic: præcepit hæredem transferre montem: aliàs ei adiecit cohæredem, vel aliam pœnam imposuit. ¶ De legibus interdicto, vt præcepit hæredi, vel legatario vt daret inquilinos siue prædiis. ¶ De probroso: vt præcepit reliquias suas in mare proiici: vel se cum vestibus sepeliri: aliàs pœnam imposuit. nam in prædictis, & similibus remanet hæres, & legatarius: nec tenetur ad impossibile, vel legibus interdictum, vel probrosum, nec etiam ad pœnam, ideò quòd impossibile, vel legibus interdictum, vel probrosum non impleuit.
l ¶ *Legibus interdicta.* vt inquilinos siue prædiis: *vt ff. de leg. j. l. si quis inquilinos.* vt patuit suprà. ADDITIO ¶ Et hoc verum vbi aliquid est per ius dispositum, vel consuetudinem: quod testator immutare non potest: vt quia fortè ob ius publicum, vel fauorem: aliàs secùs. Ioan. Fab.
m ¶ *Probrosa.* vt vestimenta in funus: *vt ff. eo. j. l. seruo alieno. § fi.* vel reliquias in mare: *vt ff. de condi. insti. l. pen. in prin.*
n ¶ *Secta meorum temporum.* id est, ego, qui insequor iustitiam hoc tẽpore, non patior: *sic ff. de pact. l. fin. in fin.*

in matrimonium Titio collocauerit [a]: vel ex diuerso, *Si non collocauerit* [b], *dato decem aureos Seio.* Aut si ita scripserit, *Hæres meus, si seruum Stichũ alienauerit* [c]: vel ex diuerso, *si non alienauerit* [d], *Titio decem aureos dato.* Et in tantum hæc regula obseruabatur, vt perquàm [e] pluribus † principalibus cõstitutionibus significetur †, nec principem quidem agnoscere [f] quod ei pœnæ nomine legatum sit. Nec ex militis quidem testamento talia legata valebant: quamuis aliæ militum voluntates in ordinãdis testamentis valde obseruabantur [g]. Quinetiam nec libertates pœnæ nomine dari posse placebat. Eo amplius nec hæredem † pœnæ nomine adiici † posse Sabinus existimabat: veluti si quis ita dicat: *Titius hæres esto: si Titius filiam suam in matrimonium Seio collocauerit* [h], *Seius quoque hæres esto* †. Nihil enim intererat qua ratione Titius coërceretur: vtrùm legati datione, an cohæredis adiectione. Sed huiusmodi scrupulositas nobis non placuit. Et generaliter ea, quæ relinquuntur, licèt pœnæ nomine fuerint relicta, vel adempta, vel in alium translata: nihil distare à cæteris legatis constituimus [i] *, vel in dando, vel in adimendo, vel in transferendo: exceptis videlicet his, quæ impossibilia [k] sunt *, vel legibus interdicta [l], aut aliàs probrosa [m]. Huiusmodi enim testatorum † dispositiones valere, secta meorum temporum [n] non patitur.

† quamplurimis.
† significaretur.

a Has solutiones reprehendit Ioan Fab. hîc, & dicit ibi ideò valere legatum: quia nõ cõtinet impossibile, sed adiectionem tẽporis esse impossibilem, quæ non vitiat.
† i. cohæredẽ.
† i. adiungi. s. hæredi priùs instituto. *Aegid. Perr.*
† Et hæc est pœna, quia ex quo Titius filiã dedit Seio vxorem, testator adiecit. i. adiunxit ei pro pœna ipsum Seium cohæredem. *Aegid. Perr.*
* Sic ergo pœnæ nomine legari potest: *vt hic, & in c. Raynaldus. iuncta Gl. super verb. adijciens. extrà, de testa.*
* Vbi si hæres iubeatur facere impossibile: & si nõ faciat, legatur aliquid ab eo, non valet. *l. j. C. de his quæ pœ. nom.* ratio: quia nõ est imponenda, si nõ impleuerit impossibile. *l. in testamento. ff. de cond. & dem.* Aegid. Perr.
† testamentorum.

a Concor Gl. 1. in prin. in c. cum tibi. extrà de testamen.
b Ordo scripturæ an, & quando seruetur.
c Libertari quibus casibus non faueatur.
d Hoc verum si legauit post mortem hæredis vel alterius: secus si post mortem legatarij: quia statim est nata obligatio, vt in stipulatione: *sirut no. Gl. in l. cedere diem. ff. de verb. obli.* Angelus.

DE ADEMPTIONE LEGATORVM, &c.

Quia [b] *ambulatoria est defuncti voluntas vsque ad supremum vitæ exitum:* vt ff. de adimen. lega. l. 3. §. fin. & l. seq. *ideò post data legata, & de eis adimendis videamus.*

b Continuatio

Demptio.] Diuiditur [a] in duas partes. Primò loquitur de ademptione. Secundò de translatione. Secunda ibi: *Transferri.*

a Diuisio.

o ¶ *Adimantur.* scilicet legata.
p ¶ *Codicillis.* scilicet testamento confirmatis, secũdùm quosdam: non aliter. Sed nos contra: b *vt in Authen. de resti. fideic. § manifestum. coll. ix.* ACCVR. ADDITIO. Et est ratio: quia non est ridiculum codicillos etiam contrarios per testamentum confirmari: quia videmus agi ex contractu, vt contractus rescindatur. *l. sed Celsus. § j. ff. de contrahen. emp.*

b Legata relicta in testamẽto possunt adimi in codicillis etiam non confirmatis, licèt aliud sit in hæreditate.

q ¶ *Firma est.* vt si eodem testamento fiat, videatur nec datum: & alia voluntate, videatur datum: sed posteà ademptum: *vt ff. de his, quæ in testamen. de. l. j. in prin. & ff. de lega. j. l. si ita scriptum.* ¶ Sed videtur quòd nulla talis voluntas valeat: cùm videatur sibi repugnare: *vt ff. de regulis iuris. l. vbi repugnãtia.* quę est huic contraria. ¶ Sed dic quòd ibi dicit de repugnantia, quæ fit propter simplicitatem verborum: *vt ff. de condi. instit. l. si Titius.* 2. Vel habet locum prædicta regula, quando non apparet quæ sit vltima: quo casu neutra valet. Si autem apparet, vltima valet: *vt ff. eod. l. nihil prohibet.* ACCVRS.
r ¶ *Aliis.* scilicet vt adimo, vel pœniteo eius, quod dedi, vel similia. imò etiã nuda [c] voluntate præsũmpta: vt si inimicus posteà factus sit legatarij *ff. de adi. leg. l. iij. in fi. & l. iiij.* ADDITIO. Idem si ab ignorante fiat ignoranti aliquid etiam post mortem: quod si sciuisset testator, non fuisset legaturus. ANGEL.

c Legata volũtate præsũmpta reuocãtur.

s ¶ *Transferri.* facit *ff. eo. l. translatio.* ACCVRS.
t ¶ *Et Seio.* Sed si Seius est non capax: nunquid ademptio à primo facta valet? Respõdetur sic: *vt ff. de leg. j. l. planè. in prin.* ACC.

DE ADEMPTIONE LEGATORVM.

TITVLVS XXI.

Quod cuipiam testamento relictum fuit, potest eodem, alteróve testamento quibuslibet verbis adimi vel ad alium transferri.

Demptio legatorum, siue eodem testamento adimãtur [o], siue codicillis [p], firma est [q]. Sed & siue contrariis verbis fiat ademptio: veluti si quis ita quid legauerit, *Do lego*: ita adimatur, *Non do, non lego.* siue non contrariis: sed aliis [r] quibuscunque verbis.

1. ¶ Transferri [s] quoque legatum ab alio ad alium potest: veluti si quis ita dixerit: *Hominem Stichum, quem Titio legaui, Seio do lego*: siue in eodem testamento, siue in codicillis hoc fecerit. quo casu simul & Titio adimi videtur, & Seio [t] dari.

DE LEGE FALCIDIA.

TITVLVS XXII.

Ne suprema testantium iudicia non adita hæreditate corruant, lege Falcidia cautum fuit, ne cuipiam bonorum dodrantem legatis exhaurire fas sit: alioquin quadrans hæreditatis per legem Falcidiam resecatur, & penes vnum, pluréve hæredes remanet.

Vpereſt vt de lege

DE LEGE FALCIDIA.

Qualiter [d] *minuantur legata ademptione, vel translatione, dictum est: nunc qualiter lege Falcidia minuantur: & ideò dicit, supereſt.* ACCVRS. *Differentia inter hunc titul. & sequentem habetur per hos versus: Tunc defalcaris, si per legata grauaris: Sed trebellaris, cùm reddere cuncta rogaris.*

d Cõtinuatio.

Vpereſt.] Totus iste titu. diuiditur [e] principaliter in quinque partes. ¶ Primò continuat se ad præcedentia. ¶ Secundò ponit effectum legis Falci. tam de iure legis duodecim tabularum, quàm de iure, quo nos vtimur. ¶ Tertiò ponit vnum dubium: scilicet an hæres non grauatus respectu sui cohæredis grauati, possit detrahere Falcidiam. ¶ Quartò ad quod præsens tempus redigatur, vt inspiciatur an lex Falcidia habeat locum. ¶ Quintò quando lex Falcidia imponitur, quid est ante deducendum. Secunda ibi; *Cùm enim.* Tertia ibi: *Et cùm quæsitum.* Quarta ibi; *Quantitas autem.* Quinta ibi; *Cùm autem.* CASVS. Domine, multa dixistis nobis circa materiam legatorum, & de adempt. & translat. eorundem: vnde videtur quòd ad aliquam aliam materiam de cætero poteritis transire. Satis enim videtur quòd ea, quæ iam dicta sunt circa materiam legatorum, possunt sufficere. Ad hoc respon. Iustinianus: Amice, non bene tibi videtur, imò circa materiam legatorum etiam insistendum est adhuc. nam ex quo de ademptio. & translat. lega-

e Diuisio.

torum vidimus: superest vt de lege Falcid. per quam modus legatis nouissimè impositus est, dispiciamus. Sed pone: Domine, iã video quòd vos vultis tractare de lege Falcidia: dicatis mihi, si placet, quare fuit introducta lex Falcid. & quis sit eius effectus? Ad hoc resp. Amice, Lex Fal. optima ratione fuit introducta: & eius effectus fructuosus est. Cùm enim olim leg. xij. tabularum libera erat legandi potestas, in tantum vt liceret testatoribus totum patrimonium suum per legata erogare, & nihil penitùs apud hæredes scriptos relinquere: (nam lege duodecim tabularum ita cautum erat, quòd sicuti quisque legasset rem suã, ita ius esset:) idcircò vtile visum est legumlatoribus huiusmodi liberam licentiã legandi coartare: quia propter huiusmodi plerunque moriebantur homines intestati. nam licèt hæredes essent instituti: scripti tamen hæredes pro nullo hæreditatis lucro eam nolebant adire. & quamuis etiam super huiusmodi licentia legandi coartanda tam lex Furia, quàm Voconia latæ sũt: neutra tamen earum ad rei consummationem sufficere videbatur: vnde nouissimè lata est lex Falcidia, qua cauetur, ne liceat testatoribus plus legare, quàm dodrantem totorum bonorum: vt siue vnus hæres sit institutus, siue plures: apud eum, quãdo vnus esset institutus: vel apud eos, quando plures essent instituti, quarta pars totius patrimonij ipsius testatoris integra remaneat. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *& cùm quæsitum.*

† Hinc in *l. cõditionis. ff. de do. can. mor.* emendandum est, modo legatis concesso. *Cuiac.*

† Additus fu't articulus, *quisque.* nam certè ita ex cõcepta fuit, *Paterfamilias vti legassit, super pecuniam, tutelave suæ rei.* auctore Cornificio. *Cuiac.*

a Quî fuit cõsul. & ideò Falcidiã relecat ipso iure. *vt l. lineam. ff. eo.* secus si fuisset prætor, secundùm Ioã. Fab.

b Falcidiæ detractionẽ iure veteri testator prohibere nõ poterat: nouissimo iure potest. Sed quæ ratio constituendi fuit vtroque iure? Interpretes putant Ethnicos homines, lucelio aliquo ad adeundas hæreditates alliciendos: ad quam adeundam Christiani pietate sola vel satis mouentur.

a *Falcidia.* ideò sic dicta: quia vt falx fœnũ: sic hæc lex legata resecat. 2. Vel dic à Falcidio auctore: a vt & Publiciana à Publicio dicta: *vt infrà, de act. §. alia.*

b *Qua.* scilicet Falcidia.

c *Vel.* pro etiam.

d *Vti quisque.* hæc sunt verba legis duodecim tabularum.

e *Suæ rei.* id est, in sua re tota, quam ipse legauit: vel etiam aliena. nam & aliena res legari poterat, & potest: *vt hic, & ff. ad legem Falcidiam, l. j. in princip. & §. de legatis. §. non solùm autem.*

f *Ipsorum testatorum.* non b tamen licet testatoribus eam renunciare, nisi in casu: *vt ff. eod. l. quod de bonis. §. fin. & l. si debitor.* argu. contrà, C. *de pact. l. pen.* ibi, *cùm & alia regula sit, &c.* Sed hodie *per authen. sed cùm testator.* quæ est C. *ad leg. Falc.* contrà.

Quod est verum expressè: secùs si tacitè, putà dicendo, tota, vel integra legata soluas. nisi adiiceretur quòd amplius hæres habere non possit, &c. secundùm Angelum. in Trebellianica autem idem dicas, quod in Falcidia, secundùm Ioan. Fab.

g *Adire.* facit ℈. *tit.* j. §. *sed quia hæredes.* ACCVRS.

h *Super hoc.* id est, super coartanda legandi licentia.

α *Lex Voconia.* Lege Voconia multa continebantur. Vt ne quis census plus cuiquam legaret, quàm ad hæredem perueniret, cuius rei auctor est non Th. modò, sed etiam M. Tullius *in iij. Act. in Verrem.* Vt ne vltra consanguineos fœminæ ab intestato succederent, auctore Pau. *lib. iij. Senten.* vt ne quis census mulierem hæredem faceret vltra quadrantem, siue, *vt Dion. scribit lib. 56.* ὑπὲρ δύο ἥμισυ μυριάδας, id est, vltra xxv. millia sestertiũm, quæ quarta pars est bonorum eius, qui census dicitur. ex quo etiam apparet censum dici eum, qui centum millia sestertiũm possidet, vt in lege Papia. *§. sed nostra. infrà, de succes. liber.* quod etiam Asco. Pedianus annotauit. Inde verò idem Dion. rectè scribit, instituta Liuia ab Augusto ex triente, impetrasse Augustum à Senatu, vt tantundem ei liceret παρὰ τὸν νόμον καλλιπτεῖν. ex quo apparet quod de lege Voconia à Quintiliano traditur *Declamatione 204.* vt ne mulieri plus quàm semissem relinquere liceat, vt in scholasticis exercitationibus fere fit, ab Quintiliano esse confictum. CVIAC.

i *Nouissimè.* id est, vltimò. ACCVRS.

k *Legare.* vel a etiam causa mortis donare. (nam & ibi locum habet Falcid.) 2. Item & in mortis causa capione: *vt C. eo. l. pen.* (licèt de hac quidam cotradicant: & est pro eis argumẽtum, *ff. eod. l. acceptis.*) 3. Item in fideicommissis b: *vt C. eod. l. vj.* 4. Item in donatione inter viuos, quæ morte confirmatur, non aliàs: *vt C. eo. l. in donationibus.* & in his habet locum, quod hic de legatis dicitur.

a Palcidia locum habet in legatis, in mortis causa donatione, in mortis causa capione, in fideicommissis, in donatione inter viuos, quæ morte confirmatur.

b Quod est verum in fideicõmissis particularibus, non in vniuersalibus: *vt infr. tit. prox. §. j.*

l *Dodrantem.* id est, nouem vncias totius hæreditatis: sic enim dodrans dicitur: *vt ℈. de hæred. instit. §. hæreditas.* Si ergo fiat in contrarium: de singulis potest fieri sectio: id est, quartæ partis detractio, & ipso iure proposita etiam rei vindicatione: *vt ff. eo. l. ineã. in fine. j. respon. & l. Plautius. & C. eod. l. ij.* Iam ergo non est quæstio an hæres possit retinere Falcidiam in vna re. nam non potest: *vt in d. l. Plautius.* c Sed aliud quando quis legat partem bonorum, tunc enim succurritur hæredi, siue rerum partes, siue æstimationem dare maluerit: *vt ff. de leg. j. l. non amplius. §. j*

c Hoc verum si plures sint legatarij; secùs si vnus: quia potest ex rei necessitate, vel legatarij voluntate, *vt ibi: & l. ploti. & l. seq. §. si fi-lius. ff. eo.* Vbi autem non cadit commoda diuisio: dimidiatur ad arbitrium iudicis: *vt l. non amplius. ff. de legat. j. §. fin.* De Trebellianica verò, vel legitima dic vt habetur *in l. filia, quem habentem. C. famil. ercisc.* Angel.

Et cùm quæsitum.]

CASVS. Domine, iã video quòd effectus legis Falcidiæ talis est, quòd testator non potest legare vltra dodrantem totorum bonorum, videlicet vt quarta pars patrimonij ipsius testatoris remaneat apud hæredes: siue sit vnus hæres scriptus, siue plures. Dicatis igitur mihi, quid iuris est in tali casu? Quidam fecit testamentum, & in testamento suo instituit duos hæredes pro æquis portionibus: putà Titium, & Seium: & partem Titij, aut totam exhausit legatis, quæ nominatim reliquit à Titio præstanda, quòd nihil penitùs apud Titium remansit: aut si aliquid remansit, supra modum tamen partem Titij onerauit: à Seio verò aut penitùs nulla legata reliquit: aut si quam ab eo reliquit partem, tamen dimidia portio eadem integra penes ipsum Seium remansit. & ita quarta pars totius hæreditatis apud Seium hæredem scriptũ sine aliqua deminutione, & sine onere remansit: vnde in hoc casu multum fuit dubitatum, & quæsitum, vtrùm liceret Titio vltra quartam partem suæ portionis grauato aliquid ex legatis ab eo nominatim relictis retinere: vt ita beneficio legis Falcidiæ quartam partem suæ portionis saluam habeat? Ad hoc respondet Iustinianus: Amice, certè in quæstione proposita placuit, vt liceat Titio vti beneficio legis Falcidiæ, & de singulis ab eo relictis in tantum detrahere, vt quartam partem suæ portionis saluam habeat, non obstante quòd quarta pars totius hæreditatis apud Seium cohæredem suum integra remaneat. Nam in singulis hæredibus ratio legis Falcidiæ habenda est: vt quilibet quartam suæ portionis saluam habeat. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *quantitas autem.* Franc.

Quantitas patrimonij testatoris à morte spectanda est: ideò vt bona mortuo testatore hæreditate iacente aucta, nihil obsunt hæredi, quin quartam de legatis detrahat: ita & deminuta non prohibent quin solida legata debeantur.

m *Et cùm quæsitum esset.* facit *ff. eo. l. in singulis.*

β *Exhausta sit legatis.* Legata, quæ dodrantem excedunt, hæreditatem onerare dicuntur. quæ assem absumunt, exhaurire. quæ dodrantem non excedunt, delibare. Igitur per legem Falcidiam delibari hæreditas potest, non onerari, non exhauriri. CVIAC.

n *Supra modum.* id est, supra quartam. ACCVRS.

o *Minuant.* & sic remanent ei tres vnciæ, quæ sunt quarta pars totius assis. ACCVRS.

p *Is.* scilicet Seius.

q *Quartam partem.* id est, tres vncias.

r *Habeat.* hoc interrogatiuè lege: & posteà respondè, & placuit posse, &c. ACCVRS.

s *Posse retinere.* scilicet quartam partem suæ partis, quam iure hæreditario habet. non autem datum causa adimplendæ conditionis sibi ab aliquo imputabit sibi in quartam, nisi à statulibero esset datum, & de pecunia hæreditaria, de qua ei dare permittitur: *vt ff. eodem. l. id autem. & de donationibus causa mortis. l. quod statuliber.* Item nec legatum à cohærede relictum sibi imputati

imputat: *vt ff. eodem. l. in quartam.* nisi testator hoc cauerit [a]: *vt ff. eodem. l. quod autem. j. respon. §. Marcellus.*

Quantitas autem.] CASTR. Domine iam video, quod beneficio legis Falcidiæ singulis hæredibus prouisum est: sed dicatis mihi, quo tempore inspicitur vtrum lex Falcidia locum habeat? Ad hoc respõdet, Amice, quantitas patrimonij à testatore relicta, ad quam ratio legis Falcidiæ reducitur, tempore mortis ipsius testatoris inspicitur: sicut manifestè liquet in tali exemplo: Quidam habuit centum aureos in bonis. Ipse laborans in extremis condidit testamentum: & in testamento instituit hæredem: & centum aureos legauit: & ita totum patrimonium suum exhausit legatis: vnde mortuo testatore beneficium legis Falcidiæ locum sibi vindicabat. Sed quid si antequàm hæres adierit hæreditatem, bona hæreditaria per seruos hereditarios, vel ex fœtu pecorum, vel ex partu ancillarum in tantum sunt aucta, quòd omnibus legatis in solidum solutis, hæres quartam partem totius hæreditatis, vel etiam ampliùs, saluam habere possit? Et respond. quòd certè huiusmodi augmentum post mortem testatoris ante aditionem hereditatis aduenies, legatariis non prodierit: sed nihilominus hæres beneficio legis falcidiæ, quæ tempore mortis ipsius testatoris competit, vtetur, & quartam partem à singulis legatis detrahet. & idem ius in casu conuerso obseruatur. ¶ Nam sicut augmentum rerum hæreditariarum ante aditam hæreditatem non potest prodesse legatariis: ita deminutio rerum hæreditariarum eis non nocet: verbi gratia, Ponamus retento primo themate, quòd ille, qui habebat centum in bonis, legauit septuagintaquinque, & ita reliquit quartam partem hæreditatis. vnde mortuo testatore ratio legis Falidiæ locum sibi vindicare non poterit: si tamen ante aditionem hæreditatis bona hæreditaria in tantum decreuerint: incendiis fortè, aut naufragiis, aut fortè per mortem seruorum, aut pecorum, vt septuagintaquinque tempore aditionis in hæreditate vix inueniantur, certè in hoc casu huiusmodi deminutio legatariis non nocet: imò nihilominùs hæres ad præstationem legatorum in solidum tenetur. ¶ Sed fortè obiiceret aliquis sic: Hoc videtur iniquum, videlicet compelli adire hæredem huiusmodi damnosam hæreditatem, & nihil lucrari. Ad istam tacitam obiectionem respondet Iustinianus in litera, ac si facta esset sibi, dicens: Amice, hoc nullatenus damnosum est hæredi. nam liberum habet arbitrium non adire hæreditatem, & ita huiusmodi periculum euitare, vnde in hoc casu necesse est ipsis legatariis cũ hærede de certa portione legatorum recipienda pacisci, ne hæres deserat testamentum: & ita deficiente testamento, legata in eo relicta non debeãtur. Hæc dicuntur vsque ad illum §. *cùm autem ratio.*

a ¶ *Mortis tempore.* supr. *de lega. §. si peculium. contrà.* Sol. ibi remanet seruus, quasi peculij dominus. ADDITIO. In æstimatione tamen debitoris est secùs: quia si post mortem testatoris, & ante aditam hæreditatem efficiatur non soluendo: cedit damno hæredis: si econtrà, cedit lucro legatariorum quoad Falcidiam: *vt l. cum quo. ff. eo.* Et est ratio: quia est spes, quòd de inopia deueniat ad pinguiorem fortunam. *l. si defunctus. ibi, nec enim pauperibus. C. arbi. tu.* Ioan. Fab.

b ¶ *Legauerit.* sci. tres partes hæreditarias, & quarta remanet, ita quòd non habet locum Falcidia; quia centum habebat in bonis: vt supràdictum est,

c ¶ *Solida legata debentur.* aliàs dentur. Hoc locum habet, quãdo res hæreditariæ non legatæ perierunt. Si [b] autem legatæ pereant, distingue: aut erant in pondere, numero, vel mensura, & tunc idẽ, quod hîc dicitur [c]. Aut non: & tunc aut incertum, vt putà hominem: & tunc idem, quod hîc. aut incertum ex certis: vt vnum de seruis suis: & tunc si omnes pereant, legatarij damnum est: *vt ff. eodem. l. in ratione legis Falcidiæ mortes. §. diligenter. & §. incerta.* aut penitus certa: vt Stichus, & tunc perit legatario; *vt supr. de leg. §. si res legata.*

d ¶ *Nec ea res.* Respondet tacitæ obiectioni, quasi dicat: nónne erit iniquum compelli adire, & non lucrari, & ita damnũ sentire. e ¶ *Paciſci.* id est, aliquid oportet eos dare hæredi vt adeat. ¶ Et ita not. quòd non [a] per omnia etiam hodie sunt exæquata fideicommissa legatis, nec legata fideicommissis. nam fideicommissarius compellit hæredẽ scriptum adire, & nihil ei dat: *vt infr. tit. j. §. ergo si quidem. versic. sed si recuset.* sed illud est in generalibus fideicõmissis; hoc in specialibus.

a Fideicommissa etiam nouissimo iure legatis nõ sunt exæquata.

¶ Quæ autem sit differentia inter legata, & fideicom. dixi *in l. j. ff. de lega. j.*

Cùm autem.] CASTR. Domine, video quare lex Fal. fuit introducta, & quis eius effectus sit, & quo tempore spectatur vt l. Falcid. locum sibi vindicet: pro Deo dicatis mihi in quibus rebus locum sibi vindicet lex Falcidia. Ad hoc respon. Amice, cùm ratio leg. Fal. ponitur, primò deducitur omne æs alienum; id est quicquid testator tempore mortis aliis debebat. Item impensæ circa funus testatoris factę: & etiam pretia seruorum manumissorum similiter deducuntur: & facta tali deductione, tunc deinde in residuo habet locum ratio leg. Falcid. vt ex eo quarta pars integra apud hæredem remaneat, & tres partes residuæ inter legatarios pro rata portione eius, quod cuique legatariorum relictum fuerit, distribuantur. Ponamus igitur quod aliquis habens patrimonium cccc. aureorum, quadringẽtos aureos legauerit. certè in hoc casu quarta pars singulorum legatariorum de singulis legatis detrahi debet: vt per huiusmodi detractionem quartam partem c. hæres scriptus leg. Fal. beneficio habeat. & hoc est verum quando tantum erat legatum, quantum erat in patrimonio. 2. Sed pone retento primo themate. scil. quòd ille, qui habebat in patrimonio quadringentos aureos, legauit eccl. & ita iiij. pars quadringentorũ apud hæredem remaneat. in hoc casu hæres non quartã; sed tantùm octauam partem singulis legatis detrahet, retenta parte octaua, quã saluam habuit. hac scilicet octaua à singulis legatis detracta, quartam totius patrimonij integram habebit. 3. Sed pone retento primo themate: quòd testator habens quadringentos aureos in bonis, legauerit quingentos: & ita plus legauerit, quàm erat in matrimonio. in hoc casu primò c. in quibus excessit patrimonium, detrahenda sunt; id est perinde habenda, ac si non essent relicta: & posteà quartam partem singulis legatariis detrahat hæres. Et sic primò detrahendum est, quod vltra patrimonium testatoris legatum est: & posteà illud, quod ex bonis testatoris supereſt, apud hæredem remanere oportet. Et hæc dicuntur vsque in fi. tit. Franc.

3. ¶ Quantitas autem patrimonij, ad quam ratio legis Falcidiæ redigitur, mortis tempore [a] spectatur. Itaque verbi gratia, si is, qui centum aureorum patrimonium in bonis habebat, centum aureos legauerit: nihil legatariis prodest, si ante aditam hæreditatem per seruos hæreditarios, aut ex partu ancillarum hæreditariarum, aut ex fœtu pecorum tantum accesserit hæreditati, vt centum aureis legatorum nomine erogatis, hæres quartam partem hæreditatis habiturus sit: sed necesse est vt nihilominùs quarta pars legatis detrahatur. Ex diuerso si septuagintaquinque legauerit [b], & ante aditam hereditatem in tantum decreuerint bona; incendiis fortè, aut naufragiis, aut morte seruorum, vt non ampliùs, quàm septuagintaquinque aureorum substantia, vel etiam minus relinquatur, solida legata debentur [c]. Nec ea res [d] damnosa [e] est hæredi, cui liberum est non adire hæreditatem quæ res efficit, vt sit necesse legatariis, ne destituto testamento nihil consequantur, cum hærede in portione pacisci [e].

Falcidiæ ratio ita habenda est: primùm omne æs alienum, funeris impensa, & seruorum precia deducuntur: exinde si quod reliqui est, à legatis exuperetur, vsque adeò quorumlibet minuuntur legata, vt viribus patrimonij coæquentur: postremò ita Falcidia detrahitur, vt quadrantem hæres, dodrantem verò legatarij ferant.

4. ¶ Cùm autem [a] ratio legis Falcidiæ ponitur, antè deducitur æs alienum [f], item funeris [g] impensa, & precia seruorum [h] manumissorum, tunc demùm in

a ¶ *Cùm autem.* Deducto ære alieno, & si quid est aliud æris alieni loco, deducta funeris, aut monumenti necessariis impensis, deductis libertatibus, deductis deorum donis, & generaliter deductis his omnibus quæ Falci. non patiuntur, & quæ extra bona defuncti esse censentur, id quod supereſt, pro dodrante, & quadrante diuiditur inter hæredem, & legatarios. Quod diximus de deorum donis, Paulus scribit *lib. 4. sent.* de S C. Pegas. vt & idem videatur non improbabiliter in l. j. §. *ad municipum. ff. ad leg. Falc.* scripsisse, non etiam ea. *Cuiacius.*

f ¶ *Æs alienum.* etiam quod ipsi hæredi debetur tempore mortis: licèt confusione [b] sit factum indebitum: *vt ff. eo. l. qui fundum. & Cod. eod. l. irritum.* [c] nisi expressè prohibeat: *vt ff. eo. l. si debitor creditore.*

b Creditor succedens debitori, debiti ius amittit confusione, nisi fecerit inuentariũ, vt mox dicetur.

g ¶ *Funeris.* non monumenti: *vt ff. eod. l. j. §. final.* ADDITIO. Nisi esset impensa necessaria: putà quia esset dedecus sepeliri in terra, secundùm Angel.

h ¶ *Seruorum.* Mos erat antiquitùs, vt qui seruos non habebat, vnum, vel plures emeret, qui honoris causa funus testatoris pileati antecederent: quo facto statim intelliguntur manumissi: & sic illorum manumissorum detrahitur precium. & facit ad hanc positionem; *Cod. de. La. lib. tol. §. sed & qui domini. 2.* Vel dic quod testator [d] alicui x. legauit, vt alienum seruum redimeret legatarius, & manumitteret. de hoc enim legato non detrahitur Falcidia, nisi de eo, quod supereſſet fortè facta emptione: *vt ff. de fideicom. lib. l.*

c Quod verum est hodie, si fecit inuentariũ: aliàs secus. *l. in imponenda. C eo.*

d Legatum alicui, vt seruum manumittat: nõ defalcatur,

a Hanc Glo. sequuntur Fab. Pla. & Angel.

b Legatæ rei periculum ad quem pertineat.

b Nisi talia essent legata, vt species: putà talem vegetẽ vini. *l. si verò. §. fetum l. seq. ff. solu. matr.*

lib.l.decem.& ff.eodem.l.sed & si non seruus. Si autem vt suum proprium legatarius manumitteret, tunc nullam patitur Falcidiam legatarius [a]. & ita hæc precia deducuntur, vt Falcidiam non patiantur: *vt ff.eodem.l.si seruus.& l.Iulianus.* ADDITIO. Ex quibus legibus nota quòd quando vni legantur duo, quorum alterum tantũ est defalcabile, quòd de illo Falcidia pro vtroque deducuntur: secùs autem si diuersis esset legatum: *vt not.gl. in Auth.similiter. Cod. eod.* Angel.

* Hodie tamẽ est clarũ, quod de legato libertatis, & sic pio, non detrahitur Falcidia. *Auth. similiter. Cod.eo.*

a ¶ *Ratio habeatur.* habita sc. æstimatione rerum non ex affectione; sed communi æstimatione: *vt ff.eo.l.pretia.*

b ¶ *Pro rata.* vt ita quartam detrahat hæres, si nihil ei dimiserat testator. vel si aliquid erat residuum penes eũ, adhuc detrahat ad suppletionem, vel quintã, vel etiam millesimam: *vt ff.eo.l.in quantitate.§. fin.& facit ad hoc, Cod. eodem.l.ij. & ff. eodem.l. Plautius.*

c ¶ *Fingamus.* retento casu quòd habebat in bonis quadringenta.

d ¶ *Octaua.* scili. quadringentorum, quæ est quinquaginta: & ita habebit hęres prima quinquaginta, & hæc alia quinquaginta detracta, & sic centum, & sic quartam.

e ¶ *Quingentos.* retento casu quòd habebat in bonis quadringentos: & sic legauit, vltra quàm haberet, centum.

f ¶ *Detrahi debet.* impropriè autem ponitur detrahi quo ad id, quod excedit, & propriè quo ad quartã, quæ est in bonis: & sic semel positum verbum, propriè, & impropriè ponitur: *vt ff. de offi. procon.l.ij.* ¶ Item not. quod hæc Falcidia cessat in multis casibus quos dicas vt diximus *in l.testamento.in gloss.ij.Cod.ad leg.Falci.& in Auth.de hared.& Fal.§.hinc nobis.coll.*j. Et isti casus [c] patent in his vers. Falcidiam cessare fecit pars debita natis, Dos, miles, vetitum, libertas, sponte solutum, Res veritæ vendi, pietas, & chartula, crimen: Ac hæres si non faciat inuentaria, subsit. ADDITIO. Nota diligenter hos versus, ex quibus habes, quòd Falcidia cessat in xj. casibus. ¶ Primò, in bonorum subsidio liberis relicto. ¶ Secundò, in legato dotis: quando videlicet maritus vxori dotem suã legat. ¶ Tertiò, in testamento militis. ¶ Quartò, quando testator prohibuit illam detrahi. ¶ Quintò, in libertatibus relictis. ¶ Sextò, quando hæres non ignorãs patrimonium defuncti, sponte soluit non retenta Falcidia. ¶ Septimò, quando testator aliquam rem legat, & prohibet illam à legatario alienari. ¶ Octauò, in legatis ad pias causas relictis. ¶ Nonò, in legato chartularum, siue instrumentorum: quando videlicet aliquis legat instrumenta prædiorum aliquorum: quod quidem legatum affert vtilitatem probationis, quæ defalcari non potest. ¶ Decimò, cessat Falcidia propter crimen, siue delictum hæredis, qui tacitum legatum personæ incapaci soluit. ¶ Vltimò, quando hæres inuentarium facere non curauit.

b Verbum semel positum, propriè & impropriè potest poni.

c Falcidia in xi. casibus.

reliquo ita ratio habeatur [a], vt ex eo quarta pars apud hæredem remaneat: tres verò partes inter legatarios distribuantur, pro rata [b] scilicet portione eius, quod cuique eorum legatum fuerit. Itaque si fingamus [c] quadringentos aureos legatos esse: & patrimonij quantitatem, ex qua legata erogari oportet, quadringentorum esse: quarta pars legatariis singulis debet detrahi. quòd si trecentos quinquaginta legatos fingamus: octaua [d] debet detrahi. Quòd si quingentos [e] legauerit: initio quinta, deinde quarta detrahi debet [f]. Antè enim detrahendum est quod extra bonorum quantitatem est: deinde quod ex bonis apud hæredem remanere oportet.

DE † FIDEICOMMISSARIIS † hæreditatibus, & ad senatusconsultum Trebellianum.

† Fideicommissum dicitur; quia olim pendebat ex fide hæredis. *Aegid.Per.*

† In quibusdã exemplaribus solùm legitur, *de fideicommissis.*

TITVLVS XXIII.

Fideicommissa ab hæredis fide nomen acceperunt: quia licèt nulla iuris necessitate: sed solo fidei pudore olim præstarentur: hodie tamen ad iuris necessitatem redacta sunt.

NVnc transeamus ad fideicommissa: sed priùs est vt de hæreditatibus † fideicommissariis videamus.

† Quæ etiam à tabulis in l. *Seius. ad Trebel.* fiduciariæ dicuntur ex forma, qua & hæres fiduciarius; id est fideicommissarius.

1. ¶ Sciendum itaque est [g] omnia fideicommissa primis temporibus infirma fuisse; quia nemo inuitus cogebatur præstare id, de quo rogatus erat. Quibus [h] enim non poterant [a] hæreditatem, vel legata relinquere, si relinquebant, fidei committebant eorum, qui capere ex testamento poterant hæreditatem. Et ideò fideicõmissa appellata sunt: quia nullo vinculo [i] iuris; sed tantùm pudore eorũ, qui rogabantur, continebantur.

¶ Sextò, Iustinianus ista duo senatusconsulta æquiparat: & omnia, quæ senatusconsultum Trebellian. statuit, attribuit senatusconsul. Trebellia. tanquàm antiquiori.

¶ Septimò circa materiam fideicommissorum certos casus dubitales ponit. Secunda ibi, *Posteà.* Tertia ibi: *In primis.* Quarta ibi, *Restituta.* Quinta ibi: *Sed quia hæredes.* Sexta ibi, *Sed quia stipulationes.* Septima ibi, *Nihil autẽ interest.* CASVS. Domine, multa iam dixistis nobis circa materiam legatorum: pro Deo dicatis mihi quid proponitis in hac materia facere? Ad hoc respond. Amice, certè ex quo expedita est materia legatorum, nunc ad fideicom. transeundum est: & primò de fideicom. hæreditatibus breuiter videamus. Et hæc dicuntur vsque ad illum versicul. *sciendum est.* in quo pone casum sic: Domine, video quòd vultis tractare de fideic. hæred. dicatis mihi modò, si placet, qualiter erant introducta fideicom & qualiter sic appellabantur? Ad hoc respond. Amice, scire debes quòd olim omnia fideicom. tam generalia, quàm specialia primitiuis temporibus infirma erant: quia nemo inuitus huiusmodi fideicom. de quibus erat à testatore rogatus, soluere cogebatur: & pro filiis spuriis, & cæteris non capacibus, quibus testatores non poterant hæreditates, & legata in testamento suo relinquere, fuerunt fideicomm. introducta. vnde sub hac tutela relinquebant. nam fidei eorum, qui capere poterant ex testam. hæreditatem, committebant, & ideò fideicom. appellata sunt: quia nullo vinculo iuris innodata erant: sed tantùm pudori eorum committebant testatores huiusmodi fideicom. soluere: sed non cogebãtur. & ita hoc vsque ad tempus diui Aug. obtinebat: postea verò pius diuus Augustus gratia personarum capacium, quia fideicom. defraudabantur, motus. fideicom huiusmodi ad iuris necessitatem induxit. vnde quia aliquando per fidem suam. vel per ipsius principis salutem aliquis rogatus non soluebat fideicom. ideò propter magnam quorundam perfidiam, qui fidem implere recusabant, præcepit consulibus, vt ipsi auctoritatem suam interponerent: & quia hoc iustum videbatur. & populo expediebat: paulatim conuersum est in assiduam iurisdictionem: & per processum temporis fauor fideicom. in tantum augebatur, vt etiam proprius prætor circa huiusmodi fideicom crearetur: quem fideicommissarium prætorem appellabant. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *in primis.*

a Nisi tamen ipsis à patre relictum esset ab extraneo per fideicommissum. nam tunc valet no. Specula. *tit.de succes. ab intest. ¶. in primis.* Cuius rationem esse ait Bald. quod ipsis à iure relinqui prohibitum non sit. At qua ratione possint efficaciter instituì spurij, vide per Cæpol. *in tr. ff. quæ incipit; de clara cautela.*

DE FIDEICOMMISSARIIS, &c.

d Continuatio.

* Sumitur hìc Falcidia improprie, vt cõprehendat Trebell. *Aegi.Per.*

Iustinianus [d] *post tractatum legatorum, de lege Falcidia prius quã de fideicommissis tractauit: quia lex Falcidia* * *in legatis prius fuit inuenta quàm in fideicommissis, secundùm P. Vel sic: Dictum est de leg. sed quia de fideicommissis sumus pollicìti dicere:* vt suprà, de leg. §. sed ne in primis. *ideò de fideicommissis tractemus. Et quia fideicommissorum aliud generale, aliud speciale: generale verò dignius: de generali primò videamus:* vt infrà, eodem. in princip. & infrà, tit. j. in princip. ACCVRSIVS.

Vne transeamus.] Totus iste tit. diuiditur in septem partes. Primò ponit qualiter iure vetustissimo non de necessitate, sed verecundia quadam fideicommissa præstabantur. ¶ Secundò, quomodo tempore Augusti certis personis ex necessitate præstabantur: vel etiam de iure prætorio. ¶ Tertiò, quomodo fideicommissum fieri debeat, vt valeat. ¶ Quartò, quando restituta erat hæreditas, quod ex senatusconsul. transibant actiones omnes in fideicommissarium. ¶ Quintò, qualiter ex senatusconsul. Vespasiono hæres institutus poterat detrahere quartã: & qualiter dicto iure hæres rogatus de tota hæreditate restituenda, vt transirent actiones pro rata in fideicommissarium, stipulatio interponebatur, si hæres volebat adire: si verò recusabat, ex dicto senatusconsulto. cogebatur.

g ¶ *Sciendum itaque est.* q. d. tractaturis nobis de fideicommiss. quia eorum apud antiquos aliter se habet tractatus, ne quod antiquitatis penitùs ignoretur: itaque dicamus de fideicommiss. generalibus, & specialibus: *vt argumento suprà, de testam. i. princip.*

h ¶ *Quibus.* vt spuriis. & in his nihil innouatur. nam nec hodie valet [a] fideicommissum: *vt ff. de iur. fisc. l. non intelligitur.* §. j. *ij. & iij. & Cod. de natu. lib. l. j. & ij. & Cod. ad leg. Falci. l. etiam.* secundùm Azo. ¶ Sunt & alij, qui capere non poterant, nec possunt: *vt ff. de leg. §. legari diximus.* & in his omnibus nihil innouatur: vt in muliere, quæ transit ad secunda vota intra tempus luctus: cui ab extraneo relinqui non potest: *vt Co. de incest. nup. l. si quis incesti. & C. de sec. nup. l. j.*

a ¶ *Quibus enim non poterant.* Quod tamen hodie, cùm fideicommissa sint iuris extraordinarij, siue, vt Iustiniano placet, ordinarij, in fraudem legum fieri certè nullomodo potest. CVIACIVS.

i ¶ *Nullo vinculo.* id est nulla actione, sed per officium iudicis: *vt ff. de ver. sig. l. pecunia verbum. §. actionis.*

Persona

a ¶ *Personarum.* capacium duntaxat: non earum, quæ sunt non capaces: de quibus suprà locutus est. & die personarum quarundam.

α ¶ *Per ipsius.* Vet. *per Augusti ipsius.* hoc verò est cum iureiurando rogare. *l. cùm pater. §. filius. ff. de legat. 2.* siue ὑποχῶ. *l. 1. com. de leg.* vt si quis per Deum rogaret. *l. 3. ff. de iure fisc.* CVIACIVS.

b ¶ *Interponere.* scilicet vt fideicommissa præstentur generaliter in omnibus.

c ¶ *Populare.* id est populo expediens.

d ¶ *In assiduam iurisdictionem.* id est vt assiduè de hoc ius reddatur etiã ab aliis, quàm à consulibus. ACCVRSIVS.

e ¶ *Eorum.* s. fideicommissorum.

β ¶ *Prætor proprius.* Eius autem vice in prouinciis præsides de fideicõmissis cognoscebant. *l. cùm etiam. Cod. de reb. cred. l. si res ff. de legat. 1.* CVIACIVS.

f ¶ *Crearetur.* vt *ff. de orig. iur. l. ij. §. post deinde diuus.* ACCVRSIVS.

In primis.] CASVS. Domine, iam video qualiter fideicommiss. quæ olim erant infirma, posteà per diuum Augustum ad necessitatem iuris sunt introducta: pro Deo dicatis mihi modò qualiter testator in testamento suo rogat aliquem soluere huiusmodi fideicõmissa. Sed antequàm Iustin. soluat hanc quæstionẽ, præmittit quoddam aliud, & dicit: Amice, in primis sciendũ est, quòd necesse est quòd aliquis hæres instituatur in testamento: & posteà fidei hæredis instituti committatur vt illam hæreditatem alicui alij restituat. Si enim secùs fieret, testamentum inutile esset, in quo nullus hæres esset institutus: & per consequens ea, quæ in illo testamento relinquerẽtur, nullius essent momenti. Cùm igitur aliquis in testamẽto sibi adscripsit hæredẽ, putà per talia verba, Lucius Titius hæres meus esto: poterit posteà sic adiicere, Luci Titi hæres meus cùm primùm possis hæreditatem adire: eã Caio Seio reddas, & restituas. Et non solùm de hæreditat. restituenda potest testator rogare hæredem suum; sed etiam de parte hæreditatis alicui restituend. eum rogare potest: & liberum est ipsi testatori vel purè, vel sub conditione, vel ex die certo fideicomm. tam generale, quàm speciale relinquere. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *restituta.* Franc.

g ¶ *In primis igitur.* sci. quia ius fideicommissorum exposituri sumus. quoniam autem fideicõmissa vniuersalia, & singularia hoc; scilicet vt hæres primò instituatur, in sua habent natura communiter: igitur de eo in primis notandum est. sic & econtrà dicitur, & continuatur *suprà, de lega. §. sed ne in primis.*

h ¶ *Hæres instituatur.* potest enim ab intestato: *vt infr. eo. §. præterea. qui est contrà.*

i ¶ *Inutile.* Nota. nõ [b] valere testamentũ sine hærede: *sic ff. de his quæ in test. delen. l. proximè. §. Calphurnius Longinus. & ff. de codi. l. si.*

k ¶ *Sub conditione.* quot, & à quo sunt implendę conditiones: die *vt ff. ad Trebel. l. facta. §. si sub conditione.* ADDITIO. Secùs tamen est in directa. *§. hæres. supr. de hær. inst.* ¶ Et est ratio: quia hoc ius hæreditarium non est in suspenso: quia remanet penes hæredem: *vt infr. prox. §.* Angel.

Restituta.] CASVS. Domine, iam video qualiter testator potest rogare hæredem institutum, vt ipse alicui restituat totam hæreditatem, vel eius partem. 2. Sed pone; Quidam instituit Petrum hæredem, & rogauit eum per fideicommiss. vt totam hæreditatem restitueret M. modò quæro à vobis, vtrùm facta restitutione secundùm voluntatem testatoris, P. nihilominùs debeat hæres censeri? Et respond. Iustinian. quòd sic. nam restituta hæreditate, ille hæres, qui fuit restitutus, nihilominùs post restitutionem permanet hæres. Fideicommissarius verò, cui hæreditas restituitur: quandóque loco hæredis, quandóque loco legatarij habebatur. sed Neronis temporibus Trebellio Maximo, & Annæo Seneca existentibus consulibus factum fuit senatus. Trebell. in quo quidem senatuscon. cautum est, vt si hæreditas ex causa fideicom. alicui restituta sit: omnes actiones: quæ de iure ciuili ipsi hæredi, vel aduersus hæredem competerent: fideicomm. & aduersus ipsum post restitutionẽ hæreditatis ei factam darentur. & post illud senatusconsultum prætor actiones ipsi fideicommissario, & aduersus ipsum quasi hæredi, & in eundem dare cœpit. & ita manifestè liquet quòd secundùm senatuscon. Treb. ille, cui ex fideic. restituta erat hæreditas, quãtum ad emolumentum, & onus loco hæredis habebatur. & ista dicũtur in tertia parte vsque ad illum §. *sed quia hæredes.*

Restituta hæreditate nomen hæredis indelebile apud restituentem remanet: in fideicommissarium verò actiua, passiuaque actiones transferuntur.

3. ¶ Restituta autem hæreditate, is quidem, qui restituit, nihilominùs hæres permanet [i]: is, verò qui recipit hęreditatem, aliquando [m] hæredis, aliquando [n] legatarij loco habetur.

4. ¶ Et Neronis quidem temporibus Trebellio [o] Maximo, & Annæo Seneca consulibus [p] senatusconsultũ factum est, quo cautum est, vt si hæreditas ex fideicommissi causa restituta sit, omnes [q] actiones, quæ iure ciuili [r] hæredi, & in hæredem competerent, ei, & in eum darentur, cui ex fideicommisso restituta esset hæreditas. Post quod senatusconsultum prætor vtiles actiones [s] ei, & in eum, qui recepit hæreditatem [t], quasi hæredi, & in hæredem dare cœpit.

Pegasiano Senatusconsulto introductum fuerat, hæredem totam hæreditatem restituere grauatum, quadrantem detrahere posse, ne solo nomine hæres esset: actionibus tamen actiuis, passiuisque apud eum remanentibus, nisi stipulatione sibi prouideret damnum, lucrumque sibi, & fideicommissario pro quota commune foret: sin autem intra dodrantem restituere rogabatur, tunc Trebelliano Senatusconsulto locus erat: ex quo

a Semel quod est, semper erit.

b Semel hæres, semper hæres, neque hæres definit, nisi per in integrũ restitutionem.

c *Omnis*, est distributiuum vniuersalium: *Totus* verò, particulariũ: *quod not. secundùm Ang.* Sed Ioan. Fab. hoc reprobat, & tenet sequentem sol. d Actiones quæsitæ per hęredẽ non transeunt in fideicommissarium, nisi cedantur. Ideoque hęres restituens, cautionem à fideicõmissario exiget indemnitatis.

† Quæ etiam à tabulis in *l. Seius. ad Trebel.* fiduciariæ dicuntur ex forma, qua & hæres fiduciarius; id est fideicommissarius.

† Quis autem de fideicommissis priùs cognouerit Romæ, tradit Quintilianus *lib. 3.* cùm ait; Non debes apud Prætorem petere fideicõ. sed apud cõsules. Maior enim prætoria cognitione summa est. At tu infer hunc quę tradit Bud. in Pande. *lib. 1.*

† Fideicõmissariæ hæreditatis ius potest esse in suspenso: *vt hic.* direct. nõ potest. *§. hæres. supr. de hæredib. inst.*

a Nisi tamen ipsis à patre relictum esset ab extraneo per fideicommissum. nam tunc valet no. Specula. *tit. de succes. ab intest. §. in primis.* Cuius rationem esse ait Bald. quod ipsis à iure relinqui prohibitum non sit. Ex qua ratione possint efficaciter instituì spurij, vide per Cæpol. *in 71. §. quæ incipit; de cautela cautela.*

b Testamẽtum non valet sine hærede.

† Pegasianum senatusconsultum cur constitutum.

† Nota quos charitas non prouocat ad beneficia; spe lucri incitandos.

† Ergo videtur quòd hæc quarta debeat dici Pegasiana potiùs, quàm Trebellianica. Dicquod sublatũ est senatusc. Pegasian. & eius auctoritatem habet Trebel. *vt infr. eo. §. sed quia.*

† *Concur. cũ hoc tex. c. Rayuntius. in Glo. super ver. Trebellianũ ante medium. extrà de testa.*

molumentum loco hæredis habebatur. Sed vos dixistis mihi supr. quòd hæreditas quo ad onus quandóque habebatur. Ad hoc resp. Iustin. quia supr. diximus, quòd hæredes scripti in testamento totius hæreditatis restitutione poterant grauari, nec per senatusc. Treb. aliquod remedium habebant: & idcircò hæreditatem ob nullum, vel minimũ lucrum adire plerumque recusabãt: cùm vel totam hæreditatem vel ferè totã per fideic. restituere cogebantur: vnde testamento ab hęredib. scriptis desertо fideicommissa in testamento relicta penitùs extinguebantur: ideò postea temporib. Vesp. Augusti, Pega. & Pusione existentibus consulibus factum erat senatusc. Pega. in quo quidé senatusc̃. statutum fuit vt liceret hæredi scripto, qui rogatus esset per fideicõmissum hæreditatem restituere, quartam totius hæreditatis retinere: sicuti beneficio leg Falci ex singulis legatis quartam retinere cõceditur. ¶ Et non solùm huiusmodi beneficium retentionis quartæ in vniuersitate erat hæredibus concessum: sed etiam in singulis quoque rebus per fideic. relictis eadem retentio quartæ ex Pega. senatusc̃. hęredi indulgebatur. vnde post senatusc. Pega. hæres scriptus occasione illius onera hæreditaria sustinebat: ille verò, qui ex fideic. partem hæredita-

tam hæres, quàm fideicommissarius pro ratis portionibus onera sustinebant.

5. ¶ Sed quia † hæredes scripti cùm aut totam hęreditatem, aut penè totam plerumque restituere rogabantur, adire hæreditatem ob nullum vel minimum lucrum recusabant [a]: atque ob id extinguebantur fideicõmissa: posteà Vespasiani Augusti temporibus Pagaso, & Pusione consulibus [b] senatus censuit, vt ei, qui rogatus esset hæreditatem restituere, perinde † liceret quartam [c] partem † retinere †, atque ex lege Falcidia ex legatis retinere conceditur. Ex singulis quoque rebus, quæ per fideicommissum relinquũtur, eadem retentio permissa est [d]. Post quod senatusconsultum [e] ipse hæres onera [f] hæreditaria sustinebat: ille autem, qui ex fideicommisso recipiebat partem [g] hæreditatis, legatarij partiarij loco erat; id est, eius legatarij, cui pars bonorum [h] legabatur: quæ species legati partitio [i] vocabatur: quia cum hærede legatarius patiebatur hæreditatem. Vnde quæ solebant [k] stipulationes inter hæredem, & partiarium legatarium interponi, eædem interponebantur inter eum, qui ex fideicommisso recepit hæreditatem, & hæredem; id est, vt lucrum, & damnũ hæreditarium pro rata parte inter eos commune esset [l].

Olim quando quis erat rogatus de restituendo dodrantem: ex senatusconsulto Trebelliano actiones diuidebantur pro rata: sed si vltra dodrantem, tunc ex senatusconsulto Pegasiano omnes actiones ramanebant penes hæredem, nisi stipulatio de diuidendo fuerat interposita. Et hoc si sponte adibat: sin autem coactus, ex senatusconsulto Trebelliano actiones omnes transibant in fideicommissarium. Aret.

6. ¶ Ergo si quidem [m] non plus, quàm dodrantẽ hęreditatis scriptus hæres rogatus sit restituere: tunc ex Trebelliano senatusconsulto restituebatur hæreditas, & in vtrumque actiones hęreditariæ pro rata parte [n] dabãtur: in hęredẽ quidẽ iure ciuili; in eum verò, qui recipiebat hæreditatem, ex senatusconsulto

a ¶ *Recusabant. sic sup. tit. j. in prin.*

b ¶ *Consulibus.* scil. existentibus.

c ¶ *Perinde liceret quartam, &c.* i. dicere, sicut per legem Falcidiã defalcantur specialia legata: *vt supr. ti. j. §. eum autem. &* §. j. ita & generale fideicommissum defalcatur per Pegasianũ senatusconsultũ: vt hîc. ¶ Et no. triplicem [o] esse quartam. 1. Vna dicitur iure naturæ debita: vt quæ debetur filiis, & filiabus, & inferioribus, & superioribus. & quibusdam transuersalibus: *vt C. de inoffic. test. l. cũ quaritur. & l. parentibus.* quę est aucta *in Authent. de trien. & se. §. j. coll. iij.* (& hæc dicitur debitum bonorum subsidium: *vt C. de inoffic. donat. l. si totas.*) 2. Alia est, quæ debetur iure institutionis: vt ex singularibus legatis, & fideicommissis: *vt supr. tit.* j. 3. Alia, quę dicitur Trebellianica: *vt infr. eod. §. sed quia* licèt fuerit per Pagasianum inducta; *vt hic.* 4. Item est quarta quædam, quę debetur ex constitutione diui Pij filio arrogato: *vt suprà, de adop. §. cùm autem.* ADDITIO. Item est & alia, quæ debetur concubinæ, quam quis acceperat ea intentione, quòd eam duceret in vxorem: quoniã si posteà animo mutato illam expellat, tenetur ei quartam partem suæ substantiæ dare: *vt in Authen. quibus mod. nat. effic. legit. §. sit igitur.* aliàs & meliùs, *§. quoniam autem. quasi circa fi. tit. coll. vj.*

d ¶ *Permissa est.* per senatusconsultum Pega. scilicet ab hærede, non à legatario grauato alij dare, vel restituere, vt dicemus *infrà, tit. j. §. j.*

e ¶ *Post quod senatusconsultum.* sc. Pegasianum. ACCVRS.

f ¶ *Onera.* scilicet omnia.

g ¶ *Partem.* scilicet dodrantem.

h ¶ *Pars bonorum* [b]. Intelligas tamen sub nomine hæreditario: aliàs autem iste textus nõ procederet: quia ille, cui relinquitur pars bonorum, non sustinet aliqua onera: *vt l. bonorum ff. de ver. sign. & nota. in l. non amplius. §. fin. in glo. fin. cum l. seq. & ibi Bart. ff. de leg. j. & facit tex. cum glo. & Bar. in l. mulier, qua duob. §. fin. ff. eo. ad sena. Trebell.* Ang

i ¶ *Partitio.* Ostendi ad Vlpianum *ti. de leg.* de hac partitione accipiendam esse *l. nomen. §. partitionis. ff. de verb. sig.* Moneo de eadẽ accipiendum esse quod de partitione Cicero scribit, *ij. de lega.* hoc sensu: Legatarium partiarium alligari sacris, cum quo scriptus hæres hæreditatem partiri, & diuidere iussus est, nisi adiectum sit, deductis nummis. At deductione in testamento nõ scripta, eum etiam sacris liberari, si minus ceperit, quàm hæredi relinquatur. CVIACIVS.

k ¶ *Solebant.* sc. iure vetustissimo, secundùm Plac. nam legatarius non sustinebat onera: & ideò hęc stipulatio interponebatur. Sed [c] cùm hodie legata fideicommissis sint adæquata: *vt suprà, de leg. §. sed non vsque.* & in fideicommisso diuidantur onera inter hæredẽ, & fideicommissarium: *vt infr. prox. §. ergo. & §. sed quia stipulationes.* patet quòd hæc legata vniuersalia, seu particularia sine stipulatione debent transire cum onere. *& facit ad hunc §. ff. de leg. ij. l. si quis seruum. §. fin. & l. seq. in prin. tit.* ACCVRS.

l ¶ *Interponi.* putà quando legabatur dodrans. ACCVRS.

m ¶ *Commune esset.* sed hac stipulatione nõ interposita omnia onera erant hæredis rogati occasione quartæ, quam retinebat: *vt infr. eo. §. prox. versi. at si plus.* ACCVRS.

n ¶ *Ergo si quidem.* tunc demum locum habet senatusconsultum Pegasianum, quando vel totum, vel vltra dodrantem hæres rogatus est restituere: ergo, &c.

o ¶ *Pro rata parte.* contrà, *suprà, eod. §. restituta, contra.* Solu. vt ibi inglos.

a Quarta, h legitimæ v riæ species sunt. Est alia debita iure naturæ, alia iure institutionis, alia iure fideicommissi: alia, constitutione D. Pij. *vt hîc.* Est & alia: de qua hîc in additione, similis est Glossa *in l. in quarta. ff. ad leg. Falc. & in l. filium. Cos. a. mis.*

b Hæc Gl. non est Accur. sed additio.

c Legata vniuersalia, & particularia hodie sine stipulatione tranſeunt cum onere.

a Iudicem cusanti suf allegare su tionem.

in gloss.omnes. ACCVRSIVS.

a ¶ *Vniuersa onera.* nisi stipulationem supradictam interposuisset: *vt supr.eo.§.sed quia.versi.post quod.& hic subiicit.*

b ¶ *Restitueret.*[.]sponte nam poterat quartam retinere per Pegasianum: *vt supr.eo.§.post quod.*

c ¶ *Interponebãtur.*facit *ff.de pecu.l. si creditor. & ff.man.l.hæredem.§.final.*

d ¶ *Quasi damnosam.*

a Iudicem recusanti sufficit allegare suspicionem.

licèt [a] causam non assignet; quia variæ sunt hominum voluntates: *vt ff.ad Trebell.l. quia poterant.*ibi, *non enim.* ACCVRS ADDITIO. Idem dicunt doctores hîc in recusatione iudicis:quia sufficit simplex allegatio suspicionis cũ iuramento: nisi recusatio esset notoriè frustatoria, vt quia datus esset de communi concordia partium: & ideò interim processus iudicis recusati est nullus ipso iure: quæ omnia obtinent de iure ciuili, & in terris imperij: sed de iure canonico debet inseri causa, & probari coram arbitris communiter eligendis. *c. suspicionis. extrà de off. deleg. & c. cùm speciali. de app. extrà, de off. deleg. & c. cùm speciali. de app.* Angel.& Porc.

e ¶ *Quo casu.*id est cùm per Trebellianum restituitur tota. 2. Vel dic per Pegasianum.scilicet in casu proposito: vbi coactus adiit.si verò nõ coactus; sed sponte,secùs,*vt* [.]*eo.§.si verò totã.*

f ¶ *Vtroque.*scilic. Trebelliano; quia nihil retinebat: & Pegasiano; quia cogebatur. & ita quo ad sententiam concurrunt: cùm alio casu vnum, & alio aliud loquebatur.

Sed quia stipulationes.]

CASVS. Domine,iam video in quibus senatusc̃on.Trebel.& senatusc̃on. Peg.differebant,& in quibus conueniebant:nunquid remanet adhuc hodie vtrumque in suo vigore? Ad hoc resp.quòd non.Cùm enim stipulationes ex Peg.senatusc̃on. descendentes non solùm modernis; sed etiam ipsi antiquitati displicuerint:& Papini. homo excelsi ingenij easdem stipulationes in quibusdam casibus captiosas appellet: & nobis magis simplicitas quàm difficultas in legibus placeat: ideò relatis nobis omnibus tam similitudinibus quàm differentiis vtriusque senatusc. placuit,abrogato senatusc.Pegasia.quod posteà circa fideicomm. hæreditates inuentum erat,omnem eius auctoritatem senatusc̃o. Treb.attribuere:vt hodie ex se. Treb. fideicommissariæ hæreditates restituantur:siue hæres ex voluntate testatoris quartam partem, siue plus,siue minus,siue penitùs nihil retinuerit:& in eo casu quando ex voluntate testatoris vel nihil,vel minus quarta habet: liceat ipsi hæredi vel quartam, quando nihil penitùs habet: vel quod deest quartæ,quando aliquid habet,minus tamen quarta,ex nostra auctoritate retinere: vel si forte totam hæreditatem per ignorantiam facti restituerit,liceat ei quartam repetere: & in hoc casu statuim[o] ex senatusc. Treb.actiones hæreditarias tam in hæredẽ,qui restituit hæreditatẽ,quã in fideic.cui restituitur, pro rata portione vtrisq; competere.& hæc locũ habẽt quando hæres quartã sibi retinet.Si verò hæres totam hæreditatem fideic. spõte restituerit: in hoc casu omnes actiones hæreditarię fideic. & aduersus ipsum dabuntur. Et non solùm quæ dicta sunt, transtulimus in senatusc̃onsul. Trebel. sed etiam illud,quod præcipuum fuerat in senatusc̃onsul.Pega. vt scilicet quando hæres scriptus recusãbat adire,auctoritate Pega.compelleretur, & totam hæreditatem fideicommiss.restituere,& omnes actiones ad fideicom. Trebelliano, tanquam in hæredem.At si plus quàm dodrantẽ, vel etiam totam hæreditatẽ restituere rogatus esset, locus erat Pegasiano senatusc̃õsulto:& hęres, qui simul adierat hæreditatem, si modò sua voluntate adierat, siue retinuerat quartam partem, siue retinere noluerat: ipse vniuersa onera [a] hæreditaria substinebat. Sed quarta quidem retenta,quasi partis, & pro parte stipulationes interponebantur, tanquam inter partiarium legatarium, & hæredem. Si verò totam hæreditatem restitueret [b], emptæ, & venditæ hæreditatis stipulationes interponebantur [c].

Hæreditatem restituere grauatus,inuitus adire, & restituere cogitur: quo casu in fideicommissarium omnes transmittuntur actiones.

Sed si recusabat scriptus hæres adire hæreditatem ob id, quòd diceret eam sibi suspectã, quasi damnosam [d]; cauebatur Pegasiano senatusc̃onsulto, vt desiderante eo, cui restituere rogatus esset, iussu prætoris adiret, & restitueret hæreditatem: perindeque ei, & in eum, qui reciperet hæreditatẽ, actiones darentur, ac iuris est ex Trebelliano senatusc̃onsulto. quo casu [e] nullis stipulationibus est opus: quia simul & huic,qui restituit, securitas datur: & actiones hæreditariæ ei, & in eum transferuntur, qui recipit hæreditatem,vtroque [f] senatusc̃onsulto in hac specie concurrente.

Explosa senatusconsulto Pegasiano,& omni eius auctoritate Trebelliano attributa,hodie hæres restituere grauatus,quadrantem hæreditatis indistinctè consequitur: actionésque inter eum,& fideicommissarium pro quota portione scinduntur: nisi aut coactus adeat: quibus fanè casibus quidquid commodi, vel oneris est in hæreditate, id totum in fideicommissarium deuoluitur.

7. ¶ Sed quia stipulationes ex senatusc̃onsulto Pegasiano descendentes, & ipsi antiquitati displicuerunt,& quibusdam casibus [g] captiosas eas homo excelsi ingenij Papinianus appellat, & nobis in legibus magis simplicitas [h], quàm difficultas placet:ideò omnibus suggestis [i] tam similitudinibus, quàm differentiis vtriusque senatusc̃onsulti, placuit, exposo senatusc̃onsulto Pegasiano, quod posteà [k] superuenit, omnem auctoritatem Trebelliano senatusc̃onsulto præstare, vt ex eo fideicõmissariæ hæreditates restituantur: siue habeat hæres ex voluntate testatoris quartam [l], siue plus, siue minus, siue nihil penitùs: vt tunc quando vel nihil,vel minus quarta apud eum remanet,liceat [m] ei vel quartam, vel quod deest,ex nostra auctoritate retinere, vel repetere solutum [n], quasi ex Trebelliano senatusc̃onsulto: pro rata portione [ß] actionibus [o] tam in hæredem, quàm in fideicommissarium competentibus. Si verò totam hæreditatem sponte restituerit [p]: omnes hæreditariæ actiones ad fideicom. & aduersus eum conferre:& hoc etiam ad senatusc̃onsul.Treb. trãstulimus,volentes vt ex eo solo hæres compellatur adire,& fideicommiss. desideranti hæreditatem restituere: in hoc casu nullo damno,vel commodo apud hæredem adire, & restituere coactũ remanente.Et nihil in hoc casu interest vtrùm aliquis hæres institutus ex asse totam hæreditatem, aut pro parte restituere rogatus fuerit:an ex parte hæres institutus totam partem, aut partem illius partis restituere sit rogatus.nam & in hoc casu eadem iussimus obseruari, quæ in restitutione totius hæreditatis suprà diximus. & hæc dicuntur vsque ad §. *si quis vna.* qui casus planus est vsque ad §. *præterea.*

Sed quia.] dixi interponi stipulationes ex senatusc̃onsulto Pegasiano,&c. ACCVRS.

g ¶ *Quibusdam casibus.* scilicet [a] propter solẽnitatem verborum, vt dicunt: Vel tunc quãdo is, cui restituta erat, non erat soluendo: vnde inutilis erat stipulatio. Vel veriùs hos captiosos modò nescimus,qui sint.

a Pegasiani senatusc̃onsulti captio in quibus consistebat.

h ¶ *Simplicitas* [b]. not. simplicitatem amicam legibus.*& facit infrà,de leg. agn.succ. §. nos verò. & ff.de dolo.l.].in princi.* ADDITIO. Intellige de simplicitate, quæ est contraria fraudi:non autem de fatuitate: quia illa est damnabilis. *l.iij. §.fi.ff.de suspe.tuto.*

b Simplicitas fraudi contraria legibus est amica: at non fatuitas,seu negligentia.

i ¶ *Suggestis.* hîc nota quòd in sententia sunt allegationes repetendæ.

k ¶ *Quod posteà.* quia priùs fuit Trebellia.

l ¶ *Quartam.* scilicet de bonis hæreditatis; detracto tamen aliquo ære [c]: *vt C.eod.l.& sine scriptura.*

c Potest tamen fideicommissario volente quartã totius hæreditatis deducere:& tunc tenetur creditoribus pro sua rata. de quo, & qualiter legatariis teneatur: vide per Angel.hîc. d Atque ita testator videtur posse vtilitei prohibere Trebellianicam: quod Glossa negat, & quidem verissimè *in Authent. Sed cùm testator. in* [illegible] *cessat.C.ad* [illegible] *Falcid. vide* [illegible] *Nouella. 1. c.2.§.si verò expressim.*

m ¶ *Liceat.*etiam contra voluntatem defuncti iure isto; scilicet institutionum: *vt Cod. ad legem Falcidi. l. si vt allegas.* Hodie fortè contrà [d], secundùm quosdam: *vt in Authent. de hæredi. & Falcid. §. si verò expressim.collat.* j.

n ¶ *Solutum.*propter facti,non iuris ignorantiam:*vt* C. *ad legem Falcid.l.error.*

e Restitutio fideicommissi fit re, vel verbo.

f Restitutio fideicommissi re vti fiat.

g Restitutio fideicommissi. verbo, vti fiat.

α ¶ *Vel repetere solutum.*Bene quasi ex Trebelliano,id est, ignorans legem Falcidiam interuenire.nam si quasi ex Pegasiano, repetitio cessat.nec enim videtur indebitum soluisse, qui plenam defuncto fidem exhibet. CVIACIVS.

ß ¶ *Pro rata portione.*Deducto ære alieno,hæreditas diuiditur inter hæredem, & legatarios.Nulla fit deductio inter hæredem, & fideicommissatium.Igitur priore casu,hæres omnia sustinet onera:posteriore pro sua quisque parte.Onera inquam creditorũ. An & legatariorum? Hæc verò onera ad solum fideicommissarium spectant: qui tamen quartæ retentionem non habet. Hæc ita si hæres totam hæreditatem restituere rogatus sit,non si partem.*l.ij. C.ad Trebell.l.j.§.si is,qui cccc.ff.eo.* CVIAC.

o ¶ *Actionibus.* scilicet creditorum, non legatorum, secundùm B.*vt ff.ad senatusconsultum Trebellia. l. j. in fine.& l.apud.j.respons.*

¶ Sed & legatariis respõdet hæres,cùm ei fideicommissaria portio non sufficit: sic tamen vt totius hæreditatis quarta sibi reseruetur:*vt ff.ad Trebellianum.l.j.§ si is,qui.*secundùm Ioan.Sed Azo. contrà,*C.ad Trebellian.l.ij.*Sed illa secundùm suprадictam distinctionem intelligitur.

p ¶ *Restituerit.* quæ restitutio fit [e] re, & verbo. *Re:* [f] vt si patiatur res hæreditarias à fideicommissario possideri vel totas, vel aliquas earum hac mente, vt sibi restituatur hæreditas. *Verbo* [g] autem

autem sic: restituo hæreditatem tibi, licèt corporaliter rerum possessionem non tradam. & extunc res fiunt fideicommissarij in vtroque casu: *vt ff. ad Trebellian. l. facta. in princi.* ¶ Sed nunquid [a] etiam ante factam restitutionem est fideicommissarius dominus: *vt C. communia de leg. l. fin.* §. *sed quia?* Respond. non: quia [b] ante restitutionem omnia facit hæres, & etiã manumittit seruum hæreditarium: quod non faceret, si alius esset dominus: *vt ff. ad Trebel. l. Marcellus.* §. *res. & l. si hæres.* Nec obstat d. l. *fin. C. communia de lega.* quæ [c] dicit, dari rei vindicationem fideicommissario generali. Nam est intelligendum ex quo hæreditas est restituta. 2. Vel speciale est in rebus alienatis, vt ante restitutam hæreditatem detur fideicommissario vtilis rei vindicatio.

a ¶ *Competant.* quia per omnia est vt hæres: *vt ff. quod cum eo. l. si filius.* §. *finali.*

b ¶ *Fuerat.* vt *supr. eo.* §. *ergo. versic. sed si recusset.*

ACCVRS.

c ¶ *Apud hæredem.* cui [d] etiam cauebit fideicõmissarius de præstando eum indemnem futurum occasione hæreditatis: *vt ff. ad Trebellianũ. l. cùm hæreditas.* & etiam pro futuris habet exceptionem: *vt ff. ad Trebellianum. l. j.* §. *quanquã* [e]. Sed hæc [f] cautio: de qua hîc dicitur, qualiter fit? Respon. per officium iudicis, postulante eo, cui est restituenda hæreditas, vel quota pars: non autem si singulare fideicõmissum sit relictum: *vt ff. ad Trebellian. l. nam quod.* §. *non omnis.* Vel etiam postulante procuratore & eius, cui sit mandatum. nec sufficit cauere de rato: *vt ff. ad Trebellianum. l. quidã.* §. i. ADDITIO. ¶ Et nota. quòd procuratori simpliciter, & habenti speciale mandatum potest fieri restitutio hæreditatis: nõ autem procuratori in rem suã. siue cessionario: vt est casus mirabilis in *l. si mulier.* §. *ex asse. ff. de iure dot.*

d ¶ *Diximus.* vt *suprà, eodem.* §. *sed quia stipulationes. & proximo* §. ¶ Et not. quòd idem [h] iuris est in toto quo ad totum, quod in parte quo ad partem: *vt ff. de acquirend. hæredita. l. seruus. & ff. de vsur. l. qui scit. in principio.* Argument. contrà. *ff. de euict. l. ex mille. in glo. pro parte.*

ADDITIO. Tu dic quòd hæc regula procedit quando est eadem ratio in parte, quæ in toto: aliàs non, vt in contrario.

e ¶ *Quartam.* vel etiam minus quarta: sed tamẽ agitur ad supplementum [i], vel retinebit: *vt ff. eo. l. j.* §. *si hæres præcepto. in fine.*

α ¶ *Qua quartam continet.* Quòd si plus quarta contineat, hæres etiam legatariis in id tenetur, quod quartam excedit: videlicet si plus legatariis debeatur, quàm ad fideicommissarium peruenerit. CVIACIVS.

a Fideicommissarius ante factam ei restitutionem hæreditatis, non est eius dominus.

b Hæres ante restitutam fideicommissario hæreditatem in ea hæreditate facit omnia vt dominus.

c Fideicommissario generali datur rei vindicatio post restitutam ei hæreditatẽ: Imò ante restitutã ei datur vtilis rei vindicatio.

d Fideicommissarius hæredi restituenti cauere de indemnitate debet.

e Hoc verũ facta restitutione: sed ante ipsam bene cõuenitur. *l. ita tamen.* §. *qui ex Trebellianno. ff. eo.*

f Cautio, quæ à fideicommissario præstatur hæredi restituenti, officio iudicis præstãda.

g Fideicommissum restitui potest procuratori speciale mandatum habenti.

h Totius ad totum eadem ratio, quæ partis ad partem.

i Et tunc pro eo, quod suppletur, tenetur creditoribus: quia illud videtur habere ad restitutionẽ quotæ.

actiones fideicommissario, & aduersus eum competant [a]. Sed & id, quod præcipuum Pegasiani senatusconsulti fuerat [b], vt quando recusaret hæres scriptus sibi datam hæreditatem adire, necessitas ei imponeretur totam hæreditatem volenti fideicommissario restituere, & omnes ad eum, & contra eum transferre actiones: & hoc trãsposuimus ad senatusconsultum Trebellianum: vt ex hoc solo necessitas hæredi imponatur, si ipso nolente adire fideicommissarius desideret restitui sibi hæreditatem: nullo nec damno, nec commodo apud hæredem [c] remanente.

Quod iuris est de toto quo ad totum: idem iuris est de parte quo ad partem. Aret.

8. ¶ Nihil autem interest, vtrùm aliquis ex esse hæres institutus; aut totam hæreditatem, aut pro parte restituere rogatur: an ex parte hæres institutus, aut totam eam partem, aut partem partis restituere rogatur. Nam & hoc casu eadem obseruari præcipimus, quæ in totius hæreditatis restitutione diximus [d].

Hæreditatem deducta quarta restituere grauatus, pro ea parte hæreditaria onera sustinet: quòd si certa re quantumuis maxima, certáve quantitate præcepta, restituere rogetur, nullatenùs oneribus implicatur: sed vniuersa ad fideicommissum conuolant.

9. ¶ Si quis vna aliqua re deducta, siue præcepta, quæ quartam [e] continet [α], veluti fundo, vel alia re, rogatus sit restituere hæreditatem: simili modo ex Trebelliano senatusconsulto restitutio fiet, perinde ac si quarta parte retenta rogatus esset reliquam hæreditatem restituere. Sed illud interest, quòd altero casu; id est cùm deducta, siue præcepta aliqua re restituitur hæreditas, in solidum ex eo senatusconsulto actiones transferuntur: & res, quæ remanet [f] apud hæredem, sine vllo onere hæreditario apud eum remanet, quasi ex legato ei acquisita. Altero verò casu; id est quũ quarta parte retenta rogatus est hæres restituere hæreditatem, & restituit: scinduntur actiones [g], & pro dodrante quidem transferuntur ad fideicommissarium; pro quadrante remanent apud hæredem. Quinetiam licèt vna re aliqua deducta, aut præcepta, restituere aliquis hæreditatem rogatus sit, in qua maxima pars hæreditatis contineatur: æquè in solidum transferuntur actiones. Et secum deliberare debet is, cui restituitur hæreditas, an expediat sibi restitui. Eadem scilicet interueniunt & si duabus pluribúsve deductis, præceptíve rebus restituere hæreditatem rogatus sit. Sed & si certa summa deducta, præceptáve, quæ quartam, vel etiam maximam partem hæreditatis continet, rogatus sit aliquis hæreditatem restituere: idem iuris est. Quæ autem diximus de eo, qui ex asse institutus [h] est: eadem transferimus & ad eum, qui ex parte hæres scriptus est.

Ille, qui ab intestato bona defuncti ceperit, & etiam fideicommissarius potest grauari de restituendo totam hæreditatem, vel partem hæreditatis. h. d. Aret.

10. ¶ Prætereà intestatus quoque moriturus potest rogare [i] eum ad quem † bona sua vel legitimo iure, vel honorario pertinere intelligit, vt hæreditatem suam totam, partémve eius, aut rem aliquam, veluti fundum, hominem, pecuniam, alicui restituat [k]: cum alioqui legata nisi ex testamento non valeant [l].

11. ¶ Eum quoque, cui aliquid restituitur, potest rogare, vt id rursum alij aut totum, aut partem, vel etiam aliquid aliud restituat [m].

Quis sit huius litęræ sensus, acerrimè inter iuris commẽtatores pugnatum est, ad extremúmque anhelitum vsque laboratum: iuxta tamen receptiorem, & communi calculo probatam sententiam hoc dicit, si quis legum solemnia obseruare nolens, hæredis fide, ac legalitate fretus, fideicommissum reliquerit, iusiurandum subire cogitur hæres, num tale quid relictum fuerit: quod si recusat: ad fideicommissi solutionem artatur, nec audiendus est, si minus solemnẽ voluntatem alleget.

12. ¶ Et quia prima fideicõmissorum cunabula à fide hæredũ

f ¶ *Remanet.* facit, C. *de hære. instit. l. quotiens.*

g ¶ *Actiones.* scil. creditorum, non legatorum. quod dic: *vt sup. eo.* §. *sed quia. in fin.*

h ¶ *Institutus.* vt restituat retenta certa re.

Prætereà:] CASVS. Domine, vos dixistis mihi qualiter hæres oneratur ad præstationẽ fideicom. sed nunquid poterunt successores ab intestato fideicomm. similiter grauari? Respõ. Iustinianus quòd sic. nam præter supradictos modos, quibus in testamento grauatur hæres ad restitutionem fideic potest etiam quis, si fortè esset intestatus moriturus, per fideic. togare eum, quem intelligit sibi de iure ciuili, vel de iure prætorio ab intestato successurum, vt hæreditatem suam totam, vel partem eius, aut rem aliquam singularem, veluti fundum, hominem, vel pecuniã alicui restituat: sed licèt hoc sit verum in fideicom. secùs tamen est in legatis. Legata enim olim non nisi ex testamento valebant: & non solum successorem in vniuersitate ab intestato potest quis grauare: sed etiam eum, cui aliquid restituitur per fideicom. potest rogare, vt illud rursus alij totum, aut pro parte restituat, aut etiam aliquid aliud, quod tantundem valeat. & hæc dicuntur vsq; ad §. *& quia prima.*

i ¶ *Rogare.* in codicillis.

k ¶ *Restituat.* ideò potest ab his fideicommissi relinquere: quoniã sua sponte relinquere legitimam hæreditatem videtur non instituendo alium: *vt ff. de iure cod. l. conficiuntur.* §. j.

l ¶ *Non valeant.* Sed quo iure hoc est verum? antiquo non: *vt ff. de leg.* j. *l.* j. Item nouo non: *vt C. com. de leg. l. vlt.* Dic ergo antiquiori iure locũ habere, quod hîc dicitur. 2. Vel dic quod *dicta l.* j. *de leg.* j. secundùm noua iura loquitur, secũdùm quæ æquiparata sunt legata fideicommissis [a]: *vt supr. de lega.* §. *sed non vsque.*

m ¶ *Restituat.* etenim in quanto quis honoratur, & onerari potest *vt infrà, tit.* j § *hoc solùm.* Sed nunquid quartam retinebit? Resp. *vt infrà, tit.* j. §. *hoc solum.*

Et quia prima.] CASVS. Domine, iã video quid

† Dicẽdo quis mihi hæres erit & non est necesse exprimere proprium nomen, secundùm Iason. *Aegid. Por.*

a Et ideò quibus directò in codicillis relinqui non potest: *vt notatur in d. l. j. ff. eo.* tamen tacita valent vt fideicommissa: & nihilominùs habent effectum legati nisi in libertatibus, & tutelis: *de quibus dic: vt infra de codi.* §. *non tantum.*

quid erat olim circa fideicõmiſ. & quid hodie obtinemus. Vnde cùm ſatis manifeſtum ſit quid de antiquitate tollatur, & in quibus per veſtram cõſtitutionem circa fideicom. inſiſtere debeamus: tranſeatis igitur, ſi placet, ad aliquam aliam materiã. Ad hoc reſp. Amice, adhuc non eſt ad aliquã aliam materiam tranſeundum. Primò adhuc circa materiam fideic. inſiſtendum eſt. nanque prima fideicommiſſorũ cunabula à fide hæredum pendebant, & tã nomen, quàm ſubſtantiam acceperũt: & ideò primò diuus Aug. *vt* ſ. *dictum eſt*. fideicom. ad legis neceſſitatẽ deduxit, & laqueis iuris innodauit. Igitur nos eũdem principem circa figmenta fideicom. nuper ſuperare contendẽtes, ex quodã facto per Tribonianum virum excelſum ſacri palatij quæſtorem nobis relato, quandam fecimus cõſtitutionem, qua ſtatuimus, vt ſi quis teſtator hæredem ſuum per fideicommiſſ. rogauit, vt vel hæreditatem vel aliquod ſpeciale fideicom. alicui reſtituat: & huiuſmodi voluntas teſtatoris neque ex aliqua ſolenni ſcriptura, neque per quinq; teſtes, qui in codicillis ſufficiunt, probari poſſit, qui fidẽ hæredis ſui elegit: in hoc caſu ſi hæres perfidia ductus fidẽ adimplere recuſauerit, negãdo tale onus à teſtatore ſibi fuiſſe impoſitũ, ſi fideicommiſſarius iuſiurandum ei detulerit: ſacramẽto de calumnia à fideicommiſſ. priùs præſtito, neceſſe habebit hæres vel iuſiurandum ſubire, vel fideicommiſſ. ſiue generale, ſiue ſpeciale ab eo relictũ fideicõmiſ. ſoluere. & ita per noſtram cõſtitutionem induximus, ne vltima voluntas teſtatoris fidei hæredis ſui commiſſa depereat. 2. Sed pone quòd ille, à quo fideicomiſ. petitur: poſtquàm per ſacramentum, aut per teſtes conuictus fuerit: confiteatur fideicomm. à ſe relictum: ad legis tamen ſubtilitatem decurrat: videlicet allegando ex minus ſolenni voluntate hoc fuiſſe relictum: certè in hoc caſu in pœnam incidit mendacij: & non obſtante huiuſmodi defenſione ad fideicommiſſ. præſtationem omnino cogendus eſt. Et hæc dicuntur vſque in fi. titu. Franc. de Aret.

† Non eſt improbũ, ſi quis alium virtute vincere cõtendat, niſi hoc fiat ad humanam gloriam. §. *cogitandum. in verò zelus eſt. C. Authen. de mu.* ſecundùm Por.

† Aliàs ex quæſtor.

† ſcilicet fideicommiſſarius.

† id eſt quod animo calumniandi non petet fideicommiſſum: quo caſu defertur iuramentũ hæredi, ſecundu Port. *Aegi. Por.*

† ſcilicet hæredem.

† Dicẽdo quiſ quis mihi hæres erit & non eſt neceſſe exprimere proprium nomen, ſecundùm la ſon. *Aegid. Por.*

a Nomen cõſequens rei eſſe debet.

b in codicillis quinque teſtes neceſſarij.

c Iurare de calumnia ſemel in ipſo litis exordio hodie ſufficit, niſi iudex nouas calumnias oriri videat: c. 2. *in fi. de iur. calum. in 6.*

d Imò non eſt poſterior. Iaſ.

e Iurare nolẽs, ob contumaciam condemnatur.

f Compellitur quis inter lum iurare, vel ſoluere. fauore vltimæ voluntatis, quas publicè intereſt ſeruari.

g Subtilitas, legis.

a ¶ *Nomen*. Not. nomen [a] cõſequens rei: *vt* ſ. *de don. §. eſt & aliud.*

b ¶ *Retraxit*, hæc iura ſunt *ſuprà, eo. in prine.*

c ¶ *Ex facto*. id eſt, ex quæſtione de facto.

d ¶ *Conſtitutionem*. vt *C. de fideicommiſ. l. fin.*

e ¶ *Legitimus*. Not. teſtes [b] quinque in codicillis neceſſarios eſſe: *vt C. de codici. l. fin. & de fideicommiſ. l. finali.* ibi, *ſed ſiue quinque*, &c.

f ¶ *Iurauerit*. Nam [c] in omni caſu erat olim iurandum, & in omni capitulo: *vt C. de iuramen. calum. l.* j. *in prine.* Hodie ſufficit ſemel iurare: *vt in Authen. de his, qui ingred. ad appel. §. fin. coll. v.*

g ¶ *Neceſſe eum habere*. Sed nunquid hodie corrigitur hoc, cùm nulli deferatur inuito: *vt C. de iureiur. l. fina. & l. generaliter. §. ſed iuramento. verſi. ſin autem.* Reſpon. non: quia hæc eſt [d] poſterior conſtitutio Iuſtiniani: *vt C. de fideicommiſ. l. fina.* & ita eſt iſte ſpecialis caſus, in quo quis compellitur iurare.

h ¶ *Coartari*. Nota propter [e] contumaciam non iurantis eum condemnari: *vt C. de iura. calumn. l. ij. §. penul.*

i ¶ *Eadem*. ſcilicet vt compellatur [f] iurare, vel ſoluere.

k ¶ *Quòd ſi*. Dixi quando contumax fuit non iurando: nunc quando iurauit, & per ſacramentum fuit confeſſus, vel etiam antequàm iuret: ſed priùs negauerat relictum: vt in fi. huius tit. dicemus ſtatim.

l ¶ *Subtilitatem*. quæ [g] eſt vt ex quo eſt voluntas non ſolennis, non valeant ea, quæ facta ſunt: *vt C. de fideicommiſ. l. ſi veritas. & C. de teſta. l. non dubium. §. illud.*

m ¶ *Recurrat*. Vet. *decurrat*. fauor hic eſt magnus fideicommiſſorum in codicillis relictorum, vt omnimodo præſtentur ab hærede, qui fatearur ſe rogatum, etiam ſi nullus fuerit abhibitus teſtis, vt inficiator iurare compellatur, vt recuſãs iurare pro confeſſo habatur. CVIAC.

n ¶ *Soluere cogendus eſt*. Sed quomodo [a] coartatur ex non ſolenni voluntate? ſic ergo ſoluuntur inutiliter relicta, ſicut & vtiliter, quod eſſe non debet: *vt C. de fideicommiſ. l. ſi veritas. quæ eſt contra.* Sol. quidam dicunt quòd vbi ſolenniter teſtari voluit, & non fecit: habet locum lex contraria. aliàs ſi noluit teſtari ſolenniter, habet locum quod hîc dicitur: *vt ff. de iure codic. l.* j. Sed hæc falſa eſt: quia & hîc de teſtatore loquitur, qui ſolenniter facit: vt ibi, ſi teſtator [b] fidei hæredis ſui cõmiſit. 2. Alij: vt B. dicebãt eſſe diſtinguendum, An dicat hæres, Non eſt verum tibi legatum eſſe. in quo caſu cogitur probare eſſe verum, & ſolenne, vt in contrario, eo ſaluo, vt ſi deferatur ſacramentum, iuret: *vt* ſ. *prox.* §. An dicat, non potes petere: quia eſt minus ſolenne: in quo caſu cogitur: *vt hic*. Sed hoc non valet: quia ſecundùm hoc expediret ei negare: quod eſſe non debet: *vt ff. de tribu. l. illud.* §. *pen.* 3. Dic ergo ſecundùm Io. aut ab initio confitetur relictum: & tunc non tenetur ex non ſolenni voluntate: *vt in l. illa contraria*. Aut negauit: & tunc ex ſolenni voluntate non tenetur: ſed poſteà per ſacramentum. vel per probationes compellitur: vt ita ratione ſui mendacij teneatur: *vt hic, & arg. in Auth. de irrient. & ſemiſ. §. iſtud. & §. ad hoc.*

a Fideicommiſſum an ex minus ſolenni voluntate ſit præſtãdum.

† *Etiam* particula implicatiua. *l. etiam. C. ſi tutor, vel cur. interuen.*

b Fideicõmiſſum relinqui poteſt in minus ſolenni volũtate à perſona hæredis cum ſolenni teſtamento inſtituti. Cùm enim hic dicatur in minus ſolenni voluntate fidei hæredis cõmiſſum, ponendum eſt neceſſariò, anteà fuiſſe ſolenniter inſtitutum hæredẽ.

c Fdeicõmiſſum etiam particulare poteſt relinqui.

d Fideicõmiſſum relinqui poteſt ab hærede, à legatario, & fideicõmiſſario.

e Legari propriè nõ poteſt niſi ab hærede: fideicommitti etiam à legatario, vel fideicommiſſario poteſt.

DE SINGVLIS REBVS per fideicommiſſum relictis.

TITVLVS XXIIII.

Etiam res ſingularis poteſt per fideicommiſſum relinqui, & tam ab hærede, quàm à legatario.

POteſt tamen quis etiam † ſingulas [n] res per fideicommiſſum relinquere: veluti fundum, argentum, hominem, veſtem, & pecuniam numeratam: & vel ipſum hæredem rogare, vt alicui reſtituat, vel legatarium [o]: quamuis à legatario legari non poſſit [p].

Non tantùm res teſtatoris: ſed etiã hæredis, aut cuiuſlibet alterius per fideicommiſſum relinqui poteſt. Et legatarius dare ſibi legata vel ſua, vel aliena alteri reſtituenda poteſt grauari: dummodò nõ plus oneretur, quàm honoratur. Et quando res aliena legatur, vel ipſa, vel eius æſtimatio præſtanda eſt. Aretinus.

Annota, eatenùs quem fideicommiſſis grauari poſſe, quatenùs honoratur.

1. ¶ Poteſt autem non ſolùm proprias res teſtator per fideicommiſſum relinquere: ſed & hæredis, aut legatarij, aut fideicõmiſſ. aut cuiuſlibet alterius [q], ſi [k] is, à quo relictum dicitur, poſtquam negauerit, confiteatur quidem aliquid à ſe relictũ eſſe: ſed ad legis ſubtilitatem [l] recurrat [m], omninò ſoluere cogendus eſt [n].

n ¶ *Singulas*. non [c] ſolùm generaliter: *vt ſuprà titu.* j.

o ¶ *Vel legatarium*. ſcilicet rogare vt aliquid alicui reſtituat.

p ¶ *Non poſſit*. antiquo iure inſpecto: ſed nouo iure aliter eſt. nã poteſt [d] à quolibet, qui commodum quocunque modo habet, legari, & fideicommitti; *vt C. com. de leg. l. ij. §. fi.* & hoc ſtatim ſubbiicit. ADDITIO. Diç ſecundùm Io. Fab. quòd accipiendo legatum propriè, fortè [e] non poteſt legari niſi ab hærede: ſed fideicommitti ſic; *vt l. ſi fuerit. §.* j. *ff. de le. iij. & quod ibi no. maximè per Bar.* Sed quia legatum, & fideicommiſſum idem ſunt, & facta ſunt hodie ſimilia, & ſynonyma. ideò illa differentia hodie non tenet: *vt d. l. ij. §. ſi. C. communia de lega. & plenè no. per glo. & doct. l. j. ff. de leg. j. & ibi dixi ſuprà, de leg.* §. j. Sed ibi Raph. dicit, quòd iſte text. nõ poteſt loqui de iure antiquo, cùm hîc ſit verb poſſit, dum dicit, legari non poſſit. non autem dicit, legari non poterat, &c. dic vt per Ang.

q ¶ *Alterius*. reſert tamen an leget rem extranei, an hæredis. Primo caſu diſtinguitur an ſciuerit alienam, vel credit ſuam: ſecundo non: *vt ſuprà, de leg. §. quod autem. & ff. de lega. ij. l. vnum ex familia. §. ſi rem.*

a ¶ *Ipsius*. scilicet legatarij.
b ¶ *Inutiliter*. [a] facit, ° *ff. de lega. j. l. planè. ij. §. fi. & l. videndum. & ff. de lega. iij. l. j. §. sciendum. & l. ij. §. Iulianus. & l. si legatarius. in fin.* ¶ Sed contrà in *d. l. planè. §. si cui*. Sed ibi sterit per legatarium quò minùs meliorem acceperit. Vel melior videtur esse quem elegerit, licèt deteriorem elegerit: *vt argu. infrà, de act. § præterea*. Item argu. contrà, *ff. de lega. ij. l. Imperat. § j. ibi, enimuerò, &c.* Sed hoc, quod hîc dicitur, intellige quando in quantitate legatur alicui, & in quantitate oneratur: ibi autem quando quantitas datur, & in specie grauatur: quo casu tantùm videtur æstimasse speciē suam legatarius, accipiendo quantitatem: vt ex eadem leg. colligitur. ° Item contrà, *ff. ad leg. Falcid. l. sed & si non seruus. in prine.* Sed & ibi eodem modo respondet: quia quantitas erat legata: & onus erat positum in faciēdo. ¶ Sed cùm [d] quantitas legatur, & in quantitate grauatur, sicut hîc loquitur, nisiquid quartam iure Falcidiæ potest oneratus retinere; siue sit legatarius, siue fideicommissarius, qui sit grauatus? Quidā dicunt quòd sic: *vt argu. ff. ad leg. Falcid. l. pœnales. §. fi.* Nos contrà: *vt in eo. tit. l. lex Falcidia si interuiniat. §. nunquam. & de vulg. substi. l. cohæredi. §. cum filia.*

ADDITIO. De quo dic vt per glo. *in d. §. nunquam. & in l. denique.* & ibi Bart. *ff. ad Treb.* & per Angel. hîc notabiliter.

c *Extranei*. licèt etiā crediderit suum: *vt ff. de fideicom. liber. l. Paulus. j. respon. & l. alieno. in prine.* ¶ Sed in pecuniario legato distinguitur, sciuerit, vel ignorauerit rem alienam: *vt suprà de lega. §. quod autem. & §. non solùm* [e].

d ¶ *Non vendat*. vel etiam ſ vendat: sed vltra iustum pretium vendere vult. nam tunc perinde [f] est, ac si non vendat: *vt ff. de leg. iij. l. non duobus. §. finali.*

e ¶ *Si modò*. interpositio est.

f ¶ *Nihil*. si enim aliquid etiam modicum relinquitur alicui, vt vendat, & ille legatum accepit, compellitur vendere: *vt hîc, & C. de fideic. lib. l. deberi. & l. si te donatam. & C. ad leg. Falc. l. si ea, cuius filium.*

g ¶ *Perceperit*. scilicet dominus istius.

h ¶ *Differtur*. quod [g] differtur, non aufertur: *sic ff. de iudic. l. cum furiosus*. Arg. contrà, *C. de inoffic. testa. l. scimus. §. fi. & ff. de vsufruct. l. si [h] vsusfruct.* ¶ Item not. quod inspicitur quòd [i] euenire potest: *sic ff. de iurisdi. om. iud. l. si idem, §. si. in glo. adiudicari. & ff. de adi. leg. l. si seruo.*

i ¶ *Eius, qui manumittit*. id est hæredis, vel legatarij, vel fideicommissarij. *C. de fideicommiss. lib. l. hi, quibus*. ACCVRS.

k ¶ *Orcinus*. sic [k] dictus ab orco. i. manumissus ab eo, qui tendit ad orcum. i. infernum. 1. Vel orthinus ab orthos, quod est rectum. Vnde orthinus. i. directò manumiss. 3. Vel ab orce, [l] quod est capio (nam & inde archiorcus) quia multa capiunt manumissi in testa. in quo multa fiunt.

l ¶ *Ex suo*. non expectata manumissione ab alio facienda.

m ¶ *Testamento*. vel etiam codillis testamento confirmatis: *vt ff. de manumiss. testa. l. libertas.*

Itaque & legatarius, & fidaicommissarius non solùm de ea re rogari potest, vt eam alicui restituat, quæ ei relicta sit: sed etiam de alia, siue ipsius [a], siue aliena sit. Hoc solum obseruandum est, ne plus quisquam rogetur alicui restituere, quàm ipse ex testamento ceperit. nam quod amplius est, inutiliter [b] relinquitur. Cùm autem aliena res per fideicommissum relinquitur: necesse est ei, qui rogatus est, aut ipsam redimere, & præstare: aut æstimationem eius soluere.

Etiam libertas seruo per fideicommissum potest relinqui: & non tantùm seruo proprio: sed etiam alieno: vt quando poterit emātur, & manumittatur. h. d.

2. ¶ Libertas quoque seruo per fideicommissum dari potest: vt hæres eum rogetur manumittere, vel legatarius, vel fideicommissarius. Nec interest vtrùm de suo proprio seruo testator roget: an de eo, qui ipsius hæredis, aut legatarij, vel etiam extranei [c] sit. Itaque & alienus seruus redimi, & manumitti debet. Quòd si dominus eum non vendat [d]: si modò [e] nihil [f] ex iudicio eius, qui reliquit libertatem, perceperit [g] non statim extinguitur fideicōmissaria libertas: sed differtur [h] quo ad possit tempore procedēte, vbicunque occasio serui redimendi fuerit, præstari libertas.

Directa libertati datus, testatoris libertus efficitur: fideicommissariam autem adeptus libertatem, hæredis est libertus.

a Vtile per inutile non vitiatur.
b Grauari nemo potest in plus, quàm honoratus sit: *vt hîc*: cuius sententiæ vide quinque exceptiones apud Porcium *hic*.

c Vt hoc quando species erat sua: si verò aliena, procedit text. hic. Vbi autem relinquitur species, si simpliciter grauetur, habet locum iste text. si alternatiuè, procedit *tex. in d. §. si cui*. d Falcidiā nō deducit. legatarius, vel fideicommissarius grauatus præstatione alicuius rei. Falcidiæ enim ratio inducta est, vt hæreditas adiretur & ei [a] additione legata præstarētur. Sed hæc ratio cessat: vbi iam ab hærede instituto adita est hæreditas. Ideoque cessare debet ratio disponendi.

e At in contrariū facit text. *in d. l. alieno*.
f Paria sunt nolle vēdere, & iniusto pretio velle vendere.
g Quod differtur, non aufertur. *vide Bar. in Linter. §. sacram ff. de verb. oblig.*
h *Legenda*, sed.
i Euentus inspicimus: sed inspicitur quod euenire potest, *adde Glo. in l. j. §. 2. C. communia. de legatis.*
k Orcinus quis & vnde dictus.
l Mulonis, & mere agasonis ridicula hæc est etymologia.

DE CODICILLIS.

TITVLVS XXV.

Codicillos etiam non testatus quiuis facere potest: porrò ante testamentum facti, nulla expressa confirmatione nouo iure indigent.

ANte Augusti tempora constat codicillorum ius in vsu non fuisse; sed primus Lucius Lentulus (ex cuius persona etiam fideicommissa esse cœperunt) codicillos introduxit. Nā Qui autem ex fideicommissi causa manumittitur, nō testatoris fit libertus, etiamsi testatoris seruus sit: sed eius, qui manumittit [i]. At is, qui directò ex testamento liber esse iubetur, ipsius testatoris libertus fit: qui etiam orcinus [k] appellatur. Nec alius vllus directò ex testamento libertatem habere potest, quàm qui vtroque tempore testatoris fuerit, & quo faceret testamentum, & quo moreretur. Directò * autem libertas tunc dari videtur, cùm non ab alio seruum manumitti rogat: sed velut ex suo [l] testamēto [m] libertatem ei competere [n] vult.

Siue præceptiuis, siue rogatiuis verbis fideicommissum fiat, valet. hoc dicit. Aretinus.

3. ¶ Verba autem fideicommissorum hæc maximè [o] in vsu habentur: peto, rogo, volo, mando, [†] fidei tuæ committo. quæ perinde singula firma sunt, atque si omnia in vnum congesta essent.

DE CODICILLIS.

Quia [b] testamēta, & eorum accidentia dicta sunt: nunc de codicillis: id est de paruula, vel de minima scripta voluntate. Nam ideò codicilli dicuntur: quia in breuiori chartula, vel codice, quā testamentum fiebant: & solum in eis quædam fideicommissa relinquebantur: & tales sunt ad testamentum: qualis [c] est scapha ad nauem. Sed nunquid secundum hoc possunt fieri sine scriptura? Quidam dicunt quod non: sed tamen dico etiā [d] sine scriptura hodie fieri posse: licèt forte olim in scriptis tantùm fierent: vt C. de bo. liber. l. fin. in principio. Accursius.

ANte Augusti, &c.] Iste titul. diuiditur [e] in quatuor partes. ¶ Primò quomodo fuerit introductus vsus codicillorum. ¶ Secundò, quando codicilli testamento confirmati valent. ¶ Tertiò, an hæreditas directò possit dari, vel adimi in codicillis. ¶ Quartò, an quis possit facere plures codicillos. Secunda ibi; *Non tantùm*. Tertia ibi; *Codicillis*. Quarta ibi; *Codicillos*. CASVS Domine, iam video quod vultis tractare de codicillis: dicatis igitur mihi, si placet, quando primò ius codicillorum in vsu esse cœperit, & quis primò introduxit codicillos? Ad hæc respon. Amice, ius codicillorum tēporibus diui Augusti primò in vsu esse cœpit: nam certum est ante Augusti tempora ius codicillorum in vsu non fuisse: sed primò Lucius Lentulus, ex cuius persona etiam fideicommissa sumpserūt originem, codicillos introduxit. Nam cum prædictus Lucius Lentulus in Africa diem extremum clauderet, quosdam scripsit codicillos in testamento suo confirmatos, quibus rogauit Augustū per fideic. vt aliquid faceret: & cùm diuus Augustus voluntatem suam in codicill. contentā impleuisset: postea cæteri auctoritatem principis secuti, fideicommissa præstabant: & filia eiusdem Lentuli legata in codicillis patris sui contenta soluit: ad quorum præstationem diuus Augustus iurisprudentes conuocauit: inter quos erat Trebatius, cuius tunc auctoritas maxima habebatur, & ab iisdem iurisconsul. quæsiuit, an vsus codicillorū recipi posset, & an dissoni essent codicilli iuris rationi? & dicitur Trebatius respondisse Augusto vtilissimum, & necessarium fore vsum codicillorum: & maximè propter longas, & magnas peregrinationes, quæ apud veteres fuissent: vt si quis testam. solenne propter impotentiam facti facere non posset:

a De verbo, *maximè*, vide *Gloss. in. l. illud. 32. in verb. assimari. ff. ad leg. Aquiliam, &c. ad abolendam. extr. de filio presbyt.* Hoc autem efficit hæc particula legi, vel statuto adiuncta. vt idem intelligatur esse in casu non expresso.
* Directa.

b Continuatio

† Volo. i. copio. Mando: id est, cōmitto. Hæc verba imperatiua non sunt: sed precaria. *Cuiacius.*
c Codicilli à testamēto genere non differunt: sed mediocritate, & magnitudine.
d Codicilli sine scriptura fieri possunt.

e Diuisio.

fet:faceret saltem codicillos,quibus vltimâ voluntatẽ declararet. vnde post illa tempora cùm etiam Labeo iutisconsul. codicillos fecisset:iam nemini dubium erat, quin codicilli iure optimo admitterentur. Et hæc dicuntur vsque ad §. *non tantùm autem.*

a ¶ *Confirmatos.* Hic no. quòd quatuor [a] modis codicilli confirmantur : aut enim in futurum confirmantur: veluti testamento priùs facto , in quo dictum est : quicquid dixero in codicillis, valere volo. & posteà codicilli facti sunt. Aut in præteritum : veluti codicilli priùs facti, testamento facto posteà cõfirmati sunt, & hi duo casus sunt, *C. eo. l. sine in initio.* [b] Tertiò fiunt cum testamento, veluti cum testator,qui testamentum implere nequiuerit, addiderit vt vim codicillorum haberet: *vt C. eo. l. fi. §. illud planè.* ibi. *nisi* [c] *ille, &c.* Quartò sine testamento. s. ab intestato: *vt ff. eo. de iur. codicil. l. conficiuntur. & infrà, eo. §. non tantùm. & C. eo. l. non idcircò.* hîc autem fuerunt confirmati vel antè, vel pòst.

b ¶ *Augusto.* cui aliquid reliquebatur.

α ¶ *Deinceps reliqui.* Reliqui cohæredes Augusti. Cvi ac.

c ¶ *Eius.* s. Augusti.

β ¶ *Legata,qua iure.* In codicillis testamento confirmatis directò,hæres scribi non potest:legata tamen in eis,& tutela, & libertates relinqui possunt. quod igitur ait filiam Lentuli legata ipso iure non debuisse : nempe quia ius codicillorum non erat receptum. Cvi ac.

d ¶ *Non debebat* quia legata non debebantur nisi ex testamento iure antiquo: vt diximus *suprà titu. ij. §. præterea.*

e ¶ *Non posset.* propter impotentiam facti: vt quia non habet tot testes,qui testamento conficiendo sufficiant:secùs si propter impotentiam iuris: *vt ff. eo. l. diui. §. codicillos. ij. quæ est contrà.* Et probatur hæc solutio, *ff. eo. l. conficiuntur. §. codicilli.*

Non tantùm autem. [Cassv s. omine,iam vidimus quod primò Lucius Lentulus fecit codicillos testamento suo confirmatos:nunquid igitur requiritur de necessitate quòd fiat testamentum ad hoc, quòd possint valere codicilli ? Et respon. quòd non. Nam non tantùm facto testamento potest quis codicillos facere:sed etiam intestatus decedens codicillos facere potest : & in eis fideicom. relinquere. Papinianus tamen ait codicillos ante testamentum factos non aliter iuris necessitatem habere: nisi posteà speciali voluntate testatoris, & in testamento confirmentur. Sed diui Seuerus, & Anto. rescripserunt ex codicillis ante testamentum factis posteà cum effectu fideicomm. peti:licèt in testamento subsecuto non fuerint expressè confirmati , si tamen appareat testatorem,qui post factos codicillos facit testamẽtum,à voluntate in codicillis expressa non recessisse. & ita non est necessaria specialis confirmatio:sed sufficit si non appareat de contraria voluntate testatoris.Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *codicillis autem.*

ζ ¶ *Confirmentur.* scilicet expressim,vel etiam si quoquo indicio retineatur prima voluntas: *vt ff. eod. de iur. codi. l. ante tabulas testamenti.* Sed Ioan.contrà.Nam siue antè,siue pòst fiant:semper videntur cõfirmari:vt hîc statim: *& ff. e. de iur. codi. l. si quis cum. §. fi. & l. ab intestato.* Accvrs. Addi tio. In hoc tamen remanet hodie differentia secundùm Ioan. Fab. quia quando expressè confirmantur, valent iure directo,quæ in his continentur: secùs si tacitè. *l. liber. ff. de manu. testa. & de test. tut. l. iij.* quamuis glossa ibi notet contrarium.

γ ¶ *A voluntate.* Et hoc quidem ad Papinianum Tribon. appinxit in *l. ante tabulas. ff. de iure codicill.* quod nec Paulum admisisse indicat *l. impuberem. §. qui codicillos. ff. ad leg. Cornel. de falsi.* Cvaic.

Codicillis autem.] Cassvs. Domine,iam video quòd codicilli ante testamentum,& post testamentum fieri possunt, & ab intestato. Sed nunquid eandem potestatem habent codicilli,quam & testamẽtum? Ad hoc respon.quòd non : imò codicilli in multis differunt à testamento. Hæreditas enim in codicillis nec directò dari, nec adimi potest : & hoc ideò statutum est, ne ius testamentorum, & codicillorum confundatur: vnde nec exhæredatio directò in codicillis scribi potest: sed omnia supradicta in testamento fieri possunt: sed licèt in codicillis hæreditas directò dari non possit : in illis tamen fideicommiss. iure relinqui potest. Item nec conditio hæredi instituto in codicillis adiici potest : nec etiam substitutio directò fieri. Et non solùm in prædictis differunt codicilli à testamento: sed etiam in aliis. nam plures codicillos facere quis potest : ita vt omnes valeant : & nullam solennitatem ordinationis verborum desiderent: licèt secùs sit in testamento. Et hæc dicuntur vsque ad finem tituli.

g ¶ *Neque dari.* directò:sed [x] per fideicommissum, siue ab eo,quẽ priùs fecerat hæredẽ,siue à legitimis bene potest relinqui: *vt ff. eo. de iure codi. l. y. §. fi. & C. eo. l. hæreditatem. & 3. prox.* §. Addi tio. Et assignat glos. *in dicta l. hæreditatem.* rationem differentiæ : quia non tantùm aufertur per fideicommiss. sicut directò aufertur. 2. Vel dic, secundùm Salycetum, aliqua virtus attribuitur vni , quæ non attribuitur alteri: *vt l. fin. C. eod.* & maiorem vim testamenta,quàm codicilli habent , propter maiorem solennitatem in eo requisitam. angelus.

δ ¶ *Neque adimi.* Quod fit per exhæredationem. Cvi ac.

h ¶ *Ne confundatur.* id est, ne istæ duæ voluntates sic misceantur , vt vna ab altera discerni non possit. nam si idem significarent, quare diuersa nomina darentur: *vt C. eo. l. si idem.*

ε ¶ *Nec exhæredatio.* Eorum scilicet, qui hæredes scripti sunt. Eorum verò , qui hæredes scripti non sunt, exhæredatio nulla est, nisi suorum numero sint. Cvi ac.

i ¶ *Scribi.* scilicet vt de iure valeat.

k ¶ *Relinquitur.* Sed [b] qua ratione hæc hæreditas , vel etiam alia in codicillis relicta petentur? Resp. quidam condictione ex lege: *vt ff. de condi. ex leg. l. j. 2.* Vel dic vtili actione ex testamento, cùm ad instar testamenti codicilli sint inuenti : *vt ff. eod. de iur. codi. l. ij. §. j.*

l ¶ *Instituto.* scilicet testamento.

m ¶ *Adiicere.* & cui conditioni adiectæ necesse parêre non habet : sed in eius conditionis defectum de ademptione hæreditatis cogitasse videtur : *vt ff. de condi. instit. l. penul. in fin.* [c] Sed fortè in vanum cogitauit, vt ibi dixi.

n ¶ *Directò.* si tamen substituerit , [d] videtur rogasse per fideicommissum, vt restituat : *vt ff. ad Trebel. l. Scæuola.*

o ¶ *Plures.* vt etiam omnes valeant, nisi contrariam contineant voluntatem: *vt C. eo. l. cùm proponas.* aliud in testamentis: *vt suprà quibus mod. test. infi. §. posteriore. & facit, ff. eo. l. diuus. §. j.*

p ¶ *Et nullam.* s. de illis quatuor,quæ in testamento desiderantur: vel septẽ testium,vel sigillorũ,vel quòd sua manu scribantur,vel quòd subscribãt testes:*vt* 3. *de testa. §. j.* Sed quædam solennitates & hîc desiderãtur:vt [e] sunt quinque testes:vt diximus 3. *tit. ij. §. fi.*

codicillis potest. Sed cùm ante testamentum factum codicilli facti erant: Papinianus ait non aliter vires habere,quàm si speciali posteà voluntate confirmentur [f] .Sed diui Seuerus , & Antoninus rescripserunt: ex his codicillis, qui testamẽtum præcedunt , posse fideicommissum peti si appareat eum , qui testamentum fecit, à voluntate [γ] quam in codicillis expressérat, non recessisse.

Codicillis nec dari,nec adimi directò hæreditas potest : nec instituto hæredi conditio adiici , nec directò substitui : fideicommitti autẽ potest.

2. ¶ Codicillis autem hæreditas neque dari [δ] , neque adimi [†] potest, ne confundatur [h] ius testamentorum , & codicillorũ: & ideò nec exhæredatio [ε] scribi [i] .Directò autem hæreditas codicillis neque dari , neque adimi potest. Nam per fideicommissum hæreditas codicillis iure relinquitur [k] .Nec conditionẽ hæredi instituto [l] codicillis adiicere [m] ,neque substituere directò [n] quis potest.

Plures codicillos vnus facere potest , omnes habentes effectum : secùs in pluribus testamentis. Aretinus.

3. ¶ Codicillos autem etiam plures [o] quis facere potest , & nullam [p] solennitatem ordinationis desiderant.

† Volo. i. copio. Mando:id est , cõmito. Hæc verba imperativa non sunt: sed precaria. *Cuiacius.*

† *Vt l. Scæuola. ff. ad Trebell. & vide Ioan. And. de testa. in cap. si pater. in Glo. super verb. interdum. lib. 6.*

a Quid si hæreditas directò codicillis nominatim data est? Si ius directum.& strictũ inspicimus,directò deberi non potest: ex æquo tamen, & bono per fideicommissũ præstabitur,& id vt communius refert Porc.

b Codicillis relicta vtili ex testamento actione petuntur, *adde Glo. vlt. C. eod.*

c Idem è contrario: quia conditio appositæ in testamento non potest in codicillis remoueri : quia tunc pura hæreditas dari videtur cõtra istum textum: nisi forsan ob fauorem liberorum: *per not. in l. diui. ff. eo.* clausula tamẽ derogatoria appositæ in testamento , potest in codicillis reuocari : vt per Angel. hîc.

d Substituens videturrogare per fideicommissum.

e In codicillis testes requirũtur ad solennitatem : *vt hîc.* Imò ab probationem tãtùm *Glos. vlt. ff. eod.* Dic testes in codicillis numcupatiuis requiri ad probationem : in scriptis ad solennitatem.

INSTITVTIONVM
D. IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS,
LIBER III.

In vetustissimo, & probatissimo Codice, quo in conscribendis his notis vsus sum, frequentissimè sic habetur: Dn. Iustiniani perp. A. Institutionum compositarum per Tribonianum virum magnificum magistrum, & exquæstorem sacri palatij, & Theophilum, & Dorotheum VV. illustres, & antecessores incipit liber tertius. CVIAC.

DE HÆREDITATIBVS, quæ ab intestato deferuntur.
TITVLVS I.

Hic autem titulus pertinet ad totam materiam intestatæ successionis: specialiter autem sub eo de suorũ dumtaxat successione tractatur, eiusque summa hæc est: Suos hæredes nobis esse ex XII. tab. legitimos filios, vel naturales factos legitimos. In suorum linea vlteriorem à proximiore non excludi. Vlteriorem vice sui patris admitti. Inter suos hæredes à prætore vocari emancipatos, non etiam eos, qui sunt in adoptiua familia. Inter suos hæredes ex constit. vocari nepotes ex filia, & deinceps cateros. CVIAC.

Intestatus dicitur quis decedere pluribus modis, qui hic describuntur. Aretinus.

INtestatus † decedit, qui aut omnino testamentum non fecit [a]: aut non iure fecit [b]: aut id, quod fecerat, ruptum [c], irritúmve [d] factum est: aut si ex eo nemo hæres extiterit [e].

Intestatorum hæreditates suis hæredibus in primis deferuntur: in quorum numero sunt naturales liberi, quum primùm legitimi (secundùm præscriptos in lege modos) sunt effecti.

1. ¶ Intestatorũm autem hæreditates, ex lege duodecim tabularum primùm ad suos hæredes pertinent.

2. ¶ Sui autem hæredes existimantur (vt suprà diximus) [f] qui in potestate morientis fuerint [g]: veluti filius, filiáve: nepos, neptísve ex filio: pronepos, proneptísve ex nepote: ex filio nato [h] prognatus [i] [a], prognatáve. Nec interest vtrùm naturales [k] sint liberi, an adoptiui [l].

Liberi legitimati siue per oblationem curiæ, siue per subsequens matrimonium, de numero suorum hæredum sunt censendi. Aretin.

1. ¶ *Intestatus.* Totus iste titulus diuiditur in quatuor partes principales. ¶ Primò ponit quis dicitur decedere intestatus ¶ Secundò quòd prima causa est liberorum, & qui sunt liberi, & sui. ¶ Tertiò de emancipatis quomodo admittantur, & de adoptiuis. ¶ Quartò ponit aliquas suas correctiones. Secunda ibi; *Intestatorum autem.* Tertia ibi; *Emancipati autem.* Quarta ibi; *Sed ea omnia.* CAYS Domine, iam video quod vos vultis tractare de hæreditatibus, quæ deferuntur ab intestato: pro Deo, si placet vobis, dicatis mihi quis intelligitur decedere intestatus? Ad hoc respond. Intestatus decedere intelligitur ille, qui aut nullo modo fecit testamentum: aut de facto quidem fecit testamentum: non tamen de iure: vt potè quia iuris solennitate caruit: vel testamenti factionem non habuit: aut testamentum, quod iure fecerat, arrogatione ruptum fuit: vel capitis deminutione irritum factum est: aut si ex testamento solenniter facto nullus hæres extiterit. omnibus enim his modis intelligitur quis intestatus decedere. & hæc dicuntur vsque ad illum §. *intestatorum.* Domine, iam video quis intelligitur decedere intestatus: dicatis modò mihi, si placet, ad quos intestatorum hæreditas pertinet? Ad hoc respon. Amice, hæreditas intestatorum ex lege xij. tabularum primò pertinet ad suos hæredes. Sed quid, domine Imperator: vos dicitis quòd hæreditas intestatorum pertinet ad suos hæredes: dicatis mihi, si placet, qui intelliguntur sui hæredes? Ad hoc respon. Amice, sui hæredes intelliguntur, qui in potestate morientis sunt, de cuius hæreditate tractatur: veluti filius, & filia: nepos, & neptis, & descendentes ex filio pronepos, & proneptis: & per masculinam lineam directò descendentes: nec interest quo ad hoc vt hæredes censeantur, vtrùm sint naturales liberi, an adoptiui. nam adoptiui liberi tempore mortis in potestate existentes, sui hæredes intelliguntur: & non solùm suprà dicti ex binis matrimoniis existentes procreati, dicuntur sui hæredes: sed etiam necesse est eos inter suos hæredes connumerari, qui ab intestato non erant in potestate parentum: vtpotè naturales, qui non sint ex legitimo matrimonio geniti: posteà tamen à parentibus naturalibus curiis dati sunt: & ita in potestatem patris redacti. Hi enim beneficio diuersum constitutionum, quæ super filiis naturalibus positæ sunt, iura suorum hæredum nanciscuntur. Nec solùm suprà dicti inter suos hæredes constituuntur: sed etiam illi, quos nostra constitutione statuimus: vt si quis aliquam mulierem in suo contubernio copulauerit: non tamen ab initio affectione maritali eam habuerit: erat tamen talis, cum qua poterat habere legitimum coniugium: si ex ea prolem procreauerit, & posteà maritali affectione interueniente cum eadem muliere instrumenta dotalia confecerit, & filios, & filias ex eadem habuerit: statuimus dico, non solùm posteriores liberos scilicet post matrimonium contractum editos, legitimos, & in potestate patris esse: sed etiam priores: videlicet ante matrimonium editos. & hoc meritò statuimus. Nam isti liberi ante matrimonium nati, occasionem legitimi nominis etiam aliis post matrimonium natis prestiterunt. Ratione enim affectionis, quã pater ad prolem primò procreatam habuit, & quia matrem eorum habuit in prole fœcundam, ideò eam sibi maritali affectione copulauit. & hoc obtinere censuimus nõ solùm, si post dotalia instrumenta confecta liberi nati fuerint, & extiterint: sed etiam si nulli post matrimonium fuerint nati: vel etiam si aliqui fuerint nati: sed posteà mortui. In omni enim euentu cẽsuimus liberos ante matrimonium natos, maritali affectione secũdùm tenorem nostrę constitutionis posteà subsequuta, legitimos esse, & iura suorum hæredum in omnibus habere. Et hæc dicuntur vsque ad illũ §. *ita demùm.* Franc.

a ¶ *Non fecit.* vel "quia non vult: Vel quia non potest: vt pupillus, furiosus: licèt hi impropriè intestati dicantur esse: quia & si vellent testari non possunt: *vt ff. eod. de suis, & legi. l. j. in princ.* ADDITIO. Quod not. secundũ Ioan. Fab. contra eos, qui vindicant sibi bona intestatorum ex consuetudine: vel præferuntur ex statuto. de quo, & an facto testamento, & postea rupto, habeat locum dictum statutum, quòd ab intestato præferantur agnati, &c. vide latè per Ange. hîc.

a Testari illi qui nolunt, aliqui non possunt.

b ¶ *Non iure fecit.* quia caruit solennitate testium, vel non habuit testamenti factionem, & fecit.

c ¶ *Ruptũ.* arrogatione [b], vel agnatione posthumi; *vt* §. *qui, mod. test. infir. j. respon.* Et nota quòd non est per omnia idem quando rumpitur, ac si nullum factum esset, si tamen fecit codicillos, cùm primo casu: scilicet quãdo rumpitur legatum, vt ex codicillis non valeat: *vt C. de codicil. l. j. in prin.* secundò sic: *vt* §. *de fideicommiss. hared. §. præterea. & ff. de iur. codi. l. si quis cum. in fi. j. respon. & in l. ab intestato. & suprà tit. j. §. non tantùm.* ACCVRS.

b Testamentũ rumpitur adrogatione, & agnatione.

c Intellige vt ibi per Ioann. Fab. Porc. & Angel.

d ¶ *Irritúmve.* vt per capitis deminutionem testatoris: *vt* §. *quib. mod. testa. infir. §. non tamẽ & facit. ff. de verbor. signific. l. intestatus.*

e ¶ *Extiterit.* sunt & alij duo modi; vt per querelam, vel contra tabulas testamento rescisso: *vt C. de colla. l. vt liberis.* ACCVRS. ADDITIO. Hoc verum si sit mora ante aditam hæreditatem: secùs si post: quia prætor non potest facere desinere quem esse hæredem. §. *quòs autem. infrà de bono. poss.* Ange.

d Imò quinto gradu, secundùm Nic.

f ¶ *Suprà diximus.* §. *de hæredum quali. & diffe. §. sui.* ACCVRS.

g ¶ *Fuerint.* item aliud est necesse, vt nemo eos præcedat, vt ibidem dicitur: *vt suprà de hæ. quali. & diffe. §. sui.*

e Prima est melior secundùm eundem Nico.

h ¶ *Ex filio nato.* aliud si ex filia: *vt* §. *de patria potesta. §. filius.*

ζ ¶ *Portionem nepotum.* Nepotum ex filia, ſi quæratur de hæreditate aui materni. Item nepotum ex filio, vel filia, ſi quæratur de hæreditate auiæ paternæ, vel maternæ Cviacivs.
η ¶ *Vel deinceps.* Vt pronepotum ex nepote ex filia nato, ſi quæratur de ſucceſſione proaui paterni, & cæterorum, de quibus ſuperiùs dictum eſt. Cviac.
k ¶ *Diximus.* ſcil. nullo modo, niſi in tertio ordine ſuccederet: *vt ſuprà, proxi.* §.
l ¶ *Paulò.* Nota parum ª de tertia parte totius rei dici: *ſic in Authent.*

Authent. de exhiben. & intro. reis. §. sancimus. in gloss. nullum. collat. v.

ADDITIO Quod facit ad multa. ¶ Imò tu dic quod hoc relinquitur arbitrio iudicis. *l. hac adiectio. ff. de verb. signi. & l. cùm furti. ff. de in li. in.*

a ¶ *Existimauerunt.* scilicet principes.

α ¶ *Quàm mater eorum.* Cùm defunctus est auus maternus, de cuius successione nunc agitur. CVIACIVS.

β ¶ *Vel auia.* Cùm defunctus est proauus maternus, auiæ maternæ pater, de cuius successione nunc pronepos litigat. CVIAC.

γ ¶ *Fuerat acceptura.* Mater de hæreditate patris defuncti, qui est ad nepotes ex filia auus maternus: auia iã mortua post filiam suam de hæreditate patris, qui proauus maternus est ad pronepotes ex nepte ex filia nata. & sic intelliguntur hæc, quando masculus mortuus est, cuius de hæreditate agunt ij, qui ex filiabus, & nepotibus nati sunt. CVIAC.

δ ¶ *Vel pater eorum.* Cùm quæritur de auiæ paternæ hæreditate, addendum videtur, *Vel mater eorum*, atque ita Th. legit, cùm similiter auia materna defuncta est, cuius defuncta matre nunc hæreditatem nepotes sibi defendunt. CVIACIVS.

ε ¶ *Vel auus paternus.* Cùm proauia mea paterna mortua est. CVIACIVS.

ζ ¶ *Siue maternus.* Cùm proauia materna defuncta est. His adde *vel auia paterna, siue materna.* CVIAC.

b ¶ *Mortua sit.* ¶ Not. duos casus. Si enim moritur fœmina: nepotes, vel neptes ex masculis, vel fœminis in nihilum olim, nisi post agnatos: hodie cum deminutione tertiæ partis succedunt. Si moritur masculus: nepotes ex filia tantùm vocantur cum deminutione tertię partis; vt hîc dicitur.

¶ Si agitur de hæreditate patris ipsius auiç. *Aegid. Per.*

† Si agitur de hæreditate matris eius. l. patris.

† Si agitur de hæreditate matris ipsius aui paterni: & sic proauiæ.

existimauerunt a: vt minus tertia parte acciperent, quàm mater eorum α vel auia β † fuerat acceptura γ, vel pater † eorũ δ, vel auus paternus ε †, siue maternus ζ, quando fœmina mortua sit b „ cuius de hæreditate agitur: hisque c (licet soli sint) adeũtibus, agnatos minimè vocabant. Et quemadmodum lex duodecim tabularũ filio mortuo nepotes, vel neptes, pronepotes vel proneptes in locum patris sui ad successionem aui sui vocat d: ita & principalis dispositio in locũ matris suæ, vel auiæ eos cum iam designata partis tertiæ deminutione e vocat.

Quamuis olim extantibus etiam ex filia nepotibus, quadrans hæreditatis adgnatis transuersalibus defuncti deberetur, hodie tamen non debetur: item nepotes ex filia ex persona matris cum aui filio succedentes, in stirpes succedunt.

16. ¶ Sed nos, cùm adhuc dubitatio maneret inter agnatos, & memoratos nepotes, quartam partem substantiæ defuncti agnatis sibi vindicantibus ex cuiusdam ϑ constitutionis f auctoritate: memoratam quidem constitutionem à nostro Codice segregauimus, neque inseri eam ex Theodosiano codice in eo concessimus: nostra autem constitutione g promulgata, toti iuri eius derogatum est: & sancimus, talibus nepotibus ex filia, vel pronepotibus ex nepte, & deinceps superstitibus, agnatos nullam partem mortui successionis sibi vindicare: ne hi, qui ex transuersa linea h veniunt, potiores his i habeantur, qui recto iure descẽdunt. Quam constitutionem nostram obtinere secundùm sui vigorem, & tempora k, & nunc sancimus: ita tamen l, vt quemadmodùm inter filios, & nepotes ex filio antiquitas statuit m non in capita; sed in stirpes diuidi hæreditatem: similiter † nos inter filios, & nepotes ex filia, distributione fieri iubeamus, vel † inter omnes nepotes, & neptes, & inter pronepotes, & proneptes, & alias deinceps personas: vt vtraque progenies, matris, vel patris, auiæ, vel aui, portionem sine vlla deminutione n consequatur: vt si fortè vnus, vel duo ex vna parte; ex altera tres, aut quatuor extent, vnus, aut duo dimidiam, alteri tres, aut quatuor alteram dimidiam hæreditatis habeant o.

n ¶ *Quando fœmina mortua sit.* Id est, auia, vel proauia. Suprà quãdo masculus; id est, auus, vel proauus mortuus est. Cùm de hæreditate masculi quæritur, multum distant qui per virilem sexum ab his, qui ex fœminis descendunt. nam illi ex XII. tab. hi ex cõstitutionibus vocantur. Cùm de hæreditate fœminæ, eodem omnes iure vocantur. CVIAC.

c ¶ *Hisque.* scilicet qui descendunt ex fœmineo sexu.

d ¶ *Vocat* suprà *eod. §. cùm filius.* ACCVRS.

e ¶ *Partis tertiæ deminutione.* Quod de hac deminutione tertiæ dicitur, corrigitur per sequentem §. secundùm M. Sed nos secundùm B. dicimus sequentem §. loqui in quadam alia parte, quę debebatur agnatis; scilicet quarta: non autem de hac tertia. Sed per authent. dicimus de hac tertia correctum, scilicet æqualiter hodie veniant; *vt in authent. de trien. & semis. §. neque illo. coll. iij.*

ϑ ¶ *Ex cuiusdam. L. si defunctus. Cod. Theodos. de legitim. hæredibus.* ex qua etiam triennis deductio fit. Quadrantem tollit in hoc §. Iustinianus: sed & trientem tollit in Nouell. *18. & 118.* idque Græci ad Theophilum adnotarunt, aut idem ipse Theophi. in extremo huius §. vt &, in titul. *quibus modis testamen. inf.* de ratione mutati quadrantis Falcidiani, auctore Viglio Zuichemo. CVIAC.

f ¶ *Constitutionis.* quam non habemus: vt sequitur.

g ¶ *Constitutione.* vt *C. de suis, & leg. l. fin.*

h ¶ *Transuersa linea.* sic *in authent. de non eligend. §. cum igitur circa finem. coll. j.*

i ¶ *His.* sc. nepotibus, & pronepotibus ex filia.

k ¶ *Et tempora.* vt in ° futuris casibus tantum valeant: *vt Cod. de suis, & legit. l. vlt.* ACCVRS.

l ¶ *Ita tamẽ.* hoc, quod sequitur, est referendum suprà, ad §. *diui.* non ad proximum.

m ¶ *Antiquitas.* Lex duodecim tab. *l. 3. C. de sus, & legitim. hared.* CVIAC.

n ¶ *Deminutione.* scilic. quartæ, quæ debebatur agnatis: non tertiæ, quæ debebatur patruis: *vt suprà, proxi. §. diximus.*

o ¶ *Habeant.* Imò in capita videtur diuidi: *vt in tit. j. §. hoc etiam addẽdum. in fin.* §. Sed ibi de collateralibus; hîc de descendentibus loquitur. ADDITIO Not. quòd non tantùm nepotes b; sed & pronepotes succedunt in stirpes, & veniunt c per repræsentationem: cuius contrarium videtur dici *in authent. de hared. ab intest. coll. ix.* Angel.

a Leges secundùm tua tempora interpretandæ, hoc est ad futuros casus referendæ.

b Nepotũ appellatione cõtinẽtur neptes etiam ex filia.

† In stirpes successionẽ locum habere inter nepotes, & pronepotes inter se etiam sine patruis succedentes hinc colligitur.

b In stirpes etiam succedũt pronepotes.

c Repræsentationis ius competit etiam pronepotibus.

d Cõtinuatio.

DE LEGITIMA AGNATORUM SUCCESSIONE.

Quia d *suprà titu. proxim. dictum est qualiter succedant sui hæredes, siue liberi: & quia post suos vocantur prius agnati: quàm cognati:* vt infr. eo. §. final. & l. j. §. post suos, ff. de suis, & legit. *ideò post titulum præcedentem posuit istum.* Angel. Aret.

† al. vnde legitimi & vnde cognati.

TITVLVS II.

Post suos hæredes, eósque, qui eorum loco habentur, agnatis proximis (id est per virilis sexus cognationem iunctis) successio defertur: in quorum etiam albo sunt, qui ciniliter (hoc est per adoptionem) fiunt agnati.

SI nemo p suus ¶ hæres, vel eorum, quos inter suos hæredes prętor r, vel constitutiones f x vocant, existat t, qui successionem u λ quoquo modo ad bonorum possessionem admittatur, proximus agnatus vocatur. Agnati autem sunt cognati per virilis tantùm sexus cognationem iuncti, quos lex duodecim tabularum ad legitimam hæreditatem vocat. Nam qui per fœminini sexus personas cognatione iunguntur, non sunt inter agnatos numerandi. Itaque filius fratris, & filia fratris, item nepos ex fratre, & neptis ex fratre agnati sunt: at ex sorore non sunt agnati, sed cognati. Item patruus, & patruelis agnati sunt: at auunculus, & auunculi filius non agnati, sed cognati sunt. Et ex contrario auunculus, & auunculi filius, item amita, & amitæ filius agnati sunt: at patruus, & patruelis

a Suis, & suorũ appellatione continentur etiam agnati.

a ¶ *Quoquo modo* sc ciuili, vel prætorio iure.

a ¶ *Agnatum.* Sui [a] hæredes sunt etiam agnati. *l. filium. de suis & leg. hared. l. j. §. j ff. de grad. & adfi. l. de bonis. §. huic autem. de Carbo.* Sed differentiæ causa separantur sui ab agnatis. In ordine suorum non seruatur gradus prætogatiua: quod secùs est in ordine agnatorum. Hi diuidunt hereditatem in capita, illi in stirpes. In his habetur discretio sexus; in illis non item. Hi fiũt hæredes aditione, illi existunt. His capite deminutis non datur bonorum possessio, vnde legitimi: illis tñc etiam datur bo. possessio, vnde liberi. Agnati, & sui dicuntur etiam legitimi. CVIACIVS.

b ¶ *Agnatum.* capite non minutum: *vt ff. de suis, & legit. hared. l. capitis.*

c ¶ *Proximum.* i. qui proximior est defuncto. *infrà eo. §. plures. & §. prox.* ACCVRS.

d ¶ *Sunt autem agnati. sic ff. de legi. tuto. l. sunt autem.* ACCVRS.

e ¶ *Libro.* vt *supr. de legit. agnat. tut. §. sunt autem.*

f ¶ *Cognatione.* cognatio est genus: agnatio species: vnde quisquis est agnatus, est cognatus: sed non cõuertitur.

ß ¶ *A patre cognati.* Ve. *à patre cognati:* id est. per patrem: sic & in §. *i. de le. agn. tut.* CVIAC.

g ¶ *Consanguinei.* quasi [b] ex eodem sanguine nati: cæteri agnati nõ dicuntur consanguinei [c]: *vt ff. de suis, & le. l. ij. & supr. de succ. cog. §. vulgò.*

γ ¶ *Qui & consanguinei.* Semper in libris nostris consanguinei sunt fratres, sororésque ex eodem patre, licet non ex eadem matre. Vterini verò non sunt consanguinei. denique consanguinitas est fraternitas: nec vllo in loco aliter hoc verbum vsurpatur. CVIAC.

b Consanguinei cur, & vnde dicti.

c Quid autem in vteriais an dicantur consãguinei: vide Angel. hîc.

h ¶ *Inuicem:* sc. filius fratris patruo.

i ¶ *Etiam consobrini.* impropriè: *vt* j. *de gradi. cogn. §. iiij.*

k ¶ *Iura consanguinitatis.* scilic. ad suos fratres priùs natos: ad reliquos verò agnatos agnationis tantũ ius acquiritur: *vt suprà proxi. diximus.*

Et est verum hoc, si viuente eo de cuius hæreditate agitur, concepti saltem erant: *vt ff. de su. & legi. hared. l. Titius. ibi, respond. & ff. vnde cogn. l. j. §. si quis proximior.* ACCVRS. ADDITIO. Aliàs ex persona sua non succedit: sed bene ex persona patris Angel.

l ¶ *Non tamen.* quamuis agnati vocentur ad hæreditatem: non tamen, &c. ADDITIO. Et sic nota secundùm Ang. dispositionem absolutam debere intelligi secundùm ordinis prærogatiuam. Quod facit ad eum, qui accepit in emphyteusim: vel cui legatur aliquid pro se. & filiis suis: vt videantur esse vocati secundùm ordinis charitatem.

m ¶ *Dat lex.* sc. duodecim tabularum.

n ¶ *Sed his.* & omnibus his: *vt infr. eo. §. si plures.*

d Agnatio iure naturali, vel ciuili constituitur.

o ¶ *Certum* quod est etiam scilicet facto testamento, quod euanuit: quod dic: *vt infrà, § prox.*

p ¶ *Per adoptionem quoque.* q.d. non [d] solùm iure naturali constituitur agnatio: sed etiam ciuili: vt per adoptionem scilicet quãmodo [a] amplectatur tunc ex lege duodecim tabularum ad agnatum [b] proximum [c] pertinet hæreditas.

Agnati sunt illi, qui ex linea masculina descenduni, vel etiam ex adoptione: dummodo sint in priori gradu. Angel.

1. ¶ Sunt autem agnati [d] (vt primo quoque libro [e] tradidimus) cognati per virilis sexus personas cognatione [f] coniuncti, quasi à patre cognati [ß]. Itaque eodem patre nati fratres, agnati sibi sunt, qui & consanguinei [g γ] vocantur: nec requiritur an etiam eandem matrem habuerint. Item patruus fratris filio, & inuicem [h] is illi agnatus est. Eodem numero sunt fratres patrueles; id est qui ex duobus fratribus procreati sunt: qui etiam consobrini [i] vocantur. Qua ratione etiam ad plures agnationis gradus peruenire poterimus. Hi etiam, qui post mortem patris nascuntur, iura consanguinitatis [k] nanciscuntur. Non tamen [l] omnibus simul agnatis dat lex [m] hæreditatem: sed his [n], qui tunc proximiores gradu sunt, cum certũ [o] esse cœperit aliquem intestatum decessisse.

2. ¶ Per adoptionem quoque [p] agnationis ius consistit: veluti inter filios naturales [q], & eos, quos pater eorum adoptauit. Nec dubium est quin hi impropriè [r] consanguinei appellẽtur. Item si quis [s] ex cæteris agnatis tuis [t]: veluti frater, aut patruus, aut denique is, qui lõgiore gradu est, adoptauerit aliquem, [a] agnatos [†] inter suos esse [ζ] non dubitat.

Ex agnatis mulieribus nulli penitùs (nisi sorori) ad agnatorum successionem per mediam iurisprudentiam dabatur aditus: quamuis prætoris beneficio post omnes demum agnatos, cognatosque per vnde cognati *ad bonorum possessionem admittebantur. Hodie autem constitutum est omnes agnatos, siue masculos, siue fœminas pari ratione ad iura successionis ab intestato vocari.*

3. ¶ Cæterùm [t] inter masculos, quidem adgnationis iure hæreditas, etiam si longissimo [u] gradu sint, vltrò, citróque capitur. Quod ad fœminas [x] verò attinet [ζ]: ita placebat [y], vt ipsę consanguinitatis [z] iure tantùm capiant hæreditatem, si sorores sint: vlteriùs non capiãt: masculi autem ad earum [a] hæreditates (etiam si longissimo gradu sint) admittantur. Qua de causa fratris tui, aut patrui tui filiæ, vel amitæ tuæ hæreditas ad te pertinebat: tua [b] verò ad illas non pertinebat. Quod ideò ita constitutum erat, quia commodius videbatur ita iure constitui, vt plerumque [c] hæreditates ad masculos [d] confluerent. Sed quia sanè iniquum erat, in vniuersum eas [e] quasi extraneas repelli: prætor eas ad bonorum possessionem admittit ea parte, qua proximitatis [f] nomine bonorum possessionem pollicetur: ex qua parte ita scilicet admittuntur, si neque agnatus vllus, neque proximior cognatus interueniat [g]. Et hæc quidem [h] lex duodecim tabularum nullo modo introduxit: sed simplicitatem [i] legibus amicã amplexa, simili modo omnes agnatos, siue masculos, siue fœminas, cuiusque gradus, ad similitudinem suorum inuicem ad successionem vocabat. Media autem iurisprudentia, quæ erat lege quidem duodecim tabularum iunior [k]; imperiali autem dispositione anterior [l], subtilitate quadam excogitata, præfatam [m] differentiã inducebat, & penitùs eas [n] à successione agnatorum repellebat: omni [o] alia

ęsiàs, agnatas.

d ¶ *Ad masculos.* sic *supr. tit. j. §. item vetustas.*

e ¶ *Eas,* id est agnatas fœminas.

f ¶ *Proximitatis.* id [b] est cognationis.

g ¶ *Interueniat.* nec aliquis suorum: *vt sup. ti. j. §. admonẽdi. in fi. §.*

h ¶ *Et hæc quidem.* quæ scilicet in *§. cæterum. & §. sed quia.* dicta sunt.

i ¶ *Sed simplicitatem* [c]. remota differentia agnatorum inter masculos, & fœminas. *sic supr. de fideicommiss. hæred. §. sed quia.*

k ¶ *Iunior.* & sic nota quòd lex xij. tabularũ est vetustior, quàm media iurisprudentia, & quàm ius prætorium.

l ¶ *Anterior.* id est constitutione anteriori infrà scripta, quæ est, *Cod. de leg. hared. l. lege xij. tabularum.* ACCVRS.

m ¶ *Præfatam.* scilicet dictam *supr. eo. §. cæterùm.*

n ¶ *Eas.* agnatas fœminas, nisi sorores.

o ¶ *Omni.* Nam ordo cognatorũ non erat adhuc. 2. Vel dic etiã deficiẽ

patris agnatis: *vt C. de adop. l. pe. § sed ne articulũ. ver. sed si quidem.* ACC.

q ¶ *Naturales.* & legitimos, non tamen emãcipatos: *vt ff. de grad. & adfi. l. si filium.*

♪ ¶ *Quin hi impropriè. l. 1. §. vlti. ff. de suis, & leg. her. l. 2. §. sed etsi ipsi. ff. ad S. C. Tertyll.* CVIAC.

r ¶ *Item si quis.* non solùm pater, de quo dictum est.

s ¶ *Ex cæteris agnatis tuis.* Vet. lib. non habẽt, *tuis.* Si quis igitur ex cęteris agnatis adoptauerit aliquẽ, non dubitatur eũ inter suos agnatos cõnumerari. CVIA.

ſ ¶ *Inter suos esse.* id est agnascitur aliis agnatis adoptantis, & eis cognatus fit: *vt ff. de adoptio. l. qui in adoptionem.*

t ¶ *Cæterùm.* id est certè. Vel aliter, lex quidem xij. tabul. deferebat hæreditatem agnatis proximis: sed media iurisprudentia cum distinctione, & ideò hîc dicit *cæterùm*, pro *sed.*

u ¶ *Longissimo.* i. decimo: *vt infrà, succes. cog. §. fin.*

x ¶ *Fœminas.* agnatas.

ζ ¶ *Quod ad fœminas verò attinet.* In vet. lib. attinet. CVIAC.

y ¶ *Ita placebat.* Not. cautè dicit, *placebat*, & non placet: *vt infr. §. nos verò.* & hoc erat per mediam iurisprudentiam, non per leg. xij. tabularum, neque per prætorem: *vt infr. eod. §. & hoc quidem. & §. media.*

z ¶ *Consanguinitatis.* id [a] est agnationis.

a ¶ *Earum.* scilicet fœminarum.

b ¶ *Tua.* sci. hæreditas.

c ¶ *Plerumque.* Hoc propter consanguineas sorores, de quibus modò dixit. ADDITIO. Et hinc sumitur ratio statutorum communiter per Italiam, quòd stantibus masculis fœminæ non succedant: quia statuta ex parte masculorum sunt fauorabilia. & ex parte fœminarum odiosa: vt hîc per Angel.

a Consanguinitas pro agnatione.

b Proximitas pro cognatione.

c Simplicitas legibus amica.

deficientibus agnatis, ipsi tamen non vocabantur.

a Ius ciuile pro media iurisprudentia.

a ¶ *Iuris ciuilis.* id [a] est mediæ iurisprudentiæ, quod scilicet ciuile dicitur: *vt ff. de orig. iur. l. ij. §. hæc disputatio.* Accvrs.

b ¶ *His.* scilicet mulieribus agnatis vltra sorores.

c ¶ *Vnde cognati.* sic dicta: quia per eam cognati vocantur.

d ¶ *Nos verò.* Hîc Iustinianus loquitur.

e ¶ *Laudamus quidem prætores* [b]. Nota quòd ille laudandus, qui est inuentor alicuius ordinationis, siue dispositionis, licèt non æquè perfectè adinuenerit: quia facile est adinuentis [d] addere: *vt l. j. Cod. de veteri iur. enucl. §. omnia enim nostra.* Angel. Aret.

b Hæc Gloss. non est Accursij: sed additio.

c Inuentoribus rerum, laus debetur.

d Inuentis addere facile est.

f ¶ *Huic causæ.* id est expulsioni agnatorum.

g ¶ *Quare etenim.* Bene dico fore prouidendum agnatis fœminis: quare etenim.

h ¶ *Titulis.* id est nominibus. Accvrs.

i ¶ *Constitutis.* id est ordinatis.

k ¶ *Dabatur.* id est cõcedebatur.

l ¶ *Aditus.* certè non erat ratio iusta, vel sufficiens: licèt aliqua sit: *vt suprà, eodem. §. cæterùm. in fin.*

m ¶ *Exæquantes.* Quidã cod. *exequètes.* Hæc igitur est ex xii. tabul. & const. Iustiniani legitimorum definitio. Legitimi sunt agnati vtriusque sexus, siue natura, siue adoptione quæsiti sint. Ex Voconia. Legitimi sunt agnati virilis sexus: quod ego latius exposui in notis ad Vlpianum. Cviac.

m ¶ *Constitutione.* vt *C. de leg. hæred. l. lege xij. tabularum.* Accvrs.

n ¶ *Simili modo.* id est hinc inde. 2. Vel dic, ita fœminæ: vt mares.

o ¶ *Consanguinitatis.* id est, licèt non sint sorores, quæ germanę vocantur, quasi ex eodem germine natæ.

β ¶ *Hoc etiam.* Ex constitutione Iustiniani inter legitimos vocantur sororis germanæ, vel vterinæ filij tantummodò. & filiæ, vel soli, vel vnà cum consobrinis, quibus ipsi sunt amitini: videlicet si nulli extent defuncto cõsanguinei, aut vterini, quod tamen *in Nou. 118.* omninò aliter distingui tur. Sunt verò hæc omnia in ea No. temerè addita. κατὰ ἀδελφοπατρίδων: item ἢ ἀδελφόπαις: item ἀλλὰ κατὰ οἱ ἀδελφόπαιδες τὴν μοῖραν ἣν ἐδέξαντο λαμβάνουσιν: & paulò pòst, ὁμοίως ἢ κατὰ ἀδελφόπαιδες. nam etsi ex ea fratrum filij cum fratribus succedãt: non tamen succedunt cum parentibus fratribúsque: non ex ea, inquam, sed ex *127.* Denique Bulgarus, Iulianúsque patricius Nouellarum interpretes ea verba non agnouerunt. Cviac.

successione incognita, donec prætores paulatim asperitatem iuris ciuilis [a] corrigentes, siue quod deerat adimplentes, humano proposito alium ordinem suis edictis addiderunt: & cognationis linea proximitatis nomine introducta, per bonorum possessionem eas adiuuabant, & pollicebantur his [b] bonorum possessionem, quæ *Vnde cognati* [c] appellatur. Nos verò [d] legem duodecim tabularum sequentes, & eius vestigia hac in parte conseruantes: laudamus quidem prætores [e] suæ humanitatis: nõ tamen eos in plenum huic causæ [f] mederi inuenimus. Quare etenim [g] vno, eodémque gradu naturali concurrente, & agnationis titulis [h] tam in masculis, quàm in fœminis æqua lance constitutis [i]: masculis quidem dabatur [k] ad successionem venire omnium agnatorum; ex agnatis autem mulieribus nulli penitùs, nisi soli sorori ad agnatorum successionẽ patebat aditus [l]: ideò nos in plenum omnia reducentes, & ad ius duodecim tabularum eãdem dispositionem exæquantes [m]: nostra cõstitutione [n] sancimus, omnes legitimas personas, id est per virilem sexum descendentes (siue masculini generis, siue fœminini sint) simili modo [o] ad iura successionis legitimæ ab intestato vocari secundùm sui gradus prærogatiuam: nec ideò excludendas; quia consanguinitatis [p] iura, sicut germanæ non habent.

Vterinæ, vel consanguineæ sororis filij, filiæve ad auunculi successionem vnà cum filiis fratrum defuncti (non etiam cum ipsis fratribus) hoc iure admittuntur, in capita scilicet, non in stirpes.

4. ¶ Hoc etiam [q] addendum nostræ constitutioni existimauimus [r], vt transferatur vnùs tãtummodò [s] gradus à iure cognationis in legitimam [t] successionem: vt non solùm fratris filius, & filia (secundùm quod iã definiuimus) ad successionem patrui sui vocentur: sed etiam germanæ [u] consanguineæ, vel sororis vterinæ [x] filius, & filia soli, & non deinceps [y] personæ vnà cum his ad iura auunculi sui perueniant: & mortuo eo, qui patruus quidem est, sui fratris filiis: auunculus autem sororis suæ soboli, simili modo ab vtroque latere succedant, tanquam [z] omnes ex masculis descendentes, legitimo iure veniant: scilicet vbi frater, & soror superstites [y] non sunt. His etenim personis præcedentibus, & successionem admittẽtibus, cæteri gradus remanent penitùs semoti: videlicet hæreditate nõ in stirpes: sed in capita [z] [y] diuidenda.

Licèt sint plures agnati: tamen solus proximior in gradu vocatur. Et si plures sunt in proximiori gradu, omnes simul vocantur. h. d. Aret.

5. ¶ Si plures sint [a] gradus agnatorum: apertè lex duodecim tabularum proximũ vocat. Itaque si (verbi gratia) sint defuncti frater, & alterius fratris filius, aut patruus, frater potior habetur [b]. Et quamuis † singulari numero vsa lex duodecim tabularum [c] proximum vocet: tamen dubium non est, quin si plures sint eiusdem gradus, omnes admittantur [d]. Nam & propriè proximus ex pluribus gradibus intelligitur: & tamen dubium non est, quin licèt vnus sit gradus agnatorum, pertineat ad eos hæreditas.

Proximus inspicitur tempore testamenti destituti, quando testamentum factum est: alias autem tempore mortis testantis. Aret.

Eum proximiorem agnatum etiam dicimus, qui destituti testamenti tempore proximior est.

6. ¶ Proximus [e] autem, si quidem nullo testamento facto quisquam decesserit, per hoc tempus requiritur, quo mortuus est is cuius de hæreditate quæritur [d]. Quòd si facto testamento quisquam decesserit: per hoc tempus requiritur, quo certum esse cœperit nullum ex testamẽto hæredem extiturum: tunc enim [e] propriè quisq; intestatus decessisse intelligitur. Quod quidem aliquando longo tempore [f] declaratur. In quo spatio temporis sæpè accidit, vt proximiore mortuo, proximus esse incipiat, qui moriente testatore non erat proximus.

Lege duodecim tabularũ cessabat edictum successorium de gradu in gradum, nisi quo ad tutelæ onera: vnius enim capitis persona defecta, sequentes in gradu personæ nequaquã admittebantur: sed protinùs alteri capiti deferebatur successio: quod hac constitutione emendatur.

7. ¶ Placebat [g] autem in eo

p ¶ *Existimauimus.* vt *C. de legi. hæred. l. lege xij. tabularum. §. j. & §. in his.* Accvrsivs.

q ¶ *Tantummodo.* id est non vlterior: proximior tamen sit, vt ipsæ sorores, vel frattes vterini, vel vterinæ; vt sequitur: *vt C. de legi. hæred. fi. §. sed neque.*

r ¶ *In legitimam.* scilic. agnatorum. Accvrs.

s ¶ *Germana.* id est natæ ex eodem patre, & matre cum defuncto

t ¶ *Vterina.* i. natæ ex eadem matre tantùm.

u ¶ *Deinceps.* id est vlteriores, siue in gradu remotiores.

x ¶ *Tanquam* [a]. Not. ex hoc text. quòd isti impropriè sunt agnati: & ideò non comprehenderentur in statutis loquentibus de agnatis. Angel.

a Hæc Gloss. etiam non est Accursij.

y ¶ *Superstites.* hoc corrigitur *per Auth. cessante. Cod. de legi. hæred.* quia cum [b] his admittuntur. Itẽ & in alio, quod subiicitur, hic §. corrigitur: quia in stirpes fit diuisio hodie: sed post hos filios fratrum fit diuisio in capita: *vt in authent. de hæred. quæ ab intest. §. si igitur defunctus neque. coll. ix. & in authent. vt fratrum filij. §. j. coll. ix.* 2. Vel dic, quod dicitur in authent. in stirpes diuidi, verum est quando cùm aliis scilicet patruis vocãtur nepotes: aliàs in capita, vt hîc.

† Vnde sistatutũ est: quòd primus, qui in trauerit castrum, habeat centum, & plures simul intrent: simulla bebunt centũ, & partientur inter se, per hunc text. *Angel. Per.*

z ¶ *In capita.* contrà, *supr. tit. j. in fin.* Solut. ibi de descendentibus loquitur: hîc de collateralibus. Accurs. *vide gloss. j. §. huiusmodi. in auth. de hæred. ab intesta.*

b Filii fratris succedũt cum patruo: & in stirpes fit diuisio.

† Æqualiter, & sic per capita.

c Id est, quando succedunt nepotes siue patruo superstite. ratio; quia æqualiter distant à defuncto: ergo æqualiter debẽt succedere, vt *infr. §. si plures.*

y ¶ *Sed in capita.* Inter ipsorum fratrum filios, nullis aliis concurrentibus: quod à Iustiniano abolitum non est. Cviacivs.

a ¶ *Si plures sint.* sic *in auth. de hæred. ab intestat. ve. § si verò neque fratres. coll. ix. & ff. de suis, & legiti. hæred. l. ij. §. hæreditas.*

b ¶ *Habetur* hoc corrigitur: *vt sup. dixi per authen. cessante.* Accvrs.

c ¶ *Vsa lex xij. tab.* In vet. lib. non est, xii. sed intelligitur tamen. Cviacivs.

c ¶ *Proximus.* sic *suprà, tit. j. §. cùm autem.*

d ¶ *Quæritur.* sic *supr. eo. §. sunt autem. versicu. non tamen.*

e ¶ *Tunc enim.* scil. cùm non aditus hereditas ex testamento.

f ¶ *Longo tempore.* id est post mortem.

g ¶ *Placebat.* sci. ex leg. xij. tabularum.

a ¶ *In eo genere.* sc. iure successionis.
b ¶ *Successionem non esse.* id est successorium edictum inter agnatos locum non habere: scilicet de persona in personam: sed inter cognatos sic: vt infrà sequitur: *vt ff. de succ. edic. l. j. §. quibus.* sed de ordine in ordinem: seu de capite in caput sic [a], vt de liberis in agnatos, de agnatis in cognatos, & post in virum, & vxorem, vt sequitur: *vt ff. si tab. testa. nul. ex. l. j. respons.*
c ¶ *Nihilo magis.* id est non ideò magis.
d ¶ *Sed nos.* loquitur Iustinianus.
e ¶ *Protulimus.* scil. in Græco.
f ¶ *Cùm satis.* ratio prima.
g ¶ *Apertum est.* sc. successorium edictum de persona in personam.
h ¶ *Maximè.* ratio secunda.
i ¶ *Gradu.* agnatorum.
k ¶ *Ad legitimam.* est enim filius agnatus patri proximus: *vt ff. de suis, & legitim. l. filius,* quod ius non tollitur per capitis deminutionem, sicut neque inter fratres: *vt hic, & Cod. de legi. tuto. l. iiij.* ACCVR. ADDITIO. Quamuis tamen pater succedat filio ab intestato, & sic secundùm tacitam eius voluntatem: *vt l. conficiuntur. ff. de iure codi.* non tamen contra voluntatem si ab ipso filio aliquid, vel tantum acceperit, quod satis sit ad legitimã. *l.* j. §. *si parens. ff. si à pa. quis fuer. ma.* de qua materia dic vt per Angel. hîc.
l ¶ *Parens.* secùs econtrà: *vt supr. tit.* j. §. *emancipati* [b].
m ¶ *Qui contracta fiducia.* Fiducia est redhibẽdi, aut reuẽdendi lex vẽditioni apposita. Igitur in emancipatione filij, tunc pater contrahit fiduciam, cùm vendit eum interposita reuendendi, aut remancipandi fide; atque ea re quidem is, qui ea conditione emit, pater dicitur fiduciarius. Hanc verò legẽ pater naturalis interponit, vt sibi ex ea filius reuendatur, atque ita à se manumittatur, & per manumissionem vt sibi iura legitimæ successionis adquirãtur. *auctore Caio lib. 1. Instit.* alioquin manumissione emptor legitimus fieret: fiducia igitur lex est redhibendi, aut reuendendi: *vt in l. 2. C. de pact. inter empt. & vend.* vel empti serui manumittendi: *vt in l. 4. §. si ab ignoto. ff. de manumiss. l. 3. ff. de obseq. à lib. præst.* Lex denique commissoria exemplum est fiduciæ, id est, fiduciariæ emptionis, aut fiduciarij pignoris: & ideò Paul. *li. 2. sent. sub tit. de lege commiss.* non nisi de fiducia, & actione fiduciæ tractat. Cæterùm hodie fiduciaria emptio rectè fit, id est, sub lege commissoria, non etiam fiduciarium pignus. *l. vlt. C. de pact. pig.* quod tamen ante eam constitutionem & ex Cicerone, & ex Paulo, & ex Isidoro æquè probatum fuisse constat. CVIACIVS.
n ¶ *Constitutione.* vt *C. de emancipa. lib. l. fin.*
β ¶ *Omnino.* Vet. *omnimodò.* Ergò ex constit. Iustiniani inter legitimos vocantur, qui non contracta fiducia emancipauerunt. & superuacua est bon. poss. Vnde decem personæ. CVIAC.
n ¶ *Contracta fiducia.* sic dicendo: ius succedendi in bonis tuis mihi reseruo. vel etiam sic: emancipo te contracta fiducia.
ν ¶ *Apud veteres.* Libri scripti, *apud antiquos.* CVIAC.
o ¶ *Non aliter* [c], quod non erat rectum: *vt ff. de reg. iuris. l. secundùm naturam. & supr. de legi. patro. tute. in fi. & infr. de empt. & ven. §. cùm autem circa medium.* Nam qui sentit incommodum, sentire debet commodum: vt dicunt iura superiùs allegata, & ecõuerso. non est enim ferendus, qui lucrum amplectitur: onus autem subire recusat. *C. de cad. toll. l. vnic. §. pro secundo. in fine.* habent canonistæ regulam iuris, qui sentit onus. *de regu. iur. in vj.*
p ¶ *Manumisisset.* id est eman cipasset: *sic ff. quando act. de pe. est an. l. j. §. alienatio.*

a Nota pro euidentia quod caput, siue ordo est generalius, & sunt quatuor, vnde liberi, vnde cognati, & vnde vir & vxor, & vnũquodque ipsorum continet sub se plures gradus, puta in vnde libe. sunt primo filij: secundo nepotes: tertio pronepotes: & sic de ceteris: & codẽ modo in quolibet capite.

a Hæc Glos. etiam non est Accursij.

† Vnde sistotutũ est: quòd primus, qui intrauerit castrum, habeat centum, & plures simul intrent: simul libebunt centũ, & partientur inter se, per hunc textum, *ff. Pr.*

b Filii fratris succedũt cum patruo: & instirpes sic diuisto.

† æqualiter, & sic per capita.

c Id est, quando succedunt nepotes sine patruo superstite. ratio, qa æqualiter distant à defuncto: ergo æqualiter debẽt succedere, vt *infr. §. si plures.*

b Erat ratio diuersitatis: quia pater multum conferebat filio per emancipationem, te exspoliando priuilegiis patriæ potestatis: id eò in recompensationem admittebatur ad eius hæreditatem, *Angel.*

c Hæc Gl. non est Accurs. sed additio.

DE SENATVSCONSVLto Tertylliano.
TITVLVS III.

Lege duodecim tabularum mater non succedebat filio ab intestato, nec econtrà filius matri: sed ex constitutione senatusconsulti Tertylliani, si ingenua tres, libertina quatuor liberos enixa fuerat, illis ab intestato succedebat. Aret.

Annota, Filiam etiam nuptui datam in paterna semper residere potestate.



EX duodecim tabularum ita stricto iure vtebatur, & præponebat [q] masculorum progeniem [r]: & eos, qui per fœminini sexus necessitudinem [s] sibi iunguntur, adeò expellebat, vt ne quidem inter matrem, & filium [t] filiamve vltrò, citróque hæreditatis capiendæ ius daret [†]: nisi quòd prætores ex proximitate cognatorum eas personas ad successionem, bonorũ possessione, *Vnde cognati,* accommodata, vocabant. 1. ¶ Sed hæ iuris angustiæ [u] posteà [x] emendatę sunt. Et primus quidem diuus Claudius matri ad solatium liberorum amissorum [y] legitimã eorum [z] detulit hæreditatẽ. 2. ¶ Posteà autẽ senatusconsulto Tertylliano, quod diui Hadriani [ð] tẽporibus factũ est, plenissimè de tristi [†] successione matri: non etiã auiæ [ϰ] deferendæ cautũ est: vt mater ingenua [ζ] trium liberorũ [b] ius habens, libertina

DE SENATVSconsulto Tertylliano.

a Continuatio

Post [a] *agnatos, de quibus suprà, succedunt cognati. ideò sequebatur videre de cognatis. Verùm licèt mater, & filius sint cognati: tamen ex speciali prouisione sibi adinuicem vt agnati succedunt:* vt suprà, de succe. cogna. in princip. *ideò post alios agnatos ante cognatos ponit de successione matris ad filium. & econtrà.* Aret. *Differentia huius tituli, & sequentis notari potest in his versibus: Matri dat mœsta geniti bona Tertyllianum. Fili maternas tibi res dabit Orficianum.*

b Diuisio.

Ex duodecim.] Totus iste [b] titul[s] diuiditur in quinque partes. Primò quòd ex leg. xij. tabul. mater ad hæreditatem filij, & econtrà non admittebatur. Secundò, qualiter admittebatur ex senatusconsulto Terty. Tertiò quæ personæ præponebantur tunc matri. Quartò, cõstitutionem Tertylliani remouet. Quintò, remouet alias constitutiones. Secunda ibi; *Et primus.* Tertia ibi; *Præseruntur.* Quarta ibi; *Sed nos.* Quinta ibi; *Sed cùm antea.*

† *al.* daretur,

q ¶ *Præponebat.* impropriè [c]. nam cognatos nullo modo vocabat, vt sequitur.

c Nam propriè non dicitur præponi illi, quod non sequitur: quamuis propriè proximus dicatur, quem nemo sequitur: *vt ff. vnde cogna. l. j. §. prox.* Angel.

r ¶ *Masculorum progeniem.* id est agnatos: *vt supr. tit. j. in prin.*
s ¶ *Necessitudinẽ.* id est cognationem. nam dicuntur cognati necessarij: *vt ff. de iust. & iur. l. fi.*
t ¶ *Matrem, & filiũ.* qui adinuicẽ sunt cognati: *vt j. de suc. cogn. §. vulgò.*

† Successio liberorũ est tristis. *Aegid. Per.*

u ¶ *Iuris angustia.* ¶ No. d ius dici angustiosum, aliàs iniquum dicitur: *vt infr. de succ. lib. in prin. & ff. quod quisque iur. l. iij. in princ.*
x ¶ *Posteà.* post legem xij. tabularum, & per diuum Claudium, & per senatusconltum Tertyl. vt sequitur.
y ¶ *Amissorum.* s. in acie principis: *vt arg. ẽ. de exc. tut. in prin.* 2. Vel dic q; generaliter statuit: *vt C. de inoffi. test. l. liberi.* prima verior est.
z ¶ *Eorum.* scilicet filiorum.
ð ¶ *D. Hadriani.* Id est, D. Pij. Tertullo, & Sacerdote Coss. *sic in l. accepti s. ff. ad leg. Falcid. l. deducta. §. nummis. ad Trebel. coniuncta l. in quartam. ad leg. Falc. sic in l. si de vi. de iud. coniuncta l. 1. de vi pub.* sic epistola D Hadriani de diuidenda actione ex stipulatu, vel mandati: id est, D Pij, *l. si testamento §. quòd si duo. ff. de fideiu.* quam appellationem D Pius sortitus est adoptionis iure, *sic l. 3. si pars hære. pet. & l. 3. de sepul. viol.* CVIAC.
ϰ ¶ *Auiæ.* etiam hodie auia succedit: sicut mater; *vt in authent. de hære. quæ intesta. §. consequens. coll. ix.*
ζ ¶ *Non etiam auiæ.* Vt ex constitutionibus nepos, neptísve auiæ succedit: ita miror cur ante Iustinianum non extiterit constitutio aliqua, quæ auiæ mutuam successionem daret. CVIAC.
ζ ¶ *Mater ingenua.* Ingenua vel ciuis, vel Latina ius Quiritium consecuta: item libertina. Latina ingenua, & Latina Libertina nõ consecuta ius Quiritium ex S. C. Tertulliano non succedit auctore Paul. *lib. iiii. Sentent.* Latina ingenua est, quæ nata est ex Latinis libertinis. CVIAC.
b ¶ *Trium liberorum.* id est tres habens filios: non autem in potestate

d Ius quandóque dicitur iniquum.

ſtate: *vt ſupr. de adopt. §. fœmina.* quos tres habere videtur, etiamſi tergeminos peperit: ſecundùm Ioann. *vt ff. de verborum ſignifica. l. ter enixa.*

a ¶ *Filiorum.* quod dic; *vt ſupr. de hæred. quæ ab inteſta. §. j. & ij. & §. emancipati. & §. diui.*

b ¶ *Parentis ſit.* ſcil. mater. ¶ Et ita non de [a] iure Romanorum vxore alicuius eſſe [b] in poteſtate parentis, non mariti, niſi [c] quo ad debitum carnis. (aliud de iure Longobardorum: *vt hic, & C. de condi. inſer. l. ſi vxor tua, & in Longobarda qualiter mulieri alienare permiſſum ſit. l. j.*) Tenetur tamen operari viro vxor: *vt l. ſicut. cum ibi notatis. ff. de oper. liberorum.*

a Vxor iure ciuili non erat in poteſtate mariti: ſed patris.

b Et ideò non poteſt teſtari, nec codicillari, etiam cum conſenſu patris, vt per Angel. ¶ Hæc triplex differentia ſublata eſt per §. *ſed nos infrà. eod.* Aegid. Per.

c Vxor iure ciuili in poteſtate mariti duobus caſib. fuit, *vt hic.*

ç ¶ *Iuſſu.* ſcil. iure antiquo, cùm quælibet hæreditas patri per filium quæreretur: *vt ff. de acq. hæred. l. qui in aliena. in prin.* Sed hodie in ſola profectitia, non aduentitia, ſcilicet exigitur iuſſus: *vt Cod. de bon. quæ liber. l. fin. §. ſiue econtrario.* ADDITIO. Nota quòd in profectitiis iuſſus hodie nō eſt correctus: ſed neceſſarius vt olim. Idem not. glo. in *fin. §. j. Cod. de bon. quæ libe.* Angel.

d ¶ *Liberi.* etiam adoptiui: & ita demùm ſi ipſi ſuccedere velint: *vt ff. eo. l. ij. §. liberi. & §. ita demùm.* ACCVR.

e ¶ *Defuncti.* ſci. filij: de cuius hæreditate nunc agitur.

quatuor, ad bona filiorum [a], filiarúmve admittatur inteſtato mortuorum, licèt in poteſtate parentis ſit [b]: vt ſcilicet, cum alieno iuri ſubiecta eſt, iuſſu [c] eius adeat hæreditatem, cuius iuri ſubiecta eſt †.

Filij defuncti excludunt matrem vſque in infinitum. Idem in patre, & fratre: qui etiam matrem excludunt. Soror autem defuncti vnà cum matre admittitur. Aret.

3. ¶ Præferuntur autem matri liberi [d] defuncti [e], qui ſui ſunt [ɑ], quíve ſuorum [f] loco ſunt, ſiue primi gradus [g], ſiue vlterioris [h]. Sed & filiæ [i] ſuæ [β] mortuæ filius, vel filia præponitur [k] ex conſtitutionibus [γ] matri defunctæ [l]; id eſt auiæ ſuæ. Pater [m] verò vtriuſque [n]; non etiam auus, & proauus matri anteponitur; ſcilicet cum inter eos [o] ſolos de hæreditate agitur. Frater autem conſanguineus tam filij, quam filiæ excludebat [p] matrem: ſoror autem conſanguinea pariter cum matre [q] admittebatur [r]. Sed ſi fuerant frater, & ſoror conſanguinei, & mater liberis [s] onerata, frater quidem matrem excludebat: communis autem erat hæreditas ex æquis partibus fratribus, & ſororibus.

Abiecta antiqui iuris impietate, hoc iure vtimur: vt quæcunque matres (etiamſi ter enixæ non fuerint) inteſtatorum filiorum ſucceſſionem excluſis agnatis conſequantur, exceptis tamen defuncti filij fratribus ex vtroque, vel altero parente natis, qui

f ¶ *Suorum.* quod dic: *vt ſuprà, de hæred. quæ ab inteſt. §. j. & ij. & §. emancipati. & §. diui.*

g ¶ *Primi gradus.* vt filij,

h ¶ *Vlterioris.* vt nepotes, & ſimiles.

i ¶ *Sed & filiæ.* quaſi dicat. non ſolùm nepos ex filio maſculo excludit matrem defuncti: ſed & nepotes ex filia.

β *Sed & filiæ ſuæ.* Filia, quæ ex S. C. Orficiano admittitur, præfertur auiæ, quam S. C. Tertyllianum vocat: quod & de nepte traditur, & proauia, *l. 1. & 4. C. de S. C. Orficiano. l. ſi matre. C. de ſuis, & legit. lib.* CVIAC.

k ¶ *Præponitur.* id eſt præfertur.

γ ¶ *Ex conſtitutionibus.* Ex S. C. Tertylliano mater vocatur, propterea quòd filia ſuus hæres non eſt, aut ſui loco. Rurſus filia ex S. C. Orficiano. Id verò diſſidium ex conſtitutionibus ſedatū, & compoſitum eſt. CVIAC.

l ¶ *Defuncta.* ſcil. filiæ.

m ¶ *Pater.* non adoptiuus: *vt ff. eo. l. ij. §. ſed neque auus.*

n ¶ *Vtriuſque.* ſc. filij, & filiæ. hoc eſt maritus huius mulieris volentis ſuccedere filio ſuo mortuo.

o ¶ *Inter eos.* ſcilic. auum, & matrem defuncti. Si autem ſit auus, & pater, & mater defuncti, præfertur auus matri, & etiam patri: *vt ff. eod. l. æquiſſimum. §. j.* ¶ Et nota quòd hìc fallit regula [d], ſi vinco vincentem, &c. *vt ff. de diuer. & temp. præ. l. de acceſſionibus. §. nam qui me.* nam auus patri defuncti præfertur: *vt ff. eo. l. æquiſſimum. §. j.* & pater matri: non autem auus ſolus præfertur matri. Sic fallit *in Authent. de æqual. do. §. his conſequens. coll. vij.* Item *in Authent. qui. mod. na. effic. ſui. §. diſcretis. in gloſ. coniuge. coll. vj.* Item *ff. qui po. in pign. ha. l. Claudius. ſic ff. de iniuſto rupt. teſta. l. pe.*

d Si vinco vincentem te, vinco te: quandóque fallit.

p ¶ *Excludebat.* ſed male hodie: *vt infr. eo. §. ſed cùm.*

q ¶ *Pariter cum matre.* Et mater filię pro dimidia: filio pro virili ſuccedebat. *l. 2. C. Th. de ſec. nupt.* CVIAC.

† Quartum ius quo mater indiſtinctè fuit cedit. *Aeg. Per.*

q ¶ *Admittebatur.* & bene: *vt infr. eodem. §. ſed cùm.*

r ¶ *Liberis.* tribus, vel quatuor: *vt ſupr. eo. §. poſteà autem.*

ſ ¶ *In Codice.* non in eo, quem habemus: ſed in primo cod. remanſit, *qua eſt, Cod. de iure delib. l. ij.*

† Fœminæ, quælibet is pro creandis ſiue. nuam nauabāt operam, olim laudabantur. *Aeg. Per.*

t ¶ *Fortuitum.* ſcilicet habere, vel non habere tot filios: cùm ex diuina gratia hoc deſcendat.

u ¶ *Peccauit.* nā ſi peccatum eſt, magis fuiſſet mariti: *vt Cod. de leg. har. l. lege xij. tabul. in fin. j. reſpon.*

x ¶ *Eum.* ſc. cui ſuccedere vult.

y ¶ *Intercepti.* aliàs interempti.

z ¶ *Conſtitutiones.* quas non habemus, ſecundū Ioan. ACCVR.

ɑ ¶ *Sed cùm anteà conſtitutiones.* Conſtantini, & aliorum, *l. 1. 2. 7. C. Th. de leg. har.* quarum ſententia hæc eſt; Vt mater quæ liberis honorata non eſt, cum agnatis filio, filiæve ex triente ſuccedat: vt quæ liberis onerata eſt, triennium aſpergat fratri cognato (nam frater agnatus matri præfertur,) vel patruo, eiúſque filio, vel nepoti, non vlterioribus. Contrà verò Iuſtinianus matrem in ſolidum hæreditatem filij vocat, niſi concurrant ſorores, quibus dimidiam partem relinquit de iure antiquo, vel fratres ſoli, aut cum ſororibus, cum quibus pro capitibus hæreditatem diuidit: nec intereſt agnati fuerint, an cognati, habuerit ipſa ius liberorum, an non habuerit. Mortuo filio emancipato, & concurrente patre mater excluditur ex S. C. Tertylliano. Rurſus pater excluditur à filiis ſuis emancipatis, fratribúſque defuncti: ſed ex conſtitut. Iuſtiniani, id eſt *l. vlt. C. ad Tertyl.* hoc caſu patri, matríque datur vſusfructus ex beſſe. Mortuo autem filiofam. frattibus emancipatis, ſororibúſque, & matri ſecundùm prædictam diſtributionem proprietas: patri vſusfructus, quo & ſuperſtite filio vſus eſt, conſeruatur. Quòd ſi fratres concurrant non emancipati, ſiue defunctus fuit emancipatus, ſiue non; bona fraterna ex conſtitutione, *l. cùm oportet. C. de bon. quæ lib. adq. & l. de emancipatis. C. de ſuis, & legit. lib.* quæ legem *vlt. C. ad Tert.* conſecuta eſt, patri adquiruntur vſusfructus iure. Æquum igitur erit concurrente matre virilem ei, aut dimidiam portionem proprietatis dari. Sed hæc omnia mirum in modum perturbantur in Nouellis Iuſtiniani.

† id eſt in cæpita.

a ¶ *Perſonis.* patruo, & filio, & nepoti patrui: *vt Cod. eod. l. fin. in fin. j. reſpon.*

b ¶ *Contrarium faciebant.* id eſt nihil dabant, niſi prædictis.

c ¶ *Viſum eſt.* vt *C. eo. l. fin.*

d ¶ *Omnibus perſonis.* etiam patri defuncti: niſi in vſufructu, & toto, quando habebat defunctum in poteſtate: aliàs in beſſem tantùm: ſed & in hoc caſu hodie etiam in totum habet: *vt Cod. eodem. l. fin. & de legit. hæred. l. de emancipatis.* Iure verò

Authent,

Authen. ascendentibus defertur æqualiter paternis, & maternis: *vt in Auth. de hæred. ab intest. §. si igitur defunctis descendentes. collat. iij.* ADDITIO Dic quòd hodie defuncto relicta matre, & sorore, vel fratre aliter succeditur: *vt Authent. defuncto. Cod. eod.* Angel.

a ¶ *Deminutione.* quæ fiebat per agnatos suprà dictos in principio. istius §.

b ¶ *Quemadmodum.* q. d. qui in [a] vno honoratur, in alio grauetur: *sic ff. de iureiur. l. eum, qui. in princip.*

c ¶ *Eam.* scilicet matrem.

d ¶ *Simul.* scilicet cum matre.

e ¶ *Sorores.* hoc casu est hodie idem, quod *in sequenti §. vt in authent. de nuptiis. §. penul. & §. & quoniam. collat. iiij.*

f ¶ *Legitima.* quia sunt sorores ex vtroque parente.

g ¶ *Cognationis.* quia sunt tantùm ex matre sorores.

h ¶ *Prospeximus.* in successione.

i ¶ *Consulere.* [f] in tutore petendo. ACCVRS. ADDITIO. Et dic petendo, scilicet intra annum, *vt hic.* Et istam opinionem dicit Angelus esse communem: & eam tenet tãquàm magis æquam, per l. *sciant. Cod. de leg. hæred.* quamuis Batt. & doct. velint quòd teneatur petere statim cùm potest, nisi fuerit impedita legitima causa: ita quòd annum non transcendat.

k ¶ *Scituris eis.* scilicet matribus negligẽtibus: aliàs non perdunt, *vt C. qui pe. tu. l. cùm à matribus.* & maioribus: aliàs similiter non perdunt: *vt C. si aduer. deli. l. ij.* [b] ACCVRS.

l ¶ *Impuberum.* aliud si puberes moriantur: *vt Cod. eo. l. matres.*

m ¶ *Vulgò quæsitus.* nisi mater sit illustris. Sic econtrà talis filius illustri matri non succedit: *vt Cod. ad Orfic. l. si qua illustris.* ADDITIO. Idem si esset natus ex damnato coitu: secùs si ex concubina etiam illustri: vt per Angel. hîc.

a Commodum sentiẽs sentiat onus.

† Quartum ius quo mater indistinctè succedit. *Aeg. Per.*

† Fœminæ, quæliberis procreandis strenuam nauabãt operam, olim landabantur. *Aeg. Per.*

† id est in cæpita.

b Et sufficit eã esse minorem tẽpore mortis mariti, etiamsi postea maior facta intra annum nõ petierit. *Angel.*

& sine vlla deminutione [a] filiorum suorum successionẽ accipere, excepta fratris, & sororis persona, siue sola cognationis iura habentes: vt quemadmodum [b] eam [c] toti alij ordini legitimo præposuimus; ita omnes fratres, & sorores, siue legitimi sint, siue non, ad capiendas hæreditates simul [d] vocemus: ita tamen, vt si quidem solæ sorores [e] agnatæ, vel cognatæ, & mater defuncti, vel defunctæ supersint: dimidiam quidem mater; alteram verò dimidiam partem omnes sorores habeant. Si verò matre superstite, & fratre, vel fratribus solis, vel etiam cum sororibus, siue legitima [f], siue sola cognationis [g] iura habentibus intestatus quis, vel intestata moriatur: in capita distribuatur eius hæreditas.

Quæ filio suo impuberi intra anni spatium tutorem petere neglexerint, ab eius successione (si intra pubertatem decesserit) prorsus sit aliena.

6. ¶ Sed quemadmodum nos matribus prospeximus [h]; ita eas oportet suæ soboli consulere [i]: scituris eis [k] quòd si tutores liberis non petierint, vel in locũ remoti, aut excusati intra annum petere neglexerint: ab eorum impuberum [l] morientium successione meritò repellentur.

Filio non tantùm legitimo: sed etiam vulgò quæsito mater succedit.

7. ¶ Licèt autem vulgò quæsitus [m] sit filius, filiáve: potest tamen ad bona eius mater ex Tertylliano senatusconsulto admitti.

DE SENATVSCONSVLto Orficiano [a].

DE SENATVSCONSVLTO ORficiano.

c Cõiunctio.

Visum [c] est titu. superiori qualiter mater succedat filiis per senatuscons. Tertyllianum: videamus nunc qualiter filij succedũt matri, quod fit per senatusconsultum Orficianum.

a ¶ *Senatusconsulto Orficiano.* Hoc senatusconsulto filius succedit matri, & quamuis matri cognatus sit, non adgnatus; matris tamẽ agnatis præfertur. Eius auctores fuêre D. Marcus, & Commodus, oratione in senatu habita, aut per candidatos recitata. *l. sacratissimi. ff. ad Tertyll.* Aliud verò eius S. C. caput refertur à Paulo *lib. iiij. sent. ad legem Caniniam.* Cassiodorus *in li. de Consulibus.* Orficio, & Rufo Coss. inquit, Impp. ne quid bonitati deesset, seueriores quasque leges nouis constitutionibus temperarunt. CVIAC.

d Diuisio.

Ex contrarium.] Totus iste titulus diuiditur [d] in quatuor partes. Primò ponit qualiter filij ad hæreditatem matris, & nepotes ad hæreditatem auiæ admittantur. Secundò nunquid capitis deminutione tale ius succedendi tollatur. Tertiò qui sunt illi filij, qui ad hæreditatem matris admittuntur. Quartò subnectit nouum casum ad materiam ab intestato. Secunda ibi, *Sciendũ est.* Tertia ibi, *Nouissimè.* Quarta ibi, *Si ex pluribus.*

n ¶ *Per contrarium.* id est econtrariò. nam *supr. tit. j.* tractatum est qualiter mater filio succedit: nunc dicit contrà. Vnde versus,

Matri succedes ô nate per Orficianum.
Intuidiam portat ecõtrà Tertyllianum. ACCVR.

o ¶ *Liberi.* strictè ponitur pro filiis tantùm: *vt inf. eo. §. j. ver. sed cum.* aliàs contrà, *vt ff. de ver. sign. l. liberorum.*

p ¶ *Matrum.* ingenuarum, vel libertinarum: *vt ff. eodem. l. j. j. respons.* Imò & ancillarum, dũmodò sit sibi facta mora in fideicom. libertate præstanda: *vt Cod. eo. l. fi.*

q ¶ *Legitima.* non quia lege duodecim tabularum daretur, imò denegabatur: *vt suprà, tit. j. in princ.* sed senatusco. dat, quod vicem legis obtinet: *vt infr. de excep. §. hæc exempli causa.*

r ¶ *Et præferuntur.* scilicet filij.

s ¶ *Consanguineis.* id est cognatis. ACCVRS. ADDITIO. Alibi exponitur, consanguineis, id est fratribus. *vt l. j. C. eod. titu.* & illa communiter tenetur. Angel.

t ¶ *Constitutionibus.* quas non habemus.

β ¶ *Posteà hoc constitutionibus.* Valentiniani, Th. & Arcadij cum deminutione certæ partis, vt dictum est in §. *item vetustas.* CVIACIVS.

u ¶ *Nepotes.* idem in aliis descendentibus ex hac linea dicam. ¶ Sed quid si nepos iste fuit cõceptus post mortem auiæ? Resp. vt *sup. de hære. quæ ab intesta. §. cùm autem.* diximus.

x ¶ *Capitis deminutione.* sci. minima. nam per alias omne ius etiã cognationis tollitur: *vt suprà, de cap. demi. §. quod autem.*

y ¶ *Regulam.* cuius tenor est hîc, & *ff. de capi. deminutio. l. tutelas. j. ref.*

z ¶ *Sed illæ solæ.* contrà, *ff. vnde li. l. fin. in fin.* Sol. Hîc dicit, solæ, vt excludat eas tantùm, quæ ex senatusconsulto deferuntur: non prætorias successiones, vt ibi.

a ¶ *Ex lege duodecim tabularum.* sic *ff. eod. ad senatusco. Tertyllian. & Orfic. l. j. §. capitis. sic ff. de suis & legi. l. capitis.*

b ¶ *Deferũtur.* Quare magis lege duodecim tabularum data hæreditas perditur per capitis deminutionem minimam, quàm senatusconsulto delata? Respon. quia illa agnatis defert, quæ agnatio per capitis deminutionem minimam tollitur: at senatusconsultum filio, qui matri est cognatus: & cognatio non tollitur per capitis deminutionem minimam: *vt supr. de leg. agna. tut. §. j.*

c ¶ *Vulgò quæsiti.* quia non habent certum patrem: *vt suprà, de nup. §. si aduersus.* multò magis in naturali tantùm: *vt Co. eo. l. pen.*

d ¶ *Hæreditatem.* scil. vnà cum legitimis, nisi erat mater illustris. tunc enim cum legitimis ab intestato non veniunt: secùs in naturalibus ex licita consuetudine procreatis: *vt C. eo. l. pen.*

e ¶ *Admitti.* Nunquid hodie succedit vulgò [b] quæsitus? Videtur quòd non: *vt in authent. quibus modis natur. effic. sui. §. vltim.* ¶ Sed tamen distingue, aut est ex tali coitu, qui possit damnari, vt incestus, adulterij, nefarij, & similis; quo casu non succedit, cùm

d An autem in correlatiuis seruetur æqualitas, vide Bar. *in l. 2. Co. de dec. libr. 11.* Angel.

† De quo, & item libelli super eo formatione, quótque itidem, vt competat, requirãtur, vide apud Rof. *eo. tit. in lib. 7. parte.*

b Ex incestuoso, adulterio, vel nefario cõcubitu nati matri non succedunt: alij vulgò quæsiti, succedunt.

† Id est quæ ex nouis legib. dantur, vt ex senatusc. Tertyl. & Orfi. & *l. tutel. in fi. ff. de cap. dim.* Aegid Per.

cùm ob hoc ipsum damnandus est: *vt in d. auth. & ff. solu. matrimo. l. si ab hostibus* a . aut non: & tunc succedit matri: vt hîc: non b patri, cùm sit incertus. nam etsi habet certum patrem naturalem, non tamen succedit ei, nisi in duabus vnciis ab intestato, non extantibus legitimis: aliàs in nihilum: *vt in auth. quibus modis nat. effician. sui. §. discretu. colla. vij.*

a De æquitate tamen canonica a paretibus sunt alendi. c. *cùm haberet. de eo, qui dy in ma. quam pol. per aui.* ex quo infert̃ do. quòd pater potest relinquere bastardis pro dote, & alimentis: sed vltrà in fraudem non relinquat, secũdùm Angelus.

b Nulli vulgò quæsiti patri succedunt.

† *In scriptis exemplaribus legitur*: & licèt antè decesserint, quàm adierint, ad, &c.

a ¶ *Si ex pluribus.* Iste §. est communis ad omnes titulos, quos in hoc tertio libro habuimus, non tantùm ad hunc titulum: & de iure accrescendi inter legitimos tantùm tractat: *vt hic, & ff. eodem. l. j. §. si nemo. & Cod. de cad. tollen. §. his ita.* Idem etiam est in his, qui de iure prætorio succedunt: *vt ff. de bonorum possessione. l. siij. in fine. & l. 4. & 5.* ADDITIO. ¶ Nota quòd *iste §. est lex ff. de suis, & legitim. heredi. & incipit*, Si ex pluribus.

b ¶ *Alia causa.* vt si defecerit cõditio, sub qua instituti erant: *vt suprà, quibus mod. testa. infir. §. posteriore.*

c ¶ *Adierint.* hîc *ff. de leg. ij. l. cùm pater. §. libertis, ibi, Cæterùm prout.*

d ¶ *Accrescit.* Sed pro qua parte? Resp. prout c erant instituti: *vt Cod. de cadu. tollend. §. his ita. & suprà, de vulga. substitutio. §. j.* ¶ Item nunquid est necesse iterùm adire? Resp. non, nisi quando ex alterius persona, putà serui, fiat mihi augmentum: *vt ff. de acquiren. hered. l. si solus. in j. respon. & in fine leg.*

e Dic quod in hæreditate pars deficiens accrescat etiã inuitis, &c.

† Legitimos id est agnatos.

† *alias*, quo.

e ¶ *Et licèt antè decesserint.* Vet. *& licèt antè discesserit, quàm adierint.* legendum tamen est *quam adcresceret.* vt in *l. si ex pluribus.* vel potiùs, *qui adierint.* CVIAC.

† Naturalis ratio; lex, atque coniunctio ergo tori semper spectanda.

† Cognatio est de iure naturali, ideò capitis deminutione non tollitur *supr. de cademi. §. quod autem.*

† Imò ex constit. Iustiniani etiam filiis. *l. vl. C. de leg. hæred.*

e ¶ *Quam accresceret.* quàm accresceret eis. 2. Vel dic, antequàm illi repudiarent, vel antequàm adirent illorum portionem: non autem antequàm suam partem adirent imò adiuerant, vt sequitur. aliàs non transmitterent olim, vel hodie: *vt Co. de cadu. toll. §. in nouissimo.* nisi in personis liberorum: *vt C. de his, qui ante apertas tabu. l. j.* ADDITIO. Hoc verum, nisi in hæreditate ascendentium ex vtraque linea, non in hæreditate transuersalium, vel extraneorum: quia non adita per liberos, ad posteritatem non transmittitur. Suus transmittit ad quoscunque, etiam extraneos; dic vt per Angel. hîc.

f ¶ *Pertinet.* scilicet augmentum supradictum, vel portio illorum.

4. ¶ Si ex pluribus a legitimis hæredibus quidam omiserint hæreditatem; vel morte, vel alia causa b impediti fuerint, quò minùs adeant: reliquis, qui adierint c, accrescit d illorum portio: & licèt antè decesserint e quàm accresceret c † ; ad hæredes tamen eorum pertinet f .

DE SVCCESSIONE cognatorum.

TITVLVS V.

Vbi defuncto neque suus hæres, neque agnatus superest: tunc proximiores cognatos: id est per fœminas oriundos, ad successionem vocat prætor: in quorum numero sunt emancipati agnati: solis tamen fratre, & sorore demptis.

POst suos g hæredes, eosque, quos inter suos hæredes prætor h, & constitutiones i vocant: & post legitimos † (quorum † in numero sunt agnati k, & hi l, quos in locum agnatorum tam supradicta senatusconsulta m, quàm nostra erexit constitutio n,) proximos o cognatos prætor vocat.

1. ¶ Qua parte naturalis † cognatio P † spectatur. Nam agnati capite deminuti, quique ¶ ex his progeniti sunt, ex lege duodecim Tabularum inter legitimos non habentur q: sed à prætore tertio ordine r vocantur: exceptis s solis tantummodò fratre, & sorore emancipatis, non etiam liberis ß † eorum, quos u lex Anastasiana x cum fratribus integri iuris y constitutis, vocat quidem ad legitimam fratris hæreditatem, siue sororis: non æquis tamen partibus; sed cum aliqua deminutione z y, quam facile est ex ipsius constitutionis verbis colligere. Aliis verò agnatis inferioris gradus, licèt capitis deminutionem passi non sunt: tamen anteponit eos a & procul dubiò cognatis b.

Transuersales per lineam fœmininam, & liberi in alterius familia adoptiua existentes vocantur ex isto ordine. Aret.

2. ¶ Eos etiam c, qui per fœminini sexus personas ex transuerso cognatione iunguntur, tertio gradu d proximitatis nomine e prætor ad successionem vocat.

3. ¶ Liberi c quoque, qui in adoptiua familia sunt, ad naturalium parentum hæreditatem hoc eodem gradu f vocantur.

Vulgò quæsitus non habet agnationem: sed cognationem: ideò succedit matri, & aliis ex sua linea descẽdentibus isto ordine. Aret.

4. ¶ Vulgò quæsitos, nullos habere agnatos manifestũ est: cùm agnatio à patre, cognatio à matre sit: sii autem nullum patrem habere intelliguntur. Eadem ratione inter se quidẽ possunt videri consanguinei esse: quia consanguinitatis ius, species est g agnationis. Tantum ergo cognati sunt sibi h, sicut

a De æquitate tamen canonica a paretibus sunt alendi. c. *cùm haberet. de eo, qui dy in ma. quam pol. per aui.* ex quo infert̃ do. quòd pater potest relinquere bastardis pro dote, & alimentis: sed vltrà in fraudem non relinquat, secũdùm Angelus.

b Nulli vulgò quæsiti patri succedunt.

† *In scriptis exemplaribus legitur*: & licèt antè decesserint, quàm adierint, ad, &c.

† Naturalis ratio; lex, atque coniunctio ergo tori semper spectanda.

† Cognatio est de iure naturali, ideò capitis deminutione non tollitur *supr. de cademi. §. quod autem.*

† Imò ex constit. Iustiniani etiam filiis. *l. vl. C. de leg. hæred.*

i ¶ *Constitutiones. vt supr. de hæred. qua ab intesta. §. quibus. versicul. nec non. & §. item vetustas. versi. diui.*

k ¶ *Agnati. vt suprà, de legit. agn. suc. in princ.*

l ¶ *Et hi.* scilicet qui sunt de numero legitimorum.

m ¶ *Senatusconsulta. vt suprà, proximis duobus titulis.*

n ¶ *Constitutio. vt §. de leg. agna. suc. §. hoc etiam.*

o ¶ *Proximos.* sc. quos a nemo cognatus antecedit: vel præcedit:: siue vnus sit, siue plures.

a Proximus est, quem nemo antecedit.

¶ Et inspicitur b quis proximior sit eo tempore, quo bonorũ possessio defertur: *vt ff. eod. vnde cogn. l. j. §. proximus. & §. gradatim.*

b Proximus consideratur eo tempore, quo bonorum possessio defertur.

p ¶ *Cognatio.* Nunquid ergo inter seruos datur hæc bonorum possessio? Respon. etiam si fiat postea liber, non datur: *vt ff. eod. vnde cogna. l. j. §. pertinet. & l. is, qui.*

¶ Sed nunquid adoptiuis; quia non videtur ibi naturalis causa? Resp. sic: quia quib. agnascitur, & cognascitur: *vt ff. eodem. vnde cognat. l. j. §. cognationem.* ACCVRS.

ADDITIO. Sed hoc non obtinet iure nouo: Vide suprà, *de hæred. qua ab intest. §. at hi qui. versicu. post mortem. in fin.*

q ¶ *Quique.* breue debet esse illud, *que.*

r ¶ *Non habentur.* vt *suprà, titul. j. §. sciendum.*

f ¶ *Tertio ordine.* nam sunt quatuor c ordines succedendi: *vt ff. si tabulis testament. nulla extat. l. j.*

c Succedendi quatuor sunt ordines.

t ¶ *Exceptis.* nam istî inter legitimos numerantur.

ß ¶ *Non etiam liberis.* Imò ex constitut. Iustiniani etiam filiis, *l. vl. C. de legit. hæred.* CVIAC.

u ¶ *Quos.* scil. fratres emancipatos, & sorores. ACCVRS.

x ¶ *Lex Anastasiana.* quam nõ habemus: sed de ea habetur mentio, *Co. de leg. aut. l. iij. de leg. hæred. l. fi. §. j.* ACCVRS.

y ¶ *Integri iuris.* id d est non emancipatis.

d Integri iuris, pro non emancipato.

z ¶ *Deminutione.* tertiæ partis fortè.

y ¶ *Cum aliqua deminutione.* Vt ecce si vnus sit frater integri iuris: alter emãcipatus: integro datur bes, deminuto triẽs. si duo sint emancipati, vnus integri status, huic semis, illis singulis quadrãs. si duo integri, vnus deminutus, huic sextãs duella, & duellę quarta pars, illis dodrãs duella, & alterius duellę reliquũ. Semper enim id exigimus, vt singuli integri duab. partib. amplius habeant, quã emãcipatus. sed hæc deminutio à Iustin. sublata est. CVIACIVS.

a ¶ *Eos.* sc. fratres emancipatos. ACCVRS.

b ¶ *Cognatis.* scilicet anteponit: & sic vocantur cum frattibus: & agnatis, & cognatis vlterioribus præferuntur.

c ¶ *Eos etiam.* non solùm agnatos capite minutos: vt suprà.

d ¶ *Tertio gradu.* scilicet cognationis.

e ¶ *Proximitatis nomine.* Hoc e proprio nomine cognatio naturalis significatur: namque in ea sola proximitas spectatur. In suorum, in agnatorum ordine, non quis sit proximior; sed quis suus, quis agnatus spectatur: ac sæpè fit vt proximiorẽ suus, vel agnatus excludat. *§. repetitis. §. vli. infrà, tit. proxi.* CVIAC.

e Proximitas pro cognatione naturali.

e ¶ *Liberi.* vt §. *de hæred. qua ab intest. §. admonendi.* ADDITIO. Dic, hodie immutatum est: vt habetur, *C. de adopt. l. pen.* Angelus.

f ¶ *Eodem gradu.* sc. tertio, putà cognationis.

g ¶ *Species est.* nam agnatio genus f est Consanguinitas g est illa, quæ inter fratres tantùm est: *vt ff. de suis, & legiti. l. ij. j. respon. & supr. de leg. agn. succes. §. j.*

f Consanguinitatis ius, est species agnationis.

g Consanguinitas est inter fratres tantùm.

h ¶ *Cognati sunt sibi. sic ff. eo. l. si spurius.*

d Diuisio.

e Sui hæredes aliis omnibus præferuntur: eorum prior habetur ratio in succedendo.

DE SVCCESSIONE COGNATORVM.

Continuatur per ipsum textum in principio ad præcedentia. Vel sic, & clarius: Quia suprà de successione suorum, & agnatorum dictum est; & quia post illos vocantur cognati. ideò sequitur de successione cognatorum.

POst suos d] Totus d iste tit. diuiditur in tres partes. Primò quando cognati admittantur, & quo iure. Secũdò qui sunt cognati. Tertiò vsque ad quorum gradum cognati, & agnati admittuntur. Secunda ibi; *Qua parte.* Tertia ibi; *Hoc ideo.*

g ¶ *Suos.* vt e *supra, de hæred. qua ab intesta. §. j. & infrà, de serui. cogn. §. j.*

h ¶ *Prætor.* vt *supr. de hæred. qua ab intest. §. emancipati.*

Itaque

a ¶ *Itaque omnibus.* inter ſe, & cum matre: *vt ff. vnde cogna. l. hac parte.*

a ¶ *Sicut & matri cognati ſunt.* Vet. *ſicut ex matre cognati.* Senſus hic eſt, eos inter ſe cognatos eſſe, ſicut & illis, qui per matrem coniunguntur, cognati ſunt. Agnati ſunt ex patre cognati: Cognati ſunt ex matre cognati. CVIAC.

b ¶ *Hoc loco.* iſte §. cõmunis eſt ad totum iſtum titulum, & illum *ſuprà, de legit. agna. ſucceſſ. ſic ſuprà, tit. j. §. fin.*

c ¶ *Legitimis.* ſ. agnatis.

d ¶ *Proximitatis.* i. [a] cognationis.

e ¶ *Prator.* cautè tacet hîc de iure ciuili nã cognati de iure ciuili non vocantur. ACCVRS.

f ¶ *Vſque ad ſextum.* imò videtur quod vſque ad quintum tãtùm vocentur tam agnati, quàm cognati: *vt ff. de vetera. mil. ſuc. l. ij. §. fi.* Sed reſpon. illa etiam in caſtrenſibus loquitur, hæc in aliis. 2. Vel dic quòd ibi ita erat de facto. ſc. quidã in quinto gradu. & ita factũ narrat. ADDITIO [b] Dic q̃ prima ſolutio probatur, & obſtat in duobus quo ad agnatos: ſed ibi ſpeciale: quia ius priuilegiatum, quod non trãſit: ſicut ius commune. Angel.

β ¶ *Vſque ad ſextum.* Et ideò Vlp. *in tit. de ſol. capac.* ſi cognati inter ſe coierint vſque ad ſextum gradum. & Pap. *in l. 8. vnde cog.* Octaui gradus agnato deferri bon. poſſeſſ. vnde legitimi, etiam ſi lege hæres non extiterit, vt putà ſi hæreditatẽ non adierit, aut ſe pro hærede non geſſerit: eidem vt proximo cognato non dari, vnde cognati, etiam ſi ſe pro hærede geſſerit. nam vltra ſextum gradum ne agnatis quidem ipſis, qui etiam hæredes extiterint, quaſi cognatis bon. poſſ. defetri poteſt. CVIAC.

g ¶ *Ex ſeptimo.* ſubaudi qui ſunt.

h ¶ *Natæve.* ſed nunquid ſunt alij in ſeptimo gradu: Reſpõ. multi & alij eſſe poſſunt: vt colligitur *infrà tit. j. §. ſexto.* Item & quare magis hi vocantur, quàm alij in ſeptimo gradu? Reſpon. quia hi reſpiciunt inferiùs lineam tranſuerſalem, alij omnes ſuperiùs: *vt arg. ff. vnde lib. l. ſcripto. in fi.* ¶ Sed nunquid corrigitur hodie diſtinctio huius § *per Auth. de hære. ab inteſt. §. j. colla. ix.* vbi nulla inter agnatos differentia fit? P. dicit omnes in infinitum ſuccedere, & ſic corrigi quòd hîc dicitur. Nos omnes vſque ad decimum gradum vocamus: non autem trahimus agnatos ad cognatos, cùm extendere ſucceſſionem debeamus: id eſt, velimus: *vt infrà, de bonorum poſſeſſion. §. adhuc.* ar. contrà, *C. de pact. con. l. lege.* [c] *& in Auth. de nup. §. deinceps. coll. iiij.* ADDITIO. Quod dictum eſt, patet in *Auth. in ſucceſſione, & C. de ſuis, & leg.*

& matri cognati ſunt [a]. Itaque omnibus [g] iſtis ex ea parte competit bonorum poſſeſſio, qua proximitatis nomine cognati vocantur.

Agnati ad decimum vſque gradum: cognati verò in ſextum, ad hæreditates ex inteſtato admittuntur.

6. ¶ Hoc loco [b] & illud neceſſariò admonendi ſumus, agnationis quidem iure admitti aliquẽ ad hæreditatem, & ſi decimo gradu ſit: ſiue de lege duodecim Tabularum quæramus, ſiue de edicto, quo prætor legitimis [c] hæredibus daturum ſe bonorum poſſeſſionem pollicetur. Proximitatis [d] verò nomine his ſolis prætor [e] bonorum poſſeſſionẽ promittit, qui vſque ad ſextum [f] & gradum cognationis ſunt, & ex ſeptimo [g] à ſobrino, ſobrináque nato, natæve [h].

DE GRADIBVS COGNATIONVM [γ].

TITVLVS VI.

Quò huiuſce tituli perfectam notitiam, verámque graduum cognitionem intus, & in cute oculari quadam inſpectione aſſequaris, ad cuiuſdam arboris figuram, quæ non abre hîc inſeritur, accurrito. Ad hæc, ſi quid ſit cognatio, quid gradus, quid linea, quid affinitas, ac plurium denique vocum ſignificationes ſcire cõcupiſcas, ampliſſimus de gradibus affinitatis tractatus ex Pandectarũ triceſimooctauo libro decerptus, omnia egregiè tibi ſuppeditabit.

HOc loco neceſſarium [i] eſt exponere quemadmodum gradus cognationis numerentur. Quare in primis admonendi [l] ſumus, cognationem aliam ſuprà numerari: aliam infrà: aliam [m] ex tranſuerſo, quæ etiam à latere dicitur. Superior cognatio eſt parentum, inferior liberorum, ex tranſuerſo fratrum, ſororúmve, & eorum, qui quæve ex his generantur: & cõuenienter patrui, amitæ, auunculi, materteræ. Et ſuperior quidem, & inferior cognatio à primo gradu incipit: at ea, quæ ex tranſuerſo numeratur, à ſecundo [n].

Ponit perſonas primi gradus tam aſcendendo, quam deſcendendo.

1. ¶ Primo gradu eſt ſuprà, pater, mater [o]: infrà filius, filia [p].

Auus, & aliæ perſonæ hîc enumeratæ, ſunt in ſecũdo gradu. Aret.

2. ¶ Secundo gradu ſuprà auus, auia: infrà nepos, neptis: ex tranſuerſo [q] frater, ſoror.

Proauus, & aliæ perſonæ hîc poſitæ, ſunt in tertio gradu cognationis. Angelus.

3. ¶ Tertio gradu ſuprà proauus, proauia: infrà pronepos, proneptis: ex tranſuerſo [r] fratris, ſororíſque filius, filia & conuenienter patruus, amita, auunculus, matertera. Patruus [s] eſt frater patris, qui Græcè πατρῶος appellatur.

Auunculus eſt frater matris, qui apud Græcos μητρῶος dicitur: & vterque promiſcuè θεῖος appellatur. Amita [t] eſt patris ſoror: matertera verò matris ſoror. vtraque promiſcuè θεία appellatur, vel apud quoſdam τίτθις.

Qui diſtat à ſtipite per tres perſonas, vel gradus, tam in linea aſcendenti, quàm deſcendenti, directè eſt in quarto: ſed in linea tranſuerſali, ſi diſtat per duas perſonas. Aret.

4. ¶ Quarto gradu ſuprà abauus, abauia: infrà abnepos, abneptis: ex tranſuerſo fratris, ſororíſque nepos [u], neptis, & cõuenienter patruus magnus [x], & amita magna: id eſt aui frater, & ſoror: itẽ auũculus magnus [x], adiungitur, facit alium gradũ, ad ſimilitudinẽ feneſtræ: quia neceſſario ad perficiendũ vnam feneſtram requiruntur duę columnæ: poſteà vnaquęq; colũna ſuperaddita facit aliã feneſtrã. Ang.

DE GRADIBVS COGNATIONVM.

Quoniam in ſuccedendo admittitur, qui eſt proximior in gradu: vt comprehendatur quoto gradu quis ſit, ponitur iſte tit. Aretin.

Inſtitut.

γ ¶ *De gradibus cognationum.* Vet. libri, *De gradibus cognationis*, & ideò *infrà, Agnationis quoque gradus*, inquit. CVIAC.

De loco.] Iſte titu. diuiditur in plures partes. Primò continuat materiam. Secundò incipit dinumerare gradus. Tertiò dat vnam regulã generalem in gradibus ad cognatos. Quartò ponit quo modo numerentur gradus agnatorum. Secunda ibi; *Quare in.* Tertia ibi; *Hactenùs.* Quarta ibi; *Agnat.*

i ¶ *Neceſſarium.* Sed [a] quid ad nos de his? Reſpon. propter hæreditates, quæ per gradus deferũtur: & tutelas, & propter teſtimonia non dicenda: *vt ff. eo. de gradib. affi. l. iuriſconſultus.*

k ¶ *Gradus.* quid ſit, dic: *vt j. eo. §. hactenùs.*

l ¶ *Admonendi.* ſic *ff. eo. de gra. affin. l. j.*

m ¶ *Aliam.* Cõtrà. hæc ſuperflua videtur: *vt ff. e. l. ſtemata.* Sol. ibi in directa linea tantũ loquitur: hîc in indirecta.

n ¶ *A ſecunda.* Sed [b] quare non à primo? Reſpon. cũ ego patri meo ſim in vno gradu, & ipſe pater fratri meo in alio: ſumus ergo in duobus grad. ego cũ fratre, facto aſcenſu ad patrẽ quaſi per quendã gradũ: *vt ff. eo. l. iuriſconſultus. §. gradus* [c]. ſed nullus ex tranſuerſo proximior fratre inuenitur: ergo nõ poteſt inueniri primus gradus à latere: *vt hic, & ff. eod. de gra. affi. l. j. in prine.*

o ¶ *Pater, mater.* Si pater eſt mihi in primo, & ego ſibi in alio primo: ergo ſumus in duobus? Rn. non ſequitur. nã ſum ei in primo, ita quod in eodem. & inter me, & ipſum vnũ tantũ gradũ facimus ad ſimilitudinẽ feneſtræ: nam duæ colũnæ ex laterib. vnã faciunt feneſtram: tertia autẽ adiecta fiet alia feneſtra. & ita in gradu perſona adiecta etiam vna deinceps facit gradum: *vt j. eodem. §. hactenùs.*

p ¶ Not. hanc Gloſſ. quòd ad faciendum vnum gradũ primũ, non ſufficit ponere vnã perſonam: ſed duæ perſonæ primæ faciunt vnũ gradum: quo primo gradu facto ex duobus perſonis, vnaquæque perſona ſola, quæ poſteà adiungitur, facit alium gradũ, ad ſimilitudinẽ feneſtræ: quia neceſſario ad perficiendũ vnam feneſtram requiruntur duę columnæ: poſteà vnaquęq; colũna ſuperaddita facit aliã feneſtrã. Ang.

q ¶ *Filius, filia.* qui licèt multi ſint: omnes tñ ſunt patri in primo: inter ſe autẽ in ſecũdo: *vt ff. de gra. affi. l. iuriſconſultus. §. trãſeamus.*

r ¶ *Ex tranſuerſo.* nunc de hoc gradu incipit: cùm [d] nemo ex hoc ordine in primo gradu inueniatur: *vt ff. eod. l. j. in prine.*

s ¶ *Ex tranſuerſo.* No. cautè quòd etiam illi [e], qui ſunt ex trãſuerſo, diuiduntur in ſuperiorẽ & inferiorem lineam: & ſic reperies in ſequentibus gradibus, & quãdóque in parentibus: *vt j. eo. §. iiij.*

t ¶ *Patruus.* vnde verſ. Sunt patrui, patris fratres, amitæque ſorores: Frater auunculus eſt, ſoror eſt matertera matris.

u ¶ *Nepos.* hoc inferius reſpicit.

x ¶ *Patruus magnus.* hoc refertur ad ſuperiorẽ lineã trãſuerſalem.

y ¶ *Auunculus magnus.* Hoc [f] autem conſtat, quòd qui eſt mei patris

a Proximitas pro cognatione.

b Hîc colligi poteſt ex verbis Gloſ. quòd non liceat ducere argumentum ab enunciatiuis verbis legis: quod ſæpè accidit: vt habetur in *l. ex his. C. de teſtam.*

c Succedendi quatuor ſunt ordines.

a Proximus eſt, quem nemo antecedit.

b Proximus conſideratur eo tempore, quo bonorum poſſeſſio defertur.

d Integri ingenui, pro non emancipato.

e Proximitas pro cognatione naturali.

f Conſanguinitatis tui, eſt ſpecies agnationis.

g Conſanguinitas eſt inter fratres tãtùm.

e Solu. ibi maior trahitur ad minorẽ: quia conſtat partes in hoc tantùm conuenire. ad hoc ſatis conſtat de mente legis ſic ceſſionem ampliare volentis. Præterea cùm tex. hodie vocet cognatos, & agnatos: cõſtat eos cenſeri legitimos, & vt legitimos ſuccedere vſque ad decimum gradum: *vt hîc. arg. ſupra, eo. in prin.* Ang.

a Gradeum cognitio cur vtilis.

b Cognatio tranſuerſalis quare non incipit à primo gradu.

c In plano enim de iure ciuili nõ eſt gradus: & iterũ à patre deſcendi tur ad filiũ, & eſt ſecundus gradus: de iure autem cano. non aſcẽditur ad ſtipitẽ, imò per ſaltus etiã in linea plana fit cõputatio: *vt per. tng hîc, & infra, §. hactenùs.*

f Amita dicitur quaſi à me tertia, vel quia à patre meo amata ſit nam plus ſorores à fratribus, quã fratres diligi ſolent. Aegi. P. d Primus gradus nullus eſt in linea collaterali.

e Collateraliũ alij inferiore, alij ſuperiore gradu ſunt.

f Hîc dicunt Nic. & Ange. quòd filius fratris dicitur nepos, *per hunc tex. & in l. perfecta. C. de don. quæ ſub mo.* Sed hi textus nihil faciunt. dicit tamẽ Dy. quòd proprie capitur nepos pro filio filij: quãdóque & impropriè pro filio fratris: *vt in Gl. l. & in l. auũculo. ff. de donat. cau mor. tex. in 10. cap. quib. mo. feu. §. ſimiliter.* ſic Auguſtus Cæſaris nepos ex ſorore dictus eſt. *Aegi. P.*

f Patrui, & auunculi magni quemadmodũ dignoſcantur.

patris patruus, mihi erit magnus patruus: qui meæ matris auunculus est, mihi erit magnus auunculus. ¶ Sed quid si erat patruus matris meæ, vel auunculus mei patris? Respon. Io. omnem illum mihi esse patruum, vel auunculum magnum, qui est meo patri, vel matri simplex: *vt ff. eod. de gra. affini. l. iurisconsultus. §. patruus.* & C. *de suc. edi. l.* j. Sed Ro. contrà.

æ ¶ *Amitæ tuæ filij.* At quis sit matuselis. in *l. i. ff. ad leg. Pompeiam de parricid.* dubitatur, An matertera filius? consobrini autem, & consobrinæ appellatione in ea lege continebuntur ex fratre, & sorore filij. nam & si auunculi filius mihi sit consobrinus, ego illi amitinus, vt Iustin. refert, & Paulus *lib. iiii. sent. eod. tit.* (in quo, vt hoc in transcursu dicam, error est, dum ait: *id est, auunculi, & matertera*: nam abundant hæc, *& matertera.*) possint tamē inter se amitini appellari, auctore Caio in *l. i. de grad. & adf.* & Paulo in *l. Iuriscons. eod.* & Nonio Marcello. Amitini, ait Nonius, fratrum matris & fœminæ filij. Possunt & eodem modo confusis appellationibus inter se consobrini appellari. Igitur non malè Donatus *in Terent.* Cùm, inquit, de fratre natus est alter, & ex sorore, consobrini: cùm ex fratribus, patrueles dicuntur. Sunt & consobrini quidem in sexto gradu, hi sunt patruelium, consobrinorum, amitinorum filij: & hoc est, quod Paulus ait in *l. Iurisc.* sororum, fratrúmque meorum nepotes, neptésve, item mei inter se consobrini sunt. & *lib. 4. sent.* Propioris, inquit, sobrini filius, filia, qui consobrini appellantur. & paulò post, in VII. gradu constituit consobrini filios, filiásque, id est, sobrino natos, natásque. hi ab Theophilo in hoc titulo μειζονες κουσοβρῖνοι vocantur, & simpliciter consobrini in §. *vlt. de succeff. cogno.* Propriè autem sobrini dicuntur, & sobrinæ, *l. 3. ff. de grad. & adfi.* quæ appellatio à pleriſque etiam matruelibus tribuitur. Spartianus in Hadriano Traianum consobrinum patris Hadriani, ipsius quoque Hadriani consobrinum vocat: quem nos propius, vel propiorem, vel propriorem sobrinum, sobrinam, aut propiorem sobrino, sobrina omnimodo rectè, Theo. propriùs consobrinum, consobrinam, & Sex. Pompeius in ver. *sobrinus.* Est igitur propior sobrino, sobrina patris mei consobrinus, consobrina, ego illi sum consobrini filius filia. & hoc Paulus indicat *in l. i. C. §. quinto. verſ. perſona. & verſ. his omnibus, quos à patrui nepote.* Hinc emendandum est, quod Tacitus *lib. 12.* scribit in hunc modum: *Quia Lepida minore Antonia genita auunculo Augusto, Agrippina sobrina prior, ac Cnei mariti eius soror.* & pro *minore* legendum, *maiore.* auctore Suetonio *in Nerone cap. 5.* & pro *sobrina prior*, *sobrina propior.* fuit enim Lepida Germanici patris Agrippinæ consobrina, Germanicus ex Antonia minore, Cn. Domitius & Lepida ex Antonia maiore. Sed tamen, vt confusa est vtrinque amitini, & consobrini appellatio, quemadmodum superiùs dictum est: ita factum est, vt propiori sobrino ego etiam vocer propior sobrinus. Sex. Pompeius. Propius sobrino mihi est consobrini mei filius, & patris mei consobrinus. Non malè igitur in *l. 2. C. vnde legit. Cum propiorem sobrinum, id est, natum à consobrina.* Idem verò Sext. rectissimè ex Ælio Gallo tradit sobrinum esse consobrini patris mei filium, & consobrinæ matris meæ filium. Sobrini autem mei filius qui septimo gradu est, mihi sobrino natus est, ego illi patris sui sobrinus, ipsi inter se sobrinorum filij se inuicem sobrinis natos appellant. nam vltra sobrinos non est cognationis nomen. i. vltra sextum gradum, *l. 1. C. §. pen.* vbi Trebatij auctoritate vtitur. Vt autem consobrini, amitini, propius sobrini confusam, permixtámque appellationē fuisse ostendimus, ita ex *l. 1. C. §. pen. verſ. amita magna*, constat quemadmodum sobrini mei filius mihi est sobrino natus: ita patris mei sobrinum mihi esse sobrino natum, ait lex, *ipse autem ijsdem sobrino sobrinâve natus*, id est, is, cuius de cognatione quæritur patrui magni, & aliorum pronepotibus. CVIAC.

¶ al. propius.

& matertera magna: id est auiæ frater, & soror, consobrinus, consobrina: id est, qui, quæve ex fratribus progenerantur, aut sororibus. Sed quidam rectè consobrinos eos propriè dici putāt, qui ex duabus sororibus progenerantur, quasi consororinos. Eos verò, qui ex duobus fratribus progenerantur, propriè fratres patrueles vocari. Si autem ex duobus fratribus filiæ nascūtur, sorores patrueles appellari. At eos, qui ex fratre, & sorore progenerantur, amitinos propriè dici putant. Amitæ tuæ filij, consobrinum te appellant: tu illos amitinos.

Atauus, & atnepos, & alia perſonæ hîc enumeratæ, ſunt in quinto gradu. Aretinus.

5. ¶ Quinto gradu suprà atauus, atauia: infrà atnepos, atneptis: ex transuerso fratris, sororísque pronepos, proneptis: & conuenienter propatruus, proamita: id est proaui frater, & soror: & proauunculus, & promatertera: id est proauiæ frater, & soror. Item fratris patruelis, vel sororis patruelis, consobrini, & consobrinæ, amitini, & amitinæ filius, filia [a]: propior † sobrinus [b], propior † sobrina: hi sunt [c] patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni, materteræ magnæ filius, filia.

Tritauus, & aliæ perſonæ hîc enumeratæ, ſunt in ſexto gradu.

6. ¶ Sexto gradu suprà tritauus, tritauia: infrà trinepos, trineptis: ex transuerso fratris, sororísque abnepos, abneptis: & cōuenienter abpatruus, abamita: id est abauunculus, abmatertera: id est abauiæ frater, & soror. Item sobrini, sobrinæque: id est qui, quæve ex fratribus, vel sororibus patruelibus, vel consobrinis, vel amitinis progenerantur.

Vnica perſona adiecta alteri perſonæ per carnis propagationem, facit gradum tam in cognatis, quàm in agnatis.

7. ¶ Hactenùs ostendisse sufficiat quemadmodum gradus cognationis numerentur. Nanque ex his palam est intelligere quemadmodum vlteriores quóque gradus numerare debeamus: quippè semper generata [d] *ß* persona gradum adiicit [e]: vt longè faciliùs sit † respondere quoto quisque quem nos in quarto, ipsi in secundo: & sic de singulis: *vt in Decret. xxxv. quæſt. v. cap. ij.* Sed fuit eorum consideratio bona propter matrimonia [f]: nostra etiam bona propter hæreditates, quæ per gradus deferuntur: *vt* j. *de bono. poſſeſ. §. quos autem. & ff. eod. l. iurisconsultus. in prin.* ADDITIO. Idem in statutis, & pactis, vbi de pacto non agitur, secundùm Ange. Hîc no. hanc glossam, quæ allegatur. quotidie, quòd in concernentibus peccatum præualet ius cano. etiam in terris imperij: & econtrà in non concernentibus peccatum præualet ius ciuile etiam in terris Ecclesiæ, vt per Angelum hîc.

ß ¶ *Generata.* Vel. *generata quaque*, vna quæque generatio, vel successio gradum efficit. Affinium nulli sunt gradus: quia nec alij ex aliis gignuntur, nec successione veluti quadam inuicem nectuntur: vt ecce qui ex genero nascitur, affinis non est: sed cognatus: ideóque in *l. Iurisconsultus.* existimo legendum, *Iurisconsultus cognatorum gradus, & adfin.* vt in inscriptione legis, & in ipso titulo. CVIAC.

e ¶ *Adiicit.* hîc potest colligi definitio gradus, vt dicatur, Gradus [d] est numeratio singularum personarum cognatione, vel affinitate sibi coniunctarum, quoto [e] gradu vna persona distat ab altera, optimè indicans. Dictus quasi lapideus gradus: *vt ff. eo. l. iurisconcultus. §. gradus.* ACCVRS. ADDITIO Gradus secundùm doctores aliter definitur. Gradus est distantia vnius personæ ab alia in linea consanguinitatis. Vel est habitudo distantium personarum, qua cognoscitur quota agnationis, vel cognationis, seu affinitatis distantia.

f ¶ *Longè faciliùs ſit.* propter duas rationes: & quia vltra trinepotem, vel tritauum vocabula non inueniuntur specialia: sed superiores, & inferiores vocantur: *vt ff. eo. l. fi. §. parentes.* & hoc: quia sunt plura negotia, quàm vocabula: *vt ff. de præſcrip. verbis. l. iiij.* Sed vsque ad quem numerabimus? Respon. vsque ad vij. cognatorum, & vsque ad x. agnatorum: *vt ff. eod. l. non facilè. & ſ. titul.* j. *§. fi.* nisi ratione demonstrandi vellemus vlteriùs numerare, nō vtilitatis: licèt decretistæ hîc aliter dicant. ADDITIO Nota quòd decretistę contrariùm dicūt solùm in collaterali linea: non autem in directa: vt suprà dixi. Si vis ergo scire de duobus agnatis quoto gradu distant de iure ciuili: incipe ab vno, & computa ab illo descendendo ad personam mediam, ex qua omnes descen-

collateralis respectu descendentium.

b ¶ *Propior ſobrinus.* quasi dicat, qui filius dicitur propior sobrinus, & filia, quæ dicitur propior sobrina. ADDITIO. 2. Vel dic, & fortè meliùs, sensum textualē esse, quòd propior sobrinus, & propior sobrina sunt in quinto gradu. Et qui sint tales, declarat textus subiungens, *Hi ſunt patrui*, &c. Est [a] enim propior sobrinus, filius patrui magni, vel amitę magnæ. & idem dicas de propiore sobrina, quòd scili. sit filia, &c. vt clarè patet in arbore. Qui aliter intelligeret, arborem corrumperet.

c ¶ *Hi ſunt.* subaudi, in quinto gradu lineæ col lateralium ex parte ascendentium: scilicet filius patrui mei magni, & similium: de quibus dicitur hîc, *& ff. eod. l.* j. *in fin. & l. ij.*

d ¶ *Generata.* Hoc est verum, si vna ab vna: non si plures ab vna: *vt ff. eo. l. iurisconsultus. §. tranſeamus.* & hoc est verum ex omni ordine graduū secundū nos [b]. Sed secūdùm canones, ex latere transuerso aliud est. nam quem nos dicimus in secundo, ipsi dicunt in primo: & quem nos in quarto, ipsi in secundo: & sic de singulis: *vt in Decret. xxxv. quæſt. v. cap. ij.* Sed fuit eorum consideratio bona propter matrimonia [c]: nostra etiam bona propter hæreditates, quæ per gradus deferuntur: *vt* j. *de bono. poſſeſ. §. quos autem. & ff. eod. l. iurisconsultus. in prin.* ADDITIO. Idem in statutis, & pactis, vbi de pacto non agitur, secundùm Ange. Hîc no. hanc glossam, quæ allegatur. quotidie, quòd in concernentibus peccatum præualet ius cano. etiam in terris imperij: & econtrà in non concernentibus peccatum præualet ius ciuile etiam in terris Ecclesiæ, vt per Angelum hîc.

† al. propius.

a Propior sobrinus.

b Et sic in directa linea ascēdentium, & descendētium non est differentia: quia vtroque iure si personæ, de quibus agitur, distant equaliter: quoto gradu distant inter se, & inæqualiter: toto gradu distant: quoto distat remotior.

c Ipsi enim incipiunt à persona, ex qua descendunt illi, de quorum gradu agitur. Sed de iure ciuili incipimus ab vno ex istis: de quibus agitur, extendendo ad stipitem: & ab eo iterum descendendo ad aliū. & quoto gradu distat remotior, toto gradu distant inter se: vt hîc per docto.

d Gradus quid

e Gradus hîc definitur per gradum ineptè. qua ratione testimoniū testis dicimus ineptum, quoties interrogatus rationem eā adfert, quæ eadem sit planè cū testimonio: vt si interrogatus, vnde sciat id esse verum, respōderit, se scire ideò quia scit. Ratio enim debet esse diuersa à testimonio. *Gloſ. in l. vlt. ff. de officio proconſulis. & l. 1. ff. de excepti.*

descendũt:& postea descẽde ab illa vsque ad aliam,quam vis cõputare:& apparebit quoto gradu sit:sed de iure canonico incipias à persona,ex qua descẽdunt personę:de quasũ gradu agitur: v. g. vis scire quoto gradu sunt filij duorũ fratrũ de iure canonico: incipe ab auo,& fac vnũ gradũ ad filiũ:& de filio ad nepotẽ ex alio fratre, qui similiter est in secundo gradu: vnde quoto gradu quilibet distat à stipite, tali gradu sunt inter se: remotior autem addit gradum: *vt in c. sedem. xxx. quæstio.* j. Angelus.

a ¶ *Quotoquisque gradu.* Octauo, vel decimo.

b ¶ *Agnationis.* Vt sex cognationis gradus numerãtur: ita agnationis gradus, qui penè in infinitũ extẽduntur. Qui gradu [a] sit, quàm propria cognationis appellatione quenquam denotare.

In gradibus agnationis,& cognationis similis est computatio. Et quia facilius ostẽditur res ad oculum corporalem, quàm intellectualem: ideò necessarium est hîc arborem consanguinitatis inscribi. Aretinus.

8. ¶ Agnationis [b] quoque gradus eodem modo [b] numerãtur.

9. ¶ Sed cùm magis veritas oculata fide, quàm per aures [c] animis hominum infigatur:ideò necessariũ duximus, post enarrationem graduum, eos etiam præsenti libro inscribi: quatenùs possint & auribus,& oculorum inspectione adolescentes perfectissimam graduũ doctrinam adipisci [d †].

septem numerant cognationis gradus, hoc ideò faciunt: quia ex septimo gradu cognationis iure vocatur sobrino sobrinàve natus. CVIAC.

b ¶ *Eodem modo.* scilicet adiecta persona.

c ¶ *Per aures.* Vnde Horatius in arte poetica: Segniùs irritãt animos demissa per aures, Quàm quę sunt oculis subiecta fidelibus. Certior aure arbiter est oculus:& vt ait Candaules in Herodoto: Magis incredulæ sunt hominibus aures,quàm oculi. *Ægid. Per.*

d ¶ *Adipisci.* Vnde quidam habent hîc arborẽ. ACCVR. ADDITIO. Et in rei veritate debet esse, cùm textus, & Glossa illam requirant. † Debemus dare doctrinã per modum magis facilẽ. Aegi P.

COGNATIONIS SPIRITVALIS STVDIOSISSIMIS quibuscunque, præsertim ecclesiasticis, apta, & vtilis materia.

CHristophorus Porcus iuris vtriusque professor acutissimus: quia difficultates aliquas circa cognationis spiritualis materiã hîc luculẽter tractauit:eius mẽtem verbis non mutatis referre non erit absonum, neque à proposito alienum, quæ verba talia sunt:

¶ Quæritur an ratione cognationis spiritualis matrimoniũ impediatur,Circa quem articulum dicite breuiter,quòd inter compatrem,& commatrem impeditur matrimonium: ac etiam inter patrem spiritualem, & filiam susceptam ex sacro fonte. & hoc si ista cognatio spiritualis fuerit causata siue per sanctum baptisma, siue per sanctum chrisma. *xxx. q. iiij. c. si quis vnus.*

Addite prædictis,quòd si maritus, & vxor tenuerint aliquẽ,vel aliquam ab baptismum, vel chrisma, quilibet eorum efficitur compater,vel commater. *d. ca. si quis vnus.* & hoc verum,quando tempore cognationis spiritualis contractæ constabat inter eos matrimonium: secùs si ex postfacto fuerit contractum. *c. Martinus Bertam. extra de cog spirit. cum sua Glos.* Econtrà autẽ si tenueris ad sacrum chrisma, vel sanctum baptisma filium, vel filiam meam ex alia muliere,quàm vxore,non efficitur tibi commater. *c. qui spirtualem. xxx. q. iiij.* Ratio:quia in cõtrahenda cognatione spirituali maritus, & vxor copulant sibi actiones,& non passiones. Quod igitur agit vnus coniugum, intelligitur alius agere, quia sunt duo in carne vna *d. c. si quis vnus. in fine.*

¶ Sed quid si fornicator teneat aliquem ad sacrum baptisma, an concubina efficiatur cõmater? Videretur quòd sic. Nam sicut vxor hoc casu ideò efficitur commater,quia est eadem caro cum marito. *d. c. si quis vnus.* ita de cõcubina:quia qui adhęret meretrici,vnũ corpus efficitur cum ea *xxxij. q. iij. c. in eo.* Alij ibi tenuerũt contrarium,quorum sententia magis placet:quia absurdè dictum videretur,quòd spiritualitas super re improbata causaretur: ex vtraque scriptura,& hominum opinione. Non obstat,quòd cõcubina,& fornicator dicantur duo in carne vna:quia illa verba exponuntur: id est duo conueniunt in eodem opere carnali. & ita exponit Glo. *in d. c. in eo.* ¶ Sed an vxore mea mortua, potero mihi copulare eam, quę fuit mihi cõmater ante matrimonium? Dicite quòd sic. *c. post vxoris obitum. xxx. q. iiij.* ¶ Sed quid de filiis duorum compatrum: an poterunt simul matrimonio copulari? Dicite quòd sic,siue nati fuerint ante compaternitatem,siue pòst: dummodò matrimonium non contrahatur cum eo, vel cum ea, per quorum alterum deuentum fuit ad compaternitatem. *cap.* j. *& c. super eo. extrà de cogna. spiri.* Christophorus Porcus iuris vtriusque doctor acutissimus.

¶ Nota pro ampliori, & faciliori intelligentia huius materiæ, quòd cognatio spiritualis,quæ impedit matrimonium contrahẽdum, & dirimit post contractum, oritur ex datione duorum sacramentorum dumtaxat: quæ sunt baptismus, & confirmatio: non autem ex aliorum datione, seu ministratione, patet *in cap. fin. de cog. spirit. lib. vj.* Ratio est: quia in baptismo renascimur: & chrismatio frontis ipsum confirmat: quod non est in aliis sacramentis. *Ioann. And. in d. c. fin.*

¶ Nota vlteriùs,quòd ex hac cognatione, xx. sunt casus prohibiti: scilicet x. ratione baptismi,& x. ratione confirmationis. Ratione enim baptismi contrahitur cognatio spiritualis impediens, & dirimens: vt dictum est.

Primò inter has personas.

Baptizatum, & baptizantem:
Baptizatum, & vxorem baptizantis priùs cognitam:
Baptizatum,& filios baptizantis:
Parentes baptizati, & baptizantem.
Parentes baptizati, & vxorem baptizantis priùs cognitam.

Secundò inter has personas, videlicet inter

Baptizatum, & susceipientem:
Baptizatum, & vxorem susceipientis priùs cognitam:
Baptizatum, & filios susceipientis:
Parentes baptizati, & susceipientem.

Instituit.

Parentes baptizati, & vxorem susceipientis priùs cognitam.

Ecce decem casus prohibiti ratione baptismi. Totidem in confirmatione reperies:in qua sunt confirmatus, confirmans, & tenens ante confirmationem: qui scilicet ponit fasciolam supra frontem post confirmationem episcopalem. De hoc vide text. cum Glossa *in cap. 1. de cognatione spirituali, libr. vj.* Ista clarissimè referuntur per carmina sequentia:

Spiritualis ab his cognatio fit sacramentis:
Quæ sunt baptismus, ac confirmatio frontis:
Personásque decem connectit quodlibet horum:
Baptizans, huius vxor, si cognita primo:
Ac eius nati sunt abluto sociati:
Cum consorte thori, baptizans, atque parentes:
Fonte sacro loti, sunt tali fune ligati.
Baptizans, & susceipiens hic æquiparantur.
In confirmato totidem reperire licebit.

Hæc nota diligenter: quia singularia sunt, & plurimùm vtilia: nec est plures casus reperire, qui matrimonium dirimant.

QVæritur ad propositum materiæ præsentis de quæstione quotidiana, & apud vulgares satis dubia. Pone quòd duo,vel plures tenẽt aliquem in baptismo:nunquid isti inter se efficiuntur compatres? Innocentius (& bene) dicit quòd nõ:vnde possunt adinuicem contrahere matrimonium. Nam quemadmodum compatres carnales, vt concubinarius, & concubina non prohibentur matrimonium contrahere: *vt in cap. tanta. extra qui filij sint legi.* ita & isti, qui sunt compatres spirituales respectu baptizati, non habent prohiberi contrahere matrimonium. Et pro hoc facit text. & ibi Gloss. *in cap. fina. xxx. quæst. iiij.* vbi dicitur, quòd maritus, & vxor non debent aliquem simul de sacro fonte leuare,ne infamẽtur de facto. nam vulgares existimant illos esse compatres. Hæc sunt verba Abbatis Siculi *in cap. Martinus, extrà de cogna. spiri.* De hoc in summula pauperum. *Vnde versus:*

Masculus, & mulier puerum de fonte leuantes,
Legitimè iungi poterunt: nec sunt prohibendi.

Quæritur vlteriùs: Pone quòd tenui aliquam puellam in baptismo, volo contrahere cum eius sorore, an possim? Dicendum quòd sic:pater enim spiritualis si copuletur sorori filiæ spiritualis bene tenet matrimonium. *xxx. q. iij. c. vlt. Vnde versus:*

Duco meæ natæ germanam spiritualis.

Quæritur insuper: Pone quòd filius meus tenuit in sacris fõtibus puellã:volo cum illa puella postquàm ad annos nubiles peruenit,cõtrahere,an liceat? Dic quòd sic. Potest enim pater sumere filiã spiritualem filij sui carnalis: quia licèt cognatio spiritualis de patre ad filios descẽdat: *vt c. j. & c. super eo. extrà de cogna. spiri.* non tamen ascendit de filiis ad patrem,cùm iure cautum non reperiatur: & edictum de matrimonio prohibitorium est: adeò quod cuilibet licet contrahere,nisi expressè prohibeatur. *ca. cùm apud. extrà de spons. & matrimo.* Hoc notat Ioannes Teuthonicus glossator decre. *in c. fi. xxx. q. iij.* Hoc idem recitat, & approbat Ioannes And. *in c. j. de cogna. spiri. lib. vj. Vnde versus;*

Esse mei nati coniunx, mihi spiritualis
Filia legitimè poterit, nec iure vetatur.
Descendunt, & non ascendunt talia vincla.

Multò plura de huiusmodi materia possent adduci; sed pro nũc hæc sufficiant. Si tamen vis videre an per procuratorem talis cognatio spiritualis possit contrahi,recurras ad Bartolum *in l. Gallus. §. forsitan. ff. de libe. & posthu.* ad Angelum Aretinum *in §. illud, Inst. de nupt.* ad Ioan. And. in regula, Potest quis per alium. *de reg. iur. in vj.* & ad Panorm. *in c. veniens. extrà de cogn. spiri.* Decisionem tamen communem, & magis approbatam potes notare per versus sequentes, in quibus patet, quòd licèt matrimonium per procuratorem possit contrahi. *c. fin. de procura. lib. vj.* non tamen cognatio spiritualis. *Vnde versus;*

Procurator habet nodos vincire iugales;
Non tamen hos nexus domino dat spirituales.

DEO GRATIAS.

Arboris ciuilis decimum ad gradum descendentis peculiaris declaratio.

GRadus, lineæ, & consanguinitatis definitionibus omissis, sciendum quòd numeratio punctorum, qui sunt in cellulis, est numeratio graduum habito respectu ad cellulam vacuam: à qua omnes sumunt nomen, exceptis, quæ per genitiuum nominãtur. Hanc Ioan. And. nomine sui bidelli Petrucium vult vocari. Puncti, qui superiores sunt, computationem iuris cano. denotant. Illi autem, qui inferiorem locum retinent, computationem ciuilis iuris exprimunt: quod canonico subesse ipsa graduum situatio declarat. Ex prædicta cõputatione si diligenter inspicitur, apparet quòd in ascendentium, & descendentium numeratione ius vtrunque concordat: quia in eis persona addita personæ per carnis propagationem, gradum adiicit. Vt autem hæc arbor cunctis innotescat, norandæ sunt tres regulæ:

Prima: Ascendentium, & descendentium quot sunt personę, de quibus quæritur: computatis intermediis, vna dempta, tot sunt gradus inter eas. Verbi gratia, Abauus distat à Petrucio quatuor gradibus: & sic de aliis.

Secunda (secundùm ius ciuile, cuius tantùm gratia hæc arbor fuit hîc impressa) talis est: Collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat à communi stipite, toto duplicatio distant inter se, vel sibi attinent: vt P. & pronepos propatrui distant viij. gradibus, cùm abauum stipitem facis. Nam secundùm leges quælibet persona gradum facit in collateralibus: vnde duo fratres duos efficiunt gradus.

Tertia: collateralium in linea inæquali quot sunt personæ, stipite dẽpto, tot sunt gradus: vnde P. distat à propatruo quinque gradibus: ab eius filio, sex: & sic de aliis. Non inutile forsitan iudicabitur, si aliquid de cõputationis diuersitate inter ius ciuile, & canoni. subiunxerimus. In legibus ob nihil aliud ipsa graduum mẽtio facta est, nisi vt hæreditas, vel successio ab vna ad alteram personam inter consanguineos deferatur. In canonibus verò ab hoc progenies computatur, vt aprè monstretur vsque ad quotam generationem à consanguineorum nuptiis sit abstinendum. Hac ergo de causa, quia hæreditates nequeunt deferri nisi de vna ad alteram personam: idcircò curauit sæcularis Imperat. in singulis personis singulos perficere gradus. Quia verò nuptiæ sine duabus non valent fieri personis, ideò sacri canones duas in vno gradu constituêre personas. Hæc habentur plenè in *c. ij xxxv. quæst. v.* & fermè per totam illam quæstionem. Et hoc idem not hîc Christoph. Porc. *in ver. circa primum.* ibi, *secunda differentia.* & Ioan. Andreas in declaratione huius arboris.

Christophori Porci in arborem, & ipsius intelligentiam quæstiones plurimum vtiles.

PRo declaratione iuris cano. & ciuil. & etiam intelligentia huius materiæ, & eorum, quæ pertinent ad illam, quædam videnda sunt. Primò qualiter fiat dinumeratio graduum de iure ciuili, & de iure canon. secundùm vtriusque iuris rationem diuersitatem. Secundò vsque ad quẽ gradum deferantur hæreditates, & tutelæ. Tertiò vsque ad quem gradum copula matrimonialis impediatur. Quartò vsque ad quem gradum possit Papa dispensare.

¶ Circa primum dicite, quòd quo ad lineam ascendentem nulla est differẽtia inter ius ciui. & ius cano. Vtroque enim iure pater, & mater sunt in primo gradu ascendentium: & similiter filius, & filia descendentium: & sic suprà, & infrà in infinitum: quia in dinumeratione graduum in linea ascendẽtium, & descendentium, vtrunque ius habuit respectum ad stipitem, scilicet ad primum parentem: *vt hic, cum glo. xxxv. q. v. c. ad sedem.* In linea transuersali inter ius ciuile, & ius can. duplex est differentia. Prima: quia iure ciuili frater, & soror sunt in secũdo gradu: iure canonico sunt in primo. Ratio differentiæ sumitur ex regula iuris ciuilis, quæ dicit quòd vnaquæque persona adiecta nouum gradũ generat: *vt hic, in ver. hactenus.* Vnde cùm ego sim in primo gradu patri meo: si nascatur mihi frater, vel soror ex generatione huius personæ causatur nouus gradus: & consequenter appellatur in secũdo. Sed iure cano. ideò appellatur in primo: quia ius canonicum non considerauit dinumerationem graduum in linea transuersali habito respectu ad stipitẽ: id est communem parentẽ: sed considerauit quòd duo fratres, & duæ sorores tribuunt initium lineæ transuersali: & ideò in primo gradu illius lineæ illos constituit. Secunda differentia est: quia iure ciuili regula traditur, quod in linea transuersali sola persona adiecta nouum gradum facit, vt hîc. Iure autem canonico pro regula traditur, quòd ad causãdum nouum gradum duæ personæ requirantur, *d. c. ad sedem.* Ratio differentiæ: quia ius canonicum dinumerat gradus ratione copulæ matrimonialis: vnde sicut ad causandũ copulam matrimonialem requiritur cõcursus duarũ personarum: ita ad causandum gradũ quo ad eam. Sed ius ciuile dinumerat gradus quo ad hæreditates, & tutelas: vnde cùm tutela, & hæreditas deferãtur de vna persona in aliam: nihil mirum si vnaquæque persona generat nouum gradum. Ista fuit ratio posita *in d. c. ad sedem.*

¶ Quo igitur ad inhibendam, vel permittendam copulam matrimonialem, dinumerabuntur gradus secundùm ius canonicum: quò autem ad tutelas, & hæreditates deferendas, connumerabuntur secundùm ius ciuile.

¶ Circa secundum dicite, quòd vsque ad decimum gradum deferuntur hæreditates, & tutelæ: vt vidistis *supra titu.* j. §. *fina. cum sua Gloss. & suprà de capitis demi. §. fin. & de legiti. agna. tute. in textu, & in Glossa.*

¶ Circa tertium dicite, quòd olim [a] erat prohibita copula matrimonialis vsque ad septimum gradum agnationis, vel cognationis inclusiuè: hodie autẽ est prohibita vsque ad quartum gradum inclusiuè, dinumeratione facta secundum ius canon. *cap. non debet, extra de consanguin. & affin.* Sed hîc dubitatur. Pone quòd vnus sit in quinto gradu transuersalium, alius sit in quarto: an impediatur copula matrimonialis? Si inspiciamus personam existentem in quarto gradu, illa impeditur. Si inspiciamus personam existentem in quinto gradu, permittitur. Dicite quòd copula est permittenda: quia quoto gradu remotior distat à stipite: eodem gradu distat à quolibet descendente. *cap. fina. extrà de consaguin. & affin.* Illud tamen est palam, quòd inter ascendentes, & descendentes, est prohibita copula matrimonialis in infinitum. vnde si Adam viueret, vxorem habere non posset. *§. inter eas. & ibi Gloss. ff. de nuptiis.*

a Matrimoniũ vsque ad quẽ gradum prohibitum.

¶ Sed quid de gradu affinitatis? Dicite, quòd licèt olim ratione affinitatis esset prohibita vsque ad tertium genus, vt aliqui dixêre: veritas tamen hodie est, quòd solum prohibetur quoad genus primum: *vt no. Gloss. iiij. in cap. non debet. extrà de consanguin. & affinit.*

§ Sed nunquid per coniunctionem [b] illicitam causatur affinitas? In hoc articulo non parcam in totum verecundiæ. Archidiac. *xxxv. q. iij. cap. extraordinaria.* dixit per hanc dissolui matrimonium: & in hoc bene: sed non causari affinitatem, propterea quia affinitas est regularitas personarum ex nuptiis descendentium. *l. non facilè. §. affines. ff. de gradib.* vbi ergo non sunt nuptiæ, ibi non causatur affinitas. Sed Glo. tenuit contrarium *in §. affinitatis. ff. de nup.* quæ communiter comprobatur *per cap. tua. & per ca. Iordana. & per cap. diseretionem. extrà de eo, qui cogn. consangui. vxo. sua.* Stat igitur conclusio, quòd per illicitam coniunctionem contrahitur affinitas. Sed quid si quis non intrauit clausura vuluæ, in circumitu tamen palpitauit, vel feras reseruit: sed opus non expleuit: an contrahatur affinitas? Glo. *in dict. cap. extraordinaria,* dicit quòd non. Item dicit illud, quod non dico. Dicit Inn. quòd ad causandum affinitatem, requiritur cõcursus vtriusque sanguinis. Sed tamen causa euitandi peccata, ius canonicum, & sancta mater Ecclesia in dubio præsumunt ex copula concursum vtriusque sanguinis maris, & fœminæ interuenisse. *cap. iuuenis, extrà de sponsa.* Addite prædictis, quòd si aliquis promiserit alicui illam accipere in vxorem, postmodùm habeat copulam cum ea sine aliis verbis, intelligitur validum matrimonium extitisse contractum: nec cum alia contrahere posset: sed matrimonium posteà cum alia contractum esset dissoluendum. *cap. is, qui fidem. extrà de sponsa.*

b Adfinitas an cõtrahatur ex coitu illicito.

¶ Circa quartum dicite breuiter, quòd in gradu ascendentium, & descendentium non posset Papa dispensare vt copula matrimonialis contrahatur. Non enim posset Papa dispensare quòd filia patri copulatetur. Item nec in linea transuersali in gradu primo. vnde non posset Papa dispensare quòd fratri soror nubat. Item nec in gradu secundo linea existente inæquali: vnde nõ posset dispensare quòd neptis patruo nuberet, vel auunculo. In linea verò æquali bene posset dispensare vt consanguinea cõsanguineo copularetur. & ita cõmuniter concluditur in *cap. literas. extrà de restitutio. spoliato.* facit capitu. *gaudemus. extrà de diuor.*

¶ Sed an [c] Papa possit dispensare vt matrimonium semel contractum dissoluatur? Dicite breuiter, aut matrimonium fuit per copulam carnalem consummatũ, aut non. priore casu non potest: posteriore autem sic: quia primo casu effecti fuêre duo in carne vna: secundo verò non. Item quia matrimonium consummatum sortitur naturam ex constitutione diuina, contra quam non potest Papa dispensare. *cap. proposuit. & ibi, supra ius, extrà de conces. prabend.* Sed matrimonium non consummatum sortitur naturam ex constitutione Ecclesiæ, contra quam Papa bene potest dispensare. Ista est Glossa ordinaria *in capit. ex publico. extrà de conuer. coniuga. in Glo. fin.*

c Matrimoniũ semel contractum an possit per Papam dissolui.

¶ Sed nunquid maritus, & vxor possunt se separare? Dicite, aut copula non est subsecuta: & tunc quilibet eorum altero inuito potest separare matrimonium per ingressum religionis: secùs si copula fuerit subsecuta: nisi vterque concordauerit, quòd vterque pariter inter religionem: vel alter, qui remanet in sæculo, sit talis conditionis, & qualitatis, quòd nulla suspicio fornicationis sinistra sit contra eum: sit quia sit ætate confectus: *cap. quidam. capitu. verum. cap. vxoratus. & cap. cùm sis prædictus, extrà de conuersio. coniugato.*

DE

DE SERVILI COGNATIONE.

Quia [a] *suprà de cognatione, & successione cognatorum libera conditionis dictum est: nunc quia naturali iure inspecto inter seruos etiam cadit cognatio: & dubitari posset, an inter seruos esset successio: ideò de seruili cognatione meritò subdit.* [1] *Nec obstat quod inter illum titulū* de succes. cognat. *& istum, sit titulus intermedius* de gradib. *quia ex quo pertinet ad materiam horum titulorum, cognatio non vitiatur.* l. reos. §. fin. ff. de duobus reis. *Porcus.*

Illud certū.] Totus [b] iste titu. diuiditur in tres partes. Primò ponit vtrùm serui habent ius cognationis contractæ in seruitute. Secúdò infert ex rationib. prepositis: videlicet quòd nō semper sequitur, quòd qui prior est in gradu, potior sit in iure. Tertiò illa meliùs declarat. Secunda ibi, *Repetitis*. Tertia ibi, *Amotis*. CASVS. Dñe, iã video quod vos vultis tractare de seruili cognatione, & specialem tractatum facere. Nam vos dixistis mihi suprà *ij. tit.* de succes. cogna. circa quos in bonorum poss. vnde cogn. quam prætor proximis agnatis tur: nunquid igitur cognati in statu seruili cõcepti, & nati, & postea manumissi, per bonorum pos. vnde cogn. in tertio ordine causa naturali inspecta sibi inuicem poterunt succedere? Ad hoc respond. Iustinianus quòd non. illud enim certum est, eandē partem edicti prætoris, qua bonorum posses. iure cogna. permittitur, ad seruiles cognationes antiquitùs non pertinere. Nec enim vlla antiqua lege talis cognatio, quo ad onus tutelæ, vel ad cætera onera ciuilia computabatur. vnde visum erat huiusmodi cogna. seruilem quoad emolumentum succes. nō computari: nec quoad onera computabatur: & hæc vsque ad nostra tempora ita obtinebant: sed nos per constitutionem nostram, quam pro iure patro. fecimus (quod quidem ius patron. vsque ad tempus nostrū satis obscurum, atque nube plenum, & vndique confusum fuerat) & hoc suggerente humanitate statuimus, vt si quis in cõsortio seruili constituus, ex libera, vel seruilis conditionis muliere liberū, vel liberos habuerit, vel econuersò mulier serua ex libero, vel seruo liberos cuiuscunque sexus habuerit, & tandem parentibus, & liberis ex seruili ventre natis ad libertatem peruenientibus, vel dum fortè ipsæ mulieres liberæ erant, & ita liberi ab illis nati ingenui, & postea patres, qui huiusmodi liberos in seruili statu procreauerint, ad libertatem peruenirent, statuimus dico in omnib. his casibus, vt omnes hi liberi ad successionem patris, vel matris ab intestato admittantur: iure patro. in hac parte penitùs sopito. Nam hos liberos non solùm in parentum suorum successionem: sed etiam parentes in liberorum mutuam successionem auctoritate prædictæ constitutionis nostræ specialiter vocamus. & hoc obtinere statuimus, siue huiusmodi liberi ex seruili matre nati, postea manumissi soli fuerint, siue cum aliis, qui post libertatem parentum concepti, & nati, ad successionem vocentur: siue ex eodem patre, vel eadem matre: siue ex aliis nuptiis procreati fuerint. & hoc statuimus ad similitudinem eorum, qui ex iustis nuptiis procreantur. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *repetitis itaque*. Cætera plana sunt vsque ad finem titu. quia non potest casus poni nisi secundùm quod litera iacet. hoc dicit. Franciscus de Aretio.

a ¶ *Illud.* aliàs est hîc Rubrica de seruili cognatione, aliàs non.

AÇCVRS.

b ¶ *Edicti.* Sunt enim quatuor [c] partes successionis ab intestato: *vt ff. quis ord. in bo. pos. ser. l. j.*

c ¶ *Proximitatis.* id est [d] cognationis, vt sequitur: *vt ff. vnde cog. l. j §. pertinet.*

d ¶ *Non pertinere.* sed nec aliam aliquam, vt vel ipse succedat, vel ei succedatur: *vt C. communia de succes. l. seruus.* nisi in tribus casibus: *vt Cod. de his, quibus vt indignis. & ad Silania. l. penul.* [e] *& Cod. de suis, & legiti. l. apud hostes.* [f] *& C. ad Orphicia. l. fi.*

e ¶ *Computabatur.* hæc videtur mala ratio: cùm magis iure prætorio, quod naturalem causam intuebatur, deberet computari: *vt suprà de hære. quæ ab intesta. §. emancipati.* quàm ciuili. Sed dic quòd etiam ad alia, vt ad tutelas, & similia: nisi quoad nuptias: *vt suprà de nupt. §. illud.* [a] *& ff. de ritu nup. l. adoptiuus. §. seruiles.* [b] Sed nunquid dominus ex sui persona succedit cognatis serui? respon. non: vt hîc [c] dicitur. ACCVRS.

DE SERVILI COGNATIONE.

TITVLVS VII.

Cognationem seruilem: id est sanguinis necessitudinem, quam seruorum sily cum parentibus habent, antiqua iura non adiuuabant: hodie autē serui nati, & deinde manumissi, non modò parentibus etiam libertate donatis ex intestato succedunt, & parentes eis: sed etiam sibi inuicē, & cum reliquis fratribus ex legitimis nuptiis, atque in libertate procreatis ad successionem vocantur.

ILlud [a] certū est, ad seruiles [†] cognationes illā partem edicti [b], qua proximitatis [c] nomine bonorū possessio permitti tur, nō pertinere [d] nā nec [†] vlla lege talis cognatio computabatur [e]. Sed nostra constitutione [f], quam pro iure patronatus fecimus (quod ius vsque ad nostra tempora [g] satis obscurum, atque nube plenum, & vndique confusum fuerat,) & hoc humanitate suggerente concessimus: vt si quis in seruili constitutus consortio [†], liberum, vel liberos habuerit, siue ex libera, siue ex seruilis conditionis muliere: vel contrà serua mulier ex libero, vel seruo habuerit liberos cuiuscunque sexus: & ad libertatem his [β] peruenientibus, hi, qui ex seruili [a] ventre nati sunt, libertatem meruerint: vel dum mulieres liberæ erāt, ipsi [h] in seruitute [i] eos habuerint, & postea ad libertatem peruenerint [k]: vt hi omnes ad successionem patris, vel matris veniant [l], patronatus iure in hac parte sopito. Hos enim liberos non solùm in suorum parentum successionem: sed etiam alterum in alterius successionem [m] pollicetur, sola naturalis causa spectatur: nunquid igitur cognati in statu seruili cõcepti, & nati, & postea manumissi, per bonorum pos. vnde cogn. in tertio ordine causa naturali inspecta sibi inuicem poterunt succedere? Ad hoc respond. Iustinianus quòd non. illud enim certum est, eandē partem edicti prætoris, qua bonorum posses. iure cogna. permittitur, ad seruiles cognationes antiquitùs non pertinere. Nec enim vlla antiqua lege talis cognatio, quo ad onus tutelæ, vel ad cætera onera ciuilia computabatur. vnde visum erat huiusmodi cogna. seruilem quoad emolumentum succes. nō computari: nec quoad onera computabatur: & hæc vsque ad nostra tempora ita obtinebant: sed nos per constitutionem nostram, quam pro iure patro. fecimus (quod quidem ius patron. vsque ad tempus nostrū satis obscurum, atque nube plenum, & vndique confusum fuerat) & hoc suggerente humanitate statuimus, vt si quis in cõsortio seruili constituus, ex libera, vel seruilis conditionis muliere liberū, vel liberos habuerit, vel econuersò mulier serua ex libero, vel seruo liberos cuiuscunque sexus habuerit, & tandem parentibus, & liberis ex seruili ventre natis ad libertatem peruenientibus, vel dum fortè ipsæ mulieres liberæ erant, & ita liberi ab illis nati ingenui, & postea patres, qui huiusmodi liberos in seruili statu procreauerint, ad libertatem peruenirent, statuimus dico in omnib. his casibus, vt omnes hi liberi ad successionem patris, vel matris ab intestato admittantur: iure patro. in hac parte penitùs sopito. Nam hos liberos non solùm in parentum suorum successionem: sed etiam parentes in liberorum mutuam successionem auctoritate prædictæ constitutionis nostræ specialiter vocamus. & hoc obtinere statuimus, siue huiusmodi liberi ex seruili matre nati, postea manumissi soli fuerint, siue cum aliis, qui post libertatem parentum concepti, & nati, ad successionem vocentur: siue ex eodem patre, vel eadem matre: siue ex aliis nuptiis procreati fuerint. & hoc statuimus ad similitudinem eorum, qui ex iustis nuptiis procreantur. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *repetitis itaque*. Cætera plana sunt vsque ad finem titu. quia non potest casus poni nisi secundùm quod litera iacet. hoc dicit. Franciscus de Aretio.

ADDITIO. Not. ergo acquiri domino ab intesta. sicut ex testamento. Et est ratio: quia ius solum defert hæreditatem ab intestato, secundùm quod seruus nihil est. *l. quod attinet. ff. de regulis iuris.* Sed ex testamento defert voluntas testantis, quàm ius sequitur. Aliud tamen est in monacho, & monast. *vt l. Deo nobis. C. de episc. & cleric.*

α ¶ *Sed nostra constitutione.* Ex hac constit. filij naturales. id est, vel in seruitute, vel post libertatem vulgò quæsiti, inter legitimos vocantur. Aut verò liber ex ancilla propria, vel aliena: aut libera ex seruo proprio, vel alieno: aut seruus ex ancilla liberos suscipit. Primo casu manumissa ancilla cum natis, nati nō succedūt matri ex Orficiano: quia nec cognati quidem sunt: sed ex hac constitutione. patri autem non succedunt, nisi is cum matre dotalia instrumenta conficiat: quo casu non ex hac constitutione: sed ex 12. tab. vocantur tanquam sui. rursus post libertatem nati matri non ex hac constit. sed ex S. C. Orficiano succedunt: sed tamen vtrique simul vocantur, in seruitute susceptí ex hac constitutione, in libertate ex Orficiano. Secundo casu matri, sublato iam S. C. Claudiano, ex S.C. Orficiano succedunt, hi videlicet, quos susceptit ex seruo alieno, non ex seruo proprio. seruo autem alieno manumisso filij ex hac constitutione succedunt simul cum his, qui ex eadem, vel alia muliere post libertatem in concubinatu susceptí sunt. si enim non ex eadem: sed ex alia muliere nuptiis contractis filij quæsiti sint, hi p[ost] culdubiò obstant in seruitute susceptis. Tertio casu omnibus manumissis, filij patri, matríque ex hac constitutione succedunt vnà cum his, qui post libertatem vulgò quæsiti sunt, qui patri ex eadem constitutione, matri ex Orficiano succedunt. Et hæc vera sunt siue nati, siue facti sint serui: nam quòd *in titulo de cap. demin.* traditur, cognationem manumissos non recipere, id Iustinian. in sua constitutione non negat: hoc enim solis filiis dat vt libertinis legitimi hæredes sint: non etiam reliquis cognatis. *Lex autem, ex libera. C. de suis, & legit. lib.* quæ huic constitutioni opponitur, si titulum, sub quo posita est, inspicias, certè pugnat cum hac constitutione. at meo quidem iudicio lex fugitiua est. id est, non suo titulo posita, vt & *l. 1. eiusdem tituli, l. 1. C. de dolo. l. 1. C. de accusatio. l. data. C. qui accus. non possunt. l. 3. ff. de appell. recip. l. eum, pro quo. ff. de in ius voc.* & aliæ complures incuriæ Triboniani manifestæ indices. Cæterùm ipsi inter se filij naturales inuicem quasi iure consanguinitatis ex eadem constitutione succedunt. CVIAC.

f ¶ *Nostra tempora.* loquitur Iustinianus.

g ¶ *His.* scilicet parentibus.

β ¶ *Hi, qui ex seruili.* Vet. *& hi, qui ex seruili.* CVIAC.

h ¶ *Ipsi.* scilicet parentes.

i ¶ *In seruitute.* id est, donec serui erant.

k ¶ *Peruenerint.* scilicet parentes.

l ¶ *Veniant.* aliud si liber factus seruus iterùm manumittatur: *vt ff. vnde cog. l. is, qui contra. & suprà, de cap. demi. l. quod autem.* quia est ibi quod sibi imputetur. ¶ Sed nunquid etiam iste, qui est *in l. is, qui.* hodie succederet naturali causa inspecta: *vt C. de suis, & leg. hared. Auth. in successione?* Respon. non [d], secundùm Ioan. quia prætor naturalem causam intuebatur: & tamen non vocabat eum, vt dictum est. Item contrà, C. *de suis, & legit. l. ex libera.* So. hîc [e] nouum ius. 2. Vel ibi loquitur quando nec [f] de facto erat matrimonium. 3. Vel ibi quoad ō honores loquitur, hîc quoad successiones.

m ¶ *In alterius successionem.* id est, parētes liberis, & econtrà, exclusō patrono: & hoc secūdùm omnes. Item libertī vnum alteri eidem fratri suo, & ita frater liberti præfertur patrono, & hoc secundùm quosdam, vt hîc. Sed Ioan. contrà: præfert [h] enim patronum

a Vbi vide Glo. & Ang.

b In seruis quo ad matrimonium impediē dum etiā post manumissionē debet esse cognatio: *vt d. §. illud.* quia tunc dicitur esse affinitas: *vt d. §. seruiles.* Ang.

c Similis est Gl. *in l. seruus. C. commun. de succes.*

† Iure ciuili matrimonium non erat inter seruum, & liberam: vel liberum, & ancillā. *l. cum ancillas. C. de incestis.* secùs de iure canonico. *ext. de coniugio seruorum.*

d Nisi restituatur: *vt not. in §. seruus. suprà, de cap. diminutione.*

e Hæc non est bona: quia nō apparet expresse de correctione: *vt ar. l. præcipimus. in fin. C. de ap.*

f Spurius legitimari per matrimoniū non potest, quotiēs nec de facto t[empore] nuit matrimonio[c] niū: quia naturales, nō spuri legitimantur. *Auth. qui, mod. naturales.* Ang. & Imo. *in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb.*

g Spurius non sequitur conditionem patris quo ad dignitates.

h Patronus liberti præfertur eius fratri: habet enim contra tabul. & ius legitimæ. §. *sed nostra. infrà, de succes. lib.* quod in fratre non est. §. *soror. suprà, de inofficio.*

a Cōtinuatio

a Matrimoniū vsque ad quē gradum prohibitum.

b Diuisio.

† Seruilis cognatio dicitur quæ originem habuit in seruitute.

b Adsinitas ita cōtrahatur et coitu illicito.

† q. d. seruos non habere cognationem: quod fallit quoad matrimonia. Aegi. Per.

c Matrimoniū semel contractum an possit per Papam dissolui.

c Successionis ab intestato quatuor sunt partes.

d Proximitas pro cognatione.

e Ibi liber erat legis authoritate.

f Sed illud procedit ex fictione postliminij: *v. ibi not. Ang.*

patronum fratri: *vt ff. de bo. li. l. liberto. & ff. de suis, & legi. l. intestato. in prin. & infrà, tit. j. in §. sed nostra. versi. sin autem sine.*

a ¶ *Ex illa lege.* scilicet supradicta Græca. Accvrs.

æ ¶ *Siue ex eodem patre.* Locus hic admodum deprauatus est. legendum, *siue ex eodem patre, vel eadem matre, siue ex alijs qualicunque copulatione nati sint, ad similitudinem,* &c. Nam aliæ nuptiæ non sunt, cùm priores nullæ fuerint. rursus si ex nuptiis sunt quidã, naturales cum eis concurrere non possunt. tum verò si sunt ex nuptiis, cur adiecit, *ad similitudinem*, & quæ sepuuntur? Emandationis huius auctores mihi sunt libri scripti. Cviac.

b ¶ *Repetitis.* hic §. cõmunis est ad omnes tit. *supra, hoc lib. iij.* positos. & idem in sequẽti *prox.* §. Sic & aliàs. s. *de succes. cog. §. vlt. & ad Orfi. §. fin.*

c ¶ *Tradidimus.* à principio tertij libri.

β ¶ *Et eorum, quos inter.* Vet. cod. *quosque inter suos hæredes iam enumerauimus.* Cviac.

d ¶ *Enumerauimus.* vt curiæ datos, & emancipatos: *vt supra, de hære. quæ ab intest. §. j. & §. quibus connumerari. & §. emancipati.*

e ¶ *Fuerit.* hoc subdiuiditur.

f ¶ *Ex fœmineo sexu.* qui tamẽ cum deminutione tertiæ partis succedit huius legis tempore. s. *de hære. quæ ab intest. §. item vetustas. versic. diui.* hodie sine deminutione: *vt in Authen. de triente, & semis. §. nec non. colla. j.*

g ¶ *Amotis.* id est cessantibus suis. fallit adhuc hæc regula, qui prior est in gradu, &c. *vt j. eo. §. totiens.* Acc.

h ¶ *Integrum ius habet.* id est, [a] capite minutus non est. *sic s. de succes. cog. j. respon. in fi.* nam secus esset, si esset capite minutus: quia [b] illæ successiones, quæ veniunt ex leg. xij. tabul. pereunt per mini. cap. demi. *vt supra, de senatusc. Orfi. §. sciendum.*

i ¶ *Plerunque.* propter [c] fratrem, & sororem ẽmancipatos: *vt infrà, eod. ibi. exceptis.* Item propter quosdam cognatos, qui vocantur vt agnati: *vt supra, de legit. agna. succ. § hoc etiã.* Item propter patrem, qui filium emancipauit: *vt supra, de leg. ag. suc. §. fi.*

k ¶ *Nepos.* qui est in quinto gradũ agnationis.

l ¶ *Pronepos.* qui est in sexto gradu agnationis.

m ¶ *Auũculo, vel materteræ.* qui sunt in tertio gradu cognationis.

n ¶ *Præfertur.* in successione eius, qui tales habet agnatos.

o ¶ *Totiens.* No. regulam [d] bonam: *vt C. communia de succ. l. auunculo. & C. vnde li. l. ij.* ¶ Et ad eius euidentiam nota tres [e] esse ordines succedendi: scilicet inferiores, & superiores, & ex latere venientes: *vt in Auth. de hære. ab intesta. in princip. colla. ix.* Primò descendentes [f] in infinitum vocantur: *vt supra, de hære. quæ ab intesta. §. j. & in Auth. de hæred. ab intestato. §. j. coll. ix.* His cessantibus [a] vocãtur ascendentes: primò pater, & mater: secundò auus, & auia, sic deinceps: sic [b] tamen vt fratres ex vtroque parente defuncto cõiuncti, cum his superioribus vocentur: licèt quidam dicant cum patre, & matre tantùm eos vocari: & alios [c] superiores per fratres excludi. & pro nobis est *Auth. de hæred. ab intesta. §. si verò cum ascendentibus. colla. ix. & ff. de suis, & leg. l. ij. §. hæreditas.* Superioribus [d] cessantibus: primò frater ex vtroque parente, & soror, & eorum [e] filij. Secundò ex latere tantùm, & eorũ filij. Tertiò hæc regula obtinet: vt qui prior est in gradu, &c. *vt hic, & in Auth. de hæred. ab intest. §. si reliquum. & §. si verò neque frater. & in Auth. vt fratrum filij. §. j. coll. ix.* Accvrs.

Additio. Dic quòd hodie est sublata differentia agnationis, & cognationis: *vt in d. §. j. in Auth. de hære. ab intest. ve. coll. ix.* Christophorus.

a Integrum ius habere dicitur, qui capite minutus non est.

b Successiones, quæ ex legibus 12. tabularum veniunt, pereũt capitis deminutione.

c Agnatus defuncti remotior succedit defuncto exclusis eius fratribus & sororibus emancipatis, & iis cognatis, qui succedunt vt agnati: sed & patri, qui filium emancipauit: *vt hic.* Verùm hodie vt agnatus; ita cognatus succedit: *Nouell. de hæred. ab intesta. §. 1.*

d Proximior gradu cognatus toties præfertur, ac succedit: quoties sui, quique inter suos sunt, & agnati nulli præferri debent.

e Succedendi tres sunt ordines.

f Descendentes in infinitũ parẽtibus suis succedunt.

p ¶ *Tradidimus.* vt *supra, § proxi. & hoc eo. §.*

q ¶ *Exceptis.* excipit ab eo, quòd s. dixerat, *qui integrum,* &c.

r ¶ *Præferatur.* vt *supra, de succes. eog. j. respon.*

DE SVCCESSIONE† libertorum*

TITVLVS VIII.

Olim patronus habebat ex lege duodecim tabularum ius in bonis liberti sibi ab intestato, nullo suo hærede relicto. Aretinus.

Vnc[c] de libertorum bonis videamus. Olim[t] itaque licebat liberto patronũ suum impunè[u] testamento præterire. Nam ita demùm[x] lex duodecim tabularum ad hæreditatem liberti vocabat patronum, si intestatus mortuus esset libertus, hærede suo nullo relicto. Itaque intestato[y] mortuo liberto si is suum hæredem[y] reliquisset, patroño nihil[z] [a] in bonis eius iuris erat. Et si quidem ex naturalibus[a] liberis aliquem suum hęredem reliquisset, nulla videbatur querela[b]. Si verò adoptiuus filius fuisset, apertè iniquum erat nihil iuris patrono superesse.

Prætorio iure patronus in liberti bonis dimidiam habebat, non solum hærede instituto: sed etiã ab intestato relicto filio adoptiuo. Ipsum tamen patronum excludebant liberi, siue essent in potestate, siue emancipati, siue etiam in adoptionem dati: dum-

tuor enim sunt: *vt hic, & infrà, §. j. & §. posteà. & §. sed nostra.*

u ¶ *Impunè.* id est, sine timore testamenti rumpendi. Accvrs.

x ¶ *Ita demum.* & non aliter.

y ¶ *Itaque intestato.* Vet. *itaque intestato quoque mortuo.* Cviac.

y ¶ *Hæredem.* naturalem, vel adoptiuum: *vt infrà immut.*

z ¶ *Nihil.* id est nullum ius, secundùm Ioan.

& ¶ *Patrono nihil.* Vet. cod. *nihil in bonis eius patrono ius erat.* atque ita etiam legit Ioannes. Cviac.

a ¶ *Ex naturalibus.* ad differentiam adoptiuorum.

b ¶ *Querela.* id est, non poterat patronus conqueri. Accvrs

DE SVCCESSIone libertorum.

Suprà f de successione ingenuorum visum est. Et quia in bonis libertorum est dare successionem: ideò de his subdit. Vnde nota quod dicit hic Accursius de successione libertorum. passiuè accipi: id est qualiter succedatur eis, non actiuè: id est qualiter ipsi succedant aliis.

Vnc de libertorum. Totus[g] iste titul. diuiditur in tres partes. Primò circa successionem libertorum ponit duplex ius antiquum. Secundò ponit statutum circa successionem: & quod vsque ad quartum gradum agnati patronorum succedunt liberto. Tertiò ponit aliam nouam constitutionem circa personas, & genera libertorum Secunda ibi: *Sed nostra.* Tertia ibi: *Sed hæc.* Aret.

f ¶ *Nunc.* quia hucusque de bonis ingenuorum dixit.

t ¶ *Olim.* scilicet lege duodecim tabul. & hoc est primum ius. qua-

a Ascendentes deficientibus liberis, liberis suis succedunt gradu suo cõstituto: nimirum vt primò succedant qui in primo ascẽdentium gradu: putà pater, & mater: deinde qui secundo: & sic deinceps.

b Ascendentibus ad successionem libertorum venientibus concurrunt in eam successionem fratres defuncti ex vtroque parente coniuncti. Imò secundùm quosdam, altero tantùm patre nati.

c Frater igitur fratri succederet atque excluderet auũ? Imò non excludet. Etsi enim pater, & frater defuncti, æquè succedant defuncto, auoue cluso: patre tamen defuncti mortuo, eius auus, & auia locum illius subeunt ex identitate æquitatis: *Auth. de funct. C. ad Tertull.*

† Legit quilibet *de successione in bonis libertorũ.*

* Sic ff. *de li. libert.*

d Collaterales collateralibus qui ordine succedunt.

e Coniunctio ex vtroque parente inspicitur in successione fratris, & patris.

f Continuatio.

g Diuisio.

a ¶ *Qua de cauſa poſteà.* ſecundùm ius.
b ¶ *Iuris iniquitas.* Dic *vt ſuprà, ad S. C. Tert. in pr.*
c ¶ *Libertus.* nullum filium habens legitimum, & naturalem: *vt infrà, eod. §. prodeſſe*
d ¶ *Dimidiam.* niſi in caſtris ſint bona quæſita: *vt ff. de bo. lib. l. iij. §. patronus.* Accvrs.
e ¶ *Bonorum poſſeſſio.* vnde legitimi: *vt infrà, de bonorum poſſeſſionib. §. cúmque.*
f ¶ *Solebant.* Hoc iure prætorio: nã de primo non erat dubiũ: *vt ſuprà, ibi: itaque inteſtato,* &c.
g ¶ *Ad excludendum patronum.* ſ. in totum.
h ¶ *Naturales.* & legitimi.
i ¶ *In adoptionẽ dati.* ſi inſtituti erant, vt ſequitur: nec contra tab. datur eis: *vt ff. de contra tabu. l. non putauit. §. in adoptionem.*
k ¶ *Repellebant.* quia pro mortuis habentur: *vt ff. de comun. cum emancipa. lib. l. j. §. ſed & ſi patruus.* a nec à iure ciuili reſpiciuntur: *vt in Auth. de hæred. & Falc. §. exheredatos. colla. j.*
l ¶ *Poſteà.* tertium ius.
m ¶ *Cautum.* ſci. lege Papia: & malè: vt & aliàs, *C. de cad. tol. in prin.* Accvrs.
n ¶ *Deberetur.* ex lege Papia.
o ¶ *Sed noſtra.* quartum ius.
p ¶ *Omnium notione.* aliàs omni natione: aliàs omnium notitia.
q ¶ *Compoſuimus.* & huius, vt credo, habetur mentio in multis locis: *vt §. titu. j. de ſer. cog. in prin. & ſuprà, de leg. ag. ſuc. §. fin.*
r ¶ *Centenariis.* Centenarius eſt, qui olim cẽſus dicebant: de quo nemini me dixiſſe tit. *de lege falc.* inde centenarium eſt C. mille ſeſtertiorum: vel ex definitione Iuſtiniani, C. aureorum quantitas. & ita accipiendũ eſt quod Suidas ſcribit in hunc modum: κεντηνάριον, νομισμάτων ποσότης: & quod alio in loco cùm Priſci cuiuſdam Emeſeni falacias deſcribit, ξυνέγραψεν ἢ εἰς ἑκατὸν κεντηνάρια: vbi etiam plura notat de origine præſcriptionis centum annorũ pertinentia *ad l. vl. de ſac. Eccl.* C. Cvr.
s ¶ *Sic enim.* interpoſitio eſt.
t ¶ *Nullum locum.* & in hoc non corrigitur lex Papia. ¶ Et not. quòd b prodeſt paupertas filio liberti. fic & aliàs, *C. de epiſc. & cleri. l. ſi quis ad declinandam. §. ſin autem. in Gl. pauperior.* Addit io. ¶ Not. quòd paupertas prodeſt: ſed à tali prodeſſe libera nos Domine. *de quo in l. cùm non facilè. in Glo. ff. ſi cui plus, quàm per legem Falc. & in l. ſi quis ad declinandam. §. j. C. de epiſc. & cler. & in Authen. cui relictum. C. de indic. viduit. toll.* Accvrs.

Inſtitut.

modò inſtituti eſſent, aut præteriti bonorum poſſeſſionẽ petiſſent. Aret.

1. ¶ Qua de cauſa poſteà a prætoris edicto hæc iuris iniquitas b emendata eſt. ſiue enim faciebat teſtamentum libertus c iubebatur ita teſtari, vt patrono partem dimidiam d bonorum ſuorum relinqueret: & ſi aut nihil, aut minus parte dimidia reliquerat: dabatur patrono contra tabulas teſtamenti partis dimidiæ bonorum poſſeſſio. Siue inteſtatus moriebatur ſuo †hærede relicto filio adoptiuo: dabatur æquè patrono contra hunc ſuum hęredem, partis dimidię bonorum poſſeſſio. Prodeſſe autem liberto ſolebant f ad excludendum patronum g naturales h liberi, non ſolùm quos in poteſtate mortis tempore habebat: ſed etiam emancipati, & in adoptionem dati i: ſi modò aliqua ex parte ſcripti hæredes erant, aut præteriti contra tabulas bonorum poſſeſſionem ex edicto prætorio petierant. nam exhæredati nullo modo repellebãt k patronum.

Per legem Papiam patronus vocabatur ad ſucceſſionem liberti vnà cum filiis ipſius liberti pro virili: niſi tres, vel plures fuiſſent liberi, vel libertas minus centum aureis habuiſſet in bonis: ſiue deceſſerit inteſtatus, ſiue condito teſtamento. Aretinus.

2. ¶ Poſteà l verò lege Papia adaucta ſunt iura patronorum, qui locupletiores libertos habebant. cautum m eſt enim vt ex bonis eius, qui ſeſtertiorum cẽtum milium patrimonium reliquerat, & pauciores, quàm tres liberos habebat: ſiue is teſtamẽto facto, ſiue inteſtatus mortuus erat, virilis pars patrono deberetur n. Itaque cùm vnum quidem filium, filiámve hæredem reliquerat libertus: perinde pars dimidia debebatur patrono, ac ſi is ſine vllo filio, filiáve inteſtatus deceſſiſſet. Cùm verò duos, duáſve hæredes reliquerat, tertia pars debebatur patrono: ſi tres reliquerat, repellebatur patronus.

† Et ſic adoptiuus eſt ſuus hæres. *ſic ſuprà v. ſi verò. & ſuprà de hæred. quæ ab inteſt. defer. §. 1.*

a Niſi quando tractatur de portione ſua cui accreſcat. computatur enim in numero filiorum: vt faciat augeri legitimam fratrum: ſecùs in fratre minore. & filia dotata per ſtatutum ſuccedere priuata: quia non poſſunt. *Ang.*

b Paupertas an, & quatenus profit filio liberti.

t ¶ *Fecerint.* ſcilicet iſti liberti minores centenarii.
u ¶ *Reſeruauit.* ſcilicet noſtra conſtitutio, ſcilicet vt in totum ſuccedat: *vt ſuprà eod. in prin.*
x ¶ *Bonorum poſſeſſores.* id eſt, filios emancipatos: *vt ſuprà de hæred. quæ ab inteſt. §. emancipati.*

Abiecto antiquo iure, hoc vtimur, vt liberto minori centenario: id eſt cuius facultates minores ſunt aureis centum, etiam præterito patrono liberum teſtandi ius ſit: ei tamen inteſtato nulla ſobole relicta, patronus ſuccedit. quòd ſi maior ſit centenario, & teſtatus fuerit, patronúmque præterierit: tunc ſi careat liberis, vel eos exhæredes fecerit: patronus per cõtra tabulas bonorum poſſeſſione quadrãtem oneribus liberum, aut illius ſupplementum, ſi quid forſan ei relictum fuerit, conſequetur.

3. ¶ Sed noſtra o conſtitutio, quã pro omniũ notione p, Græca lingua compẽdioſo tractatu habito cõpoſuimus q: ita huiuſmodi causã definiuit, vt ſi quidem libertus, vel liberta minores centenariis r ſint: id eſt minus centũ aureis habeant ſubſtantiam (ſic enim s legis Papię ſummam interpretati ſumus, vt pro mille ſeſtertiis vnus aureus computetur) nullum locum t habeat patronus in eorum ſucceſſione: ſi tamen teſtamentum fecerint u. Sin autem inteſtati deceſſerint, nullo liberorum relicto: tunc patronus ius (quod erat ex lege duodecim Tabularum) integrum reſeruauit u Cùm verò maiores centenariis ſint: ſi hæredes, vel bonorum poſſeſſores x liberos habeãt y ſiue vnum, ſiue plures, cuiuſcunque ſexus, vel gradus: ad eos z ſucceſſiones parẽtum deduximus: patronis omnibus modis a a vnà cum ſua progenie ſemotis. Sin autem ſine liberis deceſſerint: ſi quidem inteſtati, ad omnem hæreditatem patronos, patronáſque vocauimus b. ſi verò teſtamẽtum quidem fecerint c: patronos autem, aut patronas præterierint, cùm nullos liberos haberent, vel habentes, eos exhæredauerint, vel mater, ſiue auus d maternus eos præterierint, ita vt non poſsint e argui inofficioſa eorum teſtamenta: tunc ex noſtra conſtitutione f per bonorum poſſeſsionem contra tabulas, non dimidiam, vt anteà g: ſed tertiam partem bonorum liberti conſequantur h: vel quod deeſt eis, ex cõſtitutione i noſtra

o ¶ *Conſtitutio.* ſcilicet quæ nouiſſimè facta eſt.
p ¶ *Omnium notione.* Omni natione: *vt ff. de bo. lib. l. iij. §. fin.*
q ¶ *Compoſuimus.* & huius, vt credo, habetur mentio in multis locis: *vt §. titu. j. de ſer. cog. in prin. & ſuprà, de leg. ag. ſuc. §. fin.*
r ¶ *Centenariis.* Centenarius eſt, qui olim cẽſus dicebant: de quo nemini me dixiſſe tit. *de lege falc.* inde centenarium eſt C. mille ſeſtertiorum: vel ex definitione Iuſtiniani, C. aureorum quantitas. & ita accipiendũ eſt quod Suidas ſcribit in hunc modum: κεντηνάριον, νομισμάτων ποσότης: & quod alio in loco cùm Priſci cuiuſdam Emeſeni falacias deſcribit, ξυνέγραψεν ἢ εἰς ἑκατὸν κεντηνάρια: vbi etiam plura notat de origine præſcriptionis centum annorũ pertinentia *ad l. vl. de ſac. Eccl.* C. Cvr.
s ¶ *Sic enim.* interpoſitio eſt.
t ¶ *Nullum locum.* & in hoc non corrigitur lex Papia. ¶ Et not. quòd b prodeſt paupertas filio liberti. fic & aliàs, *C. de epiſc. & cleri. l. ſi quis ad declinandam. §. ſin autem. in Gl. pauperior.* Addit io. ¶ Not. quòd paupertas prodeſt: ſed à tali prodeſſe libera nos Domine. *de quo in l. cùm non facilè. in Glo. ff. ſi cui plus, quàm per legem Falc. & in l. ſi quis ad declinandam. §. j. C. de epiſc. & cler. & in Authen. cui relictum. C. de indic. viduit. toll.* Accvrs.
u ¶ *Reſeruauit.* ſcilicet noſtra conſtitutio, ſcilicet vt in totum ſuccedat: *vt ſuprà eod. in prin.*
x ¶ *Bonorum poſſeſſores.* id eſt, filios emancipatos: *vt ſuprà de hæred. quæ ab inteſt. §. emancipati.*
y ¶ *Habeant.* ſcilicet liberti.
z ¶ *Ad eos.* ſcilicet liberos libertorum: qui tamen hæredes inſtituti ſi ſe abſtinuerint, vel mixti hæreditati, in integrũ reſtituti fuerint, dabitur patrono ius ſuccedendi: *vt ff. de bo. lib. l. & ſi ex modica. §. ſi filius.*
a ¶ *Omnibus modis.* Sed nunquid econtrà moriente filio, qui eſt libertus, præponitur pater patrono? Reſpon. ſic: *vt ſuprà, tit. j. de ſer. cog. in fi. j. reſpon.* Addit io. No. quòd ſicut patronus excluditur per filios liberti. & idem not. Gloſ. *ſuprà tit. j. in fi. in verbo, alterius.* Ang.
β ¶ *Patronis omnibus modis.* Vet cod. *omnibus patronis.* Cvia c.
b ¶ *Vocauimus.* etiam ante fratres liberti: quod dic, *vtſ. tit. j. in fi. j. reſpon.*
c ¶ *Fecerint.* ſcilicet ad extraneos.
d ¶ *Mater, ſiue auus.* quorum prætorio pro exhæredatione habetur. *vt ſuprà, de exhæreda. liber. §. mater.*
e ¶ *Non poſſint.* quia iuſta cauſa ingratitudinis interceſſit: quæ ſunt xiiij. a *vt in Auth. vt cùm de ap. co. §. cauſas. coll. viij.* quo caſu nullo iure agunt: *vt in Auth. de immen. do. §. fin. in fin. coll. vij.* ¶ Sed quid ſi filium emancipatum pater prætereat ſine cauſa, vnde contra tab. habet: non autem querelam, videtur admitti patronus? Sed reſpon. hîc largè accipi de inoffi. vt etiam b contineat per contra tab. *ſic C. fa. erci. l. filij.* Accvrs. Addit io. Nec obſtat quia hodie ad inſtar filij in poteſtate prę teriti videatur poſſe dicere nullũ, &c. cùm ſit ſublata differentia emãcipationis, & patriæ pote. quia illud eſt verũ ab inteſtato: non autem ex teſtamento. Ang.
f ¶ *Conſtitutione.* ſ. Græca. Accvrs.
g ¶ *Vt anteà.* ſicut erat de iure prætorio: *vt ſuprà, eod. §. qua de cauſa.* Accvrs.
h ¶ *Conſequantur.* ſcilicet quocunque tit. relicti: *vt ff. de bo. lib. l. iij. §. fin.*
i ¶ *Conſtitutione.* ſcilicet condictione ex lege Græca: *vt ff. de condi. ex lege. l. j.*
y ¶ *Ex conſtitutione.* Condictione ex lege, non vt olim per bon. poſſ. contra tab. Cvia c.

a Ingratitudinis cauſæ 14.

b Teſtamentũ inofficioſum quãdóque cõtinet exhæredationem, & præteritionẽ.

repleatur [a], si quando minus tertia parte bonorum suorum libertus, vel liberta eis reliquerit: ita sine onere [b], vt nec liberis [c] liberti, libertæve ex ea parte legata, vel fideicommissa præstentur [d]: sed ad cohæredes [e] eorum hoc onus redúdet.

Liberto non tantùm patronus cedit: sed etiam coniunctis ipsi patrono vsque ad quintum gradum, in capita tamen; & qui proximior est patrono, præfertur. Aret.

Multis aliis casibus [f] à nobis in præfata constitutione cõgregatis, quos necessarios esse ad huiusmodi dispositionem iuris perspeximus: vt tam patroni, patronæque [g], quàm liberi [h] eorum, nécnon qui ex transuerso latere veniunt, vsque ad quintũ gradum [i] ad successionem libertorum, libertarúmve vocentur [k], sicut ex ea constitutione intelligendum est: vt si eiusdem patroni, vel patronæ, vel duorũ, duarúmve, vel plurium liberi sint, qui proximior est, ad liberti, vel libertæ vocetur successionem: & in capita [l], non in stirpes diuidatur successio: eodẽ modo & in his, qui ex transuerso latere veniunt [m], seruando. Penè [n] enim consonantia iura ingenuitatis, & libertinitatis in successionibus fecimus.

Differentia inter libertos est hodie sublata: & ideò prædicta procedunt in omnibus libertis: quia hodie omnis manumissus efficitur ciuis Romanus. Aret.

4. ¶ Sed hæc de his libertinis hodie dicẽda sunt, qui in ciuitatem Romanam peruenerunt [o]: cùm nec sint alij liberti: simul & dedititiis & Latinis sublatis: cùm Latinorum legitimæ successiones nullæ penitùs erant: quia licèt vt liberi vitam suam peragebant: attamen ipso vltimo spiritu simul cum anima libertatem amittebant: & quasi seruorum, ita bona eorum iure quodammodo [p] peculij, ex lege Iunia Norbana manumissores detinebant. Posteà verò senatusconsulto Largiano cautum fuerat, vt liberi manumissoris non nominatim [q] exhæredati facti, extraneis hæredibus eorum [r] in bonis Latinorum præponerentur. Quibus [s] etiam superuenit diui Traiani edictum, quod eundem hominem, si inuito, vel ignorante patrono ad ciuitatem Romanam [t] venire ex beneficio principis festinabat, faciebat quidem viuum ciuem Romanum. Latinum verò morientem. Sed nostra constitutione [u] propter huiusmodi conditionum vices, & alias difficultates, cum ipsis Latinis etiam legem Iuniam, & senatusconsultum Largianum, & edictum diui Traiani in perpetuum deleri [x] censuimus: vt omnes liberti ciuitate Romana fruantur: & mirabili modo quibusdam adiectionibus [y] ipsas vias, quæ in Latinitatem ducebant, ad ciuitatem Romanam capiendam transposuimus.

DE ASSIGNATIONE libertorum.

TITVLVS IX.

Patrono duos, plurésve liberos in potestate habenti concessum est libertum vni liberorum assignare: per quã assignationẽ is, cui assignatur, solus efficitur patronus, & successor in bonis liberti, aliis liberis prorsus exclusis, quòd si is, cui assignatio facta fuit, sine sobole decedat, ad cæteros ius patronatus trãsfertur. Ità emãcipatione eius, cui fuit assignat° libertus, assignatio priùs facta euanescit.

IN summa, quod ad bona libertorum attinet, admonẽdi sumus,

DE ASSIGNATIONE LIBERTORVM.

Suprà [e] visum est quemadmodum patroni, & eorum liberi succedant liberis: verùm quia liberti interdum consueuerunt assignari libertis patronorum, ideò de hac assignatione subdit Porcus.

IN *summa, quod.*] Totus iste tit. diuiditur [f] in tres partes. Primò, quod pater potest vni ex liberis libertum assignare: & ille

---

a Ius patronatus in quibus consistat.

a ¶ *Repleatur.* Præter a hoc ius succedendi, est & aliud ius patronatus: scilicet vt non vocetur ab eo in ius sine venia: *vt C. de in ius vocan. l. vj.* 3. Item vt alat eum: *vt ff. de libe. agn. l. si quis à liberis. § solent.* 4. Item vt turpem actionem, vel exceptionem cõtra eum non proponat: *vt ff. de dolo mali exceptio. l. apud Celsum. §. aduersus. & ff. de obse. l. honori. & l. parens.* 5. Item vt possit eum in seruitutem reuocare: *vt in Authen. vt liber. de cætero. § j. coll. vj.* 6. Item vt vbi eum inuenerit, faciat ei reuerentiam: *vt ff. de in ius vocando. l. generaliter.*

b Ius patronatus quibus ex causis amittatur.

¶ Et hæc b iura multis modis perduntur. 1. Primò, si patronus remiserit: *vt in Authentic. vt liber. de cætero. §. illud. coll. vj.* c 2. Item si compulit libertum iurare ne accipiat vxorem, vel libertam ne nubat: *vt ff. de iure patro. l. qui contra legem. & l. adigere.* 3. Item si denegat ei alimentã: *vt ff. de bo. liber. l. si patronus non aluerit.* 4. Item propter tertiæ partis concessionem: *vt hic, & ff. de bonis liber. l. etiam. §. totiens.* 5. Item si alteruter eorum relegatus fuerit, vel deportatus: *vt ff. de iure patrona. l. siue.* 6 Item si natalibus restitutus est libertus: *vt ff. de bon. libert. l. etiam. §. j.* 7. Item si mercedem pro futuris operis ab inuito liberto extorsit: *vt ff. de agno. libe. l. si quis. §. si quis.* 8. Item si libertus domini mortem vindicauerit: *vt ff. de iure patrona. l. penult.* 9. Item si eum patronus capitis accusauerit: *vt ff. de bonis liberto. l. qui cùm maior. j. respon.* 10. Item si non suis nummis emptus est, vel à principe factionem liberam testamenti impetrauerit: *vt ff. de bonis liber. l. etiam. §. ij.* ACCVRSIVS.

b ¶ *Sine onere.* sic *in Authen. de hæred. & Fal. §. non autem. coll. j.* ACCVRSIVS.

c ¶ *Liberis.* quibus dantur aliàs legata etiam rupto testamento per contra tab. *vt ff. de leg. præ. contra tab. bono. poss. pe. l. j.*

d ¶ *Præstentur.* Sed cùm filij sint, quare nõ excludunt patronum: *vt suprà eod. §. cum verò maiores?* Respondetur: hi filij erant ingrati: *vt suprà, ec. § si verò.* 2. Vel dic quòd hi liberti erant nepotes, qui & liberi dicuntur: *vt ff. de verborum significatio. l. libertorum.* & eos præcedit eorum pater, & eis talia legata dabantur: *vt ff. de liberis prætiritis. l. j. § generaliter.*

d Licèt filij patroni, vt succedant liberto, non sit necesse vt sint hæredes patris: debent tamen esse tales, qui patri, vel matri succedere possint. Ange.

e ¶ *Ad cohæredes.* Sed nunquid in solidum tenebuntur cohæredes. Respon. non: *vt ff. de leg. ij. l. fi. §. fi. & de vulgari substitutione. l. & si contra tab.*

f ¶ *Multis aliis casibus.* qui sequuntur statim.

g ¶ *Patronaque.* vt *ff. de bo. liber. l. patrono* d.

h ¶ *Liberi.* vt *ff. de bonis liber. l. si pater exhæredato. & l. si ex patronis. & §. Iulianus.*

i ¶ *Vsque ad quintum gradum.* Nunquid filius trinepotis ipsius patroni, vel etiam ipse trinepos admittetur? Videtur quòd non: quia hîc dicit vsque ad quintum gradum: si quis tamen

---

b Ius patronatus quibus ex causis amittatur.

c Dic hoc verum, quod ad ius succedẽdi attinet: remanet tamen sibi ius reuerentiæ quãuis remiserit ius patronatus: ac etiã tali casu ex iniuria non verbali sed illata in personam tantum: potest etiam eam in seruitutem reuocare: *vt est tex. in l. fi. C. de liber. & ea. lib.* Ang.

---

a Successio libertinorum, & ingenuorum tripliciter differt.

b Et est ratio quia in successione ingenuorum plures descendentes ex vno, habentur vt vnus: secus in successione liberti, vt hic: fallit in patronis Ecclesiæ: *vt in c. cùm plures de iure patron.*

---

a Quod facit vt obligatus assignare reditu, non teneatur tradere fundos, nec dominium eorum: sed sufficiat dicere, super tali fundo recipiatur *de quo vide Bal. ab. hîc.*

---

velit contradicere, illud pro se inducet, quòd non omnes ascendentes sui patris loco succedunt: *vt suprà, de hæred. quæ ab intestato. §. cùm filius. & in Auth. de hæred. ab intesta. §. j. colla. ix.*

ADDITIO. Ista glo. non procedit, duplici ratione. Primò: quia hîc non assumitur persona alterius, vt cum altero pariter succedat. Secundò, quia etiam in casu vbi assumitur, hoc non est vsque in infinitum, vt per Ang. hîc.

k ¶ *Vocentur.* per nostram constitutionem: licèt olim per bonorũ possessionem tanquàm ex familia vocarentur: *vt j. de bon. poss. §. sunt autem. versicul. quinto tanquàm.*

α ¶ *Duarúmue, vel plurium.* Vet. cod. *vel duarum, pluriúmue.* CVIAC.

l ¶ *In capita.* cùm eodẽ gradu plures inueniantur: aliàs patruus nepotẽ ex fratre excludit: *vt ff. de bo. liber. l. si libertus prætorio. § si libertus. in fin.* ACCVRS.

m ¶ *Veniunt.* scilicet ab ipsis patronis.

n ¶ *Penè.* Propriè tria [a] dicit *penè*: & quia hîc vsque ad quintum gradum succedunt, vt hîc dicitur: aliàs vsque ad decimum, vel sextum: *vt s. de succes. cogna. §. fi.* Item quia hîc in capita succedunt, vt hîc dicitur. aliàs non ita: *vt s. de hæredi. quæ ab intestato. §. & quia placuit. aliàs est versic. in §. cùm filius.* b Item quia vnus patroni filius excludit nepotes ex altero: quod non est ita in ingenuis: licèt M. contradixerit: *vt ff. de bo. libe. l. si libertus prætorio. §. si libertus. & de legit. tu. d. tutela §. si duo.* ACC.

o ¶ *Peruenerunt.* i. qui facti sunt plenè liberi.

p ¶ *Quodammodo.* non enim est verè peculiũ, cùm sint liberi: *vt C. de inoffic. test. l. fin. in fin.*

q ¶ *Nominatim.* quid hoc sit, dic *vt suprà, de exhæred. liber. §. j.*

r ¶ *Eorum.* scilicet manumissorum.

s ¶ *Quibus.* s. Latinis.

t ¶ *Ad ciuitatem Romanam.* scilicet vt ciuis Romanus efficeretur, impetrando ius aureorum annulorum, vel natales: quod inuito patrono non est faciendum: *vt ff. de na. re. l. vj. in fi. & l. pen. & fi.*

u ¶ *Constitutione.* vt *C. de Lati. liber. tol. per totum.* ACCVRS.

x ¶ *In perpetuum deleri.* c Not. quòd quando d fit abrogatio alicuius iuris, intelligitur esse perpetua: quia lex semper loquitur, & est in viridi obseruantia: *vt l. Arriani. C. de hæret.* Ang.

y ¶ *Quibusdam adiectionibus.* scilicet x. vel xj. casibus: *vt C. de Lati. lib. tol. per totum.*

c Hæc Glo. nõ est Accursij.

d Arrogatio omnis in dubio, intelligitur, & præsumitur perpetua.

---

e Cõtinuatio.

f Diuisio.

& ille solus liberto succedit. Secundò, declarat quibus liberis hoc fieri potest. Tertiò, quibus verbis, & in qua voluntate. *Secúda ibi; Datur autem.* Tertia ibi; *Nec interest.*

a ¶ *Senatum.* cuius verba sunt. *ff. eodem. de assigna. lib. l.* j.

b ¶ *Pertineant.* nulla f. facta assignatione.

c ¶ *Eius.* scilicet patroni.

d ¶ *Filio.* etiam posthumo: *vt ff. eod. de assign. lib. l. fin.*

e ¶ *Pluréve liberos.* nã in vno non est necesse. ACCVRS.

α ¶ *Vt eis, quos in potestate.* Non etiam emancipatis. idque ipsa S. C. verba indicant. Sed ob. *l. ix. ff. eod. tit.* quam ego sic explicandã esse censeo. Adsignatio tũc vtilis est, cùm duo, aut plures sunt in potestate. Si vnus tantùm sit in potestate, nulla est adsignatio. Emãcipato quoque, remotis suis facta adsignatio nulla est. Et hæc quidem omnia dubitatione carent. Dubitari tamen non potest an emancipatio posteà facta adsignationem adiuuet? quod hoc §. definitur. Dubitari & illud potest, an si prẽter emãcipatum duo existant sui, possit patronus non tantùm vni ex suis: sed simul etiam emancipato adsignare? quod in illa l. *ix.* ita definitur, vt possit quis vni ex suis, & emancipato pariter adsignare: atque ita vt quod per se non haberet emancipatus, id per coniunctam personam habeat, *vt in l. mulieri. de cond. & dem. l. vlt. de li. & posth.* Quod si vnus tantùm sit in potestate, vnus emancipatus, & vtrique fiat adsignatio: quæ in persona sua nulla est adsignatio, nec propter emancipatum vtilis futura est. & ita censeo. CVIACIVS.

f ¶ *Num.* id est an.

g ¶ *Euanescat. ff. eodem. l. vtrum ei. contrà.* Sol. secundũ Pla. ibi valet assignatio facta emancipato: vt ibi: licèt emancipatione hoc perdatur, si anteà facta fuerit assignatio; *vt hic arg. ff. de arbit. l. non distinguemus. §. sacerdotio.* 1. Vel dic secundùm Azo. quòd in l. contraria non dicit fieri assignationem in emancipatum: sed quærit an soli fieri in potestate possit: sed *nec in d. l. de arbi.* dicit solui compromissum: sed non compelli sententiam dicere. ACCVRS. ADDITIO. Requitur ergo vt assignatio teneat, quod filius sit in potestate, vt hîc: siue sit exhæredatus, vel non: siue iam natus, siue posthumus: *vt l.* j. §. j. *& l. fi. ff. eo.*

h ¶ *Quibuscunque verbis.* etiam nutu [a]: *vt ff. eod. l.* j. §. *assignare.* & purè, vel sub conditione: *vt ff. eo. h. assignare.*

censuisse senatum [a], vt quamuis ad omnes patroni liberos, qui eiusdem gradus sunt, æqualiter bona libertorum pertineant [b]: tamen licere parenti, vni ex liberis assignare libertũ, vt post mortem eius [c] solus is patronatus habeatur, cui assignatus est: & cæteri liberi, qui ipsi quoque ad eadem bona nulla assigatione interueniente pariter admitterentur, nihil iuris in his bonorum bonis habeant: sed ita demum pristinum ius recipiant, si is, cui assignatus est, decesserit nullis liberis relictis.

1. ¶ Nec tantùm libertum; sed etiam libertam: & non tantùm filio [d], nepotíve; sed etiam filiæ, neptive assignare permittitur.

Vni ex liberis in potestate potest libertus assignari in omni voluntate, & quibuscunque verbis. Aret.

2. ¶ Datur autem hæc assignandi facultas ei, qui duos, plurésve liberos [e] in potestate habebit: vt eis, quos in potestate [α] habet, assignare libertum, libertamve liceat. Vnde quærebatur, si eum, cui assignauerit, posteà emancipauerit: num [f] euanescat [g] assignatio. Et placuit euanescere: quod & Iuliano, & aliis plerisque visum est.

3. ¶ Nec interest an testamẽto quis assignet, an sine testamento; sed etiam quibuscunque verbis [h] hoc patronis permittitur facere, ex ipso senatusconsulto, quod Claudiani temporibus factum est, Suillo † Rufo, & Hostorio Scapula † consulibus.

a Quod facit vt obligatus assignare reditur, non teneatur tradere fũdos, nec dominium eorum: sed sufficiat discere, super tali fundo recipiatis. *de quo vide h. l. ab. hîc.*

DE BONORVM POSSESSIONIBVS.

Suprà visum est de hæreditatibus, quæ ex testamento, & ab intestato deferuntur iure ciuili, & partim iure prætorio: verũ quia prætor interdum emendauit, interdũ confirmauit ius ciuile in successione testati, & intestati, dando bonorum possessionem, ideò subdit de bonorum possess.

IVs bonorum.] Totus iste tit. diuiditur in quatuor partes. Primò ponit causas, ꝓpter quas fuit introducta bo. pos. de iure prætorio. Secundò ponit quas bo. pos. prætor facit. Tertiò Imper. quasdam corrigit, & emendat. Quartò, quantum tempus, & quale statutum sit ad agnoscendam bo. pos. Secunda ibi; *Sunt autem bonorum.* Tertia ibi; *Sed eas quidem.* Quarta ibi; *Cùm igitur plures.* CASVS. Domine, iam video quòd vos vultis tractare de bo. poss. dicatis igitur mihi, si placet, quare bo. poss. inuentæ fuerint. Ad hoc resp. Amice, ius bon. pos. introduxit prætor gratia antiqui iuris emendandi. Nec enim solùm in hæreditatibus intestatorum antiquum ius per bo. poss. emendauit prætor, vt suprà dictum est: sed etiam in hæreditatibus eorum, qui facto testamento decesserunt. Nam olim si alienus posthumus ab aliquo esset institutus: quamuis iure ciuili hæreditatem adire non poterat, vt potè quia institutio non valebat: iure tamen prætorio iuuabatur, & ad bonor. poss. admittebatur. Et ita loquitur in hoc casu, qualiter prætor vetus ius & facto testamento per bo. poss. emendauit. Sed licèt hoc de iure antiquo obtinebat: hodie tamen per nostram cõstitutionem huiusmodi posthumus alienus rectè instituitur, tanquam iuri ciuili non cognitus. Sed quãquam dixerim tibi quòd prætor introduxit bon. poss. gratia antiqui iuris emendandi: aliquando tamen neque emendandi, neque impugnandi antiqui iuris: sed magis confirmandi gratia prætor bon. poss. pollicetur. Prætor enim non solùm indigẽtibus à iure ciuili exclusis: sed etiam non indigentibus, suum tribuit auxilium. Nam & illis, qui in testamento facto hæredes instituti sunt, & de iure ciuili adire possunt, bo. poss. secũdùm tabu. testamenti pollicetur. Itẽ ab intestato suos hæredes, & cognatos ad bo. pos. admittit. Hi tamen omnino bon. possessione remota de iure ciuili ad hæreditatem admittuntur. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *Quos autem.* Francisc.

† In nonnullis exemplaribus non inditigenter recognitis legitur, *Sabellio Rufo, & Asterio Scapula consulibus.*

DE BONORVM POSSESSIONIBVS.

TITVLVS X.

Bonorum possessiones introduxit prætor, iuris ciuilis emendandi, impugnandi, & coadiuuandi, seu confirmandi gratia, quæ tam ex testamento, quam ab intestato competũt: ex testamento quidem duæ: ab intestato verò octo: quarum quatuor vtpotè superuacuas, resecauit Iustinianus, & ad sex ordinarias omnes redegit: septimámque ordinariam adiecit, cui locus est, quotiens noua lege bono. possess. ex testamento, vel ab intestato alicui defertur.

IVs bonorum possessionis [i] introductum est à prætore emendandi [k] vel potiùs supplendi [β] veteris iuris gratia. Nec solùm in intestatorum hæreditatibus vetus ius eo modo prætor emendauit [l]; sicut suprà dictum est: sed in eorũ quoque, qui testamento facto decesserint. Nam si alienus posthumus [m] fuerit institutus, quamuis hæreditatem iure ciuili adire non poterat [n], cùm institutio non valebat: honorario [o] tamen iure bonorum possessor [p] efficiebatur; videlicèt cùm à prætore adiuuabatur. Sed & is [q] à nostra cõstitutione [r] hodie rectè hęres instituitur, quasi & iuri ciuili non incognitus [s]. Aliquãdo tamen neque emendandi [t],

i ¶ *Ius bonorum possessionis.* i. bonorum possessio, quæ [a] est ius persequendi, retinendíque patrimonij, quòd cuiusque, cùm is moritur, fuerit: *vt ff. eod. l. iij. §. bonorum.* ACCVRS.

a Bonorũ possessionẽ, aliud & aliud possessionem bonorum: hinc colligũt quod altera iuris sit, altera verò facti. quæ qui sint, vide hîc apud Bal. Ioa. Pla & Pe. Ias. in add. ad Por. At cur ita appelletur, vide apud eundem Porc. nu. 5.

k ¶ *Emendandi.* id est supplendi: quia minus plenè dixerat ius ciuile, non cognoscens emancipatos: *vt sup. de hære. quæ ab intestato. §. emancipati. sic ff. ad legem Rhodiam de iactu. l. vlt. §. j. & fi.* 2. Vel dic emendandi propriè: vt in agnatis fœminis, vbi ius prætorium contra ius ciuile induxit: *vt supr. de legit. agn. succ. §. cæterum. versic. sed quia, & in posthumo. vt infr. §. prox.*

β ¶ *Emendandi, vel potiùs supplendi.* Addidi, *vel potiùs supplendi: vt in §. media. de leg. agn. success.* vt putà cùm prætor cognatos vocat, aut posthumo alieno defert bonor. possess. secun. tab. supplet ius ciuile, non etiam impugnat. eos namq; lex nominatim hæreditatem capere non prohibet: alioqui nec bonorum eis possessio daretur. *l. non est. ff. de bon. poss.* Sed tamen qui supplet, etiam emendat. CVIACIVS.

l ¶ *Emendauit.* expone: *vt supr.*

m ¶ *Alienus posthumus.* quis sit [b], *dic vt supr. de leg. §. post.*

b Tu verò videto hic apud Porc. & itidem de triplici posthumo ibidem in addit. Iason. Generi per speciem derogatur.

n ¶ *Non poterat.* contrà: *vt supr. de leg. §. posthu.* Sol. vt ibi.

o ¶ *Honorario.* contrà *ff. eod. non est. §. vbicunque contra.* Sed hîc specialiter ex illa regula excipitur per ipsum prætorẽ: & quo ad hoc derogatur illi regulæ generali, quia non est dubium, quin generi per speciem derogetur: *vt ff. de pœnis. l. sanctio legem.*

p ¶ *Bonorum possessor.* secundùm tabulas.

q ¶ *Sed & is.* scil. posthumus alienus. ACCVRSIVS.

r ¶ *Constitutione.* sc. Græca: *vt supr. de leg. §. posthumus.*

s ¶ *Non incognitus.* sed cognitus. Nam constitutiones sunt de iure ciuili. *vt ff. de iustitia, & iure l. ius autem ciuile.*

t ¶ *Neque emendandi.* vt *suprà, eodem* j. *respon.* Et dic emancipandi. id [c] est supplendi.

c Emendat, qui supplet.

a ¶ *Neque impugnandi.* vt *sup. pro. resp.* Et dic; id est corrigendi.
α ¶ *Neque impugnandi.* Impugnare ius videtur bon. pos. con tab. vt appellatio ipsa significat. nec enim contra hæredem datur: sed contra tabulas, contra lignum, contra testamentum: maximè cum liberis emancipatis datur, aut patrono præterito. CVIAC.
b ¶ *Veteres iuris.* scil. ciuilis.
c ¶ *Bonorum possessionē.* Nota tres vias prætoris.
d ¶ *Remota.* Quare ergo fecit prætor? Respō. vt succeſſorib. vias ampliaret: *vt infrà, eodem. §. quos. sic ff. de leg. 3. l. cùm filius. §. variis.* Argu. *contrà, ff. nau. caup. stā. l. idem. §. sed an sit. & §. sed si gratis.* ADDITIO. Die quòd imò concordant: quia ibi etsi non necessarium: vtile tamē fuit prætorem sē intromittere: quia qui recipit, omninò tenetur, vt ibi: quod non semper erat de iure ciuili, secūdùm Angelum hic.

Quos autem.] CASVS. Domine. iā video quòd prætor succurrit nō solùm indigentibus: sed pro Deo, nunquid est & alia differētia inter eos, qui de iure prætorio, & eos, qui de iure ciuili succedunt? Ad hoc respond. quòd sic. Illi enim, quos solus prætor ad succeſſionem vocat, ipso iure hæredes non sunt. Nam prætor hæredes facere non potest. Per legem enim tantùm, vel per similē constitutionem iuris, veluti per senatusconsulta, vel per constitutiones principum fiunt hæredes: sed illi, quibus prætor dat bo. poss. loco hæredum constituuntur, & in bon. poss. loco hæredum inducuntur, & bonorum possessores appellantur. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *adhuc autem.*

† Hæredem directò prætor facere non potest: obliquè potest: itaque propter identitatem, æquitatem & causæ public. ac naturalis.

† Hæres propriè dicitur, qui directo, & iure ciuili est hæres: impropriè, seu loco hæredis, qui obliquè, & effectu hæres.

e ¶ *Ad hæreditatem.* id est ad succeſſionem: vt emancipatos ab inteſtato, & cognatos.
β ¶ *Nam Prætor hæredem.* Nam nec dominum Prætor facere potest, *l. qui vsumfructum. ff. si vsusfruct. pet.* ideóque in dominio pignoris addicendo auctoritate principis opus est, *l. & eleganter. ff. de pign. action. l. debitor. ff. ad Trebell.* & in adquirendo eius rei dominio, quam prætor possidere iussit, vsucapione, *l. Prætoris, l. his, qui. l. si finita. §. Iulianus. ff. de vectigalibus. ff. de damn. infect.* CVIA.
γ ¶ *Similem iuris.* Vel *similem legis.* CVIACIVS.
f ¶ *Per senatusconsulta.* Tertyl. & Orficia.
g ¶ *Constituuntur.* vt *C. de suis, & legitimis hæred. l. fi.* ADDITIO. Idem in succedentibus ex constitutione alicuius Baronis, vel Marchionis: quia censentur esse ius prætorium. ¶ Et not. quòd non habent nisi actiones vtiles, nec ciuiles effictiuntur prætoriæ, secundùm Angelum.

Adhuc autem.] CASVS. Domine, iam video quare prætor introduxit bo. poss. & in quo differant illi, qui admittuntur de iure ciuili, ab his, qui de iure prætorio admittuntur. nunquid est aliqua alia ratio, quæ mouit prætorem, vt ipse succeſſiones ampliaret? Et ipse respondet quòd sic. Adhuc enim omnes alios gradus in bono. poss. dandis fecit prætor. Multum enim studuit prætor ad hoc, ne aliquis sine succeſſore moriatur: & ius percipiendarum hæreditatum per legem duodecim tabularum in finibus angustissimis constitutum prætor ex bono, & æquo (bonorum posſes. introducendo) dilatauit. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *Sunt autem bonorum possessiones.* cuius casus est planissimus vsque ad illum §. *Sed eas.* Franc.
h ¶ *Complures.* quàm lex duodecim tabularū, vel quàm dixerat.
i ¶ *Ne quis.* sic *ff. de interrogat. act. l. quia. in princ.*
k ¶ *Nam angustissimis.* nam sui hæredes, & agnati tantùm succedebant de iure ciuili, ius integrum habentes: quia non sunt emācipati. de aliis enim non dicitur: *vt supr. de hæred. qua ab inteſt. §. j. & de legit. agn. succeſ. in princ.*

Prætor ampliat succeſſionis materiam vlteriùs, quàm sit per xij. tabul. h. d. Aret.

Adhuc autem & alios com-

neque impugnandi [a] α veteris iuris [b] sed magis confirmandi gratia prætor pollicetur bonorum possessionem. Nam illis quoque qui rectè testamento facto hæredes instituti sunt, dat secundùm tabulas bonorū possessionem [c]. Item ab inteſtato suos hæredes, & agnatos ad bonorum possessionem vocat: sed & remota [d] quoque bonorum posſeſsione, ad eos pertinet hæreditas iure ciuili.

Prætor solus non facit quem hæredem: sed loco hæredis. Aret.

2. ¶ Quos autem solus vocat prætor ad hæreditatem [e]: hæredes quidem ipso iure non fiunt. nam prætor † hæredem [β] facere non potest. Per legem enim tantùm, vel similem iuris [γ] constitutionem hæredes fiunt, veluti per senatusconsulta [f], & constitutiones principales: sed cùm eis prætor dat bonorum posſeſsionem, loco † hæredum constituuntur [g], & vocantur bonorum possessores.

Prætor ampliat succeſsionis materiam vlteriùs, quàm sit per xij. tabul. h. d. Aret.

Adhuc autem & alios com-

plures [h] gradus prætor fecit in bonorum posſeſsionibus dandis, dum id agebat, ne quis [i] sine succeſsore moreretur. Nam angustissimis [k] finibus constitutum per legem duodecim tabularum ius percipiendarum hæreditatum prętor ex bono, & æquo dilatauit.

Decem bonorum posſeſsiones hîc enumerantur, quarum duæ primæ competunt testamento facto: reliquæ verò ab inteſtato. Angel.

3. ¶ Sunt autem bonorum posſeſsiones ex testamento quidem hæ: Prima [ℓ] quæ præteritis liberis [l] datur, vocatúrque *Contra tabulas* [m] †. Secunda, quam omnibus iure scriptis hæredibus prætor pollicetur, ideóque vocatur *Secundùm tabulas* [n] ¶: Et cū de testatis priùs locutus est, ad inteſtatos transitum fecit [o]. Et primo loco [p] suis hæredibus, & his, qui ex edicto prætoris inter suos hæredes connumerantur [q], dat bonorum posſeſsionem, quæ vocatur *Vnde liberi* [r]. Secundo, legitimis [ſ] hæredibus. Tertio, decem personis [t], quas extraneo manumissori præferebat. Sunt autem decem personæ [ζ] hæ: pater, mater, auus, auia, tam emancipati? Respond. sic, ad instar patroni: *vt ff. si a patre quis fuerit manumissus. l. j. & arg. ff. de bonis dam. l. fin. sic ff. si tabu. testa. nul. exta. l. j.* [a]

† Committere edictum. id est aperire edicti instituto de cō tra ta. quod facit præteritus petendo. *Glo. in l. 3. §. si quis à liberis. ff. de contra ta.* nam instituti eo ipso, quòd alij sunt præteriti, habent bo. poss. contra ta. *Glos. in l. si post mortem. §. si. ff. de bo. poſſeſ. contra tab.* & non solùm aperitur edictum per natū: sed etiam per nasciturum: *l. illud. §. fin. ff. de contra ta.*

† Idem ferè operatur bon. pos. contra tabu. & querela inofficiosi testamenti: sed illa de iure prætorio: hæc de ciuili.

n ¶ *Secundùm tabulas.* sic *ff. si tabu. testa. nulla ext. l. j.* Et hoc quando testamentum factum est in scriptis. aliàs secundùm nuncupationem: *vt C. de secundis tabu. l. ij.*
ε ¶ *Secundùm tabul.* Vete. cod. *secundùm tabul. testamenti; & cùm de test.* CVIAC.
o ¶ *Fecit.* sic *ff. si tab. testa. nulla exta. l. j. in princ.*
p ¶ *Primo loco.* (inter eas, quæ ab inteſtato deferuntur. ¶ Et nota hunc ordinem, qui sequitur, in edicto fuisse: sed non in obseruando: *vt infr. sequitur.*
q ¶ *Connumerantur. vt suprà, de hæredi. quæ ab inteſt. §. ij. & §. emancipati.*
r ¶ *Vnde liberi.* Quid erit econtrà filio emancipato mortuo? Respondeo. pater habet bonorum posſeſsionem *Vnde parentes*, vel *Vnde liberi vtiliter*: cùm æqua ratione vocent patrem ad hæreditatē filij: *vt ff. deinofficio. teſtamento. l. nam & si. & ff. vnde liberi. l. scripto.* 2. Vel dic, *vnde legitimi*: cùm semper contracta fiducia eum emāciper: *vt supr. de legitima agnatorum succeſſione. § fi.* ¶ Item nūquid filio in bonis matris datur hæc bonorum posſeſsio? Respon. non: *vt Cod. de suis, & legitimis hæredibus. l. finali.* ¶ Item nunquid in aliis vlterioribus ex linea descendentibus supradicta seruantur, scilicet vltra filios? Respond. sic, cùm omnes inferiores dicantur liberi: *vt ff. de verborum significa. l. liberorum. in princip.* ACCVRSIVS.
ſ ¶ *Secundo, legitimis.* id est agnatis, & eis, qui eorum loco sunt: *vt supr. de legit. agna. succeſſ. § j. & ij. & §. hoc etiam. & ff. vnde legitim. l. ij. § hæc autem. ij. & l. iij.*
t ¶ *Tertio, decem personis.* quas extraneo manumissori; id est ei, qui emebat filium à patre, & posteà eum manumittebat [b]: nam sic stabat olim emancipatio: *vt suprà, quib. mod. ius patr. pot. sol. §. præterea.* vel meliùs *vt infrà, eo. §. quæ autem.*
ζ ¶ *Sunt autem decem personæ.* Totidem etiam, taléſq; personę ex edicto prætoris fisco præferuntur in specie. *l. 2. C. de sec. nupt.* CVI.

[a] Etiam si sit nullum testamentum: vt quis sine causa præteritus sit: sicut de filio suprà dictum est. & hæc vera in ascendentibus per masculinū sexum: secùs si per fœminam; qui datur querela tantum. *l. illud. §. ad testamenta. ff. de contra tab.* Angel.

[b] Placet Fab. & Ang.

Consan

a ¶ *Consanguinei.* Vet. *siue consanguinei, siue vterini.* CVIAC.
a ¶ *Quarto, cognatis.* qui iure ciuili non vocantur: *vt ff. vnde cog. l. j. j. respon. & supr. de succes. agn. j. respon.*
b ¶ *Quinto, tum quem ex familia.* quæ dabatur patrono liberto moriente intestato: sequens dabatur eodem liberto moriente cũ testamento, secundùm quosdam. 2. Vel dic [a] quòd hæc familiæ; id est agnatis transuersalibus patroni datur vsque ad quintum gradum: *vt ff. de verborum signific. l. pronunciatio. §. familia. & infr. eod. §. cumque. & supr. de succes. lib. §. multis.* Sequens patrono, & descendentibus, & ascẽdentibus vsque ad quintum gradum. Prima enim non valet, cùm hîc tractetur tantùm de his, quæ ab intestato deferuntur.

[a] *Idem Ias. Fab. Ang. & Ias.*

c ¶ *Sexto, patrono.* Quare primò agnati patroni vocantur, quàm ipsi patroni? Respon. hîc ordinem edicti seruat, nõ qualiter succedi de facto debeat: & hic error in aliis casibus inuenitur.

† Sunt prima edicti verba: vt in l. 1. l. *si ex duobus. ff. vnde leg. Lex illa. ff. de verb. sig.* Cuiac.

† Decem bonorum possessiones.

d ¶ *Septimo.* deficiente parentela, & fisco exclusо: *vt Co. vnde vir, & vxor. l. j.*

Sed eas.] CASVS. Domine, iã video quòd prætor decem bon. pos. introduxit; duas ex testamento, & octo ab intestato: nunquid remanẽt omnes in statu suo? Ad hoc respond. quòd non. Nam licèt supradictas decem bon. possess. prætor ex sua iurisdictione introduxerit: à nobis tamen nihil sine cura, & studio prætermissum est: sed per nostras cõstitutiones omnia corrigentes, duas bo. pos. ex testamento à prætore introductas, videlicet contra tabul. & secundùm tabu. vtpotè necessarias constitutas, diuisimus: nihil penitùs circa eas immutantes, & similiter ab intestato bonorum possess. *Vnde liberi*, & bonorum posse. *Vnde legitimi*, in suo ordine, & vigore remanere permisimus. Illam autem bonorum poss. quæ appellatur, *Vnde decem personæ*, & quæ in edicto prætoris quinto loco posita fuerat, adnumeratis videlicet duabus bonorum possessionibus: eam pio proposito, & compendioso sermone superuacuam esse ostendimus. Cùm enim prædicta bonorum possessio decem personas suprà enumeratas extraneo manumissori preponebat: id est illi, qui non contracta fiducia succedendi emancipauerat: nostra constitutio de emancipatione liberorum facta, omnibus parentibus liberos manumittentibus, hoc gaudere priuilegio concessit, vt ex ipsa liberorum emancipatione (licèt hoc non dicatur expressè) fiduciam succedendi tacitè videantur contraxisse. Manifestè ergo liquet prædictam bonorum possessionẽ, *Vnde decem personæ*, superuacuam esse: cùm nullus hodie manumissor nostræ constitutionis auctoritate (vt dictum est) sine contracta tacitè fiducia succedendi in bonis manumissi intelligatur manumittere. Sublata igitur quinta bonorum poss. in gradum eius, & locum illam bonorum poss quæ anteà sexta fuerat, videlicet bonorum pos. *Vnde cognati.* per nostram constitutionem induximus: & eandem quintam fecimus: & cùm olim in edicto prætoris septimo loco posita fuerat bon. possess. *quasi ex familia*, & octauo loco bono. poss. *Vnde liberi patroni, patronæque, & parentes eorum*: vtramque per nostram constitutionem de iure pat. factam euacuauimus. Cùm enim ad similitudinem successionis ingenuorũ, libertinorum successiones vsque ad quintum gradum coartantes posuerimus: sufficiunt prædictis personis tam contra tab. bon. posse. quàm Vnde legitimi, & Vnde cognati, per quas possint prædictæ personæ sua iura vindicare: omni scrupulositate, & inexplicabili errore duarum prædictarum bon. poss. remota: & bonorum poss. *Vnde vir, & vxor*, quæ inter veteres bon. possessiones in nono loco posita fuerat. in suo vigore seruauimus: & altiori loco: id est sexto eam posuimus. decimam verò bo. poss. quæ appellabatur, *Vnde cognati manumissoris*, propter prædictas cautas meritò abrogauimus: vt tantùm sex bonorum poss. ordinariæ permaneant suo vigore pollentes. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *Septima eas.* Franc.

Bonorum possessiones contra tabulas, & secundùm tabulas: item Vnde liberi, & Vnde legitimi, siue agnati: hodie sunt necessariæ.

4. ¶ Sed eas[e] † quidem prætoria introduxit iurisdictio: à nobis tamen nihil incuriosum[f] prætermissum est: sed nostris constitutionibus[g] omnia corrigentes, contra tabulas quidem, & secundùm tabulas bonorum possessiones admisimus, vt potè necessarias[h] cõstitutas: nécnon ab intestato *Vnde liberi*, &, *Vnde legitimi*, bonorum possessiones.

Bonorum possessio Vnde decem personæ, est hodie sublata, & in eius locum bonorum possessio, Vnde cognati, est collocata. Angel.

Quæ autem in prætoris edicto quinto loco[i] posita fuerat, id est, *Vnde decem personæ*, eam pio proposito, & compendioso sermone superuacuam ostendimus. Cùm enim præfata bonorum possessio decem personas præponebat extraneo manumissori[k]: nostra constitutio[l] quam de emancipatione liberorum fecimus, omnibus parentibus, eisdémque manumissoribus[m] contracta fiducia[n] manumissionem[o] facere dedit[p]: vt ipsa manumissio[q] eorum hoc in se habeat priuilegium, & superuacua fiat supradicta[s] bonorum possessio[r]. Sublata igitur prædicta quinta bonorum possessione, in gradum eius sextam anteà bonorum possessionẽ induximus, & quintam fecimus: quam prætor proximis cognatis pollicetur.

Bonorum possessio, Tanquàm ex familia, & Vnde liberi patroni, patronæque, & parentes eorum sunt sublatæ. Aret.

Cumque anteà septimo loco fuerat bonorum possessio, *Tum quem ex familia*, & octauo *Vnde liberi, patroni, patronæque, & parẽtes eorum*: vtramque per constitutionem[t] nostram, quam de iure patronatus fecimus, penitùs euacuauimus. Cùm enim ad similitudinem successionis ingenuorum, libertinorum successiones posuerimus[u]: quas vsque ad quintum gradum tantummodo coartauimus, vt sit aliqua inter ingenuos, & libertinos differentia: sufficit eis[u] tam contra tabulas bonorum possessio, quàm *Vnde legitimi*, & *vnde cognati*: ex quibus possunt sua iura vindicare, omni scrupulositate, & inextricabili errore duarum istarum bonorum possessionum resoluta.

Etiam hodie viget bonorum possessio, Vnde vir, & vxor, & sextum locum occupat. Et bonorũ possessione, Vnde cognati manumissoris, prorsus sublata, remanent tantùm sex bonorum possessiones ordinariæ. Angel.

Aliam verò bonorum possessionem, quæ *Vnde vir, & vxor*, appellatur, & nono loco inter veteres bonorum possessiones posita fuerat, & in suo vigore seruauimus, & tertinorum successiones vsque ad quintum gradum coartantes posuerimus: sufficiunt prædictis personis tam contra tab. bon. posse. quàm Vnde legitimi, & Vnde cognati, per quas possint prædictæ personæ sua iura vindicare: omni scrupulositate, & inexplicabili errore duarum prædictarum bon. poss. remota: & bonorum poss. *Vnde vir, & vxor*, quæ inter veteres bon. possessiones in nono loco posita fuerat. in suo vigore seruauimus: & altiori loco: id est sexto eam posuimus. decimam verò bo. poss. quæ appellabatur, *Vnde cognati manumissoris*, propter prædictas cautas meritò abrogauimus: vt tantùm sex bonorum poss. ordinariæ permaneant suo vigore pollentes. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *Septima eas.* Franc.

e ¶ *Sed eas.* sci. supradictas decem bonorum possessiones.
f ¶ *Incuriosum.* id est sine cura.
g ¶ *Constitutionibus.* quæ remanserunt in Græco. ACCVRS.
h ¶ *Necessarias.* i. [a] viles. *sic ff. de offi. præto. l. j. in princ.* ADDITIO. Dic, imò aliquæ sunt necessariæ: *vt infr. eo. §. fi. &c.* Angel.

[a] Necessarium pro vtili.

i ¶ *Quinto loco.* sci. connumeratis bonorũ possessionibus ex testamẽto, & ab intestato.
k ¶ *Manumissori.* Expone [b] vt suprà §. *iij.* Vel dic quòd extraneus manumissor est ipse pater, quando non ex contracta fiducia emancipat. Sed si quæras, quare sibiipsi præfertur? Resp. sanè intelligas, vt pater auum emancipantem nepotem præcedat, vel si ipse pater emancipauit; inueniuntur tamen nouem personæ, quæ eum præcedunt.

[b] Extraneus manumissor.

l ¶ *Constitutio.* Cod. *de emancipa. lib. l. fi.*
m ¶ *Manumissoribus.* id est emancipatoribus.
n ¶ *Contracta fiducia.* id [c] est saluo [d] iure succedendi. ACCVRS.
o ¶ *Manumissionem.* id est emancipationem.
p ¶ *Dedit.* id est concessit.
q ¶ *Manumissio.* id est emancipatio.
s ¶ *Supradicta.* Veter. *prædicta.* & paulò post, *prafata.* CVIACIVS.
r ¶ *Supradicta bonorum posses.* vnde decem personæ.
t ¶ *Constitutionem.* de qua habuimus mentionem *suprà, de succes. lib. §. sed nostra.*
u ¶ *Posuerimus.* vt *supr. de succes. liber. §. multis.*
u ¶ *Sufficit eis.* scilicet tam cognatis, quàm agnatis patroni. DITIO. Qui excludunt agnatos, & cognatos ipsius liberti: *vt l. liberto sine liberis. ff. de bon. lib.* nec eis fit iniuria: quia si stetissent in seruitute, non habuissent.

[c] Fiducia contracta manumittit, qui saluo iure succedendi manumittit.
[d] Saluo iure clausula conseruat ius succedendi.

Altiori.

a Dignioribus altior sedes tribuenda.
b Et ad hoc implorari potest officium iudicis: non autem agi actione iniuriarū, *secundum Io. Fab. hîc.*

a ¶ *Altiori.* Hinc trahe quòd digniores [a] altiori loco sedere debent [b]: & est altior, qui proximior domino est. tyrones verò posteriori: *vt C. de tyro. l. fi. lib. xij. & ff. de aqua plu. arcen. l. j. §. penul. C. de offic. recto. pro. l. potioris.* ACCVRS TVS.

b ¶ *Decima.* bene dico, sexto poni: & hoc dico sublata decima. ACCVRS.

c ¶ *Enumeratas.* suprà *eo. §. cúmque.*

Septima eas.] CASVS. Domine iam video qualiter correxistis ius prætorium circa bonorum pos. à prætore introductas: & qualiter quatuor per vestram constitutionem sublatis, sex tantummodò bonorum possess. fecistis: pro Deo dicatis, si placet, nunquid est aliqua alia bonorum possess. Et respon. quòd sic. nam sex prædictas bonorum possess. ordinarias septima extraordinaria subsecuta est, quam quidem septimā extraordinariam prætores optima ratione introduxerunt: & hæc septima extraordinaria omnibus his competit, quibus vt detur bonorum possessio, lege, vel nouo iure, vel senatusconsulto cautum est: quā quidem septimam extraordinariā bonorū posse. prætor neque bonorū possessionib. quæ ab intestato, neque eis, quæ ex testamēto sunt, stabili iure connumerauit: sed quādóque ex testamento, & quandóque ab intestato quasi vltimum, & extraordinarium auxilium, prout res exigit, accommodauit illis, qui ex legibus, vel senatusconsul. vel principum constitutionibus nouo iure ex testamento, vel ab intest. ad successionem veniunt. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *Cùm igitur plures species.* Cæteri casus vsque ad finem tit. plani sunt.

d ¶ *Introduxerunt.* vt ff. *vt ex leg. & senatusc. l. j. j. respons.*

e ¶ *Vt detur.* scilic. bonorum possessio. ¶ Et no. [c] duo esse necessaria, vt hæc bonorum possessio competat, scilicet vt lege caueatur, vt bono. pos. detur: & quòd de iure ciuili non possit succedere, aliàs comperit: Vnde legitimi: *vt ff. vnde legitimi. l. iij. & ff. vt ex legib. & senatusconsultis. l. j. §. fi.* ACCVRS.

c Imò quatuor requiruntur. *Tas. in l. fi. C. vnde de legitim.*

f ¶ *Lege.* Ponunt quidam exemplum ex testamento: *vt C. de inoffic. testa. l. iij. §. sed cùm eam.* ex eo quòd filius natus in puerperio institutus præsumitur. Ab intestato ponunt exemplum in agnatis fœminis, & in quibusdam cognatis, qui efficiuntur agnatis similes: *vt supr. de leg. agna. succes. §. hoc etiam.* Vtrumque reprobo [d]: quia nulla lex expresse dat supradictis bonor. possess. sed eos succedere dicit. Ergo non datur hæc septima: sed, Vnde legitimi: *vt ff. vnde legit. l. iij.* Pone ergo exemplum ex testamento in posthumo alieno instituto: *vt supr. eodem. §. j.* [e] qui incipit, *nam si alienus.* Item est tam ex testamento, quàm ab intestato, pone exēplum in eo, qui decessit apud hostes, in cuius bonis datur bonorum possess. ex lege noua Cornel. *vt ff. de bon. poss. l. iij. §. sed & eius.*

d Placet Alex. *in l. fi. C. vnde legiti. iij. 4. colum.*

e Dic hoc exemplum non esse bonum secundùm doct. quia de iure nouo succedunt: de iure ciuili ergo habent vnde legitimi: *vt ff. de legit. l. j.* de iure antiquo præterabat bon. poss. ergo ista cessat: *vt sup. de leg. §. posthume.* Angel.

g ¶ *Senatusconsultio* Orfic. & Tert. *vt ff. vnde leg. l. iij. in prin. & §. fi.* nam eis datur bonorum poss. ibi, & non succedebant de iure ciuili: *vt §. ad Tertyll. in prin.* debet ergo dari sic: *vt ff. vnde legitimi. l. iij.*

h ¶ *Constitutione.* Ponunt exemplum §. *de legitima agnatorum succ. §. hoc etiam.* Itē C. *de emanc. lib. l. fi.* Sed hoc reprobo: cùm lege non caueatur eis dari bo. poss. vnde habent vnde leg. *vt ff. vnde legitimi. l. iij.* Potest tamen dici quòd ibi subaudiatur, maximè. & sic stabit prima expositio. 2. Vel melius dic, si aliqua noua constitut. fieret de nouo, quæ daret bonorum possess. ex ea daretur hæc septima.

i ¶ *Extraordinarium.* ¶ Not. duobus [a] modis fieri bonorum possessionem extraordinariam: quia vaga, vt hîc. Item quia non tribuit ius: vt Carboniana, & si venter mittatur in possessionem, & illa, quæ datur gratia agnoscendæ litis, quæ datur [b] sine causæ cognitione: *vt ff. de Carbo. edict. l. iij. §. causa. & de ventre in posses. mit. l. vbicunque. §. imerdum. & de inofficioso test. l. Papinianus. §. j.* & aliæ cum causæ cognitione [c]: *vt ff. de bonorum poss. l. iij. §. si causa. & quis ordo in bonorum possessio. ser. l. ij. §. dies. & §. in bonorum.*

a Extraordinaria bonorū possessio dicitur, vel quia vaga est, vel quia ius non tribuit.
b In scriptis exemplar. est; *dantur.*
c Hodie autem sine petitione, & sine causæ cognitione, & datione coram iudice agnoscuntur. *arg. l. pe. & fin. & quæ ibi not. per gloss. & doct. C. qui adm. ad bon. poss. &c.* Angel.

k ¶ *Plures.* quia decem, quarum sex remanserūt ordinariæ: *vt supr. eod. §. aliā. vsque ad §. septima.*

l ¶ *Disposuisset.* alio modo in edicto, quàm de facto competit: *vt diximus suprà eo. tit. §. vj.*

m ¶ *Differrentur.* sic ff. *de succ. edic. l. j. respons.*

n ¶ *Liberis.* naturalibus, & emancipatis, & emāncipātibus: *vt ff. de succes. edict. l. j. §. fin.*

o ¶ *Anni spatium, &c.* in honorem sanguinis: imò non videntur coartandi: cum velut ad propria bona veniant: *vt ff. eo. de succ. edict. l. j. §. largius. & de liberis, & posthumis. l. in suis.*

† Sic sua cuique nocere mora.

p ¶ *Cæteris autē.* Ve. *Cæteris c. dierum dedit.* Cv.

p ¶ *Accrescit.* partes enim non petentium accrescunt petentibus [d]: *vt C. quando non pe. par. pet. accres. l. j.*

q ¶ *Ex successorio edicto.* hoc intellige in cognatis: sed inter agnatos successorium edictum locum non habebat: sed hodie vtrumque locum habet: *vt suprà, de legit. agna. succ. §. placebat.*

d Et hoc verum etiā ipso iure quando eodem iure succedunt: secùs si diuerso: vt hic per Angel.

r ¶ *Pollicetur.* sc. prætor

s ¶ *Non esset.* exclusus tamen tanquàm filius, admitti potest vt agnatus: & exclusus vt agnatus, admittitur vt cognatus: vt sibi succedere videatur: *vt ff. de succes. edict. l. j. §. sed videndum.* ADDITIO. Tu die quòd simplex repudiatio, vel relata ad hæreditatem, cōcernit omne ius, & omnes vias succedendi, quando habet substitutum: secùs si ad ius adeundi: quia ad illud tantùm refertur, quod exprimitur: nisi esset adiecta causa generalis: putà quia hæreditas est dānosa: vel similis. nā ex tali ratione repudiatio ad vtrumq; refertur, secundū Ang. hic.

t ¶ *Repudiauerit.* intra suum tempus.

u ¶ *Admittitur.* vt *C. eo. l. fin.*

x ¶ *Dies vtiles.* in [e] quib. tria occurrere oportet, scilicet quòd iudicis copia fit, item actoris, item rei: *vt ff. de diuer. & tem. præs. l. j. & ff. quis ord. in bo. poss. ser. l. j. in prin. & §. dies.* ADDITIO. Hoc verum intellige de iure antiquo. Item in illis bo. poss. quæ tribuūt ius: secùs in aliis, vt est bo. poss. quæ datur gratia litis agnoscēdæ: item Carboniana, & quæ ventris nomine, de quibus an tribuant ius in poss. & an hodie procedant, & in eis locum habeat iste tex. vide per Io. Fab. hîc. Hodie autem indistinctè in omnibus bonor. poss. dies dicuntur vtiles, etiam si iudex pro tribunali non sedeat, & incipiunt currere à die scientiæ: & currunt quandiu non dubitat an sibi competat bon. poss. secundùm Angel. hic.

e Vtiles dies vt currāt, quæ requirantur.

β ¶ *Dies vtiles.* Dies [f] vtiles sunt, quibus scierit sibi bon poss. cōpetere, quibúsque eam potuerit petere. His [g] opponuntur dies, continui. Edictalis bonorum possessio quocunque die peti, & de plano dari potest. Decretalis non, nisi de tribunali. Decreta enim tribunal exigunt: Edictalis ordinaria est: Decretalis non item

f Vtiles dies qui dicantur.
g Vtilibus diebus opponuntur continui.

item.*l.filium.§.si quis cõtra.ff.de leg.præst.l. iij.§. vlt.ff.de Carb.edict.* in hoc tit.propositæ sunt.Exempla decretalium cõmodiore tradentur loco.CVIACIVS.

a ¶ *Principes.*Cod.*qui admit.ad bon.possl.pen.& fi.*

b ¶ *Pro petenda.*erat enim alia edictalis, quæ ex edicto mortui prætoris competebat.

a Hodie tamen recessit ab aula : quia nec decreto, nec patris citatione opus est: *vt d.l.fi secundum Ang.*

¶ Id est volũtatis signum.

¶ Id est principum.

hanc non erat necesse peti:*vt ff.de bon.poss.l. iij.§.sed si nemo.*Alia decretalis, quæ à prætore viuo decernitur [a] :& hoc olim solemniter: hodie sufficit quocunque modo dicat se velle agnoscere:quæ iudicialis dici potest:quia in iudicis præsentia agnoscitur:*vt hic,& Cod.qui admit.ad bon. poss.l.pen.& fi.* Item nunquid hodie bo.poss. locum habent? Respon. sic:nam & eas proponere quis potest: & contra tab.necessaria etiam est filio emãcipato, & præterito.Item vnde vir, & vxor, necessaria videtur:& vt olim aliæ non erant necessariæ,sic nec hodie : eis tamen vti possumus : Alij contrà: cùm nouus modus succedendi sit inuentus: *vt in auth.de hære.ab intest. per totum.coll.ix.*

c ¶ *Ostenderit.* coram quocunque iudice.

6. ¶ Sed bene anteriores principes [d],& huic causæ prouiderunt,ne quis pro petenda [b] bonorum possessione curet ; sed quocunque modo admittendi eam iudicium † intra statuta tempora ostenderit [c], plenum habeat eorum †beneficium.

DE ACQVISITIONE per arrogationem. TITVLVS XI.

Quamuis omnia arrogati bona, (his demptis,quæ capitis deminutione perennt) arrogatori patri olim pleno iure acquirerentur: hodie tamen solus aduentitiorũ vsusfructus instar naturalium liberorum illi quæritur.

EST & alterius generis per vniuersitatẽ successio [d], quæ neque lege duodecim tabularum, neque prætoris edicto; sed eo iure,quod consensu [e] receptum est,introducta est. Ecce enim cum paterfamiliàs sese in arrogationem dat, omnes res [f] eius, corporales, & incorporales,quæque ei debitę sunt,arrogatori anteà [g] quidem pleno iure acquirebantur : exceptis his, quæ per capitis deminutionẽ [h] pereunt,quales sunt operarũ [i] obligationes , & ius agnationis [k] †,vsus etenim, & vsusfructus licèt his anteà connumerabãtur: attamen capitis deminutione minima eos tolli nostra prohibuit constitutio [l].

2. ¶ Nunc autem [m] nos eandem acquisitionem,quæ per arrogationem fiebat,coartauimus ad similitudinem naturaliũ parentum [n].Nihil enim aliud nisi tantummodò vsusfructus tã naturalibus parentibus [β], quàm adoptiuis per filios familiàs acquiritur in his rebus, quæ extrinsecùs [o] filiis obueniunt,dominio eis integro seruato.

Arrogati filij in arrogatione vita functi successio ad arrogatorem pertinet : nisi supersint,qui ei præferantur.Item pro debitis ante arrogationem contractis nõ tenetur arrogator.

Mortuo autem filio arrogato in adoptiua familia, etiam dominium rerum eius [γ] ad arrogatorem pertransit : nisi supersint aliæ personæ [p],quæ ex constitutione nostra patrem in his, quæ acquiri nõ possunt [q],antecedãt.

*Arrogator nõ tenetur nomine proprio ad debita arrogati priùs contracta:sed nomine filij tenetur.*Aret.

3. ¶ Sed ex diuerso pro eo,quod is debuit, qui se in adoptionem dedit, ipso quidẽ iure [δ] arrogator non tenetur;sed nomine filij conuenitur [ε]: & si noluerit eũ defendere,permittitur creditoribus per competentes nostros magistratus bona, quę eius cũm vsufructu futura fuissent, si se alieno iuri non subiecisset, possidere, & legitimo modo ea disponere,

DE ACQVISITIONE per arrogationem.

Diuisio.

Quia [b] *bona, quæ nobis acquiruntur titulo vniuersali : aut acquiruntur per additionem hæreditatis, aut per bono. poss. aut per arrogationem,aut per addictionem bonorum causa libertatum conseruandarum.*§.fin.supr. per quas perso.nob. acquirit. *ideò viso suprà de hære. & bo. poss.sequitur videre de acquisitione per arrogationem.*Porcus.

¶Perdit arrogatus agnationem.i. ius succedendi tanquã agnatus: sed non tanquam cognatus, Aegi.Per.

St & alterius.] Totus iste titu.diuiditur in tres partes. Primò vnde fuit introducta acquisitio per arrogationem. Secundò posteà illud declarat tam de iure antiquo , quàm moderno: & quòd arrogatori acquiratur. Tertiò , an arrogator teneatur ad debita arrogati.Secunda ibi, *Ecce enim.* Tertia ibi , *Sed ex diuerso.*

d ¶ *Successio.*vt *ff.pro socio.l.actione.§.morte vnius.versi.societas.*

e ¶ *Consensu.*scilicet arrogantis,& arrogati.

f ¶ *Omnes res.*& etiam filij: *vt supr.de adopt.§.illud.*

g ¶ *Anteà.*id est iure veteri.

h ¶ *Per capitis deminutionem.* scilicet minimam : nam dando se in arrogationem,minimam capitis deminutionem patitur: *vt suprà,de cap.demi.§.minima.*

i ¶ *Operarum.*hoc intellige de operis,quæ à libertis debentur, & non transeunt ad hæredem extraneum:vt sunt obsequiales [c],quæ in faciendo consistunt.s.assurgere,& similia:*vt ff.de ope.lib.l.liberti.*Item in fabrilibus incertis: *vt ff.de oper.lib. l.si operarum iudicio.* aliud si conduxerit ille arrogatus operas alicuius. nam istæ arrogatori quæruntur.

o Operas obsequiales debent liberti patronis.

k ¶ *Quales sunt operarum.*Hic locus est difficilis: eũ se mox Th. explicaturum pollicetur,non explicat tamen:errato memoriæ,vt opinor,qua etiam lapsus est in §. *pen.de cap.demin.* Quæstio est, cum adrogatione non pereat ius patronatus.*l. sed si hæc. §. patronum.de in ius voc.l.si libertus prætorio.l.patroni. de op.lib.* cur tamen operarum obligatio pereat.Loquitur de operis libertorum. Seruorum enim operas capitis deminutione non perire constat inter omnes. *l. 2. de vsufruct.leg.*quod & de fabrilibus,pictoriis,aut alterius artificij operis mihi debitis dici conuenit. Officiales adrogatione pereunt. Officiales sunt cuiuscunque artificij operæ, quas patrono libertus officij causa præstat.*l.operæ.ff.de ope. lib.* hæ natura debentur:& ideò si eas ciuili iure indebitas libertus patrono exhibuerit,condictio cessat.*l.si non sortem.§.libertus.ds cond.indeb.*& soli patrono debentur:denique soli patrono soluuntur, nõ adiecto.*l.seruus patroni.cum seq.ff.de ope.lib.*non alij cuilibet , nisi iubente patrono illæ, quæ in artificio sunt , non hæredi patroni extraneo illæ,quæ nondum indictæ sunt,id est,quæ nondum cessarunt.Liberis tamen debẽtur:quia patroni sunt: liberis, inquam, non exhæreditatis , etiã si hæredes non fuerint. Credo in *l.pro hærede. §. si quid tamen. ff. de adquir.hæ.* sic legendum esse , *cùm petitio earum etiam non hæredibus competat:*vt *in l.à duobus. & l.si operarum.de oper. lib.* sequitur,*& maximè futurarum* , quia scilicet præteritarum petitio solis hæredibus competit. Creditori sanè operarum petitio non cõpetit.sed neque adrogatori operarum obligatio adquiri potest : quia patronus non est. Ea igitur obligatio vt adrogatione pereat necesse est : quandoquidem in adrogati persona cõsistere non potest; quin & adrogatori ipsa statim adquiri videatur.& hæc est huius loci vera, ni fallor, explicatio. Illud notandum est , ab officiis in iure nostro separari obsequia : rursus fabriles , pictorias, aut similes operas seseparari ab officialibus, quòd hæ officij causa à liberto , illæ non officij causa ab alio , vel à liberto,nõ vt liberto: sed vt à quolibet edantur. denique nihil eorũ,quæ de officialibus suprà dicta sunt, in illas cadit. Illud etiam adiici dignum est in §. *libertus*, pro , *veluti pictorias.* legendum esse *vel pictorias.*vt in *l. ea operæ.l.quotiens.de op.lib.* CVIAC.

k ¶ *Ius agnationis.* ius succedendi , quod quis per agnationem consequitur.& hoc hodie est:*vt infr.eo.§.mortuo.* Item ius petendæ bo. poss.perit,si ante eam petitam arrogandum se dederit : aliud si iã petiit:*vt ff. vnde lib. l.fin.& de contra tab.l.iij.§.si emancipatus.*ACCVR. ADDITIO Ius tamen adeundi de iure ciuili indistinctè retinet:& fortè etiam inuitus adire cogi poterit ad instar naturalis.

l ¶ *Constitutio.C.de vsufru.l. corruptionem.* ACCVRS.

m ¶ *Nunc autem.*aduersatur ei,quod suprà dixerat,quòd omnes res acquirebantur arroganti.

n ¶ *Naturalium parentum.*vbi [a] in aduentitiis tantùm vsusfructus quæritur:*vt C.de bon.quæ libe.l.cùm oportet.*

β ¶ *Parentibus.*Vet.*patribus.*

o ¶ *Quæ extrinsecùs.*id est,in aduentitiis.

γ ¶ *Rerum eius.*Veter. non habent,*rerum.*& paulò pòst habent, *Antecedunt.*CVIACIVS.

p ¶ *Aliæ personæ.*vt [b] descendentes ex filio arrogato.(*vt C. communia de suc.l.fin.* ¶ Vbi est constitutio : de qua hîc fit mentio.) 2.Item si hic arrogatus esset impubes,& impubes decederet, admitterentur etiam alij ex stipulatione:*vt ff.de adop.l.non enim aliter.& l.his verbis.& l.hæc autem.& suprà , de adoptio.§.cùm autem.* 3. Sed quid in patre naturali,à quo hîc arrogatus erat emancipatus?Respo.Pla.eum præferri arroganti. [c] sed hodie fratres vtrinque coniuncti vocabãtur cum arrogante.*vt in auth. de har.ab intest.§.consequens.coll.ix.*

q ¶ *Non possunt.*vt in aduentitiis. profectitia enim sibi non auferuntur.

δ ¶ *Ipso quidem iure.*Id est,*prætorio iure.*CVIACIVS.

ε ¶ *Conuenitur.*de facto.nam non tenetur de iure:sed de his,quę contraxit,postquàm fuit arrogatus,tenetur de peculio:*vt ff. de pe. l.in arrogatorem.* [d] & si tũc non defendat pater,in bonis ipsius patris fit missio:*vt ff.quib.ex cau.in pos.eatur.l.Fulcinius.§.si quis,*ACC.

ς ¶ *Conuenitur.*Vet.*conuenietur.*CVIACIVS.

a Aduentitiorum filij nudus vsusfructus patri adquiritur.

b Arrogato quæ personæ succedere debent.

c Quod verũ intellige , vbi arrogatus est sibi in secundo grãdu : vt quia est arrogatus tãquam nepos: aliàs secus secundùm Angel.hîc.

d Quod verũ si contraxit de peculio: alioquin si sibi hæreditas delata fuerit , distinguitur, an iussu patris quæsierit,vel non: & an filius repudiet , & pater adiuerit pro se, & ecõtrà: sicut fit in naturali,& legitimo:*vt l. fi. §.1. C.de bo.quæ lib.*Angel.

DE

† Addicere quid sit, vide Bud. *in annota. ad Pandec. tit. de in diem addictione.* & Nebris. *in lexico in Cic. in dictione, addicere.* Significat enim ferè hoc tit. addici, idē quod adiudicari per iudicem: vnde hæc erant prætoris verba, *do, dico, addico,*

a Diuisio.

DE EO, CVI libertatis causa &c.

Suprà visū est de acquisitione, qua fit per arrogationem, & sic titulo vniuersali: verùm quia est & alia qua fit per addictionem bonorum libertatum conseruandarū causa. §. fina. suprà, per quas personas nobis adquir. *ideò subdit de eo, cui libertatis causa bona addicuntur.* Porc.

[A] *Ceessit.*] Totus [a] iste titulus diuiditur in quatuor partes. Primò ponit acquisitionem causa libertatis conseruandæ. Secundò, illud per rescriptum diui Marci probat. Tertiò, verba dicti rescripti interpretatur. Quartò, illud supplet. Secunda ibi; *Et ita diui.* Tertia ibi; *Hoc rescripto.* Quarta ibi; *Sed cùm multas.* ACCVRSIVS.

a ¶ *Nouus casus successionis.* Et est hic quartus succedendi modus: *vt suprà, per quas perso. nobis acqui.* §. *fin.* ACCVRS.

b ¶ *Ex constitutione,* cuius verba sunt *infrà, eod.* §. *si Virginio.*

c ¶ *Acceperunt.* destinatione.

d ¶ *In testamento.* idem priuilegium datur cuilibet petenti bona hac contemplatione: *vt C. de testa. ma. l. final.* ACCVRS. ADDITIO. Atis præfertur, qui preuenit: *vt ibi in dicta l. fin.* §. *sancimus.*

e ¶ *Non aditur.* scilicet ab hærede.

f ¶ *Hæreditas.* Quomodo [b] ergo valet, quod in eo relictum est: *vt C. de fideicommiss. lib. l. eam, quam?* Respond. hîc speciale est.

g ¶ *Venire.* id est vendi.

h ¶ *Idoneè.* fideiussoribus [c], vel pignoribus, vel fide habita: *vt ff. de fideicommissa. liber. l. iiij.* §. *addici.*

i ¶ *Creditoribus.* vel omnibus, vel vni nomine omniū [d]: *vt ff. de fideicommiss. lib. l. iiij.* §. *addici, versic. creditoribus.*

k ¶ *Adita esset.* Nota mirabile, quòd ex hac pactione serui fiunt liberi, vt Orcini: *vt hic, & ff. de fideicommiss. liber. l. iiij.* §. *hi, qui ad.* Qui sint Orcini, & vnde dicantur, dictum est suprà *de singu. re. per fideicom. reli.* §. *pen.*

l ¶ *Tui liberi fiant.* subaudi, hoc tibi concedimus, sed operas neque Orcinis, neque ab eo manumissis imponet: *vt ff. de ope. liber. l. si quis hac lege.*

b Libertas data competit ex eo testamēto, ex quo adita non est hæreditas.

† Sic *ff. de fideicom. l. 4.* §. *hi, qui ad.*

c Idoneè caret, qui dat fideiussorem, vel pignus, vel cui fides habita est.

d Stipulari priuatus potest pro altero certis casibus. *contrà l. stipulatio ista.* §. *alteri. ff. de verb. obli. & in* §. *alteri infra, de ver. oblig.* & est ratio fauore libertatis, vt facilius possit iniri ratio, qua libertatē serui consequantur. *Ang.*

DE EO CVI LIBERTATIS causa bona addicuntur. †

TITVLVS XII.

Si hæreditas illius, qui libertates reliquit, non adeatur: potest ille, cui libertas est relicta, vel alius, petere sibi addici bona defuncti, & satisfacere creditoribus, & erit tanquam successor defuncti: & serui, quibus libertas directò, vel per fideicommissum est relicta, erunt liberi, etiam si bona forent à fisco occupata. Aret.

[A] Ceessit nouus casus successionis [a] ex cōstitutione [b] diui Marci. Nam si hi, qui libertatem acceperunt [c] à domino in testamento [d], ex quo non aditur [e] hæreditas [f], velint bona sibi addici libertatum conseruandarum causa, audiuntur,

¶ Et ita diui Marci rescripto ad Pompilium Rufum continetur. Verba rescripti ita se habēt: Si Virginio Valenti, qui testamento suo libertatem quibusdam adscripsit, nemine successore ab intestato existente, in ea causa bona eius esse cœperunt, vt vænire [g] debeant: is, cuius de ea re notio est, aditus, rationem desiderij tui habebit, vt libertatum tam earum, quæ directò, quàm earum, quæ per speciem fideicommissi relictæ sunt, tuēdarum gratia addicantur tibi, si idoneè [h] creditoribus [i] caueris de solido, quod cuique debetur, soluendo. Et hi quidem, quibus directa libertas data est, perinde liberti erunt, ac si hæreditas adita esset [k]. Hi autem, quos hæres manumittere rogatus est, à te libertatem consequentur: ita autem si non alia conditione velis tibi bona † addici, quàm vt hi etiam, qui directò libertatem acceperunt, tui liberti fiant [l]. Nam huic [m] etiam voluntati tuæ, si hi, de quorum statu agitur, consentiant [n], auctoritatem nostram accommodamus [o]. Et ne huius rescriptionis nostræ emolumentum alia ratione irritam fiat: si fiscus bona agnoscere voluerit, & hi, qui rebus nostris attendunt [p], sciant commodo pecuniario præferendam [q] esse libertatis causam: & ita bona cogenda [r], vt libertas his salua sit, qui eam adipisci potuerunt, ac si hæreditas ex testamento adita esset [s].

Bonis addictis cessat venditio ipsorum.

¶ Hoc rescripto subuentum est & libertatibus, & defunctis, ne bona eorum à creditoribus possideantur, & væneant [t]. Certè si fuerint hac de causa bona addicta, cessat bonorum venditio. Existit enim defuncti defensor, & quidem idoneus, qui de solido creditoribus cauet.

Addictio bonorum tunc demùm habet locum, cùm defunctus reliquit libertates ex testamento, vel ab intestato. Aret.

¶ In primis hoc rescriptum totiens locum habet, quotiens testamēto libertates datæ sunt. Quid ergo si quis intestatus decedens codicillis libertates dederit, neque adita sit ab intestato hæreditas; fauor cōstitutionis debebit locum habere. Certè si intestatus decesserit, & codicillis dederit libertatem: competere eam [u], nemini dubiū est.

¶ Tunc constitutioni locum esse verba ostendunt, cùm nemo successor [x] ab intestato existat. Ergo quamdiu incertum erit vtrùm existat, an non: cessabit constitutio. Si verò certum esse cœperit neminem [y] existere, tunc erit constitutioni locus.

Licèt ille, qui repudiauerit hæreditatem, possit in integrum restitui, & iterum adire: tamen addictio semel facta, & libertates nō cessabunt.

5. ¶ Si is, qui in integrum restitui potest, abstinuerit hæreditate: an quamuis potest in integrum restitui, possit admitti constitutio, & bonorum addictio fieri [z]? Quid ergo si post addictionem libertatum conseruandarum causa factam, in integrum sit restitutus? Vtique non erit dicendum reuocari libertates: quia semel competierunt.

Si libertates datæ fuerint inter viuos, datur addictio bonorum: sed reuocatur in dubium, an datæ fuerint in fraudem creditorum. Aret.

¶ Hæc constitutio, libertatum tuendarum causa introducta est. Ergo si libertates nullæ sunt datæ, cessat hæc constitutio. Quid ergo si viuus dederit libertates, vel mortis causa, & ne de hoc quæratur, vtrùm in fraudem creditorum, an non, factū sit, idcircò velint sibi addici bona: an audiendi sint? Et magis est vt audiri debeant, etsi deficiant verba constitutionis †.

Supplet rescriptum D. Marci. Aret.

7. ¶ Sed cùm multas diuisiones [a] eiusmodi constitutioni deesse perspeximus: lata est à nobis plenissima constitutio [b], in qua multæ species [c] collatæ sunt, quibus ius huiusmodi successionis plenissimum est effectum, quas ex ipsius lectione constitutionis potest quis cognoscere.

DE

m ¶ *Nam huic.* subaudi concedimus.

n ¶ *Consentiant.* aliàs in seruitute remaneant: & quem nolunt habere patronum, habebunt dominum. *Cod. de manumiss. testa. l. fin.* §. *quarto.* ADDITIO. Vide quod not. in dicta *l. fina.* quia quod dicitur hîc, obtinet: vbi extraneus petit addici: secùs si fit aliquis de illis, cui sit relicta libertas: quoniam etiam potest petere dissentientibus aliis. Ang.

o ¶ *Accommodamus. ff. de fideicom. lib. l. iiij.* §. *hi, qui.*

p ¶ *Attendunt.* vt procuratores nostri.

q ¶ *Præferendam.* hoc [a] est: quia competent libertates. ACCVRS.

r ¶ *Cogenda.* i. accipienda per fiscum.

s ¶ *Adita esset.* olim priùs fiscus admittebatur bonis non aditis ab alio, & etiam aditis, dūmodò essent bona soluendo: aliàs aditio ab alio facta valebat: *vt ff. de fideicommiss. liber. l. iiij.* §. *penultim.* hodie indistinctè admittitur: *vt C. de testa. manu. l. fi.* §. *penultimo.*

t ¶ *Vaneant.* id est vendantur.

u ¶ *Eam.* libertatem. ACCVRS.

x ¶ *Successor.* ¶ Nunquid ex testamento, vel ab intestato erit iste hæres? Respond. neutrum dici potest. Dic ergo hunc anomalum [b] successorem esse: sicut illū, qui succedit hæredi nō implenti defuncti voluntatem [c]: *vt in authent. de hared. & Falc.* §. *in omnibus. collat. j.* & iura sepulchrorum habet, vt bonorum possessor: *vt ff. de fideicommiss. lib. l. iiij.* §. *is autem, cui.*

y ¶ *Neminem.* hęredem ab intestato. ADDITIO. Puta quia repudiauit, vel lapsus est terminus præfixus ad instantiam petentis bona sibi addici. Sed si solùm ad instantiam creditorum fuisset præfixus, haberetur pro hærede. Angelus

z ¶ *Fieri.* & respondeo sic: *vt ff. de fideicom. lib. l. iiij.* §. *j.* ACCVRS.

a ¶ *Diuisiones.* i. casus.

b ¶ *Constitutio. C. de testa. manu. l. fi.*

c ¶ *Species.* i. casus.

a Libertas cō modo pecuniario præferenda est.

b Anomalę successio quid, vide quædam apud Lauden. *Fontan. 3. in primum. j.* & qui ita succedit, hæres appellatur. de quo vide Ioannem le Citier. *li. 1. de primogenit. quæstio. 21.* Mōlerratum *3. in tract. de successione reg. vers. datur & alia tertia.*

c Anomalus successor is dicitur, qui succedit hæredi implenti voluntatem defuncti.

† Verba legis licèt deficiant: si tamen legis mens viget, habebit locū legis dispositio; & ideò ratio legis locum habet; licèt verba deficiāt secundùm Angel.

DE SVCCESSIONIBVS,

a Continuatio. *Suprà* [a] *visum est de multiplici specie successionum: sed quia sunt quædam, quæ hodie sunt sublatæ, vt est illa, quæ fiebat per bonorum traditionem, vel senatusconsultum Claudianum, ideò subdit de successionibus sublatis.* Porc.

DE SVCCESSIONIBVS,

quæ fiebant per bonorum venditiones, & ex senatusconsulto Claudiano, sublatis.

TITVLVS XIII.

Successio facta per venditionem bonorum debitoris, est hodie sublata. Aretinus.

Rant ante prædictam.] Totus iste titulus diuiditur [b] in duas partes. Primò tollit venditiones, & successiones, quæ ex eis fiebant. Secundò, quæ fiebant ex senatusconsulto. Secunda ibi; *Erat.*

b Diuisio.

¶ *Bonorum emptio.* Bonorum emptor similis erat bonorum possessori. cum eo creditores experiũtur *l. nam posteà. §. sed etsi quis. ff. de iure iur.* vel certa parte decidunt. *l. imperator. ff. de pactis.* qua forma constituatur, The. refert. cui & illud adiungi potest, quod Cicero scribit in hunc modum *lib. vj. ad Att.* Alterum, quòd sine edicto commodè transigi non potest de hæreditatum possessionibus, de bonis possidendis, magistris faciendis, vendendis, quæ ex edicto & postulari, & fieri solent. CVIAC.

a ¶ *Emptio.* id est venditio [c] vt sequitur: *sic & ff. de actio. emp. l. veteres.* ACCVRS. ADDITIO. Quod facit, vt pœnale dispositum in vno, putà vendente habeat locum etiam in emente, cùm sint correlatiua.

c *Venditionis*, verbum interdum ponitur pro emptione, & econtrà Quia licèt simpliciter alterutrum proferatur, verumque intelligitur, vt quæ sint correlatiua: *vt l. fi. C. de iudi. viduit. toll. & l. s. ff. de act.* Angel.

b ¶ *Ambages.* nam proponebat creditori actionem: & si cadebat à syllaba, cadebat à causa. Si verò non cadebat: bona debitoris absentis, vel præsentis vendebat sua auctoritate: quod hodie non est: *vt hîc, & C. de form. & impe. l. j. & ij.*

c ¶ *Ordinaria.* id est solemnia.

β ¶ *Extraord. iudicijs.* Cùm non solemni more, & certis perscriptísque formulis iudicia exerceantur. CVIAC.

d ¶ *Expirauerunt.* id est recesserunt.

e ¶ *Bona.* scilicet omnia: *vt ff. quibus ex cau. in poss. ea. l.* j. sed hodie pro mensura debiti declarati: *vt in authen. de exhiben. & intro. re. §. si verò semel. collat. v.* ADDITIO. Dic hoc verum, quando agitur personali; secùs si agatur etiam hodie reali, vel hypothecaria, quia iura antiqua remanent incorrecta: & sic fit missio in solidum in poss. *vt no. glo. in auth. ei, qui. C. de bo. auctor. iud. poss. & in l. iij. in glo. pen. C. de procu.*

f ¶ *Libris.* vt *ff. qui. ex cau. in pos. ea. per totum. & de bo. auct. iud. poss. per totum.*

γ ¶ *Ex S. C. Claudiano.* Error est in Suetonio Tranquillo, cùm hoc S. C. & id quod Macedonianum dicitur, Vespasiano tribuit. Verius enim est vtrumque esse Claudianum, vt scribit Tacitus *lib. 11.* & priùs quidem à me πλατύτερον fuit explicatum in notis ad Vlpian. *tit. de tutelis.* CVIAC.

g ¶ *Bacchata.* id est capta, vel decepta: vt [d] enim vino quis capitur, vel Baccho: ita & amore. Item furore [e] amoris nihil vehementius inuenitur: *vt in authen. qui. mod. na. effi. legitimi. §. illud. ver. notissimus. collat. vj.* ADDITIO. Et maximè in iuuenibus.

Vnde versus,

Militat in teneris annis amor hospes amœnus:
Atque in canicie ridiculosa Venus.

Facit *c. cùm in iuuentute. extrà de præsumpt.*

d Ebrius, & mulier luxuriosa æquiparantur.

Omnis stipulatio.] Casvs. Dixi, Iustin. domine, procedatis in materia, & dicatis mihi aliquam stipulationum diuisionem. Et respon. quòd omnis stipulatio aut est pura, aut in diem, aut sub conditione. Sed domine, posuistis iam trimembrem diuisionem: ponatis de primo exemplum, si placet. Et respon. quòd stipulatio sit purè. Nam si quærā à te sic: frater, quinque aureos dare spondes? & tu respondeas, promitto: ista stipulatio dicitur pura: & ideò illud, quod in istam stipulationem deductum est, statim peti potest: non tamen sic intelligendum est, vt statim veniat cum sacco paratus. Sed domine, iam vidi qualiter fit stipulatio purè. sed qualiter fit in diem? Respon. In diem fit stipulatio, veluti si dicat stipulator, Promittis mihi in primis Kalen. Iuniis decem? & promissor respondeat, promitto. ista est stipulatio in diem: & statim stipulatione facta debetur, quod promissum est: sed non potest peti antequàm dies venerit, & die aduenient, vel stante adhuc non potes petere promissum, nisi tota dies sit præterita, siue elapsa, quia incommutabiliter non possumus dicere quòd non soluerit sua die, id est, apposita, vel præfixa, antequàm totus dies fuerit elapsus.

decem [a] dierum dandum est: *vt* ĵ. *de inuti. stipul. §. fi. & in gl. fi. & ff. de consti. pec. l. promissor.* Sic etiam ferè vbique consuetudo interpretatur, vt intra decem dies fiant præcepta à potestatibus, quæ est bona legum interpres: *vt ff. de leg. & senatusc. on. l. si de interpretatione. & ca. cùm dilectus. extrà, de consuet.*

a ¶ *In diem.* sc. fit stipulatio. ¶ Sed nũquid stipulatio b est actus ciuilis? Respõ. sic: *vt* ĵ. *de act. §. cõstituta.* ergo [c] nõ debet recipere diẽ, nec etiam conditionẽ: *vt ff. de regu. iur. l. actus.* Sed dic quòd hic actus ibi nõ computatur. sic in nouatione, vt dicitur *ff. de noua. l. nouatio.* Et illa regula act. habet locum in suis numeratis casibus.

b ¶ *Primis.* superfluè hoc dicitur: *ff. eo. l. eum, qui calendis. in princ.*

c ¶ *In diem.* Aliud si ad diem. [d] Nã tunc vsque ad diem tenetur, & non post: *vt ff. de actionib. & obligatio. l. obligationum ferè.* §. j. & dic quòd idem [e] est dicere ex die, quòd in diem *vt dicta lege. in prin. & hic.*

d ¶ *Priusquàm.* nam cessit, sed non venit dies: quod dic: *vt ff. de verb. signifi. l. cedere.*

e ¶ *Non potest.* sic *ff. si cert. peta. l. certi conditio. in prin.* & si petat, repellitur per exceptionem: *vt* ĵ. *de excep. §. præterea.*

f ¶ *Ne eo quidem.* nisi ab initio sic dicat: Hodie dare spondes? quo casu pura est: *vt ff. eo. l. liber homo. §. decem.* Sed si est pura, ergo peti non potest ante decem dies. Ita [f] enim determinatur verbum *confestim.* ĵ. *eo. §. omnis. & in dicta l. ff. eo. l. liber homo.* dicitur quòd eadem die: ergo malè. Sed ibi expressa est dies.

g ¶ *Facta est.* scilicet vt soluatur.

h ¶ *Tribui debet.* hîc not. quæstionem de facto. Iudex statuit terminum peremptorium partibus ad audiendam sententiam, putà diem Iouis, vna partium non veniente eadem die, quæro quando debeat ea sentẽtia ferri: an die statuta, vel sequenti? Et videtur quòd non die statuta: quia vt in contractibus, tota illa dies videtur sua: *vt hic, & pro hoc est, ff. de ferijs. l. more Romano.* per quam legem etiã si media nocte venisset, satis sufficeret. vnde patet quòd ea die ferri non debuit. Item alia ratione: quia post peremptorium debet partem absentem citare iudex: *vt ff. de iud. l. & post edictum.* & inter vnam citationem, & aliã debebat esse spacium decem dierum olim: *vt ff. de iudi. l. per interuallum.* hodie xxx. dierum: *vt in authen. de litig. §. omnem. colla. vij.* & secundùm consuetudinem Bononiẽ. vnius diei. Vnde patet quòd in die peremptorij non debet ferri. Sed in illa *l. & post edictum.* exponitur, *debet* ŝ, id est, potest. ¶ Item videtur [h] econtrà quòd in die peremptorij debeat iudicari: *vt C. quando prouo. non est necess. l. cùm non eo die.* Item si sit ita propè serò, vt certum sit eam partem ampliùs non posse venire, debet iudicare in die peremptorij: *vt ff. de verb. oblig. l. cùm stipulatus sum mihi à Proculo. & l. liber homo. in fi.* Et hæc est verior opinio. Sed tamen post vesperas statim, vel in ipsis vesperis debet ferri: *vt in authent. de iudi. § sedebunt. colla. vj.* Sed nec in nocte debet ferri sententia: & ita paulò post excessum vesperarum debet iudicari. Et ita quidam electi ad quoddam consilium de facto iudicauerunt. ADDIT. Nisi iurisdictio iudicis sit peritura. Et hæc procedunt in definitiua, non in interlocutoria: quæ etiam de nocte ferri potest. & ab opin. istius glo. quam etiam tenuit Bart. & Bald. dicit Angel. non esse recedendum. & an die sequenti peremptorium possit ferri sententia, vide pulchrè per eum hîc.

i ¶ *Datum non esse.* id est, non est hoc verum incõmutabiliter.

k ¶ *Priusquàm.* vt *ff. eo. l. quicquid. §. fin. & de pign. actio. l. si necessarias. §. si annua.*

At si ita stipuleris. CASVS. Suprà vidimus quòd ille, qui promittit, non potest conueniri cum effectu, quousque dies venerit. Sed do. quid diceretis de illa stipulatione, qua quis mihi promittit decem quoad viuam; Frater, dicit ipse: ista stipulatio pura est. & perpetuò obligatus est promissor. vnde si pura est: possum singulis annis, quamdiu viuã, agere de decem in principio cuiuslibet anni: & hæres etiã meus de rigore iuris potest agere: sed submouebitur per exceptionem pacti facti de non petendo, quasi videat tacitè pactum fecisse quòd ego possum petere dum viuo: hæres autem meus non possit. Illud autem, (vt dicunt) pactum tacitum est inductum à potestate iuris ab isto verbo in stipulatione inserto, videlicet *quoad viuam.* Eo enim ipso quòd fuit mihi promissum illud annuum quoad viuerem: per hoc tacitè videor pactus fuisse, ne hæres meus petat. & hoc dicit. Et legatur illud, *at*, scilicet quod ponitur in

principp. §. aduersatiuè, videlicet sic: ita est quòd illa stipulatio in diem, quæ est in proximo §. non est pura: *at*, pro *sed.*

l ¶ *Annuos.* aliud [a] si dixerit singulis annis. Nam primo casu in initio cuiuscumque anni, secundo in fine committitur stipulatio: quia sic est in legato sic relicto: *vt* C. *quando dies lega. coll.* j. *& ff. quando dies le. ce. l.* j. *nec semel.* Vnde versus:

Annua si debes, tunc inspicies caput anni:
Anno si debes, in fine teneberis anni.

vt dices *infrà, de inutili stipu. §. qui hoc anno. & ff. eod. l. qui hoc anno.* ¶ Sed nunquid est vna stipulatio, vel plures? Resp. vna est: *vt ff. eo. l. si Stichum.* §. j. [b] ¶ Sed quæ est ratio? Respon. quia semel in stipulatione inspicitur conditio stipulantis: vt si sit filius, acquirat patri: & vna est actio: *vt ff. eod. l. si filius.* sed in legatis pluries consideratur: scilicet singulis annis: cùm singulis annis cedat dies legati, & plures sint actiones: *vt ff. de ann. le. l. cùm in annos. & quando dies legati cedit, l. cùm in annos.* Sed Mart. dicebat hanc esse differentiam, quia in stipulatione est vna verborum conceptio: sed quantum ad rei veritatem plures sunt, sicut legata: & facit pro eo, *ff. eod. l. pluribus.* §. j. Sed ibi certè per alia verba fuit facta, scilicet per hæc, annua, bima, trima die. vel dic quòd ibi quorumdam sententia recitatur. Nec obstat quòd vna est conceptio, nam & in legato vna est conceptio.

a ¶ *Annuos.* Nihil interest vtrùm annua, vel in annos singulos, vel quotannis stipuleris: Est autem pura stipulatio. Simile etiam legatum purum est. *l. nec semel. ff. quando dies lega. ced.* præterea vna est stipulatio, eáque incerta, quòd certum, & definitum tempus non comprehendat. Legatum verò est multiplex. In stipulatione semel, in legato quotannis ius capiendi inspicitur. *l. senatus. §. vlt. ff. de donat. causa mortis. l. cùm in annos. de annuis legatis. l. cùm in annos.* j. *& ij. ff. quando dies lega. ced.* Stipulatio perpetua est: Legatum morte finitur. *l. si Stichum. §. vltimo. de verborum obligat. l. si in singulos. de annuis legatis.* Quæsierit aliquis rationem differentiæ: & respondebitur annua legata relinqui alimentorum, habitationis, disciplinæ, vestiarij, vel aliàs vt legatario consulatur. In stipulatione non alimentorum, aut similis causæ rationem haberi: sed promissorem sibi potiùs diuisis pensionibus consulere, quàm stipulatori: qua fine etiam si testator legauerit, nempe vt hæredi consuleret, nihil planè distabit legatum ab stipulatione: & hoc proditum est in *l. nec semel. l. si cum præf. l. Firmio. §. vltimo. ff. quando dies lega. ced.* Ab illis autem stipulationum formulis, eæ sepatandæ sunt, quæ sequuntur: Hoc anno, in annum vnum, vel in annos decem: nam eæ sunt in diem. *l. qui hoc. de verbo. obliga. l. si annos. ff. de condit. & demonst.* Vbi malè Haloan. *si intra*: nam qui intra decem annos liber esse iubetur, statim liber fit. *l. si ita fuerit. in fin. de manum. test.* quòd si in annos decem liber esse iubeatur, nouissimus decennij dies spectatur. CVIAC.

m ¶ *Quoad viuam.* id est, donec viuam.

n ¶ *Purè facta.* scilicet ratione primi anni: sed ratione sequentium est in diem quo ad quid: quia ante annum non debetur, & conditionalis quo ad aliud. nam aliàs non debetur, nisi viuam: argu. *ff. eo. l. hoc iure. & l. in illa.* 2. Vel dic, quòd est pura abnegatiuè, id est, non conditionalis.

o ¶ *Perpetuatur.* id est, donec viuat: *sic ff. pro socio. l.* j. secũdùm quosdam. imò dic per omnia sæcula, etiam post mortem. nam tempore non tollitur obligatio, ipso scilicet iure, [c] vt sequitur: *vt ff. de actione & obliga. l. obligationum ferè.* §. *placet. & ff. de seruitu. l. seruitutes.* Sed per exceptionem, vt sequitur: sed hæres petendo, &c. *vt ff. de actio, & obligatio. l. obligationum ferè.* §. *placet. & ff. de serui. l. seruitutes.*

p ¶ *Pacti exceptione.* Ita fit vt quæ iure ciuili non tollitur obligatio, iure prætorio tollatur. Tollendæ obligationis modi ex iure ciuili certi, ex iure prætorio incerti, & infiniti sunt: in his factum exigitur, in illis non item CVIAC.

Sub conditione. CASVS. Dixi Iustiniano, Domine, iam vidi exemplum de primo membro diuisionis nostræ, scilicet qualiter fit stipulatio purè: & etiam de secundo membro: scilicet qualiter fit stipulatio in diem. ponatis modò, si placet, exemplum de tertio mẽbro, scilicet qualiter fit stipulatio sub conditione. Et ad hoc respon. dominus Iustin. quòd sub conditione fit stipulatio, cũ in aliquẽ casum promissio differtur: hoc est ad aliquid, quod indifferẽter se habet ad esse, & ad nõ esse: veluti si aliquid factũ fuerit, promittis mihi decẽ: vel si aliquid

a Imò id committitur arbitrio iudicis: vt nota. in *l. si decem. §. in verbo*, modicum tẽpus. *ff. de lega. 1.* vbi dixi.

b Stipulatio autem est ciuilis.

c Stipulatio an possit fieri sub cõditione.

† Et sic potest fieri sine interrogatione: Gõ. *in l. spõsa. ff. de verbo. spõs.* Aegid. Pern.

d In diem, & ad diem differunt.

e Ex die, & in diem an idem.

f *Confestim* determinatur per decẽ dies.

g Debet, pro potest.

h Sententia die prefixa debet ferri etiã absente altera parte.

a Promitto decem aureos annos, & singulis annis, differunt.

b Hoc verum: vbi non enumerãtur anni, siue aliquid, quod personæ non cohæreat, sit ex parte stipulatoris implendum, siue nihil: dummodò ex curiu tẽporis debeat stipulatio cõmitti: aliàs si in euentum alicuius conditionis, vel expressè fuerint anni dinumerati, est secùs: vt per An. hîc.

c Nisi expressè, vel tacitè ex stipulantis paupertate pro alimentis deducta censerentur: & ita secundũ Bart. potest saluari Glos. *in l. Stichum. 6. huiusmodi. ff. eod.* licèt sit magna diuinatio. Vel dic quòd quoties agitur de multiplicanda obligatione, infinitas est enitanda: *vt l. fideicommissa. §. si decem ff. de leg. 3.* Ang.

a Stipulari in propriè dicitur, qui promittit stipulanti.

b Vnde si annuis capite, nõ valet. *l. 3. §. fi. ff. eo.* quia conceptus mẽse deprehẽdi debet per verba, non per signa. Bart. tamẽ refert de quodam, qui per motum labiorum quemlibet loquentẽ intelligebat. *Aegid. Perr.*

c Generalia verba ad habilitatem, & aptitudinẽ semper referenda.

d Non est tamen ibi nuda actio, vel obligatio: quia cũ sit incertũ an fructus nascantur, vel non, dies, quæ tacitè inest, habetur pro conditione: vt *l* j. *ff. de condit. & demon.* Angel.

factum non fuerit, promittis mihi decem? Et primò ponit exẽplum conditionis, quæ fit per verba affirmatiua: vtputà, Si Titius factus fuerit consul, quinque aureos dare spondes? Franc.

a ¶ *In aliquem casum.* id est, in aliquam fortunam inopinatã: vt possit se habere ad esse, & non esse, quod in futuris tantũ est: *vt infrà eo. §. conditiones.*

b ¶ *Differtur obligatio.* Nam a ante euentum conditionis obligatio cessat: *vt ff. si cert. pet. l. non omnis.* & sic ea pendente non est debitor, sicut nec hæres sub cõditione institutus interim est hæres: *vt ff. famil. ercisc. l. si maritus.* Arg. contrà, *C. de constitut. pecu. l. ij.* in eo, quòd dicit conditionale b debitum posse constitui: quod nõ posset: nisi esset debitum: *vt ff. de constitu. pecu. l.* j. Sec dic quòd sufficit debitum speciale. Itẽ nec illud interim debetur: *vt ff. de constit. pecu. l. id quod.* Item argu. contrà, *ff. ex quibus caus. in poss. ea. l. in possessione. & ff. de verbor. signific. l. creditores.* Sed ratione spei c creditores dicuntur: *vt infrà eodem. §. ex conditionali.* ADDITIO. Impropriè tamẽ: propriè autem creditor est, qui fidem alterius credendo secutus est. Et ita intelligitur statutum de eo, qui credidit, faciens mentionem. secùs si de creditore simpliciter, quia intelligitur, quocũque modo alium habeat obligatũ: dũmodò non in diẽ, vel sub cõditione. Ange.

a Conditione pendente promissor non est debitor: institutus, non est hæres.

b Cõditionale debitum potest constitui.

† Ratio: quia ex stipulatione cõditionali non potest agi priusquàm conditio sit purificata, sed nõ potest purificari ante mortem: ergo, &c. *Aegi. Perr.*

† *Vide infrà, te inst. stipul. §. cũ quis. sub. qui bũc §. declarat.* Aegid. Perr.

c Spei ratione creditor quis dici potest.

Si quis ita stipuletur.] CASVS. Ponit exemplum conditionis prolatæ per verba negatiua, dic quòd si aliquis ita stipuletur, Promittis mihi decem, si Capitolium non ascendero? bene valet talis stipulatio: sed perinde est, ac si stipulator stipulatus esset cùm moreretur, decem sibi dari: nam in vtroque casu demùm post mortem stipulatoris poterit illud, quod in stipulationem deductum est, peti cum effectu. Not. quòd conditio alia respicit tempus futurum: *vt suprà, eod. §. sub conditione.* alia præteritum, & alia præsens.

c ¶ *Si in Capitolium non ascendero.* suprà posuit in affirmatiua conditione, & negatiua: nunc in negatiua tantùm.

d ¶ *Dare spondes.* scilicet quinque aureos, vel aliquid aliud.

e ¶ *Cùm morietur.* Similes sunt istæ duę stipulationes in hoc: quia mortuo stipulante in vtroque casu committitur, vt hæredes agant. nam potest obligatio d ab hærede sic incipere: *vt C. vt act. ab hære. & contra hære. l.* j. Dissimiles in hoc, quia prima conditionalis, secunda in diem: quem diem certum est euenire: *vt ff. de condi. indeb. l. nam si.* licèt nesciamus quando: *vt ff. de condi. & demon. l.* j. *& in authen. de nupt. §. deinceps. coll. iiij.*

d Obligatio potest ab hærede incipere.

Ex conditionali.] CASVS. Aliquis stipulatus est aliquid sibi dari sub conditione, quæ pendet: nunquid habet statim alium sibi obligatum: scilicet illum, à quo stipulatus est? Et respond. quòd non: imò ex conditionali stipulatione tantùm spes est in debito: & si contingat ipsum decedere, antequàm conditio existat, ipse istam spem transmittit ad hæredem suum.

e Diẽ cedere, & venire differũt: Cedit dies cũ incipit deberi: venire, cũ potest exigi. In pura obligatione, & stipulatione, vtrũque præsens est: In obligatione in diem cessit dies; non venit. In conditionali pendente cõditione, neque cessit, neq; venit.

f ¶ *Spes est.* non autem cessit e, vel venit dies: sed in pura statim cedit, & venit: *ff. de verbor. m signifi. l. cedere.* sed in illa, quæ est in diem, statim cedit dies legati, sed non venit, *suprà, eodem. §. in diem.*

g ¶ *Transmittimus.* sic *C. de his, qui ante aper. tab. l.* j.

a ¶ *Conditio.* Vet. *conditio existat.* In stipulationibus spectatur tempus contractus. Ex hoc iuris principio multa sequuntur: vt seruus hæreditarius frustrà vsumfr, etiam sub conditione stipuletur. *l. vsusfruct. de stip. seru.* vt si filiusfam. sub conditione stipulatus, & pendente conditione emãcipatus fuerit, patri actio competat. *l. si filiusfam. de verb. oblig. l. qua legata. l. non omne, quod licet. de diuers. regul. iur.* vt seruus ad prædium domini seruitutem rectè stipuletur. *l. si vnus ex socijs. de seru. rust.* vt stipulatio conditionalis conferatur. *l. ij. §. id quoque. ff. de collat.* vt de eo, quod sub conditione filiofam promissum est, pacisci is non possit. *l. & heredi. §. filiofam. ff. de pactis.* vt stipulatio conditionalis ad hæredem transmittatur. quæ omnia in legatis cessant: nimirum quia in eis non testamenti præsens tempus: sed successionis futurum tempus spectatur. CVIAC.

b ¶ *Contigerit.* Sed quæ legatarius conditionalis legati spem ad hæredem non transmittit: *vt C. de cad. tollen. §. si autẽ aliquid.* Respon. in stipulatione interuenit factum stipulantis volentis sibi prospicere, & sic hæredi: *vt ff. de probatio. l. si pactum.* quod non est in legatario: cuius nullum factum interuenit: & eodem modo respondet in hæreditate conditionali.

Loca etiã inseri.] CASVS. Suprà dictũ est, quod in stipulationem quandóque dies, quãdóque conditio venit. Et non solùm illa, quæ suprà dicta sunt, possunt venire in stipulationem: imò etiam loca stipulationibus inseri possunt: putà si dicam sic: Promittis te mihi daturum Carthagini? & tu respondeas, Promitto. Et huiusmodi stipulationes, licèt puræ videantur, re ipsa tamen habent tacitè tempus adiectum, quo aliquis ire, vel mittere possit ad locum illum, in quo promisit pecuniam se daturum. vnde si aliquis ita stipuletur Romæ: hodie Carthagini dare spondes? ista stipulatio non valet, cùm repromissio sit impossibilis: & ratione huius impossibilitatis vitiatur huiusmodi stipulatio.

i ¶ *Locati etiam.* nõ solùm conditio, vel dies.

k ¶ *Tempus.* quod bonus iudex arbitratur. quod dic: *vt ff. eo. l. continuus. §. cùm ita.* ADDITIO. Nota quòd licèt in actibus iudiciariis tempus itinerandi sit statutum certum, vt viginti miliarium singulo die: *vt l.* j. *ff. si quis cau.* (& dic vt ibi per Bart. & doct.) tamen in contractibus non est determinatum: sed totum residet in pectore iudicis: qui multa debet considerare, & locum, & periculum, & qualitatem personæ: *vt l. continuus.* §. j. & ibi. *vide Bart. & Imol. ff. eod.* Ang.

β ¶ *Adiectum.* Vet. cod. *iniectum.* CVIAC.

l ¶ *Impossibilis.* Ratione a enim impossibilitatis stipulatio vitiatur: vt *ff. de inu. stip. §. si impossibilis.* nisi vterque haberet ibi procuratorem, & egisset quilibet cum suo, vt eadem die fieret solutio: *vt ff. eo. l. fin. §. si inter eos.*

a Impossibilitatis ratione stipulatio vitiatur.

Conditiones, quæ.] CASVS. Quæsiui à Iusti. domine, suprà dictum est, quòd stipulatio cõditionalis est, cũ differtur in aliquẽ casum. Sed domine, nũquid omnis stipulatio est incerta, quę fit per hãc cõiunctionẽ, *si?* Resp. dominus Iusti. quòd non. nam ea, quæ sunt præsenti a, vel præterita, non dicũtur pendere: sed ea, quæ sunt futura, propriè dicũtur pendere: quasi diceret: tũc intelligitur stipulatio sub cõditione quãdo differtur in aliquem casum futurũ. Quãdo autẽ in aliquem de præterito, vel de præsenti cõcipitur: tũc nõ est stipulatio sub cõditione: imò aut statim valet obligatio, aut nõ valet. Ea enim, quæ per rerũ naturã certa sunt, nõ morãtur obligationẽ. Si enim dicã, Promittis mihi decẽ, si Mæuius viuit? & tu respondeas, Promitto: si viuit tẽpore cõceptæ stipulationis, statim valet stipulatio. si autem nõ viuat tempore conceptæ stipulationis, nõ valet: imò statim infirmatur: & ita stipulationes, quæ cõcipiũtur in aliquem casum præsentẽ, vel præter. quanquã illi casus nobis sint incerti, quia tamẽ quo ad naturã naturãtẽ sunt incerti, nõ morãtur, &c. Frãc.

b Certum esse per rerum naturam, & per naturalem cursum naturæ differunt.

m ¶ *Consul fuit.* sic *ff. si cert. pet. l. itaque. & l. cùm ad præsens tempus.* patet etiam in *l. conditio. ff. de verb. oblig.*

n ¶ *Naturam.* Ergo nec futura morantur obligationem: nam etiam illa per rerũ naturam certa sunt: *vt ff. de iud. l. sed & si restituatur. §. fin. contrà.* Sed dic quòd aliud b est esse certũ per rerum naturã, i. per naturalem cursum naturæ: per quã sola præterita, & præsentia sunt certa: & ita hìc accipitur. Et etiam illa futura certa sunt, quæ non habent se ad vtrũlibet: vt si moriar. nam & hæc non morantur obligationem: *vt ff. de condi. inde. l. nã & si. l. præced. & seq. & ff. de noua. l. si pupillus. §. qui sub conditione* c. Et aliud est in natura rerum: i. in scientia Dei, in quã omnia, quæ sunt, vel fuerunt, vel futura sunt, teste Boëtio tanquã præsentia sunt. Item & aliàs, sunt mille anni ante oculos eius tanquã hesterna dies, quæ præteriit. & dicitur prima natura naturata: sed secunda natura naturãs: quod idẽ est, quod ipse Deus.

c Conditiones in futurũ collatæ quę necessariam habent existentiã, nõ differunt obligationem. Quod verũ limita, si ita profertur, vt tẽpus significẽt: vt, promitto, cùm morieris. *§. ad autem. infrà, de inut. stip.* Christoph.

γ ¶ *Quæ enim per rerum naturam.* In præteritis, vel præsentibus rerum naturam intuemur, non insciti am nostram. In futuris insciti am nostram: non rerum naturam intuemur. nam & quæ futura

futura sunt in rerum natura, certa sunt. nihil denique naturæ rerum incertum est: & quodcumque fit, id iam per rerum naturam certum erat, priusquàm fieret: cùm & quæ futura sint, δυνατὸν sit fieri: quæ tamen vetus est Philosophorum quæstio. Naturæ autem hominum ea, quæ futura sunt, penitùs incerta, & incognita sunt. Nam & si præsentia, & præterita complures scire possint, propterea quòd iam vera sunt, aut falsa: futura tamen ne vnus quidem sciat, quãuis ea prudentes viri præuideant sæpè. sed aliud est scire, longè aliud prouidere. Alia igitur est natura rerũ, alia hominum: huic futura incerta sunt: illi certa omnia, & explorata sunt. CVIAC.

a *Non morantur.* id est, non suspendunt, siue differunt. ACCVR.

b *Incerta sint.* cõtrà, *ff. de reg. iur. l. in totum.* Solut. illa loquitur in his: vbi præsens solẽnitas exigitur, vt septẽ testes in testamento: *vt* §. *de testa.* §. j. Vel loquitur in illis casibus: vbi certa scientia, & intellectus de præsenti exigitur in cõtractibus puris: vt *C. de dona. l. nec ignorans, nec inuitus.* hîc autem in conditionali.

Non solùm res.] ASVS. Suprà dictum est de stipulationibus quę consistunt in dando: nũc tractandum est de stipulationibus, quæ consistunt in faciẽdo: vnde dicit Iustin. non solùm res possunt deduci in stipulationem, sed & facta: putà cùm stipulor aliquid à te fieri, vel non fieri in futurum: & si non fuerit factum secundùm stipulationem. potero agere contra te, & petere interesse meum. & quia difficile est probare interesse, propterea dat Iustinian. consilium stipulatori, vt adiiciat pœnam in stipulatione. quam petere poterit stipulator, si non fuerit factum secundùm stipulationem: & ita non habebit necessariò probare quanti sua interest. Et docet in litera qualiter pœna debet stipulari: dicens, quòd si aliquis stipuletur aliquid fieri, veluti turrim: ita adiicere debet. Et si turrim non feceris, decem aureos dare spondes nomine pœnæ? Contingit autem aliquando quòd in eadem stipulatione stipuletur quis aliquid fieri, & aliquid non fieri: putà, Stipulor à te, vt eas Romam: sed quòd non eas per Florentiam. & in istis stipulationibus, in quibus stipulor aliquid fieri, & non fieri, ita erit pœna adiicienda: si aduersus ea factum fuerit, id est, si iueris per locum prohibitum: seu ita factum non erit, id est, si non iueris Romam, decem aureos dare spondes? & hæc dicuntur vsque ad finem.

c *Non solùm.* de stipulationibus, quæ in dando consistunt, hucusque diximus: nunc de his, quæ in facto consistunt. ACVRSIVS.

d *Pœnam subijcere.* sic *ff. de præto. stipulatio. l. fin.* vbi datur simile consilium.

e *Quantitas. ff. de arbi. l. non autem. contrà.* Solut. non interest quo ad hoc vt valeat compromissum. interest tamen quo ad vtilitatem stipulationis.

f *Probare.* Sed a quomodo interesse probatur? Respon. per testes, vt hîc innuitur: *& C. de sentẽ. quæ pro eo. l.* j. §. j. nisi petatur ex dolo alterius: quia tunc per solum sacramentum: vt *ff. quod vi, aut clam. l. semper.* §. *in hoc interdicto. & §. seq. & C. vnde vi. l. si quando. & C. de in. do. imp. l.* j.

g *Quædam fieri.* putà ire Romam.

h *Quædam non fieri.* putà per Florentiam non ire.

i *Clausula.* scilicet pœnalis. ACCVRS.

k *Factum erit.* hoc redditur secundo dicto.

l *Factum non fuerit.* hoc refertur ad primum. Et si ex vno capite sit pœna commissa, non committetur plus: *vt ff. de arbit. l. si duo.* §. *fin.* nisi hoc actum sit, vt pluries committatur: *vt ff. de transact. l. qui fidem.* ADDITIO. Item nisi sit apposita super facto iterabili, vel continente plura capitula, si ratione interesse peratur: secundùm Ioannem Fabr. hîc. Et nota quòd iuramentum de non contraueniendo habet vim istius clausulæ: item facit vt actus valeat ex meliori modo, quo potest. Angel.

Ne credito hîc reos à reatu, sine delicto dici, sed eos reos stipulandi dicimus, qui duo, pluréve ab aliquo sibi quid dari, aut fieri stipulantur, quibus simul respondetur: promittendi verò reos, qui separatim interrogati cuipiam idem dare: aut facere singuli promittunt: proinde quod duobus reis stipulandi debetur, singulis in solidum debetur: & è regione quod plures promittendi res spoponderunt, singuli solidum dare tenentur: vnius tamen solutione, aut receptione, vtriusque perimitur obligatio.

DE DVOBVS reis stipulandi, & promittendi.

Quia in stipulatione, de qua dictum est suprà. tit. j. *plures personæ interueniunt quandóque, quarũ quædam dicuntur rei stipulandi, aliæ rei promittendi: ideò dicit de duobus reis stipulãdi, ac promittendi.* ACCVR.

a *Stipulandi, & promittendi.* Reus stipulandi, reus promittendi, reus credendi, reus debendi. *l. si duo. de rec. arb.* reus satisdãdi, reus satis accipiendi. *l. qui hominem.* §. *quidam. de solut.* CVIAC.

ET stipulandi.] Totus iste titul. diuiditur in quatuor partes. Primò ponit de duobus reis stipulandi qualiter fiant. Secundò de duobus reis promittendi. Tertiò ponitur effectus ipsius obligationis plurium reorum. Quartò redit ad duos reos promittẽdi. Secunda ibi, *Duo, pluréve.* Tertia ibi, *Ex huiusmodi.* Quarta ibi, *Ex duobus.* ASVS. Quæsiui à Iustin. qualiter possunt fieri duo, pluréve rei stipulandi, vel promittendi? Et Respon. dicens, quòd hoc pacto: si postquàm duo stipulati fuerint eandem rem ab eodem, ipse post amborum interrogationem respondeat, vtrique vestrûm dare spondeo: verbi gratia, pone quòd sum stipulatus à Titio in hunc modum: Promittis mihi Stichum? & Petrus incontinenti post meam stipulationem, & ante promissionis responsionem stipulatus fuerit ab eodem Titio sibi dari eundem Stichum: & ipse post ambas interrogationes respõdeat: Vtrique vestrûm dare spondeo: & ego, & Petrus effecti sumus duo rei stipulandi. Sed pone, domine, quid si mihi primo stipulanti Stichum promiserit: deinde Petro stipulanti ex interuallo eundem Stichum promiserit? Respondet dominus Iustinianus, dicens, quòd nos, scilicet ego, & Petrus sumus duo creditores in eadem re: sed non sumus duo rei stip. vnius obligationis, sed diuersarum obligationum. Vna enim obligatio mihi est acquisita, & alia Petro stipulãti ex interuallo, quia natura duorũ reorũ stipulandi hæc est, vt nihil sit mediũ inter stipu. vnius, & alterius: sed si statim post vnam stipulationem fiat alia, qualiter intelligi debeat, ex sequentibus apparebit. Franc.

Et stipulandi.] Hîc dicitur reus [a] stipulandi ille, qui rem aliquam vt pecuniam stipulatur: à re, non à reatu dictus. Et ecõtrà reus [b] promittendi, qui aliquam rem promittit: *vt ff. eod. l.* j. alias reus tantùm debitor dicitur *vt patet C. de iur. calum. l. ij.* aliàs dicitur reus, qui conuenitur: *vt C. de iud. l. properandum.* §. *& si quidem. & dic vt ff. eod. l.* j. Potest dici & alio respectu reus stipulandi, & promittendi: vt dicitur in glo. ACCVR.

m *Spondeo.* hoc adiecto, vt sint duo rei in solidum etiam iure veteri: *vt ff. eo. l. reos. §. fin. & §. cùm in tabulis.*

n *Spõdeat.* ex interuallo [c], putà si diuerterint ad alios actus extraneos: *vt ff. eo. l. duos.* §. *fin.* aliàs si non est extraneus actus, cõtradiceret d. l. e., quod modò dixerat ibi: *nam si priùs,* & quod dicitur, *ff. eo. l. ij.* ACCVR. ADDITIO. Tu dic quòd interuallum magnum, putà vnius diei, cũ actu extraneo. vitiat constitutionem duorum correorum, si interueniat inter interrogationem, & responsionem: aliàs si inter obligationem vnius perfectam, & alterius perficiendam, non vitiat constitutionẽ correorũ expressam, sed tacitã sic, saltem in duobus reis credendi.

o *Nec creduntur duo rei.* s. vt vna sit obligatio, & vnius rei: sed sunt creditores duo, & diuersarum rerũ: *vt* j. *eo.* §. *ex huiusmodi.*

a Reus stipulandi.

b Reus promittendi.

c Reorum debendi, vel credendi cõstitutio an per interuallum impediatur.

† Reus stipulandi, est reus credendi. i. cui debetur res: nõ quod ei res credatur, sed quia res credat, vel perinde fit, ac si crederet.

† Reus promittendi, est reus debendi. i. qui rem sibi creditã debet, & eam promittit soluere & breuiter reus actiuè est reus stipulãdi: passiuè reus debendi, seu promittendi.

a Probari id, quod interest, quemadmodũ possit: vide *ea. fi. ext. quod met. cau.* & apertiùs *in c. si diligenti, extr. de for. com. & ff. de vi, & vi arm. l. j. §. interdicto & j. q. j. in c. quod fratr.* & per Inno. *ca. fin. quod metus causa.* & Bart. *in l. nemo. ff. de duobus reis. ad fin.* Adde q licèt nihil de eo, quod interfit, probatũ sit: si tamen iudici aliũde: vtpotè ex informatio nib quibusdã officio eius receptis constet, debet ipse iudex cõdemnationem facere: vt *in c. de fructu. quæ pro eo, quod inter. & videm per Bart. & l. fembver. in Glo. alleg. hîc.* Et *sæpe quod nota. vide Bart. in l. si quod ex Pãphylo ff. de leg. 2.*

a Impossibilitatis ratione stipulatio vitiatur.

b Certum esse per rerum naturam, & per naturalem cursum naturæ differunt.

c Conditiones in futurũ collatæ quæ necessariam habent existentiã, nõ differunt obligationem. Quod verũ limita, si ita proferãtur, vt tempus significẽt: vt, promitto, cùm morieris. *§. id autem. ins. de inut. stip.* Christoph.

Duo, plurésve. CASVS. Dixi, Iustin. Domine, suprà dixistis qualiter fiant duo rei stipu. ponatis, si placet, exempla de duobus reis promittendi? Resp. dominus Iustin. dicens sic: In duobus reis promittendi sunt duo, qui stipulantur ab eodem: sed vbi sunt duo rei promittendi, vnus stipulatur à pluribus. Vnde scire debes, quòd duo rei promittēdi ita fiūt, si fuero stipulatus in hunc modum: Mæui, promittis mihi x. aureos: & ipse respondet, promitto. & posteà sine interuallo dixero Seio: Sei, promittis mihi eosdem x. aureos, quos stipulatus sum à Mæuio? & ipse respon. promitto: isti sunt duo rei debendi, vel promittēdi. sunt enim duo debitores debentes eādem rem. Franciscus.

Duo, plurésve rei promittendi ita fiunt: *Mæui, decem aureos dare spondes?* &, *Sei, eosdem decem aureos dare spondes?* si respondeāt singuli seperatim, *Spondeo* [a].

Natura duorum reorum est, vt quilibet teneatur in solidum: sed vnius solutione, & receptione tollitur obligatio vtriusque. Aretin.

1. ¶ Ex huiusmodi obligationibus [b], & stipulationibus [β] solidum singulis debetur: & promittentes singuli in solidum tenentur. In vtraque [c] enim obligatione vna res vertitur: & vel alter [d] debitum accipiendo, vel alter [e] soluendo, omnium perimit obligationem [f], & omnes liberat [g].

Etiam diuersitas temporis adiecta solutioni non facit cessare cōstitutionem duorum reorum. Aretin.

2. ¶ Ex duobus reis promittendi, alius purè, alius in diem, vel sub conditione obligari potest [h]: nec impedimento erit dies, aut conditio, quò minùs [i] ab eo, qui purè obligatus est, petatur.

a ¶ *Spondeo.* hoc acto vt fiant duo rei, & in solidū: *vt ff. eo. l. reos. §. fi.*

a ¶ *Spondeo.* Vno verbo, *spondeo*, contrahitur obligatio, Cic. *pro Cecinna.* Si quis quod spopondit, qua in re verbo se vno obligauit. Gvi: *Ex huiusmodi,*] CASVS. Dixi, Iustin iam vidi qualiter fiant duo rei stipulandi, & promittendi, pro Deo, dicatis mihi, quis est effectus earum obligationum? Ad hoc resp. Iustin. quòd ex stipula. huiusmodi solidū singulis debetur, sup. reis stipulandi: & solidum debent singuli, scilicet rei promittēdi, quia vterque eorum in solidum obligatur: sicut singulis eorum stipul. solidum debetur: sed licèt in solidum teneantur, vel solidum singulis debeatur: tamen vna res sola in obligatione vertitur. vnde si fuerint duo rei stipul. & ita duo creditores: si tamen vnus eorum recipiat illud, quod deductum erat in stipulationibus, ille, qui recipit, perimit obligationem singulorum: vnde ab altero reo stipulandi liberatur promissor. & si fuerint duo rei promittendi, & ita duo debitores eiusdem rei: si alter rem illam soluat, perimit oblig. illam, & liberatur alter. Franc.

b ¶ *Obligationibus.* hoc refertur ad reos promittendi: & quod sequitur, *& stipulationibus*, ad reos stipulandi: *vt probatur infrà statim.*

β ¶ *Et stipulationibus.* Cùm dixerit, *ex huiusmodi obligationibus*, frustrà adiicit, *& stipulationibus*, legēdum, *& stipulantibus*: ideóque Theo rectè vertit κρὶ τῶν ἐπερωτήσεων. non κρὶ τῶν ἐπερωτήσεων. In proximo etiam versu legendum est, *in vtraque enim.* Sententia autem huius §. emendata dicitur ab Iustiniano in Nou. xcix. quod secus est. Nam Nou Iustiniani dat beneficiū D. Hadriani eis, qui se ἀλλήλοις ἔσους obligant. emendat igitur *l. reus. ff. de duobus reis.* non hanc sententiam. Cvi ac.

a Obligatio eadem potest esse vna, & plures.

c ¶ *In vtraque.* id est, vtriusque obligatione. nam vnā a est quo ad vnum effectum: *vt ff. eo. l. iij. in fin.* sed plures sunt, quia plures tenentur, vt hic.

d ¶ *Alter.* scilicet reorum stipulandi.

e ¶ *Alter.* scilicet reorum promittendi.

f ¶ *Perimit obligationem.* ille, qui accepit.

b Liberare creditoré impropriè dicitur debitor, cùm soluit.

g ¶ *Liberat.* ille [b], qui soluit. Similis lectio, seu implicatio verborum est. *ff. de arbi. l. si duo. in prine.* 2. Vel dic, quòd quilibet istorum refertur ad vtrūque supradictū. & possunt fieri in stipulatione duo rei, & in quolibet genere obligādi: *vt ff. e. l. eādē.*

Ex duobus reis, &c.] CASVS. Quæsiui à Iustinia. an vnus de duobus reis promittendi aliter possit obligari, quàm alius. Et videtur quòd non, quia videtur quòd æquitas omnimoda, siue paritas debeat esse inter duos reos debendi. dicit tamen quòd ex duobus reis promittendi alter purè, & alter sub conditione obligari potest: putà x. fui stipulatus à Titio purè, & eadē x. fui stipulatus à Martino sub conditione. Isti duo intelligūtur esse duo rei debendi: & licèt M. sub conditione obligetur, non ideò minus petere potero illa x. à Titio, qui mihi purè est obligatus: quanquam adhuc pendeat conditio. & hoc dicit. Franc.

c Obligatio an possit impari-tatem continere.

h ¶ *Potest.* Sed c nónne est hic imparitas? quod esse nō debet: *vt ff. eo. l. eandem. §. sed si quis.* Resp secundùm M. quod ibi regulariter dicitur, fallit hic: *vt ff. eo. l. si ex duobus. §. fin.* Alij, vt P. dicunt, quòd hîc non est imparitas: cum aduenīente conditione, vel die ambo æqualiter teneantur, sed adhuc medio tempore remanet imparitas. quare dic à quòd in quantitate debita, vel re, quæ debetur, non potest esse imparitas, vt ibi: sed in aliis potest, *vt hic. & ff. eod. l. si ex duobus. §. fin.*

i ¶ *Quò minùs.* sed aduenīente cōditione socium poterit conuenire mandati secundùm quosdā, vel verius negot. gest. *vt C. eod. l. j.* Patet ergo constituti [b] posse purè duos reos debendi, & quemlibet in solidum conueniri: *vt C. eo. l. j.* Hodie contrà: etiam si hoc actum est expressim [c], nisi altero absente, vel inope existente: *vt in Authent. de duob. reis. §. j. coll. y. & in auth. hoc ita. eod. tit. C.* nisi renunciatum fuerit illi constitutioni: *vt C. de pact. l. pen. & ff. de mino. l. si iudex.*

* Et huic post omnem disceptationē astipulatur Ias.

b Rei debendi in solidum, an & quomodo possint conuenīri.

c Hanc quasi mirabilem notat, atque excutit Ias quem vide hic cum magno certè tibi futuro emolumento.

DE STIPVLATIONE seruorum.

TITVLVS XVIII.

Si quid hæreditarius seruus iacente adhuc hæreditate stipuletur, futuro hæredi acquiritur. Item vtcumque concepta fuerit serui, aut filij stipulatio, domino, aut patri protinùs quæritur.

SEruus ex persona domini [k] ius stipulādi habet. Sed & hæreditas in plerisque [l] personæ defuncti [m] vicem sustinet: ideóque † quod seruus hæreditarius ante aditam hæreditatem stipulatur, acquirit hæreditati [n]: ac per hoc etiam hæredi posteà facto acquiritur.

Seruus, siue filiusfamilias à quocunque stipuletur, & in cuiuscūque persona stipulationem concipiat: acquirit domino, & patri. Aret.

1. ¶ Siue autē dño, siue sibi [o], ab eo, cui purè seruit, petatur.

DE STIPVLATIONE seruorum.

Suprà tit. j. & tit. proced. dictum est de stipulatione liberorum personarum: verùm quia interdū serui stipulantur: ideò de his tractaturus, intitulauit de stipulatione seruorum.

† Ergo potest stipulari, iacēte hæreditate: quia persona defuncti repræsentat. *Angel. Perr.*

SEruus.] Totus iste titulus diuiditur in tres partes. Primò, quòd seruus stipulādo acquirit domino, in cuiuscumque persona stipulatio cōcipiatur. Secundò, excipit à regula, quòd factū non acquiritur. Tertiò, si sint plures domini, pro dominicis portionibus acquiritur. Secunda ibi, *Sed cùm factum.* Tertia ibi, *Seruus communis.* CASVS. Quæsiui à Iustin. vtrùm serui haberent ius stipulandi: & videbatur quòd non, cùm stipulatio sit actus ciuilis: & quantum ad ius ciuile attinet, seruus pro mortuo habetur. & respon. dominus Iustin. quòd quamquam seruus quantum ad personam suam propriam pro mortuo habeatur: ex persona tamen domini sui potest habere ius stipulationis. Sed dicet aliquis, Domine, hoc verum est, si seruus habet dominum: sed quando non habet dominum, putà dum hęreditas iacet, nunquid valet stipulatio? Et resp. Iustin. quòd sic, quia hæreditas in casu isto vicem domini sustinet. vnde si seruus hæreditarius ante aditam hæreditatem stipuletur, acquirit hæreditati, & sic hæredi futuro. Franc.

d Dominus est caput serui.

k ¶ *Domini.* qui dominus [d] caput est serui: *vt j. de noxa. §. omnis.* ex sua enim persona nihil potest: *vt ff. de regu. iuris. l. seruitutem. & l. quod attinet.* nisi ex quo manumittitur: tunc enim incipit habere caput: *vt ff. de cap. demin. l. hodie.*

e Hæreditati furtum fieri non potest.

l ¶ *In plerisque.* hoc propterea dicit: quia [e] hæreditati furtum fieri non potest, nisi in tribus casibus: *vt ff. de furt. l. hæreditatis. & l. seq.* Item propter vsum fructū, qui seruo hæreditario promitti non potest, vt hæreditati quæratur: *vt ff. eod. l. vsusfructus.* ADDITIO. Et est ratio, secundùm Docto. quia sine persona cui accedit, deberi non potest.

f Hæreditas potiùs dicta-cti personam, quàm hæredis sustineat.

m ¶ *Defuncti.* non hæredis: *vt hic, & suprà, de hæred. instit. §. seruus. & ff. de acquir. rer. dom. l. hæreditas.* 2. Et quæ sit ratio quare [f] personam defuncti, & non hæredis sustinet: dic *vt d. §. seruus.*

n ¶ *Hæreditati.* sic *ff. de iniur. l. j. §. quotiens autem.*

g Nec valet talis stipulatio, quia cùm persone cohæreāt de persona ser ut in dominū trāsire nō possunt. Itē quia operas nemo nisi dominus stipulatur: valerent tamen, si eas vel impersonaliter, vel domino stipularetur, vt per *Angel. hic.*

Siue autem, &c.] CASVS. Dixi, Iustin. Domine, vidi quòd si seruus stipuletur aliquid dari domino suo, quòd illud domino suo acquiritur: sed ponamus quòd non domino suo, sed sibi stipuletur aliquid dari: acquiritne domino suo? Et resp. Iust. dicēs, quòd siue seruus stipuletur domino suo, siue sibi, siue conseruo suo, siue impersonaliter, id est, persona non adiecta, omnibus istis modis quatuor domino acquirit. Idem iuris est & in filio, qui qualitercumque stipuletur, patri suo acquirit ex his causis, per quas pater per filium acquirere potest. Franc.

o ¶ *Siue sibi.* nisi in casibus, vt cùm factum est in stipulatione: quo casu domino non acquiritur: *vt j. proxi. §.* & cùm operas à liberto stipulatur [g]: *vt ff. eo. l. antep.* & in aliis casibus, quos no. *ff. eo. l. j. & l. seq.* Sed nūquid frater potest stipulari fratri suo in eadem potestate existenti? Dic quòd sic, quia seruus cōseruo suo stipulari potest, vt hic: igitur frater fratri: arg C. *de diuer. reser. l. j.*

Item

a Ratio, q nomina ap tiua sequē tia stant de stratiuè: n disoostitiuè. *Angel. Perr.*

Item quia vox filij, vox patris intelligitur: & vox serui, vox domini intelligitur: *vt j. de inut. stipu. §. ei verò, qui. & §. post mortē.*

u ¶ *Conseruo.* Poterit etiam frater fratri, si ambo in eiusdem patris potestate sint. CVIAC.

a ¶ *Impersonaliter* nullius facta mētione, id est, vel proprio nomine, vel appellatiuo. vel facta mentione de nomine appellatiuo, sed non proprio: *vt §. de exhære. libe. §. j.* ACC. ADDITIO. Idem pèr omnia dici pōt in monacho stipulāte. Ang.

b ¶ *Acquirere.* vt ex causa profectitia, & aduentitia isto iure. quod dic *vt suprà, per quas perso. no. acqui. §. j.*

Sed cùm factum, &c.] CASVS. Suprà dictū est quòd quocumque modo seruus stipuletur, quòd domino acquirit: sed hoc est verū, si ipse stipuletur aliqd quod consistat in dando. Sed pone quòd seruus aliquid factum stipuletur, putà vt liceat ei ire agere: tūc seruus per hāc stipulationem domino nihil acquirit, sed sibi soli. vnde si dominus vellet ire agere, bene posset prohiberi ne iret, vel ageret. Fran. de Aret.

c ¶ *Cùm factum.* sed si stipulatur seruus sibi scribi librum, & sic factum: nōnne acquirit domino? Respō. sic, & quod hic dicitur, sed cùm factum, &c. id est, à seruo faciendum, & non ab alio, vel etiam à domino. ADDITIO. Tu dic secūdum Ang. quòd factum si personæ serui inhæreat: à quocunque siue ipsi seruo, siue sibi ab alio sit præstandum, non acquiritur domino: aliàs secùs. Ioan. Fab.

β ¶ *Sed cum factum.* Quæ iuris sunt, ad dominum transeunt, quæ facti sunt, non transeunt. In his, quæ iuris sunt, nihil interest vtrùm sibi, an domino, vel impersonaliter stipulētur. In his, quæ facti sunt cōtra: nam si factum sibi stipuletur, persona domini stipulatione non comprehenditur: acquiritur tamen domino obligatio. Factum in stipulatione comprehenditur, si vt sibi fiat, si vt sibi facere liceat stipuletur. Exempli gratia, vt sibi ire, vel agere liceat, vt sibi habere, sibi possidere liceat. id est, tenere. *l. stipulatio ista. §. hi, qui sunt. & §. hæc quoque. de verb. obli.* at si stipuletur sibi operas officiales, inutilis est stipulatio: quoniā soli patrono hoc factum præstari potest, neque vlla interpretatione talis stipulatio conseruari potest, *l si operas. de stip. ser.* eadem ratione si ipse sibi se stipuletur ab vno ex dominis, inutilis est stipulatio: atque ita legendum est in *l. y. ff. de stip. ser.* CVI.

d ¶ *Omnimodo.* sic *ff. de vsu, & habi. l. plenum. §. si vsus.*

e ¶ *Continetur.* sic *ff. de condit. & demon. l. qui heredi.*

f ¶ *Ire agere.* hæc verba expone: *vt suprà, de ser. in princ. & ff. de serui. rusti. prædio. l. j.* ¶ Et not. quia hic per verba loquitur, aliud si per nomen, putà iter. tunc enim domino acquiritur: *vt ff. eod. l. si communis.*

g ¶ *Non etiam dominus.* subaudi prohiberi non debet: quasi diceret, debet prohiberi. Sed contrà §. *per quas perso. no. acqui. §. non solùm. & §. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. §. j.* Sed non est contrà, quia & hìc acquititur domino commodum. nam ad sui domini vtilitatem ibit seruus.

Seruus communis, &c.] CASVS. Suprà dictum est quādo seruus vnius stipulatur. sed domine, quid iuris est, si seruus cōmunis stipulatur? Et respon. Iusti quòd si seruus communis stipuletur aliquid sibi dari impersonaliter, vel dominis sub nomine appellatiuo: acquirit vnicuique domino pro portione dominij & non pro portione virili. nisi vnus ex dominis iusserit eū stipulari. tunc enim iubenti acquiritur: vel si nullus eorum iusserit ei ipse tamen alterum nominauerit, putà stipulatus est Petro domino suo: tunc per hanc stipulationem acquiritur nominato. Si autem vnus iusserit, & ipse alium nominauerit, quid iuris sit, habes in glo. Franc.

h ¶ *Seruus communis stipulando.* impersonaliter, vel sibi, vel dominis suis sub nomine appellatiuo, aliud si propria nomina expresserit, nam tunc acquirit pro virili, non pro portione dominij. ¶ Sed quid si proprium [a] nomen, & appellatiuum? Respō. si præponat proprium, pro virili: si appellatiuum præponat, pro dominica: *vt ff. de stipula. seru. l. si communis seruus ita stipuletur, Lucio Titio. & ff. de statuliber. l. ita. §. j.* ACCVRS.

i ¶ *Nominatim.* proprio nomine: *vt §. de exhæred. lib. §. j.* vel appellatiuo: dummodò intelligatur de quo domino dicat: *vt C. Instit.*

[a] Ratio, quia nomina appellatiua sequentia stant demōstratiuè: non dissolutiuè. *Angel. Perus.*

siue conseruo [u] suo, siue impersonaliter [a] seruus stipuletur: domino acquirit. Idem iuris est & in liberis, qui in potestate patris sunt, ex quibus causis acquirere [b] possunt.

Seruus factum, suam ipsius personam respiciens stipulando, sibi, non domino, quæsit.

2. ¶ Sed cùm factum [c] [β] in stipulatione continebitur, omnimodo [d] persona stipulantis continetur [e]: veluti si seruus stipuletur vt sibi ire agere [f] liceat. ipse enim tantùm prohiberi non debet, non etiam dominus [g] eius.

Ex communis serui stipulatione vnicuique dominorum pro portione scilicet dominica acquiritur: nisi vnius domini iussu, aut nomine stipulatus sit: quod autem vni dominorū de lib. præteri. l. ij. & iij. ff. si certum pet. a. l. certum. ACCVRS.

k ¶ *Stipulatus est.* hoc disiunctim, id est, diuisim. exaudi. ¶ Sed quid si vnus iussit seruo, & ipse alteri stipulatus est nominatim? Distingue, ex cuius re: vt si ex re iubentis, sibi quæratur: aliàs nominato: *vt C. per quas perso. nobis acquir. l. si. §. fi. & ff. eo. l. proinde. §. si. & l. seq.* licèt antiqui aliter distinguebant.

quæri non potest, alteri accrescit.

3. ¶ Seruus communis stipulando [h], vnicuique dominorū pro portione dominij † acquirit: nisi iussu vnius eorum, aut nominatim [i] alicui eorum stipulatus est [k]: tunc enim soli ei [γ] acquiritur.

Seruus communis stipulādo rem, quæ nō potest vni ex dominis acquiri, acquirit in solidum alteri. Areti.

Quod seruus communis stipulatur, si alteri ex dominis acquiri non potest, solidum alteri acquiritur: veluti si res, quam dari stipulatus est, vnius domini sit [l].

† Fallit primò quādo stipulatur vni ex dominis nominatim. Secūdò si iussus vnius præcedit. Tertiò si res stipulata nō posset acquiri alteri ex dominis. *Aegid. Per.*

γ ¶ *Tunc enim soli ei.* Cùm seruum communem vnus ex dominis suo nomine iubet stipulari, plus valet iussū, quam nomen. Cùm verò seruum communem simpliciter iubet stipulari plus valet nomen, quàm iussum. atque ita rectè Azo accipiendam censet, *l. vlti. C. per quas person. nobis acquir.* CVIAC.

Quod seruus communis.] CASVS. Suprà dictum est quid iuris sit quādo seruus communis stipulatur sibi dari aliquid: & dictum est quod vtrique dominorum potest acquiri. Sed domine, quid iuris est, si seruus communis stipuletur aliquid, quod alteri dominorum acquiri non potest: veluti si res, quam seruus stipulatus est, sit alterius dominorum: cùm res sua sibi acquiri non possit? Et respondet Iustinianus, quòd tunc necessarium est quòd alteri acquiratur. hoc dicit. Franc.

l ¶ *Vnius domini sit.* nam cùm sua sit, ampliùs ei quæri non potest: *vt suprà, de leg. §. sed si rem. & infrà, de actio. §. sic itaque.* restat ergo vt soli alteri quæratur. Aliud si ex re vnius stipuletur, quia tunc omnibus quæritur: sed communi diuidundo iudicio reddetur, id est, cùm aget communi diuidundo pro isto seruo, potest etiam deducere quòd socius suus lucratus erat ex stipulatione facta ex rebus suis: & redditur illi, ex cuius re quæritur: *vt ff. eodem. l. si ex re. §. j.*

DE DIVISIONE stipulationum.

TITVLVS XIX.

Prætoria stipulatio est, quæ est inducta ab edicto prætoris: iudicialis

DE DIVISIONE STIPVLATIONVM.

Suprà [b] *dictum est de stipulationum materia: verùm quia earum multiplex est species: ideò subdit de diuisione stipulationum.* Porcus.

Stipulationum.] Totus iste titulus diuiditur [c] in duas partes principales. Primò ponit diuisionem stipulationis. Secundò illam per exempla declarat. Secunda ibi, *Iudiciales.*

Pupillus.] CASVS. Quæsiui à Iustiniano, an pupillus posset rectè stipulari? Respond. quòd pupillus omne negotium rectè gerit: dum tamen tutoris auctoritas intercedat. & hoc quando necessaria est, scilicet cùm se alteri velit obligare: alterum tamen sine tutoris auctoritate bene potest obligare. In versiculo, *sed quod diximus,* pone sic casum: Suprà dictũ est, quòd pupillus rectè gerit omne negotium: ergo cùm infans sit pupillus, omne negotium rectè gerit, & ita stipulari, vel promittere rectè poterit. sed non est ita simpliciter. Et ad hoc respondens legislator dicit, quod dictũ est de pupillo, intelligendum esse de eo, qui proximus est pubertati: & etiam de illo, qui aliquem habet intellectum. Infantes enim, & illi, qui proximi sunt infantiæ, non multum distant à furiosis: quia nullum habent intellectum. Sed deinde statim corrigit iam dictum suum quo ad vnum membrum: dicens quòd pupilli proximi infantiæ non per omnia sunt censendi pubertati proximi, scilicet tanquam furiosi: sed habent idem iuris, quòd cùm tutoris auctoritate se aliis possint obligare, & sine tutoris auctoritate sibi alios obligare possint. Sed potẽstne filiusfamiliàs impubes auctoritate patris sui alteri obligari patris auctoritate præcedente: sicut potest pupillus tutoris auctoritate? Et respondetur quòd non. & huius ratio potest esse: quia si tutor malè præstiterit auctoritatem pupillo suo, pupillus habebit illum sibi obligatum; non sic autem filius patrem. Franc. de Aret.

† al. vt tamen ficubi tutoris.

h ¶ *Pupillus.* scilicet pubertati proximus, vt sequitur. & est ratio, quia intellectum habet: *vt ff. de reg. iur. l. in negotiis.*

i ¶ *Obligetur.* scilicet alij.

k ¶ *Auctoritate.* sic *suprà, de auctо. tuto. in princip. sic ff. de pact. l. contra iuris ciuilis.*

l ¶ *Infans.* id est vsque ad septem annos: *vt C. de iure delibe. l. si infanti. j. responso.*

m ¶ *Et qui infantiæ.* Vet. *& qui infanti.* & paulò post: *sed in proximis infantibus.* Aliud est non intelligere quid loquamur, longè aliud non intelligere quid agamus. Infans non intelligit quid loquatur. Proximus [b] infanti non intelligit quid agatur. Proximus pubertati vtrunque intelligit. Proximus infanti est, qui egressus est infantiam, & qui linguæ gnarus, rerum adhuc ignarus est. Proximus pubertati, qui nondum ingressus est pubertatem. sed prope eam est tamen ita, vt annale tantummodò, vel semestre tempus reliquum sit. CVIAC.

b Proximus infanti, quis dicatur.

c Proximus pubertati quis dicatur.

n ¶ *Non multum.* Nam distat [d] aliquantulum, vt in hæreditate, quam transmittit infans: *vt C. de iure deliber. l. si infanti. §. j.* secùs in furiosо: *vt C. de cur. fur. l. fin. §. finautem. & hoc secundum Azonem.* Sed certè sic posset dixisse, quia vnus paruus, alter magnus, alter continuum tempus, alter habet interualla dilucida. Dic ergo, distat [e] in stipulando in hoc: quia infans sine intellectu interdum stipulatur: sed furiosus nunquàm: *vt ff. rem pup. saluam fore. l. seruum pupilli.* Item dicit, *non multum,* propter proximum infantiæ, qui intellectum habet: & ideò corrigitur statim, quòd hîc dicitur ibi, *sed in proximis.* ACCVRS.

d Hæreditas transmittitur per infantem: sed non per furiosum.

e Stipulatur quãdoque infans: non autẽ furiosus.

a ¶ *Benignior.* quàm suprà dictum est.
b ¶ *Idem iuris habeãt.* vt alios sibi obligent: aliis verò non obligentur sine tutore: *vt suprà proxi. §.*
c ¶ *Impubes.* aliud si pubes. nam [a] obligatur ac si esset sui iuris: *vt ff. eod. de verb. oblig. l. fi. §. j.* nisi in duobus casibus: *vt ẽ. eo. §. item inutilis.* diximus.
d ¶ *Patre.* Sed [b] quæ est ratio de hoc ad pupillum, cùm tutore auctore obligetur? Respõdent quidam, quòd ob hoc ipsum datur tutor: sed patria potestas est ad corrigendum. & est pro eis, *C. de bo. qua lib. l. fin. §. sin autem. 2.* Vel dic quòd tutorem habet obligatum, si malè auctoratur, patrem nõ: *vt C. de bo. qua lib. l. cùm oportet. §. sub hac tamen. vers. non autem hypothecam.* ACCVRS.
ADDITIO Hoc verum quando de pupillo merè obligãdo tractatur: secùs si de mera vtilitate, quia potest etiam sine patre. Si verò potest esse vtilitas, & damnum, putà quando vsusfructꝰ, vel aliquid patri quæri potest (quo casu de iure nouo pater legitimam administrationem habet) sufficit ipsius auctoritas, non in aliis: *vt l. si infanti. C. de iure delibe.* Angel.
Si impossibilis.] CASVS. Suprà habuistis multa exempla inutilium stipulationum: adhuc ponitur hìc vnũ, scilicet cùm impossibilis conditio stipulationi adiicitur: & appello impossibilem conditionem, illam scilicet cùm natura impedimento est: vt putà hominem in statu isto existentem cœlum digito tangere. vnde ista stipulatio, Promittis mihi decem, si cœlum digito tetigeris? inutilis est. sed si negando conditionem impossibilem promittas aliquid alicui stipulanti, vtputà, Promitto tibi decem, si cœlum digito non tetigeris, pura est stipulatio: & quod stipulatur, incontinenti peti potest. hoc dicit. Nota quòd impossibilis conditio vitiat stipulationem. Franciscus.
e ¶ *Obligationibus.* quibuscumque: *vt hic, & ff. de act. & oblig. l non solùm.* [c] secùs est in vltimis voluntatibus: quia tunc pro non apposita habetur: *vt ẽ. de hared. instit. §. impossibilis.*
f ¶ *Cui natura.* non ita si verborum perplexio sit: *vt ff. de condi. instit. l. si Titius.* Ioan. contra: tunc enim quandoque non diceretur impossibilis, licèt non posset existere: *vt ff. de verb. obliga. l. si Titius.* secundùm Azonem. Et facit ad hunc *§. ff. de regu. iuris. l. impossibilium. & ff. eo. l. impossibilis. §. j.*
g ¶ *Purè.* id [d] est, sine conditione, etiam si dies esset apposita: *vt ff. eod. l. in illa stipulatione. §. fin.*
h ¶ *Statim.* cum spatio tamen quo solui possit: *vt infrà eodem §. fin. & ff. eodem l. eum, qui Kalendis.* Et de hoc dixi *suprà de verb. oblig. §. omnis stipulatio.* ACCVRS.
Item verborum.] CASVS. Suprà dixistis, domine, multa exẽpla de inutilibus stipulationibus, sed pro Deo quid si inter absentes fiat stipulatio, valétne stipulatio? Respon. quòd non: sed est inutilis: & hoc scilicet quòd stipulatio inter absentes concepta, inutilis sit, hoc ideò est, quia viam, siue materiam altercandi contentiosis hominibus præstabat. Cùm enim aliquis ab aliquo sibi promissum per stipulationem peteret: & instrumentum, in quo fuit promissum, pro se produceret in medium, in huiusmodi casibus solebant promissores sæpissime contra stipulatores talibus vti allegationibus. Frater, quanquam in instrumento contineatur, me tibi hoc, vel illud promisisse: ista tamen stipulatio nullius est momenti, cùm ego non essem presens tali die in loco, in quo conficiebatur instrumentum: vel etiam cùm tu non esses præsens. & stipulatio inter absentes concepta sit inutilis. ¶ Et ideò propter celeritatem dirimendarum litium, introducta fuit à domino Iustiniano quæd. m constitutio, quam habes, C. *de contrahendis & committendis j ipulationibus. l. optimam.* quam scripsit ad Cæsarienses aduocatos st in qua cautum est, quòd huiusmodi scripturis, quæ partes prasto fuisse indicant, omnimodo fides adhibeatur: nisi ille qui talibus vtitur allegationibus, scilicet dicẽdo aliquam partium absentem fuisse: manifestissimis probationibus, veluti per scripturam aliam, vel per testes idoneos, quibus nulla possit opponi exceptio, probauerit se, vel aduersarium suum in alio loco fuisse, quàm vbi instrumentum confectum erat. h. d. Franciscus.
i ¶ *Item verborum.* sicut per conditionem impossibilem: ita per absentiam fit inutilis stipulatio.
a ¶ *Item verborum.* Ceteri omnes contractus, item pacta rectè fiunt inter absentes: & fieri possunt à mutis, & surdis, neque in eis exigitur adeò congrua responsio. *l. si stipuler. §. vlt. ff. de verb. oblig.* Sola stipulatio fit inter præsentes, & inde nomen verborum obligationibus. nam verba sunt præsentium, non absentium. Non fit à muto, & surdo. denique congruam responsionem exigit. CVIAC.
k ¶ *Absentes.* ita intellige absentem [a], vt audire non possit. vnde si est in turri, vel à remotis, & clamet, valet stipulatio, si se audiant. [b] *arg. ff. ad Sil. l. j. §. eo.* [c] aliàs accipitur multis modis: *vt ff. de verbo. signific. l. absentem. & notatur in authent. de fideiuss. §. j.* ¶ Sed contrà est, *ff. de donat. inter vir. & vxorem. l. ea quæ.* Sed ibi intercesserat stipulatio ante absentiam, cuius verba etiam inter absentes nunc repetuntur. ¶ Item contrà *ff. de pactis. l. Labeo. in prin.* Sed aliud in pacto quolibet alio, quod sine huiusmodi solennitate fieri potest: sed stipulatio non: *vt ff. de pactis. l. j. in fine. & ẽ. de actio. §. de constituta.* ¶ Item contrà, *ff. de sponsalibus. l. iiij. & l. v.* Sed [d] potest dici ibi speciale. vt valeant inter absentes. 2. Vel dic quòd & per stipulationem fieri possunt sponsalia, & tunc inter præsentes, *vt hic.* Item consensu: scilicet solo possunt fieri sponsalia: & tunc etiam inter absentes: vt *dicta l. iij.* ACCVR. ADDITIO. Et hæc vltima communiter tenetur *in l. j. in prin. ff. eodem.*
l ¶ *Præstabat.* antiquitus.
m ¶ *Post tempus.* post ideò dicit, quia quando conueniuntur post tempus contractus, talia opponuntur. ACCVRS.
n ¶ *Tales.* quales subiicit statim, & non, &c. ACCVRS.
o ¶ *Et non.* ecce allegationes.
p ¶ *Constitutio.* vt *C. de contrahen. & commit. stipul. l. optimam.*
q ¶ *Scripsimus.* Loquitur Iustin. auctor illius constitutionis.
r ¶ *Scripturas.* Sed quid si [e] vnus proferat instrumentum, in quo contineatur contrahentes fuisse præsentes Romæ tali die, alter quòd Bonon. Dicunt quidam quòd neutri creditur. Alij, quòd bonus iudex debet animaduertere cui potiùs credendum sit: vt si stipulator ipso tempore tenebat scholas Bono. stabitur illi instrumento, quo continetur ipsum fuisse Bononiæ.
s ¶ *Præstò.* id est, præsentes.
t ¶ *Omninò.* Nota standum [f] scripturæ, nisi contrà probetur. *sic C. de probat. l. cùm precibus. & ẽ. eod. §. si scriptum. & ẽ. tit. j. §. fin.* & hoc quando formam habet publicam: aliàs si priuatam. si [g] pro scribente, non valet: si contra scribentem, valet, si est cum causa: *vt in authen. de iureiu. à mo. §. j. & C. de non num. pecu. l. generaliter.* ACCVRS. ADDITIO. Scilicet sola: sed cum adminiculis sic: puta si à tribus testibus sit annotata: pro tertio tamen, si persona scribens sit legalis, scriptura priuata facit semiplenam probationem: vt per Ioan Fab. & Ange. hic.
u ¶ *Improbis.* scilicet prima facie: quæ fortè probæ apparebunt tandem. *sic C. de episcopis & clericis. l. omnes, qui. circa prine. secundùm Ioan.*
x ¶ *Manifestissimis.* quia contra scripturam.
y ¶ *Scripturam.* scilicet aliam, quod est melius.
z ¶ *Idoneos.* omni exceptione maiores: id est, quòd nulla exceptio poterit eis opponi: *vt C. de contrahen. & commit. stipulatio. l. optimam.* ACCVRS.

Eo die,

a Pubes in potestate patris patre auctore obligari potest, nisi duobus casibus.
b Pupillus tutore auctore obligari potest: filius impubes patre auctore nõ obligatur, & quæ ut diuersitatis ratio.

c Et dũ glo. ibi soluit contrarium de *l. si militem. C. de cond. ob tau.* est contraria huic gl. ista tamen est verior. Nec obstat contra: quia concord. cùm hic & ibi cõditio, & tausa impossibilis annullet effectum: nõ enim ad conficiendũ agitur: sed solùm ad reuocanda mãdata *secundùm Ioan. Fab.*
d Purum dicitur, quod est sine conditione.

† Quia impossibilium nulla est obligatio: *vt hic, & in ca. ad audientiam. inucta glo. super verb. habere. post prin. ext de ſpõſ. & ma. Et fa. ca. vlt. cum glo. super verb. impoſſibilis. extra, de condi. appo.*

a Absens in stipulatione dicitur, qui vicinum audire non possit.
b *Sub.* & intelligant.
c Vicinus est, cuius vox audiri potest, si ex ostio clamaueris. *Aegi. Per.*

d Spõsalia inter absentes possunt cõtrahi: licèt sponsiones nõ fiãt, nisi inter præsentes.

e Instrumenta duo si sint eiusdem diei: sed diuersi loci, cui stari oporteat.

f Scripturæ publicæ standum est, nisi cõtrariũ probetur.
g Scripturę priuatæ statur cõtra scribẽtem non pro scribente.

a ¶ *Eo die.* ¶ Not. quòd dies debet inseri in instrumẽto. & alia sunt necessaria: *vt dixi in auth. vt præponatur nomen Imperatoris.* *& facit C. de diuer. re. l. si qua.* Sed quomodo hoc probabitur, cũ dies instrumenti non debeat exhiberi: *vt ff. de eden. l.* j. §. *editiones?* Respon. tribus [a] modis petitur instrumentum edi. 1. Primò vt fundet intentionem ex instrumento rei actor, vel reus ex instrumento actoris fundet exceptionem, cùm neutro casu aduersarius vteretur, quod non debet esse, & tunc nulla pars instrumenti debet exhiberi: *vt C. de eden. l. si. in fine. & C. de test. l. nimis.* 2. Secundò, scilicet quãdo aduersarius vtitur: nam tũc editur, vt videatur an aliquid possit ei opponi: & tũc exhibetur: sed sine die, & consule: ne materia detur falsum fabricandi: *vt d. l. ff. de edeo. l.* j. §. *editiones. & ff. quẽadmo. testa. ape. l.* j. §. j. 3. Tertiò, vt de falso accusetur [b]: & tunc etiam cũ die, & consule est exhibendum: *vt hic, & C. de contraben. & commit. stipu. l. optimam. & C. de fide instrum. l. fin.* 4. Aliis autem modis petuntur instrumẽta edi, vel tradi per varia genera actionum: *vt ff. de edend. l. quædam persona sunt.* sed dictis tribus modis petuntur edi, id est, demõstrari. ¶ Item quomodo hoc est, quòd eo die [a], quo [b] conficiebatur instrumentum, sese, vel aduersarium suũ in aliis locis esse [c].

a Instrumenti editio triplicitèr petitur fieri.

b Siue crimina liter, siue ciuiliter, & contra quamcumque partem instrumenti falsitas opponatur: si alio legitimo modo probari nõ possit: aliàs illa pars tantũ editur, contra quam opponitur. Debet tamẽ ante exhibitionem accusator se subscribere ad pœnã talionis: *vt per Ioan. Fab. & Ang. hic.*

Actiones hodie ab hæredibus, & contra hæredes initiũ capere possunt.

13. ¶ Post mortem suam dari sibi nemo stipulari poterat [d]: non magis [e] quàm post eius mortem à quo stipulabatur. Ac nec is, qui in alicuius potestate est, post mortem eius [f] stipulari poterat: quia patris, vel domini voce loqui videtur [g]. Sed & si quis ita stipularetur, *Pridie* [h] *quàm moriar, vel pridie quàm morieris, dare spondes?* inutilis erat [i] stipulatio. Sed cùm, vt iam [k] dictum est [l], ex consensu contrahentium stipulationes valeant: placuit [m] nobis etiam in hunc iuris articulum necessariã inducere emendationem, vt siue post mortem, siue pridie quàm moriatur stipulator, siue promissor, stipulatio concepta sit, stipulatio valeat [n].

Præpostera stipulationis conceptio inutilem minimè reddit stipulationem.

14. ¶ Item si quis ita stipulatus erat, *Si nauis eras ex Asia venerit* [o], *hodie dare spondes?* inutilis erat stipulatio, quia præposterè [p] concepta est. Sed cùm Leo inclytæ recordationis in dotibus eandem stipulationem, quę præpostera nuncupatur, nõ esse reiiciendã existimauerit [q], nobis placuit [r] & huic perfectum robur accommodare, vt non solùm in dotibus, sed etiam in omnibus [s] valeat huiusmodi conceptio [t] stipulationis.

Stipulatio, cùm morietur promissor, vel stipulator, vel post mortem tertij, valet etiam de iure veteri. Aretinus.

15. ¶ Ita autem concepta stipulatio, veluti, si Titius dicat, *Cùm moriar, dare spondes?* vel, *Cùm morieris?* & apud veteres vtilis erat [u], & nunc valet.

16. ¶ Item post mortem alterius [x] rectè stipulamur.

d ¶ *Nemo stipulari poterat.* sc. iure vetustissimo [a]: quod hodie corrigitur: *vt in fi. huius §.* e ¶ *Non magis.* quia nec hæc valebat. ACCVRS. f ¶ *Eius.* scilicet patris, vel domini. g ¶ *Videtur.* vnde sicut patre, vel domino sic stipulante erat stipulatio inutilis: ita & seruo talia verba dicente, vel filio: *vt hic, & §. eo. §. ei qui. & facit C. de im pub. & alijs substit. l. fin.* h ¶ *Pridie.* id est, die præcedẽte mortem: *vt ff. de feri. l. pridie.* i ¶ *Erat.* sc. olim. k ¶ *Sed cùm vt iam.* nunc corrigitur. l ¶ *Dictum est.* sic §. *de verb. oblig. §. sed hæc.* m ¶ *Placuit.* vt *C. de cõtrahen. & commit. stipulatione. l. scrupulosam* b. ADDITIO. Et sic quando cõstat de mẽte contrahentium, secundùm eam fit interpretatio etiam in his quæ stricti iuris sunt. quod facit vt statutum recipiat interpretationem extensiuam etiã actiuam, si sic conster de mente statuentiũ: aliàs secus. vt per Ange. hic. n ¶ *Valeat.* scilicet statim: efficax autem erit post mortem. vnde ab hærede, & contra hæredem incipient actiones hodie, quod olim non erat: *vt C. vt act. ab hærede, & contra hæredem. l.* j.

a Imò iure ff. alio: quia inueruacanea esset correctio *l. fi. C. de contra. & commit. stip.* Nec huic obstabit *l. quidã. que. §. nõ solùm. ff. eo* quoniam loquitur in stipulatione cùm moriar de qua in sequenti §.

b Contra stricti iuris intelligitur iecũdum mentem, & consensum contrahentiũ: consensum, inquam, saltem tantùm: aliàs statur scripturæ.

Item si quis.] CASVS. Suprà vidimus stipulationem vnam, quæ olim erat inutilis. & adhuc recitat vnum casum, in quo olim erat stipulatio inutilis: hodie tamen vtilis est. Olim enim si aliquis stipulabatur ita, Si nauis venerit ex Asia, hodie dare spondes? inutilis erat talis stipulatio propter præposterationẽ. innititur enim in ista stipulatione, quòd datio euentum conditionis debeat præcedere. Sed cùm Leo præposteram stipulationem in dotibus non existimauerit reiiciendam, placuit Iustiniano & huic stipulationi, non obstante præposterationẽ, perfectum robur accommodare: vt non solùm in dotibus, sed & in aliis valeat stipulatio præpostera, & præposterè concepta. hoc dicit Francis. de Aret.

c Dupliciter literã exponi.

o ¶ *Venerit.* Post c hoc verbum, *venerit*, est punctum: & subaudi quandoque, vel vsque ad annum. 2. Si autem esset post illam dictionem, *hodie*, non esset stipulatio inutilis etiam iure veteri, sed vtilis, & conditionalis: *vt §. de verb. oblig. §. sub conditione.*

d Ordo scripturæ an semper seruandus sit, vide hic apud Angelum.

p ¶ *Præposterè.* Primò [d] enim debet venire nauis secundùm naturam conditionalis stipulationis, vel conditionis, quàm dari hodie.

q ¶ *Existimauerit.* sc. cùm ita stipulabatur mulier, Si sine liberis decesseris, promittis mihi dotem reddere, vt de ea possim testari? cùm priùs testari proponebat, & ea mortua dotem reddi: *vt C. de iure dot. l. si mulier.* 2. Vel dic, secundùm Ioannem, cùm stipulatur maritus sic, Si dabis mihi decem, promittis te mihi nupturam? primò enim nubere, & posteà dare debebat.

r ¶ *Placuit.* vt *C. de testa. l. præpostèri.*

s ¶ *In omnibus.* scilicet obligationibus.

t ¶ *Conceptio.* exactio tamen sit post conditionem existentem: *vt C. de testa. l. præpostèri. in fin.* ¶ Et facit [e] ad hũc §. scilicet quòd non sit curandus ordo scripturæ. *ff. de pecu. leg. l. quidam. in fin. & glo. fin. & §. de lega. §. ante. & ff. de solut. l. nec enim.*

e Ordo scripturæ semper attendendus non est.

Ita autem concepta.] CASVS. Suprà dictum est quòd huiusmodi stipulatio, Promittis mihi decem post mortẽ? inutilis erat olim: hodie tamẽ vtilis est. Sed quid dices de ista stipulatione, Cùm moriar, dare spondes? Et respondet Iustinia. dicens, quòd olim huiusmodi stipulatio vtilis erat, & hodie etiam vtilis est. Item si quis ita stipuletur, Promittis mihi x. post mortem Titij? bene valet stipulatio huiusmodi. & h. d. Fran.

u ¶ *Vtilis erat.* vt *ff. de bo. auct. iudi. possid. l. hæreditarium.* ACC.

x ¶ *Alterius.* scilicet tertij.

Si scriptũ fuerit.] CASVS. Scriptũ fuerat in quodã instrumento Petrũ promisisse Titio c. postmodũ Titio c. illa petẽti prætextu illius

illius instrumenti, Petrus opponit in hunc modum, Frater, quã quam contineatur in instrumento me tibi promisisse c. tamen continetur ibi, quòd interrogatio promissionem non præcesserit: vnde cùm non valeat promissio in stipulatione, nisi interrogatio præcedat: non poteris per illud instrumentũ ad illa c. agere. Quæsiui ergo à Iustiniano in isto casu quid iuris? & respondet dominus Iustinia quòd si scriptum fuerit in instrumento quempiam aliquid promisisse: perinde habetur, ac si interrogatione precedente promissio facta esset. Cùm enim in instrumento contineatur ipsum promisisse, videntur omnia solenniter acta. & h. d. Franc.

Verbum promisisse, *in scriptis repertum, importat stipulationẽ.*

Annota: Ea est ratio: nam omnia solenniter actá præsumuntur.

17. Si scriptum in instrumento fuerit promisisse aliquẽ: perinde habetur, atque si interrogatione præcedente responsum sit.

Si plures res deducantur in stipulationem, & simpliciter respondet promissor, ad omnes tenetur: aliàs ad eas tantùm, in quibus respondet. Aretinus.

Annota: tot inesse stipulationes, quot sunt res in stipulationem deductæ.

18. Quoties plures res vna stipulatione comprehenduntur: si quidem promissor simpliciter respondeat, *Dare spondeo*: propter omnes tenetur. Si verò vnam ex his, vel quosdam daturum se spoponderit: obligatio in his, pro quibus spoponderit, contrahitur. Ex plurib⁹ enim stipulationibus vna, vel quædam videntur esse perfectæ. Singulas enim res stipulari, & ad singulas respondere debemus.

Vt alteri detur, vel fiat, stipulari non possumus: quandoquidem alteri acquiri nostra minimè interest: pœnam tamen, si promissa non præstantur, stipulari nobis non prohibemur.

19. Alteri stipulari, vt suprà dictũ est, nemo potest. Inuentæ enim sunt huiusmodi obligationes ad hoc, vt vnusquisque acquirat sibi, quod sua interest. Cæterùm si alij detur, nihil interest stipulatoris. Planè si quis velit hoc facere, pœnam stipulari conueniet: vt nisi ita factum sit, vt est comprehensum, cõmittatur pœnæ stipulatio etiã ei, cuius nihil interest. Pœnã enim, cùm stipulatur quis, non illud inspicitur, quod interest eius: sed quæ sit quantitas nem, subaudi alteri stipulando, vt filius patri, seruus domino, & econtrà: *vt ff. eo. §. si quis alij. & §. ei vero, qui.* Quandóque vtilem: vt tutor pupillo, & in similibus ratione officij. vt seruus publicus: *vt ff. de consti. pecu. l. eum, qui. §. pen. ff. rem pup. sal. fo. l. iij.* Interdum nullam, & tunc necessaria est pœna, vt hîc dicitur. Itẽ no. quòd hoc a vltimo casu verba stipulationis, & sortis, & pœnæ, possunt formari tribus modis. Aut enim sic dico, Promittis mihi quòd dabis illi & eodẽ modo pœnam? Aut sic, Promittis illi, quòd dabis ei, & eodem modo pœnam? Et in his duobus casibus non valet neque sortis, neque pœnæ promissio. Sed aliud quando deberet vtilis, vel directa acquiri, vt in primis duobus casibus: *vt ff. de consti. pecu. l. eum, qui. §. si actori. & §. Iulianus: & hic.* Aut sic, Promittis mihi quòd dabis illi? aut pœnam mihi tantum stipulor: quia & tunc habet locum, quod hîc dicitur. Aut quarto modo dico, Promittis quòd dabis mihi recipienti nomine eius? quo casu valet vtrunque: & ego illi cedam, cuius nomine stipulatus sum: *vt ff. mandati. l. si procuratorem. §. fin.* ABBATIO.

Et hoc verum, siue sim procurator habens mandatum, siue negotiorum gestor, siue saltem generalis, vt mihi acquiram, & postea cedam, sicut procurator cum ratihabitione, &c. *vt l. fi. Cod. ad Macedonia. & l. si ego. ff. de negot. gest.* vt per Io. Fab. & Angel hîc.

a Stipulari alteri pœnã qui bus formulis possimus.

† Hûc locum intellige, ac limita: *vt per Bart. ac Gl. in l. stipulatio ista §. stipulatio. ff. de verbo.ob. Ang. in §. sed & si quis. infrà, eod.*

a *Promittendi* verbum, instrumento adiectum, intelligitur per stipulationem: & eàs si à testibus proferatur: & cur.

† *Facit ad hûc §. præterea. eũ Glo. 2. ibi: item ar. extra de verbo signif.*

b Ne tractus strícti iuris intelligitur iuxta dictum meretr. & consensus contrahentiũ: consensus, quam, saltem tantum: aliter stratur scripturæ.

a Iuxta iure ff. alio: quia imperuacanea esset correctio *l. j. C. de testa. & commit. sup.* Nec huic obstabit *l. quod. que. 4. ff. eo* quoniam loquitur in stipulatione cùm mori: de qua in sequenti §.

b Nã sæpè testes sunt iuris periti: tabellio nes non. Dic ergo quòd id prouenit ex ratione intellectus: quia ita cõceptus intellect⁹ indicat in instrumento. sed testes non adiuntur super eo, quod percipiunt ratione intellectus: sed super eo, quod percipiunt sensu corporeo ad extrà declarato.

a *Si scriptum.* Nunquid idem a fit, si testes dicant aliquem promisisse: vt etiam tunc intelligatur præcessisse interrogatio? Videtur quòd sic: *vt C. de fide instrument. l. in exercendis.* Sed tamen contradico: *vt C. de vsuris. l. j. in glo. penult.* Et est ratio, secundùm Ioan. quia testes non sic in iure instructi sunt, vt instrumenta, quæ à iurisperitis fiunt. b ACCVRSIVS.

a *Si scriptum.* Hæc sententia sumpta est ex Paulo *li. 5. sent. de oblig.* adiecit Iustin. idem esse si scriptum sit, præstò contrahentes fuisse. §. *item verborum. sup.* CVIAC.

b *Perinde.* nisi contrà probetur: *vt ff. de pact. l. iuris gentium. §. quòd ferè.*

c Duplicitèr literã exponit.

d Ordo scripturæ an semper seruandus sit, vide hîc apud Angelum.

e Ordo scripturæ semper attendendus non est.

Quotiens plures res.] CASVS. Quidam stipulatus est sibi dari plures res, vt puta Codicem, Digestum, & Instit. quæritur vtrùm valet talis stipulatio? Et respondet, quòd si respondeat promissor, Promitto: omnia videtur promisisse. Si autem respondeat, Instituta promitto: pro solis Institutis contrahitur obligatio. Singulas enim res stipulari, & ad singulas respondere debemus. h. d. Franc. de Aret.

c *Spopondisti.* aliàs respondeat.

d *Contrahitur.* Imò videtur non valere, cùm sit diuersitas in respondendo: *vt suprà eodem. §. præterea.* Sed distingue vt ibi diximus.

e *Respondere debemus.* si volumus in omnibus teneri, aliàs tenemur tantùm in his, in quibus respondemus: *vt hic.* Item & sufficit simplex responsio, vt diximus, cùm æquiparetur ei, quando ad omnes respondet: sic *ff. de verb. oblig. l. Titia. §. idem respondit. & suprà, eodem §. præterea.*

Alteri stipulari.] CASVS. Suprà dictum est quòd nemo potest alteri stipulari, eò quòd inuentæ sunt huiusmodi obligationes ad hoc, vt vnusquisque sibi acquirat, quod sua interest: sed non interest stipulatoris, quòd aliquid alteri detur. Sed ponamus quòd aliquis velit alteri aliquid stipulari, qualiter poterit hoc facere Et resp. quòd pœnam debet stipulari: videlicet sic: nisi ita factum sit, vt comprehensum est in stipulatione, verbi gratia: Promittis Titio decem? Promitto. & nisi illa decem dederis, promittis mihi viginti. Pœna autẽ adiecta in secunda stipulatione, non facit primam stipulationem, quæ primò erat inualidã, valere: sed metu pœnæ, quod in prima stipulatione contentum est, soluit. Nisi enim dederit decem in prima stipulatione contenta, committitur illa stipulatio: scilicet in viginti. Cùm autem quis stipulatur pœnam, non inspicitur quid interesit stipulatoris: sed quæ sit quãtitas in conditione stipulationis. quod sic intelligunt quidã. quòd pœna non excedat duplum. Alij autem dicunt quòd non debet excedere quadruplum. Dominus autem Guido sic distinguit: Cùm autem pœna interponitur, aut interponitur per verba quantitatem designãtia, cuiusmodi sunt, duplum, triplum, quadruplum: & talis pœna non debet excedere quadruplum: aut per verba designantia qualitatem: & tunc quantacunque fuerit quantitas, etiam in centuplum, bene valet stipulatio. h. d. Franc.

f *Alteri. sic ff. de verborum obligationibus. l. stipulatio ista. §. alteri.* ACCVRS.

g *Vt suprà dictum est. suprà, eo. §. si quis alij.* hoc tamen fallit in multis casibus, vt ibi diximus. Et not. hîc quòd tribus modis alteri stipulamur. Nam interdum directam acquirimus actionem, subaudi alteri stipulando, vt filius patri, seruus domino, & econtrà: *vt ff. eo. §. si quis alij. & §. ei vero, qui.* Quandóque vtilem: vt tutor pupillo, & in similibus ratione officij. vt seruus publicus: *vt ff. de consti. pecu. l. eum, qui. §. pen. ff. rem pup. sal. fo. l. iij.* Interdum nullam, & tunc necessaria est pœna, vt hîc dicitur. Itẽ no. quòd hoc a vltimo casu verba stipulationis, & sortis, & pœnæ, possunt formari tribus modis. Aut enim sic dico, Promittis mihi quòd dabis illi & eodẽ modo pœnam? Aut sic, Promittis illi, quòd dabis ei, & eodem modo pœnam? Et in his duobus casibus non valet neque sortis, neque pœnæ promissio. Sed aliud quando deberet vtilis, vel directa acquiri, vt in primis duobus casibus: *vt ff. de consti. pecu. l. eum, qui. §. si actori. & §. Iulianus: & hic.* Aut sic, Promittis mihi quòd dabis illi? aut pœnam mihi tantum stipulor: quia & tunc habet locum, quod hîc dicitur. Aut quarto modo dico, Promittis quòd dabis mihi recipienti nomine eius? quo casu valet vtrunque: & ego illi cedam, cuius nomine stipulatus sum: *vt ff. mandati. l. si procuratorem. §. fin.* ABBATIO.

Et hoc verum, siue sim procurator habens mandatum, siue negotiorum gestor, siue saltem generalis, vt mihi acquiram, & postea cedam, sicut procurator cum ratihabitione, &c. *vt l. fi. Cod. ad Macedonia. & l. si ego. ff. de negot. gest.* vt per Io. Fab. & Angel hîc.

h *Etiam ei.* scilicet stipulanti: cuius tamen non interest dari ei, cui fuit stipulatus: nec mirum: quia sibi fuit stipulatus pœnam, vt modò diximus. & facit *ff. de recept. arbitr. l. cum pœna.* Sed contrà, *ff. de recept. arbit. l. aduersus. § sed si cum.* Sed ibi non directò contra arbitrium itur: & ideò inspicitur an interest etiam in pœna: cùm ad ea, quæ frequenter accidunt, iura se referant: *vt ff. de legib. l. nam ad ea.* Item contrà, *ff. si quis in ius voc. l. ij. §. si. in glo. interfit.* Sed ibi in pœna prætoria: hîc autem in conuentionali dicit. Vel ibi ideò non committitur: quia non debuit venire: quia aduersarij non intererat: & ita per obliquum illa ratio redditur.

i *Pœnam enim cùm stipulatur.* Not. quòd cautè ponit, stipulatur: nam secùs est cùm pacisci tur tantùm: cùm pœna ex nudo pacto, etiam incontinenti appositio, sicut vsura, non possit peti: *vt ff. de ser. exportan. l. seruus. in glo. j. & C. de vsuris. l. ij.*

k *Quæ sit quantitas.* i. quæ sit quantitas, & quæ sit conditio. Inspicitur conditio, vtrùm sit possibilis, vel probabilis, vel non: *vt ff. e. §. si impossibilis. & ff. eo. §. quod turpi* Quantitas verò quæ sit, inspicitur, vt quantacũque sit, petatur certi condictione, si est certa: aliàs si stipulatio est incerta, actione ex stipulatu: *vt hic, & ff. de verb. obli. in princ.* Ista enim nomina quis, & qua, substantię sunt significatiua, non quatitatis: sc. certæ, vel taxatæ, vel taxandę: & hoc secundùm Azonem. Sed contra est, *vt ff. de actionibus. §. omnes.* Solue vt ibi. Item contrà, *ff. de euict. l. si dictum. in princ.* Sed ibi sic agebatur. Item contrà, *C. de sponsa. l. mulier. § quæ omnia.* Sed illud fauore matrimonij, ne in infinitum pœna excedat: *vt C. de inutil. stipulationibus. l. ij.* Alij, vt M. dicunt vsque ad duplum: & in hoc consideratur hîc quantitas, vt duplum non excedat, tecũdùm eum: *vt C. de senten. quæ pro eo, quod interest. l. j.* Alij, vt Ioannes, distinguũt inter eum, qui scienter promittit vltra duplum, cùm sciat se non teneri, vt ille teneatur: aliàs non: *vt ff. si quis cau. l. sed si quis. § fina.* Alij dicunt vsque ad quadruplum semper extendi, & non plus: *vt infrà de actio. §. omnes.* prima verior est ACCVRS. ABBATIO.

Quæ procedit vbi datio quantitatis non est in obligatione: vt quia promittis datum te centum Titio ad ea enim agere non possum: & sic facti obligationi pœna censetur apposita, secundùm Ioan. Fab. & Ang hîc.

b Pœna non potest deberi nisi ex stipulatione.

c Pœna ex pacto non potest peti.

d Si vsura mutui ex pacto peti non potest aliorum cõtractuũ peti potest ex pacto contractui apposito. *Ang.*

e Quis & quæ substantiam significant.

f Dic quòd ibi loquitur in pœna legali, quæ non excedit quadruplum: sed nos loquimur in pœna conuentionali, quæ potest excedere quadruplũ ex dispositione contrahentium: mitius enim agitur cũ lege, quàm cũ homine: *vt l. si cum die. §. fin. & l. sequen. ff. de arb.* Car.

a ¶ *In conditione ſtipulationis.* id eſt in pœnali ſtipulatione, quæ eſt conditionalis, ſcilicet ſi non pareat promiſſor principali promiſſioni. Accvrs.

b ¶ *Titio dari.* Vt promittis Titio, vel mihi quòd dabis Titio. Accvrs.

c ¶ *Spondes.* ſcilicet mihi: aliàs non valet hoc, vt modò diximus. Accvrs.

d ¶ *Committitur ſtipulatio.* ſcilicet pœnæ eo non dante. non autem illa inutilis efficitur vtilis, ſed pœnæ metu & illi ſtatur: *vt & aliàs* C. *de arbitr. l.* j. Accvrs.

Sed & ſi quis.] Casvs. Suprà dictum eſt quòd nemo poteſt alteri ſtipulari: vnde quæritur qualiter hoc eſt intelligendum. Et dicit Imperator quòd hoc eſt ſic intelligendũ: niſi interſit eius, qui ſtipulatur. Nam ſi tutor, qui tutelam pupilli ſui cœpit adminiſtrare, ceſſerit adminiſtrationem contutori ſuo, bene poterit à contutore ſtipulari rem pupilli ſaluam fore, & alteri ſtipulari, cùm eius interſit: eò quòd ſi malè adminiſtrauerit contutor tutelam, haberet pupillus tutorem, qui primò adminiſtrauit, ſibi obligatum. Et eadem ratione poterit aliquis aliquid ſtipulari procuratori, qui aliquid certa die à domino ſuo promiſit ſub pœna, ne pœna committatur: vel creditori ſuo, ne pignora ſua diſtrahantur. h. d. Franciſcus.

e ¶ *Eius.* ſcilicet ſtipulantis.

f ¶ *Ceſſerit.* ſic *ſuprà, de ſatisdatio. tuto. §. ij. aliàs iij.*

g ¶ Vet. *ceſſit adm. cont. ſuo, & ſtipulatus eſt.* mox deinde ſic legendum eſt, *eſſet pupillo, ſi malè res ceſſerit.* vt in *l. ſtipulatio. §. ſi ſtipuler. de verb. oblig.* Cviac.

h ¶ *Tenet obligatio.* nam vtilis actio pupillo datur: *vt ff. de mag. conue. l.* j. *§. penultimo.* Item ipſi ſtipulanti directa acquiritur: vt hîc dicitur.

i ¶ *Vires habebit.* Intereſt enim mea procuratori meo ſolui, qui in rem meam expendit: *vt infrà, manda. §.* j. *verſicu. tua gratia, & mandantis.*

k ¶ *Quòd.* id eſt quia.

l *Data.* ab iſto, qui nunc ſtipulatur.

m ¶ *Valet ſtipulatio.* non [a] vt procuratori, vel creditori actio competat: ſed qui ſtipulatus eſt, aget actione ex ſtipulatu ad intereſſe quanti ſua intereſt creditori, vel procuratori fuiſſe ſolutum: *vt C. de inutil. ſtipulat. l. fina. & ff. de verborum obligationibus. l. liber homo. §. fina. & C. de dona. l. cùm res.* Vel ſecundùm nos aget certi condictione ad intereſſe, quod probauimus *ſuprà de verbor. obligatio. in princip.* Accvrs.

Verſa vice.] Casvs Suprà dictum eſt quòd ſi aliquis alteri ſtipuletur, non valet ſtipulatio, niſi fuerit ſtipulatus ſic, ſi ita non factum fuerit, vt in ſtipulatione comprehenſum eſt in caſu contrario. Nam ſi aliquis promiſerit aliũ aliquid facturũ. & ſtipuletur: non valet promiſſio, niſi pœnam promiſerit, ſi illud non fecerit alius. h. d. Franciſcus.

n ¶ *Verſa vice.* ad ſuperiorem *§. alteri.*

o ¶ *Pœnam.* Sed & [b] tunc ad pœnam tantùm tenetur. & facit *ſuprà, eo. §. ſi quis alium.*

Item nemo.] Casvs. Aliquis promiſit tibi fructum fundi in futurum: valétne huiuſmodi ſtipulatio? Et reſpondet Iuſtinian. quòd non. Nemo enim rem ſuam futuram in eum caſum, quo ſua ſit, vtiliter ſtipulatur. h. d. Franc.

p ¶ *Futuram.* vt partum ancillæ, vel fœtum animalium ſuorum, quæ ſua futura ſunt: *vt* ff. *de re. diui. §. item ea.* Item multo magis ſi ſtipuletur rem, quæ nunc eſt ſua: *vt ſuprà, eo.* § j.

q ¶ *Quo ſua ſit.* hoc ideò: quia in eo caſu, quo ſua futura non eſt, valet ſtipulatio: *vt ff. de verb. ob. l. ſi rem meam.* Accvrs.

r ¶ *Stipulatur.* ſcilicet dari. & eſt ratio: quia quod ſuum [a] eſt, amplius ſuum fieri non poteſt: *vt* ff. *de actionib. §. ſic itaque.* [b] reſtituitamen poſſum ſtipulari: *vt ff. de verb. obl. l. nemo.* [c] j. *reſp. & ff. vſufruct. quemadmodum. l.* j. *§. ſed quod diximus.*

Si de alia.] Casvs. Stipulatus fui à Titio in hunc modũ: Promittis mihi animal? intelligens de equo: & ipſe reſpon. Promitto, intelligens de aſino: valétne ſtipulatio? Et reſpon. do min[a] Iuſtinianus quòd non. Cùm enim de vna re ſenſerit ſtipulator, & de alia promiſſor: perinde non valet ſtipulatio, ac ſi ad interrogatum reſponſum non eſſet. & hoc dicit. & iſtum §. bene intellige, niſi diuerſitas illa placeat ſtipulatori: quia ſi ſic, bene valet ſtipulatio. h. d. Franc.

r ¶ *Credideris.* hoc eſt verum, quando certum eſt eos diſſenſiſſe: *vt ff. de verb. oblig. l. cõtinuus.* § j. Aliàs [c] autem ſi poteſt ſecundùm vtriuſque intellectum valere, valet ſecundùm intellectum promiſſoris: *vt ff. de verbo. obliga. l. qui ex pluribus. & l. ſtipulatio iſta. §. eum, qui.* [f] Nec ob. quod dicitur minorem præſtari debere: *vt ff. de leg.* j. *l. apud Iulianum. §. ſcio.* quia minor eſt, quàm dare vult promiſſor: *vt* j. *de act. §. præterea.* Si autem ſecundùm vnius intellectum tantùm valere poteſt: ſecundùm eius intellectum valet: vt, hodie dare mihi Bonon. x. promittis? ſi enim de hac Bononia, in qua ſumus, intelligatur, valet: aliàs non: *vt ff. de verb. oblig. l. quotiens in ſtipulationibus. & de re. dub. l. quotiens. ij.*

Quod turpi.] Casvs. Stipulatus fui ſic, Promittis mihi x. ſi Titium occidero, vel ſi furtum fecero? valétne huiuſmodi ſtipulatio? reſpon. quòd non. Quod enim ex turpi cauſa promiſſum eſt, &c. Franc.

s ¶ *Promiſſum eſt.* ſiue dicam, Promittis homicidium facere: ſiue dicam, Promitto decem: quia promittis facere homicidium: *vt ff. de verb. oblig. l. generaliter.*

t ¶ *Non valet.* huiuſmodi enim conditiones turpes, impoſſibiles præſumuntur à iure: *vt ff. de condit. inſtitu. l. filius.* vnde non valet ſtipulatio: *vt ſuprà eodem. §. ſi impoſſibilis.*] Circa quod [g] tamen dic, quòd aut ipſum, quod promittitur, eſt turpe, vt facere homicidium: & tunc non valet, nec etiam pœna appoſita: *vt ff. de verborum obligationibus. l. generaliter. & l. veluti. & l. ſi plagij.* Idem dico & ſi ſub conditione turpi: *vt hic.* Aut ſi honeſtum promittatur, ſed tamen turpiter, vt dare decem: ſed per metum, vel per dolum, tunc valet quidem promiſſio facta: ſed exceptione eliditur [h]: *vt Cod. de inutil. ſtipulationibus. l. dolo.* niſi in caſu: vbi ipſo iure non valet promiſſio facta per metum: *vt ff. quod metus cauſa. l. ſimiliter. §. ſi dos. ſecundum Ioannem.*

Cùm quis.] Casvs. Stipulatus fui à Titio dari mihi x. ſub aliqua conditione: antequàm exiſteret conditio, deceſſi: poſtmodum exiſtente conditione, quæritur vtrùm meus hæres agere poſſit ex iſta ſtipulatione? Et reſpon. Iuſtinia. quòd ſic. Eodem modo ſi me ſtipulatore viuente demùm ante conditionis euentum decedat promiſſor: poſtmodùm ſi exiſtat conditio, potero agere contra hæredes promiſſoris. Franc.

u ¶ *Agere poteſt.* hoc in contractibus: [i] *vt hic, & ſuprà. de verb. obligat.*

Aretinus.

22. ¶ Item nemo rem ſuam futuram [p], in eum caſum, quo ſua ſit [p], vtiliter ſtipulatur [q].

Inutilis eſt ſtipulatio, ſi in re, quæ in ſtipulationem deducitur: diſſenſus verſetur.

23. ¶ Si de alia re ſtipulator ſenſerit, de alia promiſſor: perinde nulla contrahitur obligatio, ac ſi ad interrogatum reſponſum non eſſet: veluti ſi hominem Stichum à te quis ſtipulatus fuerit, tu de Pamphilo ſenſeris, quem Stichum vocari credideris [r].

Stipulatio turpis, vel ex turpi cauſa deſcendens, non valet. Aret.

24. ¶ Quod turpi ex cauſa promiſſum eſt [s], veluti ſi quis homicidium, vel ſacrilegium ſe facturum promittat, non valet [t].

Stipulatio conditionalis tranſit ad hæredes ſtipulatoris, & promiſſoris. Aretinus.

25. ¶ Cùm quis ſub aliqua cõditione ſtipulatus fuerit: licèt ante conditionem deceſſerit, poſteà exiſtente conditione hæres eius agere poteſt [u]. Idem eſt & ex promiſſoris parte.

---

a Nostrũ amplius noſtrum fieri non poteſt.

b Stipulari rẽ noſtram ſub cõditione poſſumus: nempe, ſi noſtra eſſe deſierit.

c Noſtra nobis reſtitui ſtipulari poſſumus.

d Precium rei noſtræ ſtipulari poſſumus.

e Interpretatio ſumitur pro promiſſore.

f Niſi fauorabilius eſſet ſecundum ſtipulatorem interpretari. *l. in ambiguo ff. de reg. iur.*

g Turpi ex cauſa, vel turpiter promiſſum nõ valet.

h Vel per iudicis officium reſcinditur. *l. ſi dolo. C. de inutil. ſtipul. & limitatur l. fin. §. ff. quod met. cau. & habetur in l. eligan ter ff. de dolo.*

i Ex contractu conditionali, ſpes tranſit ad hæredes.

a In modo ſtipulandi alteri differẽtia eſt, vtque inutilis eſt ſtipulatio hæc, Promittis Titio te Meuio daturum. Contrà hæc, Promittis mihi te Ttio daturum valet, ſi mea interſit Titio dari. Priore caſu obligationis promiſſio, & executio in alienam perſonã cõfertur: poſteriore ſola executio.

b Factum alienum promittere pœna adiecta poſſumus.

+ Cui nõ poſſit adiici pœna, vide hic per Angel. *ex ſententia Iaco. But. Bar. & Io. And. in 3. cel. ad med. verſ. ſolet eſſe dub.*

¶ Ratio: quia hîc deeſt cauſa finalis, ob quam modus ſtipulationi adhibẽdus eſt: quia quis ſtipulatur quod ſua intereſt.

a Vide Glossam.

ibi *obligat.* §. *ex* [a] *conditionali.* aliud in relictis: *vt* C. *de caduc. tollen.* §. *sin autem aliquid. & ff. de manu. testa. l. si ita scriptum fuerit. in fin. l.* Et facit ad hunc §. *ff. de pericul. & commod. rei venditæ. l. necessariò.* §. *quòd si pendente.* j. *responso.*

Qui hoc anno.] CASVS. Stipulatus fui à te dari mihi x. hoc anno, vel hoc mense: quæretur quãdo possim ista x. petere? Et respõ. Imperat. quòd omnibus partibus anni, vel mensis præteritis possũ petere. Aliud autem est si stipulatus fui mihi dari aliquod annuũ: quia tunc in principio anni peti potest. Franc. de Aret.

Qui promittit certo tempore dare, non potest conueniri, nisi totus terminus sit elapsus.

26. ¶ Qui hoc anno [a], aut hoc mẽse dari stipulatus est: nisi omnibus partibus anni, vel mẽ sis præteritis [b] nõ rectè † petet.

Promissori datur tempus habile ad soluendum. Aret.

Si fundum dari stipuleris, vel hominem: non poteris continuò agere, nisi tantum spatium præterierit, quo tradito fieri possit [c].

† Nota: quia hoc tempus additum est fauore promissoris. vnde interpretandum est in eius fauorem: vt demùm anno finito teneatur: secùs si dixisset, *annuum promitto*: quia hoc tẽpus est adpositum fauore stipulatoris. *Aegi. Per.*

a ¶ *Qui hoc anno.* id est qui stipulatus est his verbis, Promittis hoc anno, vel hoc mense? Et nota quòd iste §. *est lex. ff. de verborum obligatio. & incipit, Qui hoc anno.* ACCVRS.

b ¶ *Præteritis.* id est elapsis: sed secùs est in relictis fauore vltimæ voluntatis. nam in capite anni præstatio fit: *vt C. quãdo di. leg. ce. l. j.* 2. Vel distingue, aut promittit per hæc verba, hoc [b] anno, vel quolibet anno: & tunc in fine anni fit solutio: *vt hic, & ff. de verborum obligat. l. qui hoc anno. & l. eum, qui certarum.* Aut annuum: & tunc in capite anni fit solutio, siue legatum sit, siue in contractu fiat promissio, secundùm Io. & B. *vt ff. de condi. & demon. l. si in annos. & ff. quando di. leg. ce. l. nec semel.* Vnde versus,

Annua si debes, tunc inspicies caput anni.
Anno si debes, in fine teneberis anno.

b Solutio fit in fine anni, si hoc anno, vel quolibet anno promissum est: anni initio, si annuum promissum.

Sed quid si vsque ad forum rem promiseris? Videtur quòd statim incœpto [c] foro possit agi: *vt ff. ad Treb. l. qui filium.* §. *Sabinus.* ADDITIO. Et hanc approbat Angel. hîc, propter dictionem, *vsque*, quæ de proprio significato excludit: *vt l.* j. *ff. de pig. act.* secundùm Angel.

c Vsque ad nundinas promittẽs, incœpto foro, seu in principio nundinarum solet soluere, *vt hîc*, quod Bartol. *in l. eum qui certarum. ff. eod.* & Raphaël ibi reprehendunt. Hanc tamen Glossam Angel. & Aret defendunt. adque ex proprietate verbi, *vsque*, quod exclusiuum est. *l. 1. ff. de vignoratitia.*

Si fundum.] CASVS. Promisisti fundum, & hominem purè: quæro ergo cùm ista stipulatio sit pura, vtrùm ex ea incontinẽti possim agere? Et resp. Instin. quòd non, nisi tantum tempus præterierit, quo tradito fieri possit. & h. d. Super autem isto titu. solebat aliquando à quibusdam fieri tale quare: quare apud antiquos ista stipulatio, Promittis mihi pridie, quàm moriar, erat inutilis: hæc autem. Promittis mihi decem cùm moriar, apud antiquos erat vtilis? Quidam istud *quare*, reputant pro trufa: cùm ius antiquum hodie sit correctum: sic tamen respondetur, Incertior est dies mortem præcedens, quàm dies mortis dicatur, vt in pluribus: & propter maiorem incertitudinem dies proxima morti dicebatur apud antiquos stipulatio in diem proximam morti: non sic autem in diem mortis. Franc.

d Promissor an statim conueniri possit.

c ¶ *Fieri possit.* cum [d] commodo promissoris: *vt ff. de verborũ significat. l. nepos Proculo.* nec tamen nimium expectatur, licèt priùs non possit soluere: *vt ff. de verborum obligat. l. continuus.* §. *illud.* Item & si incontinenti potest, non tamen ideò statim exigitur: *vt ff. de solu. l. quod diximus.* Quoddam ergo tempus medium exigimus, scilicet x. dierum secundùm quosdam: *vt ff. de const. pecu. l. promissor.* Vel dic arbitrio iudicis, cùm [e] lege non sit determinatum: *vt ff. de iur. delib. l.* j. *in fin.* qui iudex statuet tempus quoddam, nec nimium, nec modicum: *vt ff. de solu. l. ratum. & rem ra. ha. l. quo enim.* §. j. *& infrà, de offi. iud.* j. *respon.* ¶ Itẽ nunquid idem in quantitatibus, quod in speciebus hîc dicitur? Respon. non [f]: imò tempore tanto, quantum iudicatis datur, expectatur: *vt ff. de iud. l. si debitori.* scilicet quatuor mensium [g]: *vt C. de vsur. rei iud. l. ij.* secundùm quosdam. 2. Vel [h] verius dic: vt not. *suprà, de verb. oblig.* §. *omnis. in glo.* j. *statim, &c.*

e Interpretatio sumetur pro promissore.

f Nisi fauorabilius esse secundum stipulatorem interpretari. *l. in ambiguo. ff. de regu. iur.*

DE FIDEIVSSORIBVS.

Cõtinua sic, Visum est de his, qui principaliter obligãtur ex pluribus cõtractibus: verũ quia, vt hic dicit text. in prin. pro eo, qui obligatus est, solet accedere fideiussor: ideò post illos tit. subiicitur iste, De fideiussoribus. Aretinus.

DE FIDEIVSSORIBVS. TITVLVS XXI.

Quando quidem non semper ei, qui promittit, tutum est credere. cautius erit alium assumere, qui obligationem illam in se recipiat, promissore quoque remanente obligato: quem fideiussorem à fide promissa appellamus: qui quidem cuiuis obligationi vtcunque contractæ, etiam si naturalis tantùm sit, accedere potest.

PRo eo, qui promittit [d], solent alij obligari, qui fideiussores [a] appellantur: quos [e] homines accipere solẽt [f], dum curant vt diligentiùs sibi cautum sit [g].

Omni obligationi accedere potest fideiussor, & ciuili tantùm, & naturali tantùm: & non tantùm pro homine libero: sed etiam pro seruo. Aretinus.

1. ¶ In omnibus autẽ obligationibus [h] assumi possunt: id est siue re, siue verbis, siue literis, siue consensu [i] contractæ fuerint. Ac nec [k] illud quidem interest, vtrùm ciuilis [l], an naturalis [m] sit obligatio, cui [n] adiicitur fideiussor: adeò [o] quidem, vt pro seruo [p] gatione accedere possunt. Tertiò, quãdo sunt plures fideiussores, an in solidũ, vel pro parte quilibet obligetur. Quartò, quòd non potest fideiussor in plus obligari, quã principalis: & quando dicitur in plus obligari. Quintò, quãdo solẽnitas intrinseca præsumimitur. Secũda ibi, *In omnib.* Tertia ibi, *Si plures.* Quarta ibi, *Fideiussores.* Quinta ibi, *In stipulationibus.* CASVS. Quæsiui à Iustiniano, vnde procederẽt fideiussores, siue ortum haberẽt. Certè, dicit ipse, sæpè contingit quòd vnus principaliter obligatur, & alius pro eo intercedendo obligatur: qui fideiuss. appellatur. & fideiussores istos accipiunt creditores, dum curant vt tutiùs sibi caueatur. Franc.

d ¶ *Promittit.* scilicet principaliter: sc. per stipulationem. & idem si quocunque alio modo quis obligetur: *vt infrà, eod.* §. j. *& ff. eo. l.* j. Nunquid autem accessoriæ obligationi accedere fideiussor potest? Respon. sic: *vt ff. eod. l. Græcè.* §. *fi. & de pig. act. l. si rem.* §. j.

a ¶ *Fideiussores.* fideiubere est suo periculo fere id, de quo agitur, recipere: quod per stipulationem fit. CVIAC.

e ¶ *Quos.* scilicet fideiussores.

f ¶ *Solent.* scilicet creditores.

g ¶ *Cautum sit.* & est cautum sine dubio: *vt infrà, de replica.* §. *fi.* ADDITIO Vnde plena [a] cautio dicitur cum fideiussoribus: sed plenior cum pignoribus: simpliciter verò prolata ab homine, intelligitur sine fideiussoribus: secùs si à lege, vel à prætore, nisi procederet vltrà declarando nudam cautionem sufficere. Angel.

a Plena cautio est cũ fideiussoribus: plenior cum pignoribus: simplex ab homine prolata, sine fideiussore est: secùs si à lege, vel prætore.

In omnibus.] CASVS. Quæsiui ab Imperat. an fideiussor accipi possit solummodò à debitore, qui est verbis obligatus? Respon. dicens, quòd fideiussor potest accipi in omni obligatione: siue sit obligatio contracta re, siue verbis, siue consensu: & plus dico, quòd fideiussor potest dari pro obligatione ciuili tantum, & pro naturali tantum, & pro ciuili & naturali: vnde cùm seruus domino suo possit naturaliter obligari: potest & dare fideiussorem domino suo in id, quod ei naturaliter debet, & etiam extraneo: & erit ille fideiussor à seruo datus domino, naturaliter & ciuiliter obligatus: cùm tamen debitor principalis sit tantùm naturaliter obligatus: quod mirum videtur: cùm plus non debeat esse in accessione, quàm in principali obligatione: vt *infrà eo. titu.* §. *fideiussores.* Ad quod respon. quòd plus loco, vel tempore, vel re, vel causa non potest esse in fideiussore, quàm in principali debitore: tamen circa illud idem, quod debet principalis debitor, potest esse efficacior obligatio fideiussoris, quàm principalis debitoris. Franc.

h ¶ *In omnibus autem obligationibus.* id est in omni specie obligationum, dummodò non sit contra legem: *vt ff. eo. l. cùm lex.* Sed contrà, *C. ne fideiuss. do. dem. l.* j. Solu. illud speciale est. [b] Itẽ in præsentibus, & futuris negotiis potest accedere fideiussor: *vt ff. de iudi. l. non quemadmodum. & infrà, eo.* §. *fideiussor.*

b Hoc verum in fideiussore dotis conseruandæ propter perfidiam euitandam inter eos: *vt ibi dicit text.* Quid autem de dote restituẽda? vide *in l constante.* §. *quoties. ff. solu. matri.* Ang.

i ¶ *Consensu.* siue etiam ex maleficio, vel quasi: *vt ff. eo. l. Græcè.* §. *sed & si ex delicto.*

k ¶ *Nec.* id est, non.

l ¶ *Ciuilis.* scilicet tantùm: vt pro eo, qui fuit confessus spe futuræ numerationis: *vt infrà, titu. proxi.* habet tamen eandem exceptionem, quam reus: *vt C. de non nume. pecu. l. pe. in fi. & l. tam mandatori.* ¶ Et sic nota ciuili tantùm obligationi accedere fideiussorem: *vt hic, & d. l. dicitur. & ff. eo. l. fideiussor obligari.* §. *ij.*

c ¶ *Pretium* repetit de pretio, quòd debet interuenire: vt addat duo, s. quòd sit certum: item in pecunia numerata. ACCVRS.

d ¶ *Hoc.* id est de hoc.

e ¶ *Decisio.* vt C. *de contrahend. emp. l. fi.*

α ¶ *Decisio.* Cuius verba penè integra Tri. ad Caium appinxit in *l. si merces. ff. locati.* CVIAC.

f ¶ *Æstimauerit.* ¶ No. quòd cautè ponit de tertia persona. Nam secùs [b] si in contrahentis arbitrium : *vt dicemus infrà, eo. §. emptio.*

b Venditionis pretium in alterius contrahentis arbitrium conferri non potest: in alterius potest.

g ¶ *Nominatus est.* Quid si in [c] innominatum contulimus: vt vẽdo pro quanto æstimabitur? Respond. non valet: instar locationis sit factæ: *vt ff. locati. l. si merces. in princip.* nisi in vno casu, qui est *ff. de pign. l. si fundus. §. fin.* ACCVR. ADDITIO Solu. ex præcedentibus contractibus quorum occasione deuenitur ad venditionem, potest super declaratione pretij officium iudicis implorari, vt ibi. Secùs si nullus præcessisset contractus; vt hîc Ang.

c Venditionis arbitrium conferri non potest.

h ¶ *Definierit.* etiam iniquè: quia à persona inferta non recedit: *vt ff. de verb. obliga. l. si quis arbitratu.* [d] & hoc verum est, quando id, quod est de substantia contractus, apponitur; sed secùs si conferatur quod est de accidente contractus. nam tunc ad arbitrium boni viri recurritur: *vt ff. eodem, de contrah. empt. l. hæc venditio. & ff. pro socio. l. si ita coita. & l. si societatem. & ff. locati. l. si in lege. in princip. quæ omnes huic sunt contrariæ.* & hoc secundùm Ioann. Sed secundùm Azo. hoc redigitur ad arbitrium boni viri: & sic non contradicunt d. leges. ¶ Nec ob. *d. l. ff. de verb. oblig. l. si quis arbitratu.* quia ibi non fuerat arbitratus: quo casu concedo non recurri ad boni viri arbitrium. sed quando dicitur, iniquè definiri? Resp. fortè vltra dimidiam iusti precij: *vt arg. Cod. de rescinden. vend. l. si voluntate. & l. ij.* 2. Vel (vt puto) iudicis officio expeditur, etiamsi minor sit deceptio, dummodò non minima: *vt ff. de in integ. rest. l. scio.* Nam non tantum sibi committitur in alienis, quantum ipsis dominis liceret: *vt ff. solut. matr. l. etiam. §. j. & l. si constante. §. si maritus.*

d Hoc reprobant doctores: quia quando non fuit arbitratus, recedit ab eius persona, etiamsi de stando eius sententiæ iurauerit; *l. si libertus iurauerit. ff. de ope. l. & t. Quintanallis, extra de iureiu.* Angel.

i ¶ *Persoluatur.* ita quòd accipientis: *vt ff. de act. empt. l. ex empto. §. j.* etiam vsuræ post morã: *vt ff. de act. empt. l. Iulianus. §. ex vẽdito.*

k ¶ *Tradatur.* cautè dicitur, tradatur, & non detur; nam non tenetur facere accipientis: sed de euictione se obligare: *vt ff. de act. emp. l. ex empto. in princip.* Sed nunquid [e] præcisè tenetur ad rem tradendam? M. dicit quòd sic. & facit pro eo, quod hîc dicitur, omnino tradatur, &c. *vt ff. de rei vindic. l. qui restituere. & supra, de donat. §. alia.* Sed Bart. contrà: dicit enim eum liberari præstando interesse. & facit pro eo, *ff. de actio. empt. l. j. j. resp. & l. ex empto. §. & ex empto. ver. idem Neratius scribit. & Cod. de act. empt. l. iiij.*

e Venditor an teneatur præcisè ad rem tradẽdam, vel ad interesse.

Sed fortè hîc posset distingui, an venditor habeat rem, & tunc sententia M. tenet per suas leges. an non habeat rem: & tunc aut dolo, aut culpa desiit eam habere, in fraudem putà emptoris: & tunc sententia B. tenet. Aut sine dolo, & culpa: & tunc non tenetur venditor: *vt infrà, eod. §. cùm autem.* Esset enim valde mirum (quod ait B.) vt sic compellatur æstimationem pro re recipere: *vt ff. si cer. pet. l. ij. §. ij. & C. de fideicom. lib. l. fi.* Item sic improbè pacta rumpere, cùm prætor dicat, pacta seruabo: *vt ff. de pact. l. iuris gentium. §. ait prætor.*

l ¶ *Ad effectum perducatur.* scilicet iam dicto modo, scilicet per

Contractui emptionis certum debet interuenire pretium: pretio autem in arbitrium tertij collato, suspenditur effectus emptionis, vt si tertius arbitretur, valeat: eo non arbitrante non valeat.

Pretium autem constitui oportet. Nam nulla emptio sine pretio esse potest [a].

¶ Sed & certum [b] esse pretium [c] debet: alioqui si inter aliquos ita conuenerit, vt quanti Titius rem æstimauerit, tanti sit empta: inter veteres satis, abundéque hoc [d] dubitabatur, constarétne venditio, an non. Sed nostra decisio [e] ita hoc constituit, vt quotiens sic cõposita sit venditio, *Quanti ille æstimauerit* [f], sed hac conditione staret contractus, vt si quidem ille, qui nominatus est [g], pretium definierit [h] tunc omninò secundùm eius æstimationem & pretium persoluatur [i], & res tradatur [k], & venditio ad effectum perducatur [l]: emptore quidem ex empto [m] actione; venditore ex vẽdito agente. Sin autem ille, qui nominatus est, vel noluerit, vel non potuerit pretium definire: nunc pro nihilo [n] esse venditionem, quasi nullo pretio statuto [o]. Quod ius cùm in vẽditionibus nobis placuerit: non est absurdum & in locationibus [p], & in conductionibus trahere.

Venditæ rei pretium in numerata pecunia consistere debet, nõ etiam in alijs rebus: alioquin facilè discerni non posset vter emptor, & venditor sit: nec quæ res vendita, quódve pretium: ideò tunc potiùs permutatio dicetur, quæ separatam ab emptione speciem parit.

2. ¶ Item precium [q] in numerata pecunia cõsistere debet. Nã in cæteris rebus an precium [r] esse posset, valde quærebatur: veluti an homo, aut fundus, aut toga, alterius rei pretium esse posset. Et Sabinus, & Cassius etiam in alia re putabant [r] pretium posse consistere. vnde illud est, quod vulgò dicebatur, permutatione rerum emptionem, & venditionem contrahi, eámque speciem emptionis, & venditionis vetustissimam esse: argumentóque vtebantur Græco poëta Homero [s], qui aliquam partem exercitus Achiuorum vinum sibi comparasse [γ] ait, permutatis quibusdam rebus [t]: his verbis [u] †: Ἔνθεν ἀρ οἰνίζοντο κάρηκομόωντες ἀχαιοί, Ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἰθωνι σιδήρῳ Ἄλλοι δὲ

a Venditionis arbitro nõ arbitrante pretium: quia vel nolit, vel non possit, pro nihilo venditio est: vt hoc casu non recurratur ad arbitrium viri boni: In legato secùs: id est, fauore vltimæ voluntatis.

b Venditio sine pretio statuto esse non potest.

ma species empt. & vend. & hoc probabant argumento Homeri, dicentis quòd aliqua pars exercitus Achiuorum vinum sibi emit permutatis quibusdam rebus pro vino: & ita permutatio dicitur emptio secundùm Homerum. Sed diuersæ scholæ auctores aliud sentiebant. Dicebant enim aliud esse emptio, aliud permuta. quia in permutatione non potest patere, quæ res nomine pretij data est, & quæ data non est. Quòd autem vtraque videatur vendi, & loco pretij dari, hoc nulla ratio permittit. Sed Proculus dicebat permutationem esse speciem separatam ab empt. & vend. & eius sententia præualuit. Sed domine, quid videtur vobis de sententia Cassij, & Sabini, quę vtitur auctoritate philosophorum. Et resp. quòd sententia Proculi melior est, & rationibus validioribus nititur. h. d. Franc.

† Vide Budæ in annot. ad Pan. in l. 3 ff. de contr. empt. & Alcia. li. prater. 2. hoc ipso tit.

q ¶ *Item pretium.* dixit pretium debere certum esse: nunc dicit quòd in numerata pecunia.

β ¶ *An pretium.* Vet. *an pretiũ esse possit, veluti an homo, an fundus, aut toga alterius rei pretium esse possit, valdè quærebant.* Sab. & Cassius etiam in alia re putant pretium posse consistere, vnde illud, *quòd vulgò dicebant.* & paulò post, *argumento vtebantur.* CVIACIVS.

r ¶ *Putabant.* sed malè, vt infrà dicam.

ſ ¶ *Poeta Homero.* ¶ Nota argum. quòd auctoritates [c] auctorũ & philosophorum sunt in causis allegandæ: *sic ff. de solu. l. si pater. § nam & Aristoteles. & ff. de iud. l. proponebatur. & ff. de sta. ho. l. septima.* Sed interdum redarguuntur: *vt hic, & ff. de rerum diuisio. l. in tantum. §. fi. & l. sed diui.*

c Probant auctoritates poetarum, & philosophorum.

γ ¶ *Comparasse.* Plinius ait emptitasse. *lib. 35. cap. 1.* CVIAC.

t ¶ *Rebus.* pro equis.

u ¶ *His verbis.* scilicet Græcis, quæ legi non possunt. ACCVRS. ADDITIO. Ab aliquo huius artis ignaro. Versus Homeri sunt in septimo Iliados, quorum interpetatio est: *Cæsarie insignes redimunt hinc vina Pelasgi. Pars dedit æs nitidum, ferrum pars altera: bobus Tergora diripiens hic protulit, ille agit ipsos Ad naues tauros, hic bello corpora capta.* Ægidius Petrinus. Vides igitur mentem textus optimè probari per illud Græcum. Græci enim pro vino

a Permittit lex interdum aliquid: sed cum pœna.
b Hoc reliquũ non est Accursij. *Argi Per.*
c Arrhas quæ actione emptor petat à venditore. *adde similem glos. in l. 17. in verb. reddere. vel. de fide instrument.*
d Venditor vtrùm vltra arrharum duplicium perditionem teneatur ad interesse.
e Et Hugol. *d. l. 17.*
f Et sic ad interesse agitur, quatenus est vltra arrhas. quæ opinio verior est, secùdum Angelũ: Cõtrarium tamen, seu priorem opinionem communiter concepta hîc testatur Portius quam etiã defendit Zas. *2. singulari. 24.* tamen hîc Accursius *infrà, eodem.* secundum amplecti videtur, *Bar. in l. contractus. eod. de fide instru.* etiã distinctionem ad *first. quam vide.*
g Et adde huiusmodi contractũ arrharum esse contractum per se ab alio tamen pendere, *de quo vide Cyn. in l. 2. C. quando licet ab empt. discedere.*
h Quod præsumitur in datione. *Glass. in l 2. Cod. quando licet ab empt.*
i Id est emptorem arrhas amittere, & earum pretium soluere cogi rata manente venditione.

dederunt aliqui æs,& alij ferrum,alij coria,alij ipsos boues, alij mancipia.*

a ¶ *Schola.* singularis numeri hic est: *Sic infrà,de man.§.is,qui exequitur* *.

b ¶ *Expediri.*id est cognosci.

c ¶ *Speciem contractus.* scilicet innominati. Nã non habet nomen suũ: *vt ff.de rerum permut. l.* j. §. *item emptio.* ¶ Sed quare [a] dicitur innominatus, cùm ita curiale nomen habeat? Resp. quia illi contractus sunt nominati,qui statim vt fiunt,pariunt actionem: *vt ff.de pactis. l.iurisgentium.in princip.* siue fiant consensu,vt vẽditio: *vt suprà,eod.in princip.* siue re:vt mutuum: *vt suprà, quib. mod. re contrahitur obligatio.in princ.* At permutatio nec ex pacto parit actionem, nec ex re:sed ex vtroque.s. postea dũ re intercedente ex pacto primo, vt subtiliter colligitur,*Cod. de rer.permis.l.ex placito.* Et ex hoc contractu oritur actio præscriptis verbis: *vt infr.de action §. actionum.* & condictio ob causam: *vt ff.de præscrip. verbis. l. naturalis.* §. j.

ADDITIO. ¶ Nota quòd sunt quidam contractus nominati, & quidam innominati: *de quibus in d.l. iuris gentium.in princip.ff.de pact. l.naturalis. per totum. ff. de præscr.ver.* & naturam talium cõtractuum habes in glos. vnde dixerunt quidam quòd donatio erat contractus innominatus: quia ex se non pariebat actionem,cùm detur condictio *ex l.si quisargentum.Cod.de donat.* Christo.

d ¶ *Digestis.*vt *ff.eo.l.*j.§.j. ACCVRS.

e ¶ *Latius.*id est meliùs,& aptiùs in ff.dicitur,quàm hîc.

Cùm autem,] CASVS: In superioribus dictum est quòd emp. & vendit. contrahitur simul atque de pretio conuenerit:licèt adhuc res non sit tradita,neque pretium solutum:& hoc si sine scriptura contracta fuerit venditio. Si etiam aliqua venditio contrahitur in scriptis: poterit tam emptor, quàm venditor impunè à contractu recedere,donec totum fuerit completum. Cùm igitur dicat legislator posit contractum completum periculum rei venditæ ad emptorem pertinere,apparet quòd periculum rei venditæ pertinet ad emptorem postquam de pretio fuerit conuentum. Completus autem dicitur contractus,vt ex præcedentibus patet, quàm citò de pretio conuentum est, quamuis emptori res tradita non fuerit; sed penes venditorem perierit. vnde si seruus fuerit venditus,& antequam emptori tradatur,sine dolo,& culpa vẽditoris penes venditorem decesserit,vel aliqua parte sui corporis læsus fuerit,emptori perit:& nihilominùs necesse habebit venditori integrum pretium restituere,si nondum pretium fuerit solutum. Idem etiam est,si ædes venditæ,antequam traduntur, rotæ, vel aliqua ex parte sui incendio consumptæ fuerint: vel fundus venditus, antequam tradatur, vi fluminis totus, vel ex aliqua parte ablatus sit:vel inundatione aliquo modo deterior sit factus: quia semper emptionis damnum erit. Quicquid etiam sine dolo, & culpa venditoris accidit,in eo venditor securus est:periculum autem ad emptorem pertinet. Sed pone quòd in re vendita,antequam tradatur aliquod lucrum contingit,putà res vendita per alluuionem,vel aliquo alio modo longè melior est effecta, cuius erit lucrum? Et resp. dominus Iustinian. quòd emptoris: quia secundùm naturam est vt eum sequatur commoda, quem sequuntur incommoda h.d.Franc.de Aret.

« ¶ *Cùm autẽ emptio.* Cùm emptio, & venditio plena,& perfecta sit:vt autẽ perfecta sit,hæc requiruntur: vt si fiat scripto, compleãtur ea,quæ prius huius ti. proposita sunt: vt si fiat ex non scripto,& purè,certum sit precium,certa merx: si sub conditione, vt existat conditio. Item si non vno pretio res veneat: sed verbi gratia in singula iugera fundi, aut in singula gregis capita, aut in singulas olei metretas,aut argenti libras,aut in singulos eos nummos,qui mercis loco habentur,cuiusmodi sunt nummi peregrini, auctore Vol. Mætiano,& nummi victoriati: *vt eo.li.ca.ij.* Plinius scribit: si inquam,ità pretium statuatur, necesse est vti pondus, numerus, mensura,exploretur, & peragatur. Quod non ita venit:sed vno pretio, auersione venisse id dicimus, siue διὰ τὴν ἰσοκλισίαν quod scilicet quasi auersi quodammodo negotium ita contrahamus,re omni neque perfecta,nec explorata bene. CVIACIVS.

f ¶ *Diximus.*supra, *eo.in principio.*

tionem venditor susceperit.

3. ¶ Cùm autem emptio «, & venditio contracta sit (quod effici diximus [f] simul atq; de pretio conuenerit) cùm sine scriptura res agitur, periculum rei venditæ statim [g] ad emptorem pertinet; tametsi adhuc ea res emptori trãdita non sit. Itaque [h] si homo mortuus sit, vel aliqua parte corporis læsus fuerit, aut ædes totæ, vel aliqua ex parte incendio consumptæ fuerint, aut fundus vi fluminis totus,vel aliqua ex parte ablatus sit, siue etiam inundatione aquæ, aut arboribus turbine deiectis, longè minor, aut deterior esse cœperit,emptoris damnum est: cui necesse est, licèt rem non fuerit nactus pretium soluere. Quicquid enim sine dolo, & culpa venditoris accidit, in eo vendi tor securus est. Sed & si post emptionem fundo aliquid per alluuionem accesserit, ad emptoris commodum pertinet. Nã & commodum eius esse debet, cuius periculum est [i]. Quòd si

g ¶ *Statim.* Cerè imò non statim: sed nouẽ sunt necessaria. Primò quòd venditio fiat nõ in scriptis,aliàs. i. si fiat in scriptis vẽditio, non transit ad emptorẽ periculum, nisi mundum esset completum: *vt hic & C.de fide instru. l.contractus.& C. de peri. & commo. rei vendi. l. cùm inter. 2.* Item quòd fiat purè,aliàs nõ perit emptori: licèt secus si facta sit deterior: *vt ff.de peric. & commo.rei vendi.l.necessario.§.quòd si pendente, versicu. sane. si extat.* 3. Item quòd sit facta venditio in specie. nam si in genere; vt putà vẽdo hominem: non perit emptori ante traditionem: *vt ff.de peric.& cõmo.rei ven.l.eumque. & l. quòd si neque. in glo.* j. 4. Item quòd sit certa species: quia si sub incertitudine sit vendita: licèt sit species: non tamen spectabit semper periculum ad emptorẽ: putà vendo Stichũ, aut Pamphilũ. primus enim moritur periculo venditoris: *vt ff. de contrahen. empt. l. si in emptione. §. si emptio.* 3. Item quòd alio modo pereat, quàm publicatione rei. nam tunc non perit emptori: *vt ff. lo. l. si fundus.* 6. Item quòd nullum pactum sit insertum, quòd periculum venditorem respiciat. nam tunc non peritet emptori: *vt ff.eod.de peric.& commo. rei vend.l.si in venditione.in princ. & infrà proxi.§.quòd si fugerit, &c.* siue specialiter esset de casu fortuito dictum,secundùm Mart. vt diximus,*ff.si quis cau.l sed & si quis.§. quæsitum* [b]. 7. Item quòd venditor non fuerit in culpa, vel dolo quare res pereat: *vt infrà, proxi.§.* 8. Item quòd non sit in mora. nam tunc qui vltimam fecit moram, sibi perit: *vt ff. de pericul. & commod. rei venditæ.l.illud.*& hoc est verum hoc casu:sc. siue res peritura erat penes emptorem,siue non,secundùm Io. *vt ff.de leg.j.l.cùm res.§ si.* licet M. distingueret;*arg.l.ff. de rei vnd. l. item si verberatum. § fin.* 9. Item quòd non sit res,quæ degustationem desideret: vt vinum,& zinziber,& similia. Nam tunc distinguitur an vendatur in specie:& tunc post degustationem est periculum emptoris. An in genere: & tunc sunt duo necessaria vt sit emptoris periculo.s.degustatio,& mensura, siue pondus: & hoc secundùm Ioan.& B.& Pla. *vt ff. de pericu.& commo.rei vend.l.j. in princ.& §.j.* Sed Azo dicit quòd in vino sit speciale,quòd statim facta venditione,etiam ante degustationem sit emptoris periculum. si sit in specie venditio: *vt ff. eodem, de contrahen.emptione. l. quod sæpè. §. in his.* ¶ Sed nunquid distinguitur periculum peremptionis à deterioratione vino vendito in mensa, vt in venditione conditionali diximus modò per legem, *ff. de peri.& commo.rei venditæ.l.necessario.§. quod si pendente.* vt sic effusionis periculum ad venditorem: acoris,& mucoris ad emptorem pertineat. Bul. ait quòd sic: quia hoc sub quadam cõditione fit. sc. si degustetur. Sed certè ipsemet inuraui consilium posteà, & meritò: quia aliud est in alia conditione, quæ non est in potestate venditoris: aliud in hac, quæ in sua potestate est: cùm possit denuntiare emptori vt gustet,& accipiat: aliàs potest effundere [e]: *vt ff.de peric.& commo.rei vend.l.j.§.fi.* Et sic indistinctè periculum ante mensuram est venditoris. ACCVRS.

h ¶ *Itaque.*nunc ponit exempla.

i ¶ *Periculum est.*facit *ff.de pericul.& commo.rei vend. l.id, quod. & ff.de regul. iur.l.secundùm naturam.& suprà, de legit. patro. tut. §.final.*

Quòd si fugerit.] CASVS: Dixi Iustiniano: Domine,suprà dictum est quid iuris est, si res vendita,antequàm tradatur, penes venditorem deterior fiat,vel pereat: sed modò quæro, quid iuris sit, si seruus venditus post completam venditionem, antequam tradatur,fugerit,vel surripiatur: ad quẽ spectabit periculum istud fugæ: Et respond. dominus Iustinian. dicens,quæ si sine dolo, & culpa

a Venditione facta non pertinet ad emptorem periculum rei venditæ: nisi nouem concurrant.

b Cautio tamẽ est, quòd maximi casus, & terribiles exprimatur: quia clausula generalis subiecutẽs nõ nisi ad alios minores, vel æquales refertur: *vt ea cla. l. de procur.* Imò vbicũque quis tenetur de casibus, intelligitur de cõsuetis & solitis: & nõ aliter: *per l. festus. l. 6. ff. ead.* Angel.

c Vel ab eo die in antea petere pensionem vasis. Et hoc verum, quãdo est appositum tempus ad rẽ sũrãdum: alias debet conseruare, donec vasa erunt sibi necessaria. & hæc procedũt in vino: secus autem in aliis rebus: quia propter hoc effundi nõ poterunt. *Angel.*

* Facit illud Plin. *li. 33* quãtum fœliciore ævo, cùm res ipsæ permutabantur inter se: vt Troianis tẽporibus Homero credi cõuenit. ita enim vt opinor, cõmercia victus gratia inuẽta, alios coriis, alios ferro emptitasse tradit. Seruius in versu illo Georg. Quamuis Milesia magno Vellera mutẽtur: id est magno pretio cõparẽtur. Aegi.

* Et malè. nã hic non reprehenditur dictũ Homeri, sed Sabini iurisconsulti dictum a lia Homeri auctoricate reprehenditur.

a Permutatio cur innominatus sit contractus.

† Hi apud Homerum leguntur *in 6. Iliados.* Latinè sic, Iuppiter eripuit mirè hic præcordia Glauco, qui cũ Tydide demẽs crepitãtia mutat Arma sub ætatis auro visenda coruſco. Vel sic declara vltimum versum, vt apud Arist. *lib. 5. Ethi. cap. 9.* Próque nouem cẽtũ, pro ferro tradidit aurum: sibi enim dicitur Glaucum arma aurea permutasse cũ æreis: non autem æreа eum arma aureis emptitasse armis. *Aeg. Perr.*

* Pro hac opinione facit illud Iustin. *li. 3.* Emi singulas res, non pecunia: sed compẽsatione mercium Lycurgus iussit: aurique, & argẽti vsum velut omnium scelerum materiam sustulit. Plutarchus tamen ait, eum ferreum nummum percussisse. Aegi Per.

culpa venditoris fugerit,vel surreptus fierit: animaduertendum est primò vtrùm venditor aliquod fecerit pactum cum emptore, per quod in se recepit periculum fugæ,vel surreptionis: veluti si custodiam serui venditi in se susceperit vsque ad traditionem: tunc enim periculum tam fugæ, quàm surreptionis ad venditorem pertinebit: & de omni periculo contingente tenebitur. Aliqui autem dicunt quòd etiã adstringitur per illud ad pretium generale, si periculum contingat. Si autem nihil conuenerit inter emptorem, & vẽditorem: tunc erit periculum emptoris. Sed qualiter poterit ei subueniri,cùm non sit dominus serui, eò quòd seruus non erat traditus; sed magis seruum illum à venditore possit petere vel rei vindi. vel condictione furtiua? Et respondeti potest ad hoc,quòd emptor aget contra venditorem ad hoc, quòd venditor cedat ei tã vindicationem, quàm condictionem furtiuam. Idem dicit si damnum datum fuerit in seruo vendito post contractum perfectum: quia actionem legis Aquiliæ sibi competentem propter damnũ in re datum post contractum, tenetur venditor cedere emptori. h.d. Franciscus.

a ¶ *Venit.* id est venditus est.

b ¶ *Neque culpa.* etiam talis, qualis in commodo gratia vtriusq; partis contracto venit: *vt ff. de pericul. & commo. rei vendit. l. custodiam. & ff. commo. l. si vt certo. §. interdum.*

c ¶ *Animaduertendum.* id est distinguendum.

d ¶ *Susceperit.* quod pactum valet: *vt hic, & ff. eod. de contrah. emp. l. quod sæpè. §. si res. & ff. de peric. & com. rei vend. l. j.* §. j. ACCVRS.

e ¶ *Is casus.* etiam [a] leuissima culpa contingens, secundùm Ioann. non verò fortuitò: licèt Mart. contrà: *vt Co. de pig. act. l. qua fortuitis.*

f ¶ *Condictionem.* scilicet furtiuam, quæ scilicet soli domino datur: *vt hic, & ff. de condict. fur. l.* j.

g ¶ *Exhibere.* scilicet cedendo actiones istas. & hoc quando non fuit in culpa, aliàs non liberatur cedendo: *vt ff. pro socio. l. de illo. in princip. qua est contrà.*

h ¶ *Et de damni.* putà si fuerit res vendita venditori subtracta, vel in ea datum sit damnum: *vt in princip. huius §.* nam hæc actio damni iniuriæ domino datur: *vt ff. ad leg. Aquil. l. item Mela. §. legis.*

Emptio tam.] CASVS. Quæsiui à legislatore: Domine, vultísne plura dicere de emptione, & venditione? Et ipse resp. dicens: Frater, adhuc præter prædicta scire debes, quòd emptio tam purè, quàm sub conditione contrahi potest. Et ponit exemplum de emptione facta sub conditione: quia pura emptio omnibus manifesta est. Et est exemplum suum tale, si emptori dicat venditor in hunc modum: Si Stichus intra certũ diem, veluti hinc ad quindecim dies tibi placuerit, erit tibi emptus pro decem: hæc est emptio sub conditione. h.d. ¶ Et nota ad intellectum huius §. quòd cùm tria sint in emptione; scilicet commercium, pretium, & res: duo prima non possunt conferri in arbitrium alterius contrahentium: hoc est emptoris; veluti si dicat venditor emptori sic: Vendo tibi rem pro quanto volueris: secùs autem est quando datur à venditore emptori optio in re ipsa: veluti cùm conuenerunt est de pretio: & dicit venditor emptori sic; Si res tibi placeat hinc ad dies octo. sit tibi empta pro tot. Sed dicet aliquis, semper intra terminum illum potest emptor dicere quòd res sibi non placeat: & ita in potestate emptoris erit vtrùm contractus valeat, nécne. Certè verum est quòd per obliquum, & implicitè est hoc in potestate sua: sed directè non, neque expressè. Expressa enim nocẽt, non expressa non nocent. Francisc.

Fugerit homo, qui væniit [a] *, aut surreptus fuerit, ita vt neque dolus, neque culpa* [b] *venditoris interuenerit: animaduertendũ* [c] *erit, an custodiam eius vsque ad traditionem venditor susceperit* [d]*. Sanè enim si susceperit, ad ipsius periculum is casus* [e] *pertinet: si non susceperit, securus est. Idem & in cæteris animalibus, cæterisque rebus intelligimus.*

Annota: Quotiens quis ideò tenetur, quia actionem habet, eam cedẽdo liberatur: alioqui secùs.

Vtique tamen vindicationem rei, & condictionem [f] exhibere [g] debebit emptori: quia sanè qui rem nõdũ emptori tradidit, adhuc ipse dominus est. Idem etiam est de furti, & de damni [h] iniuriæ actione.

Etiam sub conditione potest emptio celebrari: & accidentalia contractus possunt in alterutrum ex cõtrahentibus celebrari. Aret.

4. ¶ Emptio tam sub conditione, quàm purè contrahi potest. Sub conditione: veluti, *Si*

Stichus intra certum diem tibi placuerit [i]*, sit tibi emptus aureis tot.* [k]

Emens ignoranter rem, quæ non est in commercio, habet contra venditorem actionem ex empto ad interesse. Aretinus.

5. ¶ Loca [†] *sacra* [l]*,* vel religiosa, item publica (veluti forum, basilicam) frustrà quis sciens [†] emit; quæ tamen si pro prophanis, vel priuatis [m] deceptus à venditore quis emerit, habebit actionem ex empto, quod [n] non habere ei liceat, vt consequatur quod sua interest eum deceptum non esse. Idem iuris est si hominem liberũ pro seruo emerit [o].

DE LOCATIONE, ET conductione [†] [a].

TITVLVS XXV.

Sicut emptio, & venditio solo cõsensu, simul atque de pretio cõuenit, perficitur: ita locatio, & conductio, quum primum merces constituta est: quæ vsque adeò emptioni similis est, vt eisdem regulis constet: idcircò si locationi incerta merces interuenerit,

---

DE LOCATIONE, ET CONDVCTIONE.

Textus continuat rubricam. Quia locatio est similis emptioni: vt in textu, & ff. eodem. l. j. *ideò post emptionem sequitur videre de locatione.* Aret.

a ¶ *De locatione, & conductione.* Locare est dare aliquid vtendum, vel faciendum: Conducere est accipere aliquid vtendum, vel faciendum. CVIACIVS.

Locatio.] Totus iste titu. diuiditur in quinque partes. Primò ponit quòd iste contractus habet similitudinem cum contractu empt. Secundò, illud per exempla declarat. Tertiò, quod veniat in isto contractu. Quartò, ad quid tenetur conductor. Quintò, an iste contractus transeat ad hæredem. Secũda ibi; *Nam vt emptio.* Tertia ibi in §. *Cõductor.* Quarta ibi; *Qui pro vsu* Quinta ibi in fin. *Mortuo.* CASVS. Quæsiui à Iustinia. quæ esset natura locationis, & conduct. Et respond. dicens, quòd proxima est emptioni, & venditioni. Eisdem enim regulis consistunt isti duo contractus. nam sicut emptio, & venditio conttahuntur simul, atque de pretio conuenerit; ita locatio, & conductio. cũ certa merces; id est pretium fuerit inter eos constitutum, contrahitur. & sicut in præcedenti contractu actio ex empto datur emptori, & actio ex vendito datur venditori: sic in isto contractu actio ex locato datur locatori, & actio ex conducto datur conductori. & dicit quòd locatio, & conductio proxima est emptioni. id est vicina quo ad tractatum, & quo ad sentẽtiam. Sed domine, satis vidi quòd

---

a Periculũ qui in se susceperit, de casu non tenetur sine aliqua culpa, saltem leuissima contingente. *Angel.*

a In arbitrium alterius cõtrahentium an conferri possit emptio.

b Tu dic quòd omnia ista sunt de substantia contractus: quæ in voluntatem alterius contrahẽtium committi non potest etiam per verba importantia arbitrium boni viri: hic autem nõ substantia: sed accidens, vel qualitas committitur. *Angel.*

† *Facit ad hũc ipsum §. de iure pa. & c.s. cũ Glo. l. de relig. & sum. sim.*

† Secùs si ignorans; quia tenet contractus non vt cõsequatur rem venditam: sed interesse. *l. & liberi ff. eo.* & si venditor ignorat, soluit pretium tantum: si scit, soluit interesse totale. *l. emptorem. in fi. & Glo. ff. de act. empti.*

† *Sic ff. locati & conducti.*

b Cautio tamẽ est, quòd maximi casus, & terribiles exprimãtur, quia clausula generalis subijcitur nõ nisi ad alios minores, vel æquales referetur: *vt in ca. t. de procur.* Imò vbicũque quis tenetur de casibus, intelligitur de cõsuetis & solitis: & nõ aliter: *per. l. ffin. lac. & ibi ff. eod.* Angel.

c Singula singulis reddẽda. *similis est Glo. in l. quoniam. ff. in verbo, prtere. Co. de appell. Rouell. 74. c. 4. in verbo, perseruatur.*

d Priuata, & publica differunt.

e Prophana à sacris, & religiosis differunt.

e Vel ab eo die in antea petere pensionem vasis. Et hic verum, quòd est appositum tempus ad mẽ surãdum: alias debet conseruare, donec vasa erunt sibi necessaria. & hæc procedũt in vino: secus autem in aliis rebus: quia propter hoc effundi nõ poterunt. *Angel.*

quòd isti duo contractus consistunt iisdem regulis: habetisne plura exempla? dicit quòd sic: quia sicut si vendidero rem pro pretio, quod Petro iustum visum fuerit: si pretium definierit Petrus, valet contractus: si autem non fuerit arbitratus, quod sit iustum pretium, non valet contractus: *vt supra, titulo proximo dictum est*: sic est in contractu locationis & conductionis: quia si aliquis domum suam locauerit alicui pro quãto Petrus æstimauerit: si Petrus æstimationem definierit, valet cõtractus: si non definierit, non valet contractus. h.d. Franc. de Aret.

a ¶ *Locatio.* sic *ff. eo. l. ij.* ACCVRS.

† d. consistũt.

b ¶ *Proxima est.* quo ad tractatum, & quo ad sententiam.

c ¶ *Si de pretio.* vt *supr. tit. j. § pretium autem.*

d ¶ *Si merces.* S. certa, & in pecunia numerata: *vt ff. depositi. l. j. § si quis seruum, & ff. de præscript. verb. l. naturalis. § at cùm do.* Vnde partiarius [a] colonus, qui partem domino reddit fructuum, impropriè dicitur cõductor, imò socius magis: *vt ff. eo. l. si merces. § vis maior.* ACCVRS. ADDITIO. Et ideò emptor cogitur stare tali colono. quod nota pro limitatione notatorum *in l. emptorem. Cod. eo.* Angel.

[a] Colonus partiarius non est conductor: sed magis socius.

e ¶ *Si merces.* Quæ & pretium dicitur. *l. si quis ante. de adq. poss. l. vlti. § vlt. de leg. Rho. & in tit. loca. sæpè.* Plautus in milite, Dabitur quantum ipsius pretij poscet. CVIACIVS.

e ¶ *Locatori.* sicut venditori ex vendito, emptori ex empto actio competit: *vt supr. tit. j. §. sed & certum esse pretium in fin.*

f ¶ *Suprà diximus.* vt *sup. ti. j. §. sed & certum esse.* ACCVRSIVS.

g ¶ *Arbitrio. ff. eo. l. merces. j. respon.*

Quæ de causa.] CASVS. Versiculus iste non refertur ad versiculum proximè dictum, & præcedentem: sed ad illud, quod dictum est in princ. est. quia sicut emptio, & vend. contrahitur, quàm cito de pretio conuenitur, scil. certæ pecuniæ: ita si in pecunia numerata fuerit merces constituta, contrahitur locatio, & conductio. qua de causa si in pecunia nnmerata non fuerit certa mihi res cõstituta, non valet contractus loca. & conduct. Pone ergo quòd tradidero vestes meas poliendas nulla certa mercede constituta: dicitúrne contractus locat. & conduct. & respon. quòd nõ. Qualiter ergo agetur inter me, & ipsum, cùm non possit agi locati & conducti? & respon. dicens, quòd agetur præscriptis verbis. h.d. Franciscus.

h ¶ *Quæ de.* quia dixi certum debere pretium interuenire.

i ¶ *Si fulloni.* Est autem fullo [b], qui lauat, siue tingit, siue polit. ACCVRS.

[b] Fullo.

β ¶ *Fulloni.* Fullonis officia hæc sunt: polire, curare, siue, vt Vlp. dixit in *l. 2. ff. de cond. sine caus.* lauare. Politor κναφεὺς, curator λευκανεὺς, siue πλύντης dicitur ab Th. *in §. vlt. mand. & §. item si fullo. de obl. quæ ex del. nasc.* CVIAC.

[c] Sarcinator.

k ¶ *Sarcinatori.* sarcinator [c] est, qui fracta vestimẽta resarcit: vt dicemus *infr. man. in fin.* Et propriùs dixisset *sartor*, secundũ aliquos, à sarcio, is. ADDITIO. Tamen etiam bene stat sarcinator, & dicitur à sarcina: & est propriè ille, qui plurimum vestium sumit: & aliquando ponitur pro sartore, vt hic.

l ¶ *Posteà.* ¶ Not. posteà. Nam prius re non secutã, i. nondum tradita ad reaptandum, actio non daretur, *vt Co. de rerum permu. l. ex placito.*

m ¶ *Nomine.* quasi ex nouo contractu nominato: *vt ff. de præscr. verb. l. j.*

[d] Merces quãdóque est certa: quandóque incerta: quandóque nulla.

n ¶ *Præscriptis verbis.* infrà, *man. §. si contrà.* ¶ Sed distingue [d], aut certa merces interuenit, & tunc agitur locati: *vt supr. eod. in prin.* aut incerta, & tunc præscript. verb. agitur, vt hìc: aut nulla, & tunc est mandatum: *vt ff. de præscri. verb. l. si tibi polienda. & in contrario.* ADDITIO. Intellige si res erat solita locari, aliàs secùs: *vt l. naturalis. §. at cùm do. ff. de præscript. verb.* Angel.

à contrahentibus tamen postea certificanda, non propriè est locatio: sed innominatus contractus.

LOcatio [a], & conductio proxima est [b] emptioni, & venditioni, iisdémque iuris regulis consistit †. Nam vt emptio, & venditio ita contrahitur, si de pretio [c] conuenerit: sic etiam locatio, & conductio ita cõtrahi intelligitur, si merces [d] constituta sit, & competit locatori [e] quidem locati actio: conductori verò conducti.

1. ¶ Et quæ suprà diximus [f], si alieno arbitrio [g] pretium permissum fuerit: eadem & de locatione, & conductione dicta esse intelligimus, si alieno arbitrio merces permissa fuerit. Qua de [h] causa si fulloni [i] β polienda, curandáve, aut sarcinatori [k] sarcienda vestimenta quis dederit, nulla statim mercede constituta; sed posteà [l] tantum daturus, quantum inter eos conuenerit: non propriè locatio, & conductio contrahi intelligitur; sed eo nomine [m] actio præscriptis verbis [n] datur >.

Locatæ rei merces in numerata pecunia consistere debet: alioquin si in specie consistat, non locatio quidem: sed innominatus contractus est, ex quo præscriptis verbis actio oritur.

2. ¶ Prætereà sicut vulgò quę rebatur [o], an permutatis rebus emptio, & venditio contraheretur: ita quæri solebat de locatione, & conductione, si fortè rẽ aliquam vtendam, siue fruẽdam tibi aliquis dederit, & inuicem à te vtendam, siue fruendam aliam acceperit. Et placuit non esse locationem, & conductionem; sed proprium genus [ol] cõtractus: veluti si cùm vnum bouem quis haberet, & vicinus eius vnum, placuerit inter eos, vt per denos dies inuicem boues commodarent [p], vt opus facerent, & apud alterum bos perierit [q]; neque locati, vel conducti, neque commodati competit actio: quia non fuit [r] commodatum gratuitũ: verùm præscriptis verbis [s] agendum est.

Emphyteuseos constitutio (id est cùm prædium perpetuò fruendum annua pensione constituta cuipiam conceditur) neque venditio, neque locatio est: sed propriam contractus speciem parit: in qua si de rei periculo nihil inter contrahentes actum sit, totius rei interitus ad dominum: particularis verò ad emphyteutam spectat.

Præscriptis verbis actio datur. Datur hæc actio, etiam si prius fecerit fullo, aut sarcinator, quàm merces daretur vlla: nimirũ quia ita res ab initio gesta fuit, dabo vt facias, nõ faciam vt des. Huic actioni nomen est ex eo, quod detur ex præscripto conuentionũ, vel proinde vti conuenerit, si conuentio scripta non sit. *l. j. §. si quis seruum. de poss. l. si dominus. de præscrip. verb.* Est igitur præscriptis verbis, ἢ περιγεγραμμένων συμφώνων actio. sic enim ab Constantino nuncupata est *in lib. xj. Epit. tit. iij.* ex quo appareret non omnem in factum actionem & præscriptis verbis esse: si quidẽ non omnis actio in factum ex conuentione descendit. CVIAC.

Prætereà sicut.] CASVS. Dixi, Iustin. Domine, bene perpendi per exempla superiora, quòd isti duo contractus. S. emp. & vend. loca. & cond. magnam habent adinuicem familiaritatem, siue conuenientiam: quid amodò super istis ostẽdere proponitis? Frater, dicit ipse, adhuc istud tibi propono ostendere in alio exẽplo. sicut enim dictum fuit in præced. quòd apud veteres dubitabatur vtrùm empt. & vẽ. possit esse in permutatione, & dictum fuit quòd non: ita solebat quæri de locat. & cond. vtrũ posset fieri in rerũ permutatione: & dicitur quòd nõ: sed est proprium genus contractus. Pone enim quòd ita conuenerit inter me, & te, quòd si ego non haberem nisi vnũ bouem, & tu similiter vnum, quòd tu haberes bouem meum ad arandũ vnà cum tuo per duos dies: & ego tuum haberem posteà ad arãdum per alios duos dies: & bos meus apud te tua culpa perierit: quæ actio mihi competit contra te? non actio empt. & vend. quia non est certum pretium conuentum inter nos. neque loca. & condu. quia non est certa merces constituta inter nos. neque commodati: non enim erat gratuitum. Quid ergo erit? Et resp. quòd præscriptis verbis est agendum. h.d. Franc. de Areti.

o ¶ *Vulgò quærebatur. vt supr. tit. j. § item pretium.*

ol ¶ *Sed proprium genus.* Vet. *sed proprium genus esse.* sic in *l. rogasti. ff. de præsc. verb.* & inde actio propria. id est præscriptis verbis in quæst. *l. petenti. ff. de pign. act.* in qua nec ad exhibẽdum est actio: quia creditor rem non tenet: nec commodati: quia non gratuitò: sed res obliganda data est satisfactionis specie. Vt igitur nouum, ac proprium, ita & propria actio. CVIAC.

p ¶ *Commodarent.* impropriè ponitur, vt sequitur.

q ¶ *Bos perierit.* sua culpa, aliàs non tenetur, cùm vtriusque gratia contractum sit: *vt hìc, & ff. de præscr. verb. l. si gratuitam. §. si margaritas. & ff. comm. l. si vt certo. §. nunc videndum.*

r ¶ *Quia non fuit.* bona ratio: *vt supr. quib. modis re contra. oblig. §. commodata.*

s ¶ *Præscriptis verbis.* quæ competit ex cõtractibus tribus innominatis, do vt des, facio vt facias, do vt facias: *vt ff. de præscr. verb. l. naturalis. §. j. ij. & iij. 2.* Aliàs datur ex a pactis incõtinenti appositis: *vt Cod. de re. perm. l. rebus* [b]. Aliàs datur quando dubiũ est de nomine contractus: *vt ff. de præscr. verb. l. j. § fi. & l. ij. iij. & iiij.*

[a] Præscriptis verbis agitur tripliciter.

[b] Hoc verum si super accidentalibus apponatur: secùs si super substantialibus: *vt l. pacta. ff. de contrah. empt.* Ang.

Adeò autem.] CASVS. Dixi Iustinian. Domine, per exempla suprà dicta perpendi quòd est maxima familiaritas inter contractum istum, & præcedentem. quid plura? Frater, adhuc major familiaritas potest patere in isto casu, in quo dubitatur an sit contractus loca. & conductio. vel contract. empt. & vend. Pone ergo quòd ego tradiderim alicui sub annuo censu aliquod

quod prædium de meis fruendum: dicens quòd quandiu pensio prædij domino prædij, vel eius hęredi solueretur, non liceret domino, neque eius hęredi, conductori, neque eius hęredi, vel ei cui conductor, heréſve eius prædium vendiderit, alióve modo alienauerit, auferre. de contractu tali dubitabatur apud antiquos vtrùm esset contractus emp. & ven. eò quòd conductori non potest dominus auferre prædium quamdiu pẽsio fuerit soluta. rursum potest iste cõtractus sapere naturã loca. & eò quòd quolibet ãno soluitur certa pensio. super hoc dubitauerunt antiqui vsque ad tempora Christianissimi Zenonis, qui dicebat contractũ istum nec esse emp. & vend. neque loca. & conduc. sed cõtractum emphyteuticum: qui dicitur proprius contractus, & suam propriam habet naturam. Sed poquòd tanta fuerit sterilitas in prædio dato in emphyteusim perpetuã, ita quòd conductor nihil possit de fructibus illius prædij suscipere: cuius erit detrimẽtum? vel domini conductoris, vel illius emphyteutæ? Et respon. Iustin. quòd Zeno ita ordinauit in isto contractu, quòd si aliqua conuentio facta est inter ipsum, qui prædium dedit in emphyteusim, & emphyteutam: quòd conuentio illa obseruetur. si autem nihil conuenerit inter eos, aut est periculum totale: & tunc detrimentum illud pertinet ad dominum; ita quòd non teneatur emphyteuta pro tempore illo sibi reddere pensionem. aut est particulare detrimentum, & tunc erit periculum emphyteutæ. h d. Francis.

† Sic exponit Glo. 10. q. 2. in §. *perpetua* quæ ponit quot modis accipitur hæc dictio, *perpetuum*.

3. ¶ Adeò autem [a] aliquam [b] familiaritatem inter se videntur habere emptio, & venditio [c]; item locatio, & conductio [d], vt in quibusdam causis quæri soleat. vtrùm emptio [e], & vẽditio contrahatur; an locatio [f], & conductio: vt ecce de prædiis, quæ perpetuò [g] [α] quibusdam fruenda traduntur; id est †, vt quamdiu pensio [h], siue reditus [i] pro his domino præstetur: neque ipsi conductori, neque hæredi eius, cuíve conductor, heréſve eius id prædium vendiderit, aut donauerit, aut donis nomine dederit, alióve quocunque modo alienauerit [k] auferre liceat [l]. Sed talis contractus quia inter veteres dubitabatur, rentur: sed hodie non tantùm sterilia dãtur, sed etiam fertilia, nisi in Ecclesia, quæ dat sola ea, quæ congrua videntur œconomo, & aliis gubernatoribus Ecclesiæ: *sic C. de sacr. Eccl. Authent. perpetua quoque.* Accvrs.

a Emptionis, & conductionis: locationis, & venditionis communia.

b *Alienationis* verbo non cõtinetur locatio.

a ¶ *Adeò autem.* quia [a] iisdem regulis, & constitutionibus cõsistunt: multa ergo habent inter se communia.

b ¶ *Aliquam.* aliàs non est in litera, *aliquam.*

c ¶ *Et venditio.* sc. ex vna parte.

d ¶ *Et conductio.* scil. ex alia.

e ¶ *Vtrum emptio.* quod videbatur: cùm talis datio alienatio sit: *vt in Authen. de non alienationis. §. alien. coll. ij.* quod [b] locatio non facit: *vt ff. eod. l. non solet.* Accvrs.

f ¶ *An locatio.* quod videbatur, cùm mercedem soluere tenetur.

g ¶ *Perpetuò.* aliter accipitur, *ff. pro soc. l. j.*

α ¶ *De prædijs, quæ perpetuò.* Ius ἐμφυτευτικὸν ius prędij est, quod & ἐμφατευτικὸν dicitur in l. *sed si pecunia. §. si res ff. de reb. eor.* Est autem, vt vulgò dicitur, ἐμφυτευτικὸν, vel ἐμφατευτικὸν ius perpetuarium: quinimò temporarium esse potest. *l. vlt. ff. si ag. vect. i. emphyt. pet.* videlicet si non ad modicum tempus prædia fruenda tradantur. sic enim hæc verba, *ad tempus.* in ea lege interpretes accipiunt, argumento superficiarij. *l. 1. §. quod autem. de superfic.* & rectè: nã idẽ ferè ius est superficiarij, & emphyteuticarij. Vterque in rem actionem habet, & Publicianã, & Vti possidetis, vterque seruitutem imponere potest, vterq; possidet, vterque nouum opus nuntiare potest, vterque ius alienãdi, vterque seruitutũ vindicationem habet: Ille tamen in sola superficie, hic in vniuerso solo ius habet. Locationes ferè vt à censoribus, ita & à priuatis in lustrum fiebãt, vt non frustrà Iustin. ex No. *cxx.* nominatim Ecclesię Constantinopolitanæ permiserit locationes vltra lustrũ: atque eò fit, vt putem eas locationes, quæ lustrum egrediuntur, ius superficiarium, vel emphyteuticarium constituere. Cvias.

h ¶ *Pensio.* in pecunia.

i ¶ *Reditus* in specie.

k ¶ *Alienauerit.* cùm multi sint modi alienandi: *vt ff. de publ. l. iij. & iiij. v. & vj.*

c Emphyteusis datur ad varia tempora.

l ¶ *Auferre liceat.* Interdum [c] autem datur ad certum tempus, interdum in tertiam personam, vel generationem: cùm omnia pacta super hoc contractu habita valeant: *vt infrà proxim.* §. sed Ecclesia dat in emphyteusim vsque ad tertiam generationem tãtum: *vt Auth. de non alie. coll. ij. §. emphyteusim.* 2. Vel, vt puto, etiam in perpetuum dabit, vt quilibet priuatus: *vt hic, & in Auth. de alie. & emphy. §. licentia. coll. ix.* Accvrs. Additio. ¶ Tu dic de iure canonico (cui standum est, quod aut fit sine solemnitate, de qua habetur, *xij. q. ij. c. sine exceptione. & in cap. j. de reb. eccle. non alie. in sexto. & in c. nulli. extrà eo. ti.* & tunc non valet vllo modo. aut fit cum dicta solemnitate, & valet, & ad omnes etiam extraneos transibit. Angel.

a Præscriptis verbis agitur tripliciter.

b Hoc verum si super accidentalibus apponatur: secùs si super substantialibus: vt *l. pacta. ff. de contrah. empt.* Ang.

d Emphyteusis vnde dicitur.

m ¶ *Lex Zenoniana.* vt *C. de iure emphy. l. j.*

n ¶ *Emphyteuseos.* emphyteusis [d] Græcè, Latinè dicitur melioratio, hoc ideò, quia olim tantùm sterilia dabantur, vt meliora-

& à quibusdam locatio, à quibusdam venditio existimabatur: lex Zenoniana [m] lata est, quæ emphyteuseos [n] † contractus propriam [o] statuit naturam, neque ad locationem [p], neque ad venditionem [q] [β] inclinantem; sed suis pactionibus fulciendam: & si quidem aliquid pactum fuerit, hoc ita obtinere, ac si natura talis [r] esset contractus. sin autem nihil de periculo rei fuerit pactum, tunc si quidem totius rei interitus accesserit, ad dominũ [s] super hoc redundare periculũ: sin autẽ particularis [t], ad emphyteuticarium huiusmodi damnum venire. quo iure vtimur [u].

Conuentio vt ex artificis materia. [a] ex lege ad omnia obseruanda, quæ conueniunt. ¶ Sed nunquid emphyteuta [b] potest alij dare in emphyteusim; Respond. sic: *vt in hoc §. & in Authent. de non alie. aut permu. §. alienationis. coll. ij.* ¶ Item nunquid [c] illud vtile dominium, quod solũ habet, transfert in eum, Respond. sic, cùm rei vindicatio vtilis sibi detur: *vt ff. si ager ve. l. j. & ij.* ¶ Sed qualiter aget primus [d] emphyteuta contra secundum, vt eum expellat? Resp. rei vindicatione, quæ licèt de iure sibi non competat: exceptio tamen opponi nõ potest: quia replicaretur. & sic non [e] dominus dominum vincit: *vt Cod. de transact. l. vbi.* vbi de facto tantum agit, & vincit: *& ff. de excep. rei iud. l. si quis rem.* 2. Vel vtiùs aget præscriptis verbis. 3. Vel ex lege Zenonis ad mercedem.

a Imò oritur quædam actio specialis, quæ vocatur actio emphyteusis, *secundum Bart. in l. 1. ff. de condi. ex le. & Angel. hic.* † *Concord. cum hoc text. cap. vltim. cum Glos. 1. princ. extrà de. ti.*

b Emphyteuta alij in emphyteusim dare potest.

c Emphyteuta in emphyteusim alij dans, solum vtile dominij, quod habet, transfert.

d Emphyteuta primus aduersus secundum qua actione experiri possit.

e Dominus vincitur à non domino.

p ¶ *Neque ad locationem.* Imò differt in septem. 1. Nam hîc etiam in specie præstatur pensio: sed ibi in pecunia tantum: *vt hic scripsimus.* 2. Item hic possidet naturaliter, sicut fructuarius: *vt ff. de acq. poss. l. naturaliter.* sed conductor non: *vt C. communia de vsucap. l. j.* 5. Item hic hab. dominium vtile: sed conductor non: *vt ff. eodem. l. non solent* β. Item hic contractus fit in immobilibus tantum, ille etiam in mobilibus: *vt in Authent. alienat. & emphyteu. §. licentia. collat. ix.* 5. Item hîc agitur condictione ex lege: ibi ex conducto. 6. Item hic contractus iuris ciuilis est, ille naturalis; vt hîc dicitur. 7. Item est hic in scriptura, ille etiam sine ea: *vt Cod. de iure emphy. l. j. & supr. de oblig. ex consensu. vt supr. eod. in princip.*

f Emphyteusis à locatione in septem differt.

g Nisi conduxisset ad non modicũ tempus: *vt ff. si ager vect. per to.* An. Fab.

q ¶ *Neque ad venditionem.* Quia [h] hîc pensio præstatur, ibi res liberè transit. 2. Item ob hoc res reuocatur: sed ab emptore, non per venditorem: *vt Cod. de rei vindic. l. inciuile.* 3. Item hîc vtile transit dominium, ibi directum: *vt suprà, de re. diuis. §. per traditionem.*

h Emphyteusis differt à venditione in tribus.

β ¶ *Ad venditionem.* Zeno dicit, *Alienationem.* & ex eo quidem apparet *alienandi* verbo propriè venditionem significari. Cviacivs.

r ¶ *Natura talis.* Placuit vt scriberemus *natura talis.* non vt anteà naturalis: *vt in l. si constante. §. si maritus. ff. sol. matr. sic in l. erit. ff. de fundo dot.* pro *dotalis.* scribendum est *dotis talis*: vt, inquit, ambulatoria est talis obligatio dotis: nempe disiunctiua, ita & potestas leg. Iuliæ.

s ¶ *Ad dominum.* vt pensionem non habeat. Accvrs.

t ¶ *Particularis.* i. [i] medietatis, vel minus secundùm M. & Ioan. *arg. ff. de vsufruct. l. etiam. & de ver. sign. l. nomen filiarum. §. portionis. & ff. de dam. infec. l. inter quos. §. damni. & de contrahen. emptio. l. domum.* 2. Nos dicimus, si aliquid etiam parum remansit, damnum emphyteutæ esse. *ar. huius §. & C. eo. l. j.* De hoc dantur tales versus, *Res periit tota: tunc nil dabit emphyteota: Si pro parte perit, non ita libereris.*

i Emphyteutica res si pereat, cuius erit damnum.

u ¶ *Vtimur.* Sunt [k] & duo alia naturalia, siue tacita pacta in hoc contractu: vt de reiiciendo emphyteuta si non soluerit pensionem per triennium: *vt Cod. eodem. l. ij. §. j. & in Auth. de non alienan. §. scire. collat. ij.* Item & si velit emphyteuta vendere, quòd domino primò denuntiare debet: *vt Cod. eod. l. fi. §. j.* Accvrs. Additio. Quod dictum est emphyteutam posse expelli non soluta pensione per triennium, verum est in emphyteuta priuati: quoniam emphyteuta Ecclesiæ cessans per biennium in solutione expelli potest. *Auth. qui rem. C. de sacrosanc. Eccl. & no. C. de iure emphy. l. ij. in gl. repellere. & extrà de locatio. c. potuit. & in Authent. de non alie. §. scire. in glo. hominum. collat. ij.* Sed in simplici colono indistinctè biennium expectatur: *vt ff. de loca. l. quæro §. inter locatorem,*

k Emphyteusis duo tacita pacta cõtinet.

Item quæritur.] Casvs. Per exemplа superiora vidistis familiaritatem inter istos contractus: adhuc est familiaritas mirabilis in exemplo sequenti. verbi gratia, conueni cum quodam aurifice, vt de suo argento mihi faceret scyphum certæ formę, certique ponderis: quæritur modò vtrum inter me, & ipsum videatur empt. & vendit. vel loca. & conductio? Cassius dicit quòd in hoc casu

casu quantum ad materiam est emptio,& venditio;quantum verò ad operam,est conduct.& locat. Iustinian. autem dicit, quòd magis placet sibi,quod ex toto sit emptio,& venditio: quia perinde est, ac si aurifaber scyphum de argento suo fecisset, & postea mihi factum vendidisset.Sed pone quòd conueni cum aurifabro,vt de meo argento mihi scyphum certi ponderis,certæque formæ, & mensuræ faceret:quid iuris in isto casu?Et resp. Iustin. quòd non dubium quin sit locatio,& con.

a ¶ *Suo.* scilicet artificis.

b ¶ *Formæ.* scilicet demonstratæ. ¶ Sed quid si certa non est materia demonstrata?Respond. non interest: *vt ff. de cõtrahen. emptio. conuenit. & l. Sabinus.* Vel facies punctum in dictione, *suo.*

Conductor autem omnia.] CASVS. Dicit dominus Iustinia.quòd conductor omnia, secundùm quod conuenit in conuentione, facere debet. si autem aliquid esset omissum, ita quòd in conductione de eo nihil esset actum: veruntamen inter eos debet illud,quod fuit omissum, ex bono, & æquo præstari: putà si conductor in mora fuerit soluendæ pensionis. Nam licèt de vsuris nihil actum fuerit, tenetur tamen ad vsuras: & econuersò licèt nihil actum fuerit de ostiis reficiendis,nihilominùs adhuc tenetur locator. & hoc vult dicere litera præsens.

c ¶ *Legem.*id est pactũ: *vt ff. depos. l. j. §. si conueniat.* ACCVR.

d ¶ *Ex bono,& æquo.*vt vsuras post mortem: *vt Cod. eodem. l. præses.*Idem econtrà: nam cõductor agit,vt domus, & ostia sibi reparentur:*vt ff. eod. l.ex conducto. in princ.*

Qui pro vsu aut vestimentorum.] CASVS. Quidam concessit mihi iumẽtum suum, aut vestimentum suum, vt argentum vtendum pro certa mercede: quæritur qualem custodiam in ista re mihi concessa præstare tenear?Et respond. Iustin. quòd talem diligentiam teneor præstare,qualem paterfamil. diligens præstaturus esset.& ita expone,diligentissimus,i. diligens. & hoc est quia vtriusque gratia celebratur contractus.hoc dicit.Franciscus.

a Superlatiuus pro positiuo quandóque ponitur.

e ¶ *Diligentissimus.*id est a diligẽs.sic exponitur *ff. eod. l. si merces. §. qui columnam. 2.* Nam cùm vtriusque gratia fiat locatio, non venit exactissima diligentia:*vt ff. commo. l. si vt certo. §. nunc videndum.* Alij propriè ponunt,& dicunt speciale in his rebus, quæ facilè possunt frangi. ADDITIO. Et hæc vltima videtur communior.& ratio diuersitatis fundatur super facili harum rerum fragilitate:ideóque diligentior cura est adhibenda:*cap. vbi periculum. de elect. lib. vj.* Christoph.

f ¶ *Amiserit.*vel damnum datum sit,quod præuideri non poterat:*vt ff eo. l. sed & damno.*

Mortuo conductore.] CASVS Quæsiui à Iustin. sic. Quidam conduxit sibi hospitium: intra tempora conductionis decessit conductor, & successit ei hæres eius in conductione: poteritne alteri domum locare? Et respondet Iustinian. quòd sic:quod intellige iure loca & conduc.non autem iure societatis.h. d. vsque ad fi.titu.

b Et hæc vera vbi ius vsusfructus constituitur:secùs si fructus vsque ad certum tẽpus vendantur,vel locentur:*vt hic per doct.*

g ¶ *Conductore.* proprietatis, secùs in vsufructu: *vt Cod. de vsufru. leg. l. domina. 2.*vel dic,vt ibi [b], *& de iur. dot. l. si socrus. in fin.*

h ¶ *Succedit.*vt *C. eo. l. viam.*Sed an moriente scholari, vel recedente,substituere potest?Resp.sic de iure conductionis, sed ratio societatis prohibet: quæ prævalet vbi certa persona eligitur: *vt infrà, tit. j. §. solvitur.*

ria opus fiat mercede certa constituta,venditio est: quod si ex conductoris materia,locatio est.

4. ¶ Item quæritur,si cum aurifice Titius conuenerit,vt is ex auro suo [a] certi ponderis, certæque formæ [b] annulos ei faceret, & acciperet (verbi gratia) decem aureos:vtrùm emptio,& venditio; an locatio, & conductio contrahi videatur? Cassius ait, materiæ quidem emptionẽ, & venditionem contrahi;operæ autem locationem, & conductionem. Sed placuit tantùm emptionem, & venditionem contrahi. Quòd si suum aurum Titius dederit, mercede pro opera constituta:dubium non est quin locatio, & conductio sit.

Quæ partium expressa conuentione promissa fuerunt,nécnõ & quæ ex bono, & æquo præstari debent, licèt de his conuentum non sit, hæc in contractu seruanda sunt.

5. ¶ Conductor autem omnia secundùm legem [c] conductionis facere debet:& si quid in lege prætermissum fuerit, id ex bono,& æquo [d] præstare.

Conductor de leui culpa tenetur. Aretinus.

Qui pro vsu aut vestimentorum, aut argenti, aut iumenti, mercedem aut dedit, aut promisit: ab eo custodia talis desideratur, qualem diligentissimus [e] paterfamiliàs suis rebus adhibet: quam si præstiterit, & aliquo casu fortuito eam rem amiserit [f], de restituenda ea non tenebitur.

Contractus locationis ad hæredes transit conductoris. Aret.

6. ¶ Mortuo conductore [g] intra tempora conductionis, hæres eius eodem iure in conductione succedit [h].

DE SOCIETATE.

Ista rubrica sic continuatur.Dictum est suprà, de quibusdam contract. qui fiunt consensu:verùm quia societas est etiam cõtractus, qui fit consensu, vt patet suprà,de oblig. ex consensu. §. 1. *ideò sequitur rubrica de societate. Est autem societas (vt ait Marcus Tullius) duorum, pluriúmve conuentio honestè* [a] *contracta ad vberiorem quæstũ, & commodiorem vsum.*

DE SOCIETATE†. TITVLVS XXVI.

Et omnium bonorum, & certæ negotiationis coiri potest societas: in qua quæ circa lucrum, aut damnum pacta sunt, seruari oportet. quod si nihil conuentum sit, æquas partes & in lucro, & in damno inuicem referre decet: in hac tamen societ pacisci queunt, vt alteri plus lucri: alteri plus damni obueniat: quinimò & quòd vnus lucri partem ferat: de damno verò non teneatur.

Annota: Id lucrum dici, quod omni damno deducto supereſt.

† *Sic ff. pro societ.*

a Nam malorũ nõ est societas. *l. si à reo. §. id quod. ff. de fideiuss.* ergo si est inhonesta, dicitur conuenticulum. *l. conuenticula. Cu. de episc. & cler.* ab historicis coniuratio vocatur.

SOcietatem coire solemus aut totorum [i] bonorũ, quam Græci specialiter κοινωνραξίαν † appellant: aut vnius alicuius negotiationis, veluti mancipiorum vendendorum †, emendorumque:aut olei, aut vini,aut frumenti emendi [k], vendendíque.

† *Aliàs,* κοινωνίαν. Hæc est, quæ venalitaria negotiatio dicitur.

1. ¶ Et quidem si nihil de partibus lucri, & damni nominatim conuenerit, æquales [l] scilicet partes & in lucro, & in damno spectantur. Quòd si expressæ [m] fuerint partes, hæ seruari debent. Nec enim vnquàm dubium fuit, quin valeat conuentio [n], si duo inter se pacti sint, vt ad vnum quidem duæ partes & lucri, & damni pertineant:damni verò tertia:ad Seium verò duæ partes dãni: tertia verò lucri; valétne ista conuentio? & dicitur quòd sic. Quintus tamen Mutius dicebat quòd talis conuentio erat contra naturam societatis, & quòd non valebat. Seruius autem Sulpitius dicit quòd talis pactio valeat, quod iure conuentionis intelligi potest etiam ita contrahi, quòd vnus pecuniam conferat: alius autem nihil:lucrum tamen inter eos communicabunt: quia sæpè alicuius prouidentia,vel opera pecuniæ prævalet.Sed quid si ita fuerint pacti inter se,quòd vnus habeat partem lucri, partem autem damni non ferat: valétne pactum tale in societate? Dicit Seruius quòd sic,ita tamen quòd si sit in vna re lucrum, in alia damnum,debet fieri compensatio lucri cum damno: & illud solum, quod supereſt,dicitur lucrum.h.d.

i ¶ *Totorum.*i.omnium,& expressè:*vt ff. eo. l. j. §. j. & l. iij. §. j.* Nam hoc nomen,scilicet *totus,ta,tum,*totitatem ad vnam rem signat. ADDITIO. Hoc verum si ad vnam adiicitur. aliàs si ad vniuersitatem:de illa tanquam de vno prædicatur.Ioan.Fab.

k ¶ *Emendi.*item duobus aliis modis,scilicet simpliciter [b]:*vt ff. eo. l. coiri. & l. nec adiecit.* Item vnius rei.*vt ff. eo. l. societas.* ACCVR.

l ¶ *Æquales.*sic *ff. de hære. instit. l. quotiens. §. hæredes. & suprà, de hær. instit. §. si plures. & ff. eod. l. non fuerint.* & dic æquale fuisse capitale. AÇCVRS. ADDITIO. Aliàs erit in arbitrio iudicis consideratis sociorum operis.Et not.quòd sicut capitale, ita nec lucrũ durante societate extrahi potest.Angel.

m ¶ *Expressa.*etiam in solo lucro:*vt infrà, eo. §. illud.*

n ¶ *Conuentio.*sc.talis vt sequitur.

b Si non fit expresse dictum, quòd sit omnium bonorũ: & tũc videtur esse coitus vniuersorum,quæ ex quæstu veniunt:id est, si quod sit lucrũ ex emp. vend. loca. condu.& sic facere nocet secundùm Glo. *in d. l. coiri.*

Tertia

a ¶ *Tertia.* scil. pars lucri, & damni.

b ¶ *Ad Titium.* Computatio hîc ita expedita fiat, vt in lucrum in vna re, in alia verò damnum contigerit: vt si deducto omni damno lucrum supereſt: vnus in duas partes, alius in tertiam partem admittatur eius lucri. Si verò tantùm damnum supereſt: is, qui duas partes damni ferre debet: in rebus, quæ ſuperſunt, tãtò minùs, quàm aliter accipiat, quãtum faciat tertia pars damni: *vt ff. eo. l. Mutius.*

c ¶ *Seruius.* hîc Seruius ſibimet contradicere videtur: *vt ff. eod. l. Mutius.* Sed nõ eſt verum. nam ibi dicit de facto hoc eſſe nõ poſſe: ſcilicet vt damnum, & lucrum ſit in eadem ſocietate: cùm damnum [a] lucro, & econtrà lucrum [b] damno deducto intelligatur: vt ibi dicitur, *& infr. eod. verſic. & adeò.*

a Damnum lucro deducto intelligitur.
b Lucrum dãno deducto intelligitur.

d ¶ *Quia ſæpè.* Celſus ait in l. *cùm duobus. §. ſi in coeunda. ff. pro ſoc.* pretium operæ artis eſt velamentum. quæ verba obſcura ſunt: Credo Celſum dixiſſe κατ' ἀξίωσιν, Pretiũ enim operæ artis, quomodo & pleráque alia in Pãdectis, præſertim Ethruſcis ſcripta ſunt. *Velamentum* autem, (vt in aliis plurimùm dictionibus accidere oſtendi in *titu. de ſeruitu. ſuprà.*) præpoſtero literarum ordine ſcriptum, pro *leuamentum*, atque in vetuſtiſſ. Codice prorſus ita ſe legiſſe mihi confirmauit Arnold. Ferronius ſenator Burdegalenſis, cùm iuris ciuilis, tum omniũ diſciplinarum cognitione eruditiſſimus. proinde hic erit ſenſus: In ea etiam ſocietate, quam quis ita contraxit. vt ipſe pecuniam, alter artem, operámve cõferret, ab ipſo culpam præſtari: quòd æſtimatio, ſiue pretium artis, vel operæ ei ſit leuamentum. i. examen, ſiue ſacoma. Vſus eſt eadem voce Vlpian. in *l. 3 §. vlt. ff. ſi famil. furt. fec. dic.* CVIACIVS.

d ¶ *Et adeò.* Hæc pacta inæqualia tunc demùm locum habẽt, quando alter plus contulit operæ, vel induſtriæ, quàm alter: *vt ff. eodem. l. ſi non fuerint. in princip. ibi, ſi placuerit. ſecundum Azo.* cùm ſocietas ſit fraternitatis ius: *vt ff. eod. l. verùm. in fin. j. reſpon.* 2. Ioa. contra. & ſubaudit in l. illa, *ſi non fuerint.* maximè. 3. Alij idem quod Ioan. ſed tali ratione, quia iure conuentionis valent: non ſocietatis. *ff. de polli. l.* j. *§. ſi conuenerit.* ACCVRS. ADDITIO. Iſta communiter approbantur: vt per Chriſtoph. hîc. Et hæc vera intellige, quando vel de vtroque, vel de altero tantùm aliquid inter partes conuentum eſt. Si verò nihil: ſed ſimpliciter tantùm ſit contracta ſocietas: dic vt per Ang. hîc.

e ¶ *Partem.* non totum: aliàs eſſet leonina [c]: vt dicitur in fabula Aniani, vel Æſopi. *& ff. eo. l. ſi non fuerint. §. fin.* [d] *& l. ſi vnus. §. ſed ſi pretium. in fin.*

f ¶ *Quod & ipſum.* ſc. dictum hoc proximo caſu.

g ¶ *Conuenienter ſibi.* i. conueniens ſuæ ſententiæ, quam dixit *ſupr. eod. §. de illa.*

β ¶ *Conuenienter fieri exiſtimauit.* Omn. vet. cod. *conuenienter ſibi exiſtimauit.* quod Græco more dictum eſt: *vt in l. vlt. §. vlt. de bon. dam. l. in ratione. § ſi filio. ad leg. Falcid.* & apud M. Tullium conuenienter naturæ viuere, ὁμολογουμένως ἑαυτῷ, ἀκολούθως ἑαυτῷ. CVIAC.

Illud expeditum.] CASVS. Pon. Duo mercatores ſocietatem adinuicem contraxerunt: & ſuper hoc literas confici fecerunt: in quibus continebatur, quòd lucrum, ſi quod inter eos cõringeret, diuideretur: & nulla fuit facta mentio de damno, quid iuris in hoc caſu? Reſpon. quòd eadem eſt ratio obſeruanda in damno, quæ & in lucro eſt expreſſa. & econuerſõ hoc dicit.

h ¶ *Seruari.* Not. eandem a eſſe rationem contrariorum. *ſic ff. de leg. iij. l. ſi. §. ſi. & ff. fam. arciſ. l. ſi filia. §. Papinianus.* Arg. contrà *ff. de lib. & poſthu. l. commodiſſimè. & ff. loca. l. ea lege.* j. *reſp. & ff. de neg. geſt. l. ſi quis negotia.*

a Contrariorũ eadẽ eſt ratio.

compenſatione facta, ſolum, quod ſupereſt, intelligatur lucro eſſe.

Pars in lucro adiecta, in damno quoque adiecta videtur, & ediuerſo.

3. ¶ Illud expeditum eſt, ſi in vna cauſa pars fuerit expreſſa: veluti in ſolo lucro, vel in ſolo damno; in altera verò omiſſa: in eo quoque, quod prætermiſſum eſt, eandem partem ſeruari [h].

Renunciatione ſoluitur ſocietas: quò fit vt quæ poſt renunciationem obuenêre, communicanda non ſint: niſi callidè quis ſocietati ideo renunciarit, vt ſolus expectatum lucrum conſequeretur.

4. ¶ Manet autem ſocietas eouſque, donec in eodem conſenſu perſeuerauerint. At cùm aliquis renunciauerit [i] ſocietati, ſoluitur ſocietas. Sed planè ſi quis callidè [k] in hoc renunciauerit ſocietati, vt obueniens aliquod lucrum ſolus habeat: veluti ſi totorum [l] bonorum ſocius, cùm ab aliquo hæres eſſet relictus, in hoc renunciauerit ſocietati, vt hæreditatem ſolus lucrifaceret: cogitur hoc lucrum communicare. Si quid verò [m] aliud lucrifaciat, quod non captauerit [n γ] ad ipſum ſolum pertinet. Ei verò, cui renunciatum eſt, quicquid omnino poſt renunciatam ſocietatem acquiritur, ſoli conceditur [o].

Manet autem.] CASVS. Supra dictum eſt qualiter ſocietas contrahitur: reſtat nunc videre, qualiter diſſoluitur. Dicit ergo Iuſtini. quòd ſocietas inter aliquos tandiu manet, quamdiu perſeuerauerit in eodem conſenſu: cùm autem alter eorum ſocietati renunciauerit, diſſoluitur ſocietas. ſi autem callidè renunciauerit ſocietati, ad hoc quod ipſe ſolus aliquod lucrũ ſentiat, illud lucrum ſolus non habebit. ſed tenetur illud lucrum ſocio ſuo communicare: ſi autem aliquod lucrum aliunde ſenſerit: quàm ſibi ſperabat: ſcilicet quando ſocietati renunciauit, id eſt ex inſperato ſibi euenit, in totũ habebit. quicquid autem lucratus fuerit ille, cui renunciatum eſt, poſt renunciationem, illi ſoli acquiritur.

i ¶ *Renunciauerit.* præſenti ſocio [b], non abſenti: *vt ff. eo. l. ſed & ſocius. § ſi abſenti.*

b Vel eius procuratoris: aliàs non tenet: niſi in præiudiciũ renunciantis. *Ang.*

k ¶ *Callidè.* idem & ſi intempeſtiuè renũciet: item & ſi expediat nõ renunciari: *vt ff. eodem. l. actione. §. Labeo. & l. ſed & ſi ſocius. §. ſi.*

l ¶ *Totorum.* id eſt omnium, hoc expreſſo: *vt ff. eodem. l. iij. §. j.* aliàs contrà: *vt ff. eodem. l. nec adiecit.*

m ¶ *Si quid verò.* aliàs ſi quidem *ſic ff. ex quib. cau. in poſſ. eat. l. Fulcinius. §. quod ſi aduerſus. ſic ff. eodem. l. actione. §. diximus.*

i Captare hoc loco accipitur pro eo, quod eſt blanditiis quibuſdam, ac illecebris, obſequiiſque, & laudationibus venari, vt ſic dixerim. Hinc & captatoriæ inſtitutiones. *ff. de hære. inſti. l. captatoriæ.* Hinc & captanda hæreditas. *Cod. de tranſac. l. ſi maiores.* & apud Horat. *lib. j. ſerm.* Captes aſtutus vbique Teſtamenta ſenum.

n ¶ *Non captauerit.* i. non præcogitauerit.

γ ¶ *Quod non captauerit.* Captatoria renunciatio non valet: Captatoriæ ſcripturæ non valent: denique vix eſt vt captatorium quicquam iure noſtro ſuſtineatur. Captatoriæ ſcripturæ deſinitio ab Socino primùm explicata eſt. quem denique plerique omnes ſecuti ſunt: nondum tamen quiſquam, quod in mentem tibi venit, P. Faber, animaduertiſſe videtur circa l. *illa. ff. de hære. inſtit.* quòd hoc in loco, & ſi alienus videatur, vt qui liberit ad te, in eo etiam ipſe poſſis aliquid propriè tuum agnoſcere, adnotare non pigebit. Supereſt, vt ais, in l. *illa*, vox Mæuius. Nam & ſi in futurum ita cõcepta ſit inſtitutio, *Qua ex parte me Titius hæredem inſtituerit, ex ea parte Mæuius hæres eſto*, certè captatoria inſtitutio non eſt. *l. clemens. §. vltim. ff. de hæred. inſt.* mirariſque è Conſtantino Ant. Auguſtinum exemiſſe vocem πανλ, & vocem *Mæuius* retinuiſſe in l. *illa*, quod tamen meliùs explicat Obſer. *xvi.* Etiam illud adiungis, perperam Conſtantino eum addidiſſe τὸ ἐφορτον. ſiquidem eo in Conſtantini loco ἐφ' ἅπαξ eſt, vt apud Ariſtotelem, & Platonem ſæpè: quod perſpicuum eſt. CVIAC.

o ¶ *Conceditur.* Not. hîc quinque modos ſoluendæ ſocietatis, & ſequentibus quatuor §§. ſunt & alij duo: vt interemptione rerum naturali, vel ciuili: *vt infrà, ff. eodem. l. verum. §. pen. incipit, ſocietas.* Item cùm ab alio ſtipulor animo nouandi, vel iudicium cum aliquo dicto animo nouandi: *vt ff. eodem. l. actione. j. reſpon.* ACCVRSIVS.

c Societas multis modis ſoluitur.

Soluitur adhuc.] CASVS. Non ſolùm per renunciationem de qua dicitur ſuprà, ſoluitur ſocietas: ſed & morte. vnde non ſuccedet ſocio ſuperſtiti hæres in ſocietate, niſi hoc placuerit ipſi ſocio ſuperſtiti: & tunc etiam dicitur contrahi ſocietas: & ſi plures contraxerunt adinuicem ſocietatem: ſi vnus illorum

d eceſſerit

e Id eſt, ſi non habito reſpectu ad lucrum de certa quantitate cautum ſit: puta volo x. annuatim: etiam ſi concedẽs pecuniã in ſe periculũ ſuſcipiat, ſecundum Ang. d. In quiſſimũ enim genus ſocietatis eſt, in qua quis damnum: non etiã lucrum ſpectati: vt ibi dicitur. *Angel. Per.*

b Si non ſit certa, preſſe dictum, quòd ſit omnium bonorũ: & tũc videtur eſſe coita vniuerſorum, quæ ex quæſtu veniunt: id eſt, ſi quod ſit lucrũ ex emp. vend. locã. condu. & ſic facere nocet ſecundùm Glo. *in d. l. curs.*

† *Sic ff. pro ſocio.*

a Nam malorũ nõ eſt ſocietas. *l. ſi à reo. §. id quod. ff. de iudic.* ergo ſi eſt inhoneſta, dicitur conuenticulum. *l. conuenticula. Co. de epiſc. & cler.* ab hiſtoricis coniuratio vocatur.

† *Aliàs, κοινωνίαν.* Hæc eſt, quæ venalitiaria negotiatio dicitur.

decesserit, dissoluitur societas inter omnes, nisi aliter conuentum fuerit inter eos. In §. *item si alicuius rei*, &c. dicit Imperator, quòd non solùm duobus modis supradictis dissoluitur societas: imò & tertio modo: scilicet quando finis impositus est negotio, propter quod contraxerunt adinuicem societatem. In §. *publicatione*, casus talis est: Iam vidistis tres modos soluendi societatem: modò ponitur hic quartus modus, quo soluitur societas: putà per publicationem omnium bonorũ suorum in fiscum propter suũ delictũ. Quando enim fiscus in loco suo succedit, pro mortuo habetur.

Adiciuntur quatuor modi, quibus finitur societas: scilicet morte socij, negotio finito, publicatione, & bonorum cessione.

5. ¶ Soluitur adhuc societas etiam morte [a] socij: quia qui societatem contrahit, certam personam sibi eligit. Sed & si consensu plurium societas contracta sit, morte vnius socij soluitur, etsi [b] plures supersint: nisi in coeunda societate aliter conuenerit [c].

6. ¶ Item si alicuius rei [d] contracta societas sit, & finis negotio impositus est, finitur societas.

7. ¶ Publicatione [e] quoque distrahi societatem manifestum est; scilicet si vniuersa bona socij publicentur. nam cùm in eius locum alius [f] succedat, pro mortuo [g] habetur [h].

8. ¶ Item si quis ex sociis mole debiti prægrauatus bonis suis cesserit [i], & ideò propter publica, aut priuata debita [k] substantia eius væneat [l], soluitur societas. Sed hoc casu [m] si adhuc consentiant in societatem, noua videtur incipere societas,

Socium in communi re tantam adhibere diligentiam: quantam in re propria, sufficit: ideò eo nomine tantũ tenetur, si quid in communibus rebus segniùs egerit, quàm in suis.

9. ¶ Socius socio vtrùm eo nomine tantùm teneatur pro socio actione [n], si quid dolo commiserit, sicut is, qui deponi apud se passus est [o]: an etiam culpæ; id est desidiæ, atque negligẽtiæ nomine, quæsitum est: prævaluit tamen etiam culpæ nomine teneri [p] eum. Culpa autem non ad exactissimam diligentiam dirigenda est. Sufficit enim talem diligentiam communibus rebus adhibere sociũ, qualem suis rebus adhibere solet [q]: Nam qui parum diligentem [r] socium sibi assumit: de se quæri, sibique hoc imputare debet.

DE MANDATO. TITVLVS XXVII.

Mandatum obligatorium contrahitur pluribus modis: nec obligatur quis, si mandatarij gratia tantùm mandet,

MAndatum [t] contrahitur quinque modis [u]: siue sua tantùm gratia aliquis tibi mandet, siue sua, & tua; siue aliena tantùm; siue sua, & aliena; siue tua, & aliena. At si tua tantùm gratia tibi mandatum sit, superuacuum est mandatum: & ob id nulla ex eo obligatio [x], nec mandatum debet esse gratuitum. Secunda ibi; *Rectè*. Quarta ibi; *In summa*. CASVS Quæsiui à Iusti. de mandato quot modis contrahitur: & ipse considerans respondet quòd sex modis. Dicit enim quòd mandatum quinque modis obligatoriis contrahitur. Aut enim tua gratia contrahitur, &c. aut aliis quatuor modis enumeratis in litera. Sextus autem modus nõ est obligatorius: quia quando aliquis tua gratia tantùm mandat, nullum est mandatum, nec aliqua nascitur obligatio: sed quinque modis præcedentibus obligatio contrahitur: & ex his mandati actio nascitur.

---

a Ratio: quia in societate eligitur industria personæ: & licèt hæres non fit socius: tenetur tamen inchoata à defuncto perfice re. *l. hæres socij. ff. eod.* Agid. Perez.

a Depositarius solùm tenetur de dolo, & lata culpa.

b Scilicet & tunc erat diligentior: alias secùs. *vt per Gl. in l. cùm duobus §. ff. eo.*

† Mandat importat tatem spo neam: Iust necessitate Rogatio fi nat à supe re, præcept Hinc vulg ci solet: *ro domini pe ptum est. O Et orare di species vio subẽdi, Et nuda supp esse potens.* sonius, *Bl vis latet i rio. vide Glo i. in versic. ego. ff. quod*

b Cessio bonorum fit carceris euitandi causa.

c Cedens tamen non liberatur à creditoribus: sed in posteà quæsitis habet beneficium, ne cõueniatur nisi in quantum facere potest. *l. vlt. ff. de cess. bon.*

c Continuatio.

† Sic ff. mandati.

d Diuisio.

e Mandati definitio.

f Mandatum ex modis contrahitur.

g Intelligit si fit consilium honestum: nec esset aliàs faciurus: Et tamẽ qui ex hoc damnum ceperit, indistinctè tenebitur, qui cõsilium dedit, vt per Ange. hic.

---

a ¶ *Morte.* idem est in tutela: secùs in depositio, & mandato: *vt ff. de his, qui not. infa. l. furti. §. illud.*

b ¶ *Etsi.* id est quamuis. ACCVRS.

c ¶ *Conuenerit.* scili. vt duret inter superstites etiam vno moriente: nõ autem ad hæredem trãsit [a] etiam ex pacto: *vt ff. eodem. l. adeò. & l. nemo.* nisi in societate vectigalium: *vt ff. eodem. l. verum. §. in hæredem. & l. adeò. j. respons.* & nisi denuò consentiant: *vt ff. eod. l. planè.* ADDITIO. Item nisi iuramento hinc inde appositio: quia fortè de iure canonico teneret etiam in persona hæredis, nec morte vnius ex sociis solueretur. *per ea, cùm contingat. extrà de iureiuran. secundùm Ioan. Fab. hic.*

d ¶ *Item alicuius rei.* vt duo tabernarij de vendendo vinum in foro.

e ¶ *Publicatione.* quæ publicatio fit propter delicta: *vt ff. de bon. dam. l. j. j. respon.*

f ¶ *Alius.* aliàs alter scilicet fiscus.

g ¶ *Pro mortuo.* sic *ff. eod. l. actione. §. publicatione.* ACCVRS.

h ¶ *Habetur.* sed quid si hic socius, cuius bona publicata sunt, ratione operæ socius erat, non rerum, quod esse potest: *vt supra, eod. §. de illa. versi. nam & ita?* Respond. idem, cùm libertatem, vel vitam, vel ciuitatem amittat: *vt ff. de bon. dam. l. j. & infrà, proxim. §. innuitur, in fin.*

i ¶ *Bonis suis cesserit.* quod facere potest. ne [b] in carcerem detrudatur [c]: *vt infr. de act. §. fin. & Cod. de cessio. bo. l. j.*

k ¶ *Debita.* quia fiscо, vel priuatis debebat: *vt ff. eo. l. actione. §. j.*

l ¶ *Væneat.* id est vendatur.

m ¶ *Sed hoc casu.* quasi dicat non sicut superiori proximo; scilicet quando bona fuerunt publicata. nam hîc viuẽs, & in ciuitate existens sibi posteà acquirere potest: *vt ff. de cessio. bo. l. v.*

Socius socio. CASVS Dixi Imperatori: Domine, iam vidi quinque modos quibus societas soluitur: modò quæro, vtrum socius socio suo teneatur propter dolum, vel etiam propter culpã: vel etiam ex negligentia teneatur? Et respond. Impera. quòd non solùm ex dolo tenetur, sed etiam ex negligentia. Sed domine, quam diligentiam debet præstare socius? Et respondet quòd non exactissimam: sed eandem, quam in rebus suis solet præstare. vnde si in rebus suis solet esse negligens: quanquam in omnibus rebus sit diligens, non tenetur: sed debet de se conqueri, qui parum diligentem socium sibi assumpsit h. d.

n ¶ *Pro socio actione.* quæ est directa ab vtraque parte: *vt infrà, de pæn. te. lit. §. ex quibusdam.* & finita societate nascitur: *vt Cod. eod. l. tamdiu.* nisi in casu: *vt ff. eod. l. actione. §. si communis, versic. non-nunquam.*

o ¶ *Passus est.* qui de [a] solo dolo tenetur, & lata culpa, quæ dolũ repræsentat: *vt ff. depos. l. quod Nerua. & ff. si quis test. li. esse iuss. fue. l. j. §. non autem.*

p ¶ *Teneri.* nisi alter tantam culpam præstiterit, quantam & iste, & afferret per damnum: quo casu compensatur culpa: item dolus cum dolo: *vt ff. de compen. l. si ambo. in princip. & de dolo. l. si duo.*

q ¶ *Solet.* ante contractam societatem [b]. & in hoc discrepat à depositario, qui vt in præsenti tenetur: *sic ff. depo. l. quod Nerua.* sic est in eo, cum quo habeo rem communem sine societate: *vt ff. famil. ercisc. l. hæredes. §. non tantùm.*

r ¶ *Qui parum diligentem.* sic *supr. quib. mod. re contra. ob. § præterea.*

---

t ¶ *Quinque modis.* Imò videtur quòd sex, vt sequitur. Sed dic [f], quinque; scilicet obligatoriis. Vltimum enim scilicet quando tantũ tua gratia non est obligatorium: *vt ff. eo. ti. l. ij. § fi.* Item secundũ Ioan. est quoddam aliud sextum obligatorium: vt cùm sua gratia, & tua, & aliena aliquis tibi mandat, vt emas fundum pro me & te, & Titio. ACCVRS. ADDITIO. Et exemplifica: *vt ff. eod. l. si procuratorem. §. si tutores.* vbi tutor mandat contutori suo, vt seruũ necessarium emat pupillo: & sic gratia mandantis, & mandatarij, & pupilli contrahitur mandatum.

u ¶ *Obligatio.* nisi dolus, & calliditas intercedant [g]: *vt ff. de regu. iur. l. consilij.*

Mandantis tantùm. CASVS Quæsiui à Iusti. Domine, qualiter potest interuenire mandatum gratia mandantis tantùm? Et respond. quòd tunc mandantis gratia interuenit mandatum, cùm mandat tibi aliquis, vt negotia eius geras, aut fundum ei emas, aut pro eo fideiubeas. & si tale mandatum susceperis, de necessitate obligaberis: quanquam ab initio tibi liberum sit suscipere mandatum, vel non suscipere. & hoc dicit. & super illa gl. & tunc quia suscepit, intellige, quòd si bene gessisset, nõ esset obligatus.

Item

Item si malè gessit,nõ propter hoc est obligatus:sed si malè gessit,cùm ei esset mandatum,obligabitur eodem modo,ac si ita essit,cùm ei esset mandatum,vt non ageret,& gessit tua gratia,& sua,& respon. set mandatum,vt non ageret,& gessit tua gratia,& sua,& respon. sit,quòd tunc hoc modo contrahitur:sed malè impleuit. Modò sumus in ver. *Tua gratia*, &c. Quæsiui à Iusti. qualiter mandatum contrahitur quãdo aliquis tibi mandat,vt sub vsuris pecuniam credas ei, qui in rem suã esset mutuaturus:vel si fideiussor datus tibi, mãdet tibi volenti agere cõtra eũ: vt periculo suo experiaris cũ reo principali:vel si idem fideiussor tibi mandet, vt suo periculo stipuleris à quodam,quem delegauit tibi eo tẽpore, quo cœpisti agere cõtra eũ. Qualiter enim huiusmodi mandata contrahantur tam mandantis gratia,quàm mãdatarij patet cuilibet intuenti. & sumus in versi. *Aliena*,&c.Modò videamus qualiter aliquis mandat gratia alterius tantùm: & exemplum est planum: veluti si mandet tibi aliquis,vt Petri negotia gereres: quod nõ est gratia tui, nec sui: imò solùm gratia Petri. & sic de aliis exemplis. In versi. *Sua, & aliena*, &c.ponit exẽplum qualiter mandatum cõtrahitur gratia sua,& aliena, & nihil ad vtilitatẽ suam: & est exemplum tale: veluti si de cõmunibus negotiis sibi, & Titio, tibi mandet aliquis vt sibi,& Titio fũdum emeres:vel vt pro eo, & Titio penes aliquem spondeas.hoc dicit. Franc.

a ¶ *Gereres*, & tũc quia susceptit mandatum, nõ quia gessit, tenetur: *vt ff.eo.l.si remunerandi.§.j.*

b ¶ *Sub vsuris*.in hoc est vtilitas mutuantis,propter vsurariũ lucrum. Sed contrà, *ff.de vsur.l.cùm quidam.§.si pupillo.in fi.* Sed ibi debet subaudiri,*tantùm*.2. Vel dic,nõ sunt propter lucrum inductæ leges principaliter,vt ibi:secundariò tamen sic:vt hîc dicitur. Accvrs. Additio Solue aliter,secũdùm doct.aut vsuræ debentur ex stipulatu:quia in stipulationem expressè deductæ sunt: & tunc lucrum sapiunt:vt loquitur hîc. Aut debentur vsuræ propter moram, siue negligentiã non soluentis:& tunc non sapiunt lucrum: quia tanquam interesse præstantur: vt loquitur *d. l. cùm quidam.§.si pupillo.* Christopho.

c ¶ *Ei*. putà procuratori mandantis.

d ¶ *Ipsius*. scilicet mandantis. & in hoc est vtilitas mandantis.

e ¶ *Mandet*. scilicet fideiussor. Et hoc casu agetur contra fideiussorem mandantem actione mandati, non ex stipulatione prima, si nouandi animo hoc mandatum interuenerit: *vt ff. eodem l.si mandato meo. in fin. l.* Si autem non nouandi animo, agetur ex causa: *vt ff. de procu.l. licèt. §.ea obligatio. in fi.*

f ¶ *Mandet*, hîc agi potest duabus actionibus, mandati scilicet contra mandantem, & negotiorum gestorum contra Titium, quæ datur & mandanti: *vt Cod. de neg. gest. l.si mandatum.*

g ¶ *Crederes*. scilicet mandauerit.

Tua tantùm gratia.] Casvs. Vidistis iam qualiter quinque modis obligatoriis contrahitur mandatum, licèt etiam sexto modo contrahatur mandatum: sed non sit obligatorium: veluti si mandet Titius, vt pecunias tuas potiùs fœneres, quàm in emptionem prædiorum colloces, vel econuerso. & huiusmodi obligatio plus sortitur nomen consilij, quàm mandati. & hac de causa non est obligatorium. & illud patet euidenter: quia nemo ex huiusmodi consilio obligatur, quanquam mandatario non expediat, nisi in casibus exceptis: & hoc ideò est: quia liberum est suscipienti consilium penes se explorare, an susceptum consilium sibi expediat, nécne: & propter hoc si te pecuniam habentem mouerit aliquis, vt ex ea rem aliquam comparares, vel crederes, non tenetur tibi iudicio mandati: licèt tibi non expediat eam emisse, vel alicui credidisse. & hæc vera sunt cùm mandatum sit sine adsignatione certæ personæ. Sed pone quòd mandabat tibi aliquis, vt Titio nominatim crederes pecuniam, nunquid eo facto is, qui tibi mandauit, erit tibi obligatus? Et certè secundùm sententiam domini Sabini, dicendum est quòd sic:quia fortè aliter non credidisses Titio: nisi tale mandatum susceppisses. Franc.

h ¶ *Tua tantùm gratia*. hîc autem addunt doct. sextum modum: quòd dic: *vt supra eodem in principio in glo. imò videtur, &c. in fine glo.*

i ¶ *Ex consilio*. Nota bonam regulam: quem [a] de consilio non teneri. Fallit tamen in casibus, qui his legibus dicuntur: *vt ff. de dolo. ff. quod si cùm scires & ff. de proxenet. l.ij.* ¶ Sed certè ibi fuit fraudulentum [b] consilium: *vt ff. de reg. iur. l. consilij.* Item fallit.: *vt ff. ad leg. Aquil. l. liber homo. j. respon. & infrà de iniur. §. non solùm. & ff. de iniur. l. non solùm. in principio. & §. Proculus. & ff. quod vi, aut clam. l. semper. §. j. & ff. de fur. l. si quis vxori. §. cum Titio. & ff. de ser. cor. l. j. j. respon. & §. persuadere.* Sed hoc in maleficiis: [c] ideò non datur mandati: tenetur tamen vel de dolo, vel aliis actionibus. Item aliàs facturus non erat in prædictis casibus, aliàs obtinet hæc regula: *vt hic, & ff. eodem l.si remunerandi. §. planè.* Sed certè nec his casibus videtur teneri: *vt infrà proxi. §.* Sed dic non tenetur illi, cui tale consilium præstitit, vt ibi: sed illi, in cuius læsionem consulit, vt hîc dicimus. Vnde dici potest quòd nec his casibus fallit dicta regula: cùm dicat non teneri illi: scilicet cui consilium præstitum est: nisi in casu illius *leg. ff. de dolo, l. quòd si cùm scires. & illius l. ff. de proxene. l. ij.* Additio. Eandem gl. habes, *ff.eodem. l. ij. §.fin.*

a Consilio, seu ex consilio nemo obligatur, nisi certis casibus.

b Cõsilio fraudulento obligatur, qui dat consilium.

† *al.* cui dabatur.

c Consilium dans maleficiis,obligatur.

k ¶ *Mandati*. scilicet actione.

l ¶ *Liberum*. scilicet suscepto consilio:sed suscepto mandato necesse est consummari, secundùm Ioan.nisi congruo tempore renuntietur: *vt infrà eod.§.mandatum.ff.eod.l.si mandauero.§.fina.& ff.commo.l.in commodato.§.sicut.*

m ¶ *Non aliter*. Hoc esse videtur pro opi.Pla. qui dixit duo: sc. vbi consulo certæ personæ mutuari: teneor ita demùm: si aliàs facturus non eras. ¶ Vbi autem non est designata aliqua persona, non teneor,etiam si aliàs facturus non eras. Sed Ioan.in vtroque casu dicit contrà. Nam primò indistinctè teneor: siue aliàs eras mutuaturus, siue non. Secundò autem cum distinctione, non aliàs: *& facit pro eo.ff.eod.l.si remunerandi. §. planè, & suprà, eo. §. tua & aliena.in fin.& ff.de neg. gest. l. iij.in fi.& l.iiij.* ¶ Nec obstat quod hîc dicitur: quia & si aliàs etiam futurus erat, tenetur qui mandauit, vt dictum est. vnde potest subaudiri, maximè: quia non aliter, &c. Additio. Hæc opinio Ioan. veluti communior approbatur: *de quo in l.si remunerandi. §.planè ff.eo.* Chri.

Illud quoque] Casvs. Dixi Iustin. domine, suprà vidimus qualiter mandatum contrahitur quinque modis obligatoriis: & etiam sexto modo non obligatorio: quid modò plus dicetis? Et dominus Iusti. respondet: Frater, vnà cum prædictis scire debes quòd sicut mandatum gratia tua tantùm, non est obligatorium: sic nec consilium, seu mandatum de te turpi: veluti si tibi mandet aliquis vt furtum facias, vel iniuriam,aut damnum alicui inferas, huiusmodi non obligant quem: & si mandatarius præstiterit pœnam ei,contra quem deliquit, attamen aduersùs mãdantem nullam habebit actionem. Fran.

Eius gratia fieri mandatum dicitur,cuius emolumentum respicit.

1. ¶ Mandantis tantùm gratia interuenit mandatum †: veluti si quis tibi mandet vt negotia eius gereres [a], vel vt fundũ ei emeres,vel vt pro eo sponderes.

2. ¶ Tua gratia, & mandantis: veluti si mandet tibi,vt pecuniã sub vsuris [b] crederes ei [c], qui in rem ipsius [d] mutuaretur: aut si volente te agere cum eo ex fideiussoria causa, mandet [e] tibi, vt cum reo agas periculo mandantis: vel vt ipsius periculo stipuleris ab eo,quem tibi deleget in id,quod tibi debuerat.

3. ¶ Aliena autem tãtùm causa interuenit mandatum: veluti si tibi aliquis mandet, vt Titij negotia gereres, vel vt Titio fundum emeres,vel vt pro Titio sponderes.

4. ¶ Sua & aliena: veluti si de cõmunibus suis, & Titio negotiis gerendis tibi mandet [f], vel vt sibi,& Titio fundum emeres, vel vt pro eo,& Titio spõderes.

5. ¶ Tua,& aliena: veluti si tibi mandet, vt Titio sub vsuris crederes. quia si sine vsuris pecuniam crederes [g], aliena tantùm gratia intercedit mandatum.

Mandatum gratia mandatarij tantùm factum, potiùs consilium, quàm mandatum est: quam ob rem mandantem nemo ligat:cùm ex consilio etiam pernicioso non obligetur: nisi vt certæ personæ mutuetur,mandatum fuerit.

6. ¶ Tua tãtùm gratia [h] interuenit mandatum: veluti si tibi mandet,vt pecunias tuas in emptiones poti[9] prædiorũ colloces quàm fœneres:vel ex diuerso,vt pecunias tuas fœneres potiùs, quàm in emptiones prædiorum colloces. Cuius generis mandatum,magis cõsilium, quã mandatum est:& ob id non est obligatorium: quia nemo ex consilio [i] mandati [k] obligatur,etiam si non expediat ei, cui mãdabatur †:cùm liberũ [l] cuique sit apud se explorare,an sibi expediat cõsiliũ. Itaque si otiosam pecuniã domini te habentẽ hortatus fuerit aliquis, vt rem aliquã emeres, vel eã crederes: quamuis non expediat eam tibi emisse,vel credidisse:non tamen tibi mãdati tenetur. Et adeò hæc ita sunt,vt quæsitum sit an mandati teneatur, qui mandauit tibi, vt pecuniam Titio fœnerares: sed obtinuit Sabini sentẽtia,obligatorium esse in hoc casu mandatum: quia non aliter [m] Titio credidisses, quàm si tibi mandatum esset.

† Mandatum, importat volũtatem spontaneam: Iussum, necessitatem: Rogatio fiemanat à superiore,præceptum. Hinc vulgò dicisolet: *rogatio domini præceptum est. Ouid. Et orare ducum species violenta subĩdi, Et quasi nuda supplicat esse potens.* Ausonius. *Blandis latet imperio. vide Glo.in l. 1.in versic. sed ego.ff. quod iussu*

a Deposita solùm tenetur de dolo, & lata culpa.

b Scilicet & tunc erat diligentior: aliàs secùs. *vt per Gl. in l.cùm duobus, §.ff.eo.*

c Continuatio.

† Sic ff. mandati.

d Diuisio.

e Mandati definitio.

f Mandatum sex modis contrahitur.

g Intellige si sit consilium rei honestæ: nec esset aliàs facturus: Et tamẽ qui ex hoc damnum ceperit, indistinctè tenebitur.qui cõsilium dedit,vt per Ange.hic.

a Quia tale iuramentum velut peccati nutritiuũ nec est seruãdum, nec contractum firmat. *c. non est. de regul. iur. lib. 6. Aegi. Per.*

b Et hoc verũ in omnibus pactis, quæ ratione turpitudinis, vel publicæ vtilitatis principaliter improbantur. Secùs si secundariò, vel in odium creditoris: aut propter defectum sensus, vel imbecillitatẽ personæ improbẽtur: quia iuramento confirmantur. Et quod dicitur non valere iuramentum cõtra legẽ: intelligendum de canonica, non autem de ciuili: *vt per Ang. hic.*

a ¶ *Non est obligatorium.* etiam [a] si iuramentũ intercederet: *vt in Auth. sceneas non solùm. §. j. colla. v.* [b] *& facit ad hunc §. ff. eod. l. si remunerandi. §. rei. & l. si mandauero. ij. §. qui idem. & ff. de arb. l. si cium dies. §. compromisso. & suprà de inutil. stip. §. quod turpi. & ff. de verb. obli. l. generaliter. & l. seq. & ff. de condi. insti. l. conditiones. j. & ij.*

b ¶ *Contra bonos mores.* Hîc quæritur, quid si mandaui tibi vt illi nomine meo iniuriam inferres, an teneor? Respon. vtique: *arg. ff. de dam. in fect. l. damn. §. si mandato.*

c ¶ *Præstiteris.* scilicet ei, cui commissum est maleficium, vt pœnam dupli. & ita licèt interesit mandatarij: tamen non agit: quia nec interesse fingitur: *vt ff. de condi. instit. l. filius. in fin. & melius, ff. de reg. iur. l. quod quis ex culpa. in fin.*

d ¶ *Titium.* scilicet mandantem.

Is, qui exequitur.] Casvs. Dixi Iustiniano, Domine, bene vidi quot modis, & qualiter contrahitur mandatum: pro Deo dicatis mihi qualiter mandatarius tenetur exequi id, quod sibi datur in mandatis? Dicit ipse, Scire debes quòd si mandetur alicui sub certa formâ, non debet mandatarius illam formam excedere. nam si aliquis tibi mandasset vt ei fundum emeres, veluti pro c. vel vt pro Titio in tanta pecunia sponderes: nec tenebaris pluris emere, nec in ampliorem pecuniam fideiubere. quod si feceris, ad id, quod expenderis, prædictam actionem non habebis. vnde Cassius, & Sabinus dicebant in hoc casu quòd non competeret tibi actio contra mandantem etiam pro centum aureis in mandato comprehensis: & hoc si contra formam mandati plus expenderis. Aliter tamen obtinuit secundùm opinionem aliorum, quòd vsque ad pecuniam in forma mandati comprehensam agere poteris. Sed pone quòd is, cui mandani vt emeret mihi fundum pro centum aureis, pro minori pretio illam comparauit: nunquid habebit act. contra me? Et certè sic: quia ritè videor mandasse, vt dicti fundum pro minori pretio emeret, si posset. Litera est plana vsque ad fi. tit. Franc.

c ¶ *Mandatum.* scilicet certæ formæ. Nam quandoque [c] habet certã formam: & tunc habet locum, quod hîc dicitur: *vt ff. eod. l. diligenter.* quandóque non: & tunc bona fide facere debet: *vt ff. e. l. iij.* & probatur etiam hæc distinctio, *ff. eo. l. si quis pro eo.*

f ¶ *Mandati actionem.* sed nec certè nego. gest. secundùm B. & Ioan. & est pro eis, C. *de nego. gest. l. vlti. & ff. de nego. gest. l. qui aliena. §. libertos. & de peculio. l. si creditor. §. j.* Sed M. dabat vtilem neg. gest. actionem. & respondebat illi *l. fin. de neg. gest.* quia specialis ibi fuit prohibitio. d Sed certè miror de hac opinione: cùm videatur lex expedita, quæ etiam vtilem denegat expressè: *vt ff. eo. l. si pro te. & ff. de eden. l. j. §. causa.*

g ¶ *Mandati actionem.* pro pretio dato; *vt ff. de in rem ver. l. si fundum.*

h ¶ *Emeretur.* est autem illa ratio: quia maiori summæ minor inest: *vt hic, & ff. de verborum obligationib. l. j. §. ij. & l. inter stipulantem. §. ij. & ff. de recept. arbi. l. diem. §. si plures.* Addit. Et hæc vera vbi negotium, quod mandatur, respicit damnum, vel vtilitatem mandantis, vel mandatarij. secùs si tertium tantùm: quia non potest ampliari, nec restringi tanquam odiosum. *vt in c. cui de non sacerdotali. de præben. in vj.* Ioan. Fab.

Mandatum rei turpis, vel contra bonos mores, non valet.

7. ¶ Illud quoque mandatum non est obligatorium [a], quod contra bonos mores [b] est: veluti si Titius de furto, aut de damno faciendo, aut de iniuria facienda mandet tibi. licèt enim pœnam istius facti nomine præstiteris [c]: non tamen vllam habes aduersus Titiũ [d] actionem.

Mandati fines excedere nequaquam licet: alioqui excedenti, quatenùs excesserit, mandati actio denegatur.

8. ¶ Is, qui exequitur mandatum [e], non debet excedere fines mandati: vt ecce si quis vsque ad centum aureos mandauerit tibi, vt fundum emeres, vel vt pro Titio sponderes: neque plures emere debes, neque in ampliorem pecuniam fideiubere: alioqui non habebis cum eo mandati actionem [f]: adeò quidem vt Sabino, & Cassio placuerit, etiam si vsque ad centum aureos cum eo agere volueris, inutiliter acturum. Sed diuersæ scholæ auctores rectè vsque ad centum aureos te acturum existimant. quæ sententia sanè benignior est. Quòd si minoris emeris, habebis scilicet cum eo mandati actionem [g]: quoniam qui mandat vt sibi centum aureorum fundus emeretur, is vtique mandasse intelligitur, vt minoris (si possit) emeretur [h].

Mãdatum re integra reuocatum extinguitur. rem autem integram appellamus, si quando nihil, quod ad mandati consummationem attinet, vel factum, vel inchoatum sit: morte quoque mandantis re integra cõtingente, euanescit mandatum: mandatario tamen mortem, aut reuocationem ignoranti subuenitur.

9. ¶ Rectè [i] quoque mandatum contractum, si dum adhuc integra res sit, reuocatum fuerit, euanescit [k] †.

10. ¶ Item si adhuc integro [l] mandato mors alterutrius interueniat: id est vel eius, qui mandauerit, vel illius, qui mandatum susceperit, soluitur mandatum †. Sed vtilitatis causa receptum est: si eo mortuo, qui tibi mandauerat, tu ignorans eum decessisse executus fueris mandatum, posse te agere mandati actione: alioqui [m] iusta, & probabilis ignorantia [n] tibi damnum afferret [o]. Et huic [p] simile est, quod placuit, si debitores manumisso dispensatore Titij, per ignorantiam liberto [q] soluerint, liberari eos [r]: cùm alioqui stricta [u] iuris ratione non possent liberari [s]: quia alij soluissent, quàm cui soluere debuerint.

Mandatum suscipere voluntatis est: susceptũ verò adimplere necessitatis: nisi congruo tempore illi renuntietur: quòd si aut non renuntietur, aut intempestiuè renuntiatum sit, mandati actio aduersus mandatarium competit: nisi iusta ratione excusetur.

11. ¶ Mandatum non suscipere cuilibet libertum est: susceptum autem consummandũ est, aut quam primùm [t] renunciandum, vt per semetipsum, aut per alium eandem rem mandator exequatur. Nam nisi ita renuncietur, vt integra causa mandatori reseruetur eandem rem explicandi: nihilominùs mandati actio locum habet: nisi iusta causa, [u] intercesserit aut non renunciandi, aut intempestiuè renunciandi.

† Simile in cap. in causis. vbi res non esset integra cũ gl. super verb. integra. extrà de elec.

† Nisi mandatum sit exequendum post mortem, vel mãdans de necessitate teneatur exequi.

a Dic quod in mãdata iurisdictione, res integra esse dicitur etiã per solam citationẽ. In mãdato verò procuratoris ad iudicia, si fit actoris per lit. contest. si rei, sufficit quod dominus pro tot scientẽ, vel volente satisfecerit. In procuratore autem ad negotia sufficit fecisse præparamenta necessaria: putà sine quibus principale negotium expediri non potest. *Angel.*

i ¶ *Rectè.* nam si non rectè, non est necesse reuocari: *vt suprà eod. §. illud.*

k ¶ *Euanescit.* speciale est in mandato, vt sic facilè reuocetur per voluntatem vnius partis tantùm. In aliis enim contractibus non sic: *vt Cod. de act. & oblig. l. sicut.* quæ est contraria huic. Et est ratio: quia hîc non statim interest, & ideò non statim hinc inde nascitur obligatio, quæ ex interesse datur: *vt ff. eod. l. si procuratorem. §. mandati actio.* & facit ad hunc *§. ff. de iurisd. omn. iu. l. & quia. & ff. de mino. l. quod si minor. §. Scaeuola. & Cod. de repu. haed. l. fi. & ff. de ritu nup. l. plerique.*

l ¶ *Item si adhuc integro.* sed vsque quo dicitur integrum? Respon. si mandata fuit emptio, donec arrhas dederit, vel aliàs se emptori obligauerit, & idem in similibus. Et (vt breuiùs accipias) si iam cœperit interesse mandatarij, non est res integra, aliàs sic: *arg. ff. eodem l. si procuratorem. §. mandati.* Si verò non est res integra, non finitur mandatum nisi in iudicio: *vt ff. de iudi. l. tam ex contractibus. §. fi.* Sed [a] quid prodest, si non finitur mandatum re non integra? Respon. quia per hæredem cœpta negotia debent consummari. *ff. pro socio. l. final.* licèt noua inchoare necesse non sit: *vt ff. de nego. gest. l. nam & Seruius. §. si viuo. & ff. pro socio. l. hæres socij.* quod non est re integra: cùm nullum cœptum sit.

m ¶ *Alioqui.* id est, si non posses agere. A CVRSIVS.

n ¶ *Probabilis ignorantia.* quæ est in facto alieno: *vt hic. & ff. eodem l. idemque. §. penultimo.* aliàs non est probalis: *vt ff. ad Velleianum. l. quamquam. & Cod. de rescindenda venditione. l. quisquis. & ff. de ædil. l. j. §. causa.*

o ¶ *Afferret.* quod esse non debet.

p ¶ *Et huic.* scilicet proximo casui.

q ¶ *Liberto.* primo dispensatori, & seruo. ACCVRS.

r ¶ *Liberari eos.* facit, *ff. si cer. pet. a. l. eius, qui in prouincia. & Cod. de solu. l. si cùm seruus.*

u ¶ *Stricta.* Strictæ iuris rationi. id est, stricto iuri. aduersum facit vtilitatem. ex quo apparet *vtilitatis* nomen in libris nostris æquitatem, & ius gentium significare, ex qua etiam vtiles actiones nomen acceperunt. *l. quia actionem. de præscr. verb. l. seruitutes. §. si sublatum. de ser. vrb. l. si longius. in fi. de iudic.* CVIAC.

s ¶ *Non possent liberari.* nisi in casibus: *vt infrà quib. mod. tol. obliga. in prin. dicemus.*

t ¶ *Quam primùm.* scilicet potest fieri.

u ¶ *Iusta causa.* putà casus fortuitus. [b] nã de dolo tenetur, & lata culpa, & leui, & leuissima, secundùm Bart. & Ioan. *vt C. eod. l. in*

b Mandatarius præstat dolũ, & culpã omnẽ: hoc est latam, leuem, & leuissimam.

c Mandati certam formam habentis fines excedere mandatarius non debet: incertã formã non habẽtis, ex bona fide fines mandati excedere potest.

d Quo casu nõ habet etiam vtilẽ: nisi in casibus piis, & necessariis: putà alẽdo liberos, vel faciẽdo id quod tẽdit ad exonerationẽ, vel etiasionem personæ, seu infamiæ mandãtis, *vt per Ioan. Fab. & Ang. hic.*

e Fullo. d Sarcina.

e Diuisio

l.in re mandata.& l.à procuratore. 2. Alij dicunt de leuissima mãdatarium non teneri:sed de dolo tantùm : quando gratia mandantis tantùm fit: vel de leui culpa: quando vtriusque gratia,instar aliorum contractuum: *vt ff. de regul.iur. l. contractus.* 3. Sed primum videtur verius, cùm hic contractus multum discrepet ab aliis contractibus.

ADDITIO. Tu dic quòd de lata, leui, vel leuissima culpa eatenùs tenetur, quatenùs id, quod venit in mandato, exactam, vel exactissimam requirit diligentiam. Ange

a ¶ *In summa.* id est breuiter amodò hunc tit. expediamus.

b ¶ *Negotij.* id est contractus.

c ¶ *Mercede.* scilicet vt mercede : vt quia aliàs non erat patiturus mãdato. si autem aliàs pariturus erat, & constituatur aliquod salarium gratia [a] remunerandi, non minus erit mandatum: *vt ff. eod.l.si remunerandi. j. respon.* ¶ Et ad huius rei euidẽtiam distingue : quia aut est incertum re. & genere: putà si dicam tibi, Bene tetribuam tibi hoc seruitium, vel recognoscam.& tunc non potest peti quicquam: *vt Cod. eod.l.salarium.& ff. eod. l. qui mutuam. §. salarium.* [b] Aut certum genere,licèt incertum specie:vt dabotibi equum, vel par vestimentorum : & tunc potest dici quòd valeat conuentio salarij, cùm non sit prorsus incertum: *vt ff. eod. l.si fideiussor. in gloss.* j. secùs in his, quæ pondere, vel numero consistunt : *vt ff.de leg.* j.l. *si hominem.* Si autem certum omnino: tunc aut stipulatione promittitur, & tunc certi condictione petitur.Si autem sine stipulatione, & incontinenti ante mandatum, vel post: petitur actione ex eo contractu: scilicet contraria mandati informata. Si autem ex interuallo,scilicet postquam contrahentes ad alia diuertissent negotia,petitur officio [b] iudicis: *vt* C. *eod.l.j.& ff.eo. l.salarium. & Cod.de pact.l. petentes. & ff.de duobus reis.l. duos. in fin.* ACCVRS.

c ¶ *Interueniente mercede.* sc. in pecunia numerata : *vt diximus* §. *in prin.* Item hæc regula generalis est vera,nisi sit talis persona, quæ non consueuerat locare operas suas : vel res talis, quæ non consueuerat locari : tunc enim non locati: sed præscriptis verbis agitur : *vt ff. de præscriptis verbis. l. si tibi. & l. naturalis. §. at cum do.*

d ¶ *Fulloni.* Fullo [c] est,qui lauat,& tingit pannos,& etiam polit eluendo superflua.Sed sarcinator [d] econtrà, qui sarcit, & addit vbi est scissum vestimẽtum, vel pannus,& consuit.Vnde dicitur, Iste habet sarta tecta:quia cùm essent fracta,sunt reparata ex quibusdam adiunctionibus: *vt ff.de vsufruct.l.hactenùs.*Et dicitur sarcinator à sarcina : & significat propriè eum, qui plurimùm vestium sumit. Aliquando etiam pro sutore accipitur: vt hîc.

e ¶ *Actio.* imò videtur præscriptis verbis competere: *vt suprà loc.* §. j. solue vt ibi.

a Potest tamẽ officio iudicis peti,sicut quãdo nullo modo fuit promissum : dummodò non cõstet quòd sine præfatis verbis gratis fuisset pariturus. *Angel*

b Salarium ad uocati, & procuratoris petitur officio iudicis.

† alàs de obligationib.ꝙ quæ ex contractu.

† *Sic ff. & C. de nego.gestis.*

† Simile in cap. in causis. vbi non esset integra cũ gl. super verb. integra. extrà de elec.

† Nisi mandatum sit exequendum post mortem, vel mãdans de necessitate tenetur exequi.

c Fullo.
d Sarcinator.

12. ¶ Mandatum & in diem differri, & sub conditione fieri potest.

Mandatum debet esse gratuitum : aliàs transit in alium contractum. Aretinus.

13. ¶ In summa [a] sciendum est, mandatum nisi gratuitum sit, in aliam formam negotij [b] cadere. Nam mercede constituta incipit locatio, & conductio esse. Et,vt generaliter dicamus, quibus casibus sine mercede suscepto officio mandati, siue depositi contrahitur negotium, his casibus interueniente mercede [c] locatio,& conductio intelligitur contrahi. Et ideò si fulloni [d] polienda, curandáve quis dederit vestimenta,aut sarcinatori sarcienda,nulla mercede constituta, neque promissa: mandati competit actio [e].

DE OBLIGATIONIBVS, quæ ex quasi † contractu nascuntur +

TITVLVS XXVIII.

Valet argumentum à sufficienti partium enumeratione. Aret.

e Diuisio.

POst genera.] Totus iste titulus diuiditur [e] principaliter in duas partes. Primò ponit continuationem rubricæ : de qua est tractaturus Secundò illud per exempla declarat. Secunda ibi: *Igitur cùm quis.* CASVS. Istum titulum continuat Iustini. cum præcedentibus, ita dicens,quòd post genera contractuum enumerata dispiciendum est de quibusdam cõtractibus siue obligationibus, quæ ex contractu propriè nascuntur : quia tamen non oriuntur ex maleficio, nec ex quasi maleficio, supple per totum titulum istum, vt bona sit illatio: nec ex contractu, & dictum est in principio. relinquitur ergo quòd ex quasi contractu nascãtur. vnde de huiusmodi contractibus, siue obligationibus notat dominus Iustinianus plura exempla. Et primum exemplum est tale : Aliquis gessit negotia absentis alicuius sine mandato: ex ista gestione nascuntur duę actiones. 1. nasci possunt Si enim bene gesserit negotia absentis, datur sibi actio neg. gest. contraria contra eum,cuius negotia gessit,ad repetendum illud quod impendit. Si autẽ malè gessit, datur actio nego. gesto. directa ei, cuius negotia gesta sunt, contra gerentem. Sed domine, quæ est differẽtia inter has duas actiones? Et dicit quòd quo ad effectum nulla est differentia: sed subtilitate iuris talis est differentia, quòd actio illa, quæ datur domino contra gerentem, vocatur directa : illa autem, quæ datur gestori contra dominum, vocatur contraria, vt dictum est. & nascuntur istæ duæ actiones, vt suprà dictum,quando aliquis sponte, & sine mandato accedit ad negotia alterius gerenda,& vt putà absentis:& si ea bene, & vtiliter gerit, habet eum, cuius negotia gerit, & ignorãtem, & inuitum sibi obligatum. & hoc maximæ vtilitatis causa factum fuit, siue institutum. scilicetne negotia negotiatorum, qui subita festinatione compelluntur abesse, nulli demandata negotiorum suorum gestione,deserta relinquerentur: quod contingeret, nisi huiusmodi actiones negotiorum gestoribus darentur. Nullus enim sine mandato accederet ad nogotia aliena gerenda, si de eo, quod impendisset, ad illud recuperandum nullam haberet actionem. In versiculo, *Sicut autem.* casus est talis: Suprà dictum est, quòd ille, qui sine mandato vtiliter gessit negotia absentis : si aliquid de suo impendit, poterit illud recuperare per actionem negot. gest. contrariam. Eodem modo & econuerso : scilicet si malè se habuerit gestor in gerendo negotia absentis, domino tenetur actione negotiorum gestorum directa. & hac ratione ad reddendas rationes administrationis suæ tenetur gestor præstare exactam diligentiam : & non sufficit quòd talem diligentiam adhibeat, qualem in rebus suis adhibere solet & hoc est verum, si alius diligentior eo accessisset ad negotia illa gerenda, si ipse ea non gessisset. hoc dicit. Franciscus.

f ¶ *Genera.* id est maneries, vel diuersitates contractuum: *vt suprà de oblig.§.si. vsque huc.*

g ¶ *Ex maleficio.* subaudi,vel quasi: vt sit bona argumentatio. *sis infrà de oblig.qua ex quasi maleficio. in prin.*

h ¶ *Igitur.* quia de his obligationibus, quæ ex quasi contractu sunt, dicere debemus, incipiamus de hac, quæ ex sola prouenit amicitia: *vt infrà eod.* §.

i ¶ *Vltrò, citroque.* id est hincinde possibile est eas nasci. nam ex vna parte tantùm quandóque agitur : vt si alterius non interfit :sed sua tantùm. ADDITIO. Not. verba legalia significare habilitatem, & pœnitentiam : licèt semper significare non possint : *vt not. suprà de iustit. & iur. in principio.* secundùm Christophorum.

a ¶ *Vltrò, citroque.* contractus est negotiorum, ex quo mutua actio, mutuáque obligatio nascitur: & ea quidem actio vel vtinque directa est:vel hinc directa;illinc cõtraria Directa:id est,principalis: Contraria: id est,quæ principalis non est : sed ex contrario in eum datur, cui principalis actio competit. Aut igitur vno tantùm ex latere principalis est actio: aut vltrò, citróque. Contraria actio principalis non est:quia ea indemnitati tantùm consulitur ; quamobrem nec famosa est, neq; in ea iuratur in litem. *l.ei, apud quem.C.depositi.* CVIAC.

k ¶ *Negotiorum autem gestori.* licèt etiam vnum negotium sit gestum,

gestum. *ff. de nego. gest. l. iij. §. j. versi. negotia. sic infrà vi bono. rapt. in prin. & ff. vi bono. rapt. l ij. §. quod ait prator.*

a ¶ *Sine mandato.* scilicet eius, cuius negotia gesserit. & sic soluitur, C. *de neg. gest. l. si mandatum.*

a Negotiorum gestor certis in casibus non repetit, quod impendit.

b ¶ *Idque.* scilicet vt repetat quod impendit, nisi [a] denunciatio inhibeat: *vt Cod. de neg. gest. eo. l. fin.* Vel paterna affectio: *vt C. eo. l. si paterno. & l. quod in vxorem. & ff. eod. de neg. gest. l. is, qui.* ¶ Vel obsequium, quod est si libertus patroni neg. gerat: *vt Cod. eod. l. officio.* His enim casibus nihil repetitur, alioqui quandóque repetitur in quantum locupletior est: vt dicemus *infrà. §. proxi.*

c ¶ *Desererentur negotia.* quod in multis noceret: *vt ff. eo. l. j.* Accvrs.

d ¶ *Nullam.* cùm neminem sit verisimile suam pecuniam iactare, vel effundere: *vt ff. de proba. l. cùm de indebito. §. qui enim.*

e ¶ *Obligatum.* scilicet in solidum: dummodò sit vtiliter cœptum negotium, licèt diuersus exitus sit secutus: *vt ff. e. l. sed an vltrò. §. j.* In casibus tamen non tenetur in solidum: vt si pupillus est cuius negotia sunt gesta. 2. Item si animo deprædandi gessit: *vt ff. eo. de nego. gest. l. si pupilli. j. respon. & §. sed & si quis negotia mea.*

b Noua negotia insolita. sùt enim tria genera negotiorum: consuetũ, insolitum, & desertum, *in l. si negotia. ff. eod.*

3. Item & si ad noua [b] negotia gerenda accessit: *vt ff. eo. l. si quis negotia.* 4. Item si pacto [c] hoc actum est: *vt Cod. eod. l. negotium.* 5. Item & si fuit in culpa gerens: *vt ff. eod. l. sine hereditarix.* 6. Item si fuit in mora: *vt ff. de leg. j. l. cũ res. §. fi.* Additio. Et est ratio: quia in omnibus istis casibus gerens tenetur etiam de casu fortuito, & in eis non sufficit esse cœptum vtiliter, nisi vtilitas perduret: *vt no. glo. in l. si negotia. in verbo, sit solitus. ff. de negot. gest.* Angel.

c Pacto. i. si casum cepit in se per pactum.

d Negotiorum gestor an, & quando præstet dolum: culpam, & casum.

f ¶ *Ad exactissimam.* ¶ Not. gestorem [d] interdum de dolo solo, & lata culpa teneri: vt si ad deserta neg. accessit. *ff. de neg. gest. l. iij. §. interdum.* Quandóque de dolo, lata culpa, & leui: & hoc regulariter: *vt Cod. eo. l. tutori. & ff. eo. l. si pupilli. §. fi. 3.* Quandóque de leuissima: vt quando alius diligẽtiùs volebat administrare, vt hîc dicitur, *& ff. eo. l. si pupilli. §. videamus. 4.* Quandóque de casu: vt in his casibus vbi agitur in quantum dominus locupletior est: *vt modo suprà diximus in eod. §.* Accvrs. Additio. Et hæc vera in gestis. de neglectis autem tenetur, siue gerere incœpit, & postea dimisit: siue non incœpit: dummodò à principio vt omnia gesturus accesserit. Idem si non vt omnia gesturus, si aliàs diligens erat gesturus: aliàs secus. Ange.

Tutores quoque.] Casvs. Viso vno exemplo de obligatio. quæ ex quasi contractu nascuntur: videndum est de alio. Non solùm enim gestores negotiorũ tenentur sine mandato, quasi ex contractu: verùm etiam tutores, qui tutelæ officio tenentur, ex quasi contractu obligantur. Nullum enim negotium inter pupillum, & tutorem geritur: sed quia non tenetur ex contractu, nec ex maleficio, vel quasi supple: ex quasi contractu teneri videtur: & nascuntur actiones hinc inde. Ex ista enim obligatione nascitur actio directa pupillo contra tutorem: contraria verò nascitur tutori contra pupillum ad petendum si aliquid impendit de suo in negotiis pupilli: aut si aliquid est ei abfuturum, vt si pro pupillo alteri fuit obligatus. h. d. Franc. de Aret.

g ¶ *Tutores.* scilicet quondam. nam quandiu est tutor, non oritur obligatio: *vt ff. de tutę. & ra. distra. l. si tutor. §. fi. & l. non datur.* Azo.

h ¶ *Ex maleficio.* subaudi, vel quasi: vt bona sit illatio. Accvrs.

contraria, quas ex nullo contractu propriè nasci manifestũ est. quippè ita nascuntur istæ actiones, si sine mandato [a] quisque alienis negotiis gerendis se obtulerit. Ex qua causa hi, quorũ negotia gesta fuerint, etiam ignorantes obligantur. idque [b] vtilitatis causa receptum est: ne absentium, qui subita festinatione coacti, nulli demandata negotiorum suorum administratione, peregrè profecti essent, desererentur negotia [c]: quæ sanè nemo curaturus esset, si de eo, quod quis impendisset, nullam [d] habiturus esset actionem. Sicut autem is, qui vtiliter gesserit negotia, habet obligatum [e] dominũ negotiorum: ita & contrà iste quoque tenetur vt administrationis reddat rationem. Quo casu ad exactissimam [f] quisque diligentiam compellitur reddere rationem: nec sufficit talem diligentiam adhibere, qualem suis rebus adhibere solet: si modò alius diligentior eo, commodiùs administraturus esset negotia.

Ea, quæ inter tutorem, & pupillum ex gestione tutelæ oritur obligatio, ex quasi contractu nasci dicitur: ex qua tutelæ actio directa, & contraria resultat: prima pupillo datur: vt tutelæ rationem consequatur: reliqua tutori, vt quod ei pupilli nomine abest, recuperet.

2. ¶ Tutores [g] quoque, qui tutelæ iudicio tenẽtur, non priè ex contractu obligati esse intelliguntur: (nullum enim negotium inter tutorem, & pupillum contrahitur) sed quia sanè non ex maleficio [h] tenẽtur: quasi ex contractu teneri videntur. Hoc autem casu mutuæ sunt actiones. Non tantùm enim pupillus cum tutore habet tutelæ actionem [i]: sed ex contrario tutor cum pupillo habet contrariam [k] tutelæ, si vel impenderit aliquid in rem pupilli, vel pro eo fuerit obligatus [l], aut rẽ suã creditoribus eius obligauerit.

Habentes rem aliter, quàm ex contractu societatis, communem: vltrò, citroque ex quasi contractu obligantur: quæ obligatio actionem familiæ erciscundæ, & communi diuidundo producit.

3. ¶ Item si inter aliquos communis res sit sine societate [m], veluti quòd pariter eis legata, donatáve esset, & alter eorum alteri ideò teneatur communi diuidundo iudicio, quòd solus fructus ex ea re perceperit, aut quòd socius eius [n] solus in eam rem necessarias impensas fecerit: non intelligitur ex contractu propriè obligatus esse: (quippè nihil inter se contraxerint) sed quia ex maleficio [o] non tenetur: quasi ex cõtractu teneri videtur.

4. ¶ Idem iuris [p] est de eo, qui cohæredi [q] familiæ erciscundæ iudicio ex his causis ¶ obligatus est.

i ¶ *Actionem.* scilicet directam. tenetur etiam aliis actionibus tutor: *vt diximus suprà de Atil. tut. §. fi.* & ita habes hoc §. actionem [a] tutelæ directam, & contrariam esse ex quasi contractu. ¶ Quid de actione protutelæ? Respon. idem [b], cùm ad instar actionis tutelæ sit inducta: *vt ff. de eo, qui pro tut. nego. gess. l. j. §. pro tutore.*

a Tutelæ directa, & contraria actio est ex quasi cõtractu.

b Actio protutelæ directa, & contraria est ex quasi contractu.

k ¶ *Contrariam.* quam finita tutela demùm intendit, vt modò diximus de directa: *vt ff. de contra. act. tut. l. j. §. final.* Accvrs.

l ¶ *Obligatus.* vnde abfuturum est: quod perinde est, ac si iam abesset: *vt de nego. gest. l. vj. in fi. & l. si quis mandato. in fi.*

Item si inter aliquos, &c.] Casvs. Vidistis iam duo exẽpla de obligationibus, quæ ex quasi contractu nascuntur: modò ponit hîc dominus Iustinia. tertium exemplum, dicẽs: Si inter aliquos fuerit res aliqua communis sine societate: vt quia eis pariter fuerit legata, vel donata: si vnus eorum alteri teneatur iudicio communi diuidundo, & hoc vel quia alter solus in re communi fecerit impensas, vel quia ipse solus fructus ex ea re ceperit: tunc non intelligitur propriè obligatus ex contractu, eò quòd nihil inter se contraxerint: sed quoniam ex maleficio, vel quasi supple, nõ tenetur: ex quasi contractu teneri videtur. Idem iuris videtur de eo, qui cohæredi suo obligatur, vel quia cohæres in re communi fecerit impensas necessarias: vel quia ipse solus fructus perceperit. cùm enim inter se non contraxerint, nec ex maleficio sit obligatus, vel quasi, ideò ex quasi contractu obligatus videtur. h. d. Franc.

m ¶ *Sine societate.* Tunc enim ageretur pro socio [c] scilicet si esset societas. Videtur tamen quòd hic §. sibi ipsi contradicat. nam nunc dicit quòd non est societas: & posteà dicit, socius eius, &c. Sed dic quòd non est societas vera: sed quædam incidens: nam vera contrahitur consensu: *vt suprà de obliga. ex consensu. in princ.* Hæc autem præter spem: *vt in hoc §. dicitur.*

c Accursius præsupponit communi diuidundo hîc non agi: quod est falsum *per l. 2. ff. communi diuidundo.* Dic igitur rẽ hîc cõmunẽ dici fine societate: quia aliàs esset contractus: & non quasi: de quo hîc agit. An autem expensæ per vnũ ex fratribus factæ debeant ei in diuisione imputari: vide Io. Fab. hîc.

n ¶ *Socius eius.* id est consors eius. impropriè enim ponitur, vt modò diximus.

o ¶ *Ex maleficio.* sub. vel quasi: vt sit bona illatio: *vt suprà eodem in princip.* & facit ad hunc §. *ff. famil. erciscun. l. hæredes. §. non tantum. in fi. §. & ff. communi diuidun. l. ij. in fin. j. respon. & ff. pro socio. l. vt sit pro socio. & l. actione. §. si post distractam.* Accvrsivs.

d Familiæ erciscundæ, & cõmuni diuidundo differentię.

p ¶ *Idem iuris.* non [d] per omnia: quia superior scilicet communi diuidundo, pro rebus singularibus competit: hæc autem ad vniuersitatem: *vt suprà §. proxi. & ff. pro socio. l. pro socio arbiter.* 2. Item superior pluries intendi potest: hæc autem semel tantùm: *vt ff. famil. erciscun. l. si filia. §. familia. & Cod. famil. erciscun.*

q ¶ *Qui cohæredi.* Ver. *qui cohæredi suo.* finium regundorum non est in personam, nisi ex maleficio. Communi diuidundo, & familiæ erciscundæ sunt in personam quasi ex contractu. Petitio hæreditatis, quæ etiam mixta est actio, est quasi ex contractu. Cviac.

q ¶ *Ex his causis.* quas superiori §. diximus.

Hæres quoque, &c.] Casvs. In proximo §. dictum est quòd hæres si sit cohæredi obligatus ex causis suprà dictis, scilicet si fructus rei communis solus percepit, vel si cohæres suus in rem communem impensas fecerit necessarias: quòd tunc ex quasi contractu intelligitur obligatio contracta. Sed quid dicetis de hærede,

c Soluens præsupponit communi diuidundo hîc non agi: quod est falsum *per l. 2. ff. communi diuidundo.* Dic igitur rẽ hîc cõmunẽ dici fine societate: quia aliàs esset contractus: & non quasi: de quo hîc agit. An autem expensæ per vnũ ex fratribus factæ debeant ei in diuisione imputari: vide Io. Fab. hîc.

de hærede, qui obligatus est legatario: obligatúrne ex quasi contractu? Et respon. dominus Iustinianus, dicens quòd ex contractu non est obligatus legatario, eò quòd nullum negotium gessit legatarius cum hærede, neque cum defuncto: nec ex maleficio, nec ex quasi, supple: quare intelligitur obligatus ex quasi contractu. hoc dicit. Franciscus.

a ¶ *Ex maleficio.* subaudi vel quasi.

b ¶ *Intelligitur.* scilicet actione ex testamento: *vt suprà de leg. §. nostra.*

a Rei vindicatio, quæ datur legatariis, non est ex quasi contractu.

¶ Rei vindicatio autem, quæ datur: *vt in e. §. dicitur.* nunquid est ex quasi contractu? Respondeo non puto: quia non est obligatio: vnde non debet dici ex contractu, vel quasi: *vt j. de actio. §. j.*

b Imò non idē dicendum: differunt enim: quia rei vindic. nulla præcedente oblig. ex solo dominio causatur: sed hypothecaria ex conuētione: & præsupponit obliga. personalē esse, vel fuisse: ideò in ea dicidē, quod in actione ex testamento, *secundum Io. Fabr. & Angel. hic.*

¶ Idem b scilicet quod in rei vindicatione, de hypothecaria dico, quæ similiter legatariis datur: *vt C. communia de leg. l. j. & in d. §. nostra. §. de leg.* ¶ Sed vnde nascitur hic quasi contractus, vel vnde oritur actio ex testamēto? Resp. adeundo hæreditatem hæres quasi contrahere videtur: *vt ff. quibus ex caus. in poss. eatur. l. apud Iulianum. §. fi. & l. sequenti.* ¶ Item quid de petitione hæreditatis? Respon. & hæc est ex quasi contractu: cùm is non contraxerit, qui possidet pro hærede, vel pro possessore. nec etiam deliquit, vel quasi. vnde sequitur ex argumentis, quæ fiunt in hoc titulo, quòd sit ex quasi contractu. Item quid de actione finium regundorum? Respon. idem: quia & illa habet similitudines multas cum actione familię erciscundæ, & communi diuidundo, & cum petitione hæreditatis: *vt infrà de actio. §. quadam. & ff. de peti. hæred. l. si bona fidei. §. petitor autem hæreditatis. & l. sed & si lege. §. petitio hæreditatis.*

Item is, cui quis.] CASVS. Iam habuistis multa exempla de oblig. quæ fiunt ex quasi contractu. Adhuc restat vnum exemplum: veluti si quis credens se debere Titio centum, cùm in veritate sibi in nullo tenetur, per errorem soluerit indebitum: habet Titium, cui ista centum soluuntur indebita, obligatum, & non ex contractu propriè: imò videtur magis ex distractu obligatus. Dicitur ex distractu: quia qui soluendi animo pecuniam dat, potiùs eam dare videtur, vt distrahat, quàm vt contrahat: nec ex maleficio est obligatus, vel quasi, supple: quia per diuisionem illam *suprà de obligationibus. §. sequens diuisio.* apparet quòd ex quasi contractu obligatus est. vnde iste, qui indebitum accepit, perinde obligatur, ac si mutuum ei daretur. & hoc verum est quantum ad effectum obligandi, & non quantum ad nomen obligationis, vel actionis. h. d. Franc.

c Soluens contrahere negotium aliquod intelligitur.

c ¶ *Debere videtur.* Nam c eo ipso quòd soluit, aliquid negotij contrahere videtur: *vt ff. de cond. inde. l. si in area.* Cùm ergo sit ex quasi contractu: ad quid ponitur hæc condictio indebi. inter actiones, siue obligationes ex contractu suprà *quibus modis re contrahitur oblig. §. j. quæ est huic contra?* Respon. vt ibi in fi. §. diximus. in glos. *conductitia.* ADDITIO. Respon. quòd ideò hæc condictio indebiti fuit apposita inter obliga. quæ re contrahuntur: non quia dicatur prouenire ex contractu: sed quia non potest sine re sustentari. ibi igitur posita fuit, vt eius substantia denotetur: hìc autem etiam posita fuit, vt eius insinuetur origo: quia ex quasi contractu trahit originem. Christoph.

d ¶ *Suprà diximus.* vt *suprà quibus modis re contrah. obligatio. §. is quoque.* ACCVRS.

d Locupletari nemo debet cum aliena iactura.

c ¶ *Obligatur.* scilicet benignitate inspecta, quæ præualet: *vt C. de iudic. l. placuit.* nam nemo d debet locupletari cum aliena iactura: *vt ff. de condictio. indeb. l. nam hoc natura.*

f ¶ *Condictione.* scilicet indebiti: & ita transit dominium in accipientem. aliàs enim condictio nulla daretur, nisi contra furem: *vt ff. vsufru. quemadmodum ca. l. fin.* Sed contrà, *ff. de acquir. re. do. l. si procurator.* Solu. multum interest e an error sit in obligatione, an in re. Primo casu transit dominium, vt hìc dicitur, & condictio oritur. Secundò verò nec transit dominium, nec oritur actio: vnde agens exceptione repellitur: *vt ff. man. i. seruum Titij.* ACCVRS.

e Erroris in re, vel in obligatione differentia.

Ex quibusdam.] CASVS. Iste §. non est propriè pertinens ad titulum istum: sed ponitur hìc gratia vberioris doctrinæ ad proximam materiam de indebito. ¶ Et pone casum sic: Suprà dictum est quòd si aliquis soluit alicui indebitum per errorem, quòd ille, qui indebitum recipit, soluenti obligatur ex quasi contractu: & iste, qui soluit, à recipiente pecuniam illam repetere potest. Aliquando tamen in aliquibus casibus non est ita: veluti si quis soluerit indebitum ex causa illa, quæ ex inficiatione crescit. Est & aliud exemplum in legato relicto: & hoc verum erat: sed non in omni legato. Quatuor enim olim erant genera legatorum: scilicet per vindicationem, per damnationem, per sinendi modum, & per præceptionem: *vt suprà de leg. §. j.* Illud autem beneficium, per quod crescebat legatum per inficiationem, solummodò locum habebat in relicto per dānationem: sed cùm vna hodie fit natura omnium legatorum, & etiam fideicommissorum: *vt suprà de leg. §. nostra autem constitutio.* Ideò non distinguitur hodie qualiter legetur: sed cui legetur. Si enim sacrosan. Eccle. vel aliis venerabilibus locis, quę religionis, vel pietatis intuitu decorantur, aliqua legata sint: huiusmodi legata per inficiationem crescunt: & si huiusmodi locis legata indebita soluuntur, non repetuntur. h. d. vsque ad finem. Franc.

Indebitum soluitur ex quasi contractu.

Si in eo causarum genere, quæ inficiando duplantur, indebitū solutū fuerit, repetitio cessat: ideo quod ex lege Aquilia, vel legato, religionis, & pietatis intuitu venerabilibus locis facto solutum est, non repetitur.

7. ¶ Ex quibusdam g † tamen causis repeti non potest, quod per errorem h non debitum solutum sit. Sic nanque definierunt veteres, ex quibus causis inficiādo lis crescit, ex iis causis non debitum solutum repeti nō posse, veluti ex lege Aquilia i, item ex legato k. quod veteres quidē in his legatis l locū habe-

† Hic §. respicit tit. de condi. inde. ff. & C. Huius §. & Gl. facit mentionem Glos. 1. in c. vlt. in mē. extrà de fol.

g ¶ *Ex quibusdam.* iste §. non facit ad hunc titulum: sed ponitur hìc gratia vberioris doctrinæ ad proximam materiam de indebito.

a Solutum per errorem indebitum octo casibus repeti non potest.

h ¶ *Quod per errorem.* licèt ponat vnum casum tantùm, in quo solutum per errorem a indebitum, non potest repeti: tamen & alij sex sunt: vt si scienter soluit indebitum: nam non habet locum repetitio: *vt ff. de condict. indeb. l. j.* 3. Item propter sententiam solutum etiam indebitum non repetitur: *vt C. de condi. inde. l. j.* 4. Item propter transactionem: *vt ff. de condi. indebiti. l. in summa. in princ. ver. & quidem. & Cod. eo. l. ij.* 5. Item si iurauit quis sibi deberi etiam indebitum, deferente aduersario, & fuerit solutum, non repetitur: *vt ff. de iureiuran. l. nam posteà.* §. j. 6. Item quando soluitur in causa, quæ per inficiationem b crescit: *vt ff. eod. de condict. indebit. l. eleganter. §. fina. in glo. fin. &* C. *eod. de condi. inde. l. ea, qua. & hic dicitur.* 7. Item causa pietatis solutum indebitum non repetitur: *vt ff. de condi. l. cùm v. §. si mulier.* 8. Item si est ab alio debitum, licèt sit indebitum ab eo, qui dedit: *vt Cod. de peti. hæredi. l. de hæreditate.* ADDITIO. Intellige si nomine debitoris soluerit, aliàs secùs. *l. si pœna.* §. j. *ff. de cond. indeb.* Ange.

b Quādo causa crescat per inficiationē, declarat *Gl. 1. 2. & 3. in l. ea, quæ. C. eo.*

i ¶ *Ex lege Aquilia.* vt si soluam emendando damnum ab alio datum, quasi ego dedissem: videor enim confiteri me damnum dedisse, quod ab alio datum est c. Nam si à nullo datum est, non impediar repetere: sicut nec mihi præiudicat confessio mea, si à nullo datum esset damnum: *vt ff. ad legem Aquil. l. inde Neratius. §. fin. & l. sequen. & ff. de interrogat. actio. l. qui seruum.* §. j. & §. ij. *in fine.* ¶ Sed nunquid hæc sunt vera siue in iure, siue in facto erret is, qui soluit? Respond. cùm lex illa, *Cod. eodem titu. de condict. inde. l. ea, quæ.* non distinguat, nec ego distinguam: *& est argu. ff. vt in posses. l.* j. Sed quia distinxerunt, vt si errauit in iure, non repetat: si in facto, repetat. Primæ tamen sententiæ sto: *vt ff. eodem. de condict. indebi. l. sed & si me putem.* Sed contra hunc §. est, *ff. de condict. indeb. l. si eleganter. §. fina.* Solu. illa erat d pœnalis à principio: hæc autem ex inficiatione; *vt hic dicitur, & infrà, de actio. §. sed furti.*

c Vel dic rationem: quia videtur se luisse propter dubiū probationis, vt euiter dolū, ex quo insurgit quædam ficta trāsactio, quę repetitionem impedit.

k ¶ *Item ex legato.* quod & ipsum per inficiationem crescit: *vt infrà de actio. § item mixta.*

d Confitendo se cōmisisse delictū licèt quis sibi præiudicet ciuiliter ad pœnā temporalē: secùs tamen si agitur crimina liter ad pœnā corporalē. Ratio differentiæ est: quia illic est arbiter suorū bonorum: hic verò nō est dominus suorum membrorum. *vide Ang. hic*

l ¶ *In his legatis.* scilicet indebitè solutis quantum ad soluentem: debitè tamen quantum ab alio: vt & modò diximus in lege Aquilia: & hoc secundùm quosdam. Sed P. contrà. dicit enim de indebito à quolibet: & sic differt à superiori proximo casu: & est speciale in hoc legato, de quo hìc dicitur: e aliàs autem: id est in alio legato distinguo: aut soluitur scienter indebitum legatum quocunque modo, & tunc non repetitur: *vt ff. de condictione indebit. l. fideicommissum.* Si autem per errorem iuris, idem est, vt non repetatur, si est debitum naturaliter: sed ciuiliter indebitum: *vt Cod. ad legem Falcidiam. l. error.*

e Et est ratio: quia licèt cesset causa indebiti: tamen nō cessat cōiectura pietatis, quę impedit repetitionem: *vt l. cū v. §. mulier. ff. de condi. indebiti.* præsertim cùm non sic euidēter relictū non esse: sicut dampnum datū non esse apparere nō possit. *Ang.*

l. error. Nisi sit minor, qui repetit vtroque casu per restitutionem in integrum: *vt C. si aduersus solu. l. y.* Si verò per errorem facti, repetitur: *vt C. de condict. indeb. l. fideicommissum.*

a ¶ *Per damnationem.* vt per hæc verba, Damnas esto hæres illum ære alieno liberare. *vt suprà de lega. §. sed & tale.*

b ¶ *Cuique.* aliàs cuicunque.

c ¶ *Constitutio.* vt *Cod. commu. de leg. l. y.*

d ¶ *In omnibus legatis.* id est in omnibus generibus legatorũ: quorum quatuor erant genera: *vt suprà de leg. §. j.*

e ¶ *Legatariis.* vt eis solutum indebitum non repetatur.

f ¶ *Religionis.* vt monasteriis.

g ¶ *Pietatis.* vt hospitalia, & similia, quæ nominantur *in Authen. de non alie. §. nos igitur coll. y.*

re voluerunt, quæ certa cõstituta per damnationem[a] cuique[b] legata fuerant. Nostra autem constitutio[c] cùm vnam naturam omnibus legatis, & fideicommissis indulsit, huiusmodi augmentum in omnibus legatis[d], & fideicommissis extendi voluit: sed non omnibus legatariis[e] hoc præbuit: sed tantummodò in his legatis, & fideicommissis, quæ sacrosanctis Ecclesiis, & cæteris venerabilibus locis: quæ religionis[f] vel pietatis[g] intuitu honorantur, relicta sunt: quæ si indebita soluantur, non repetuntur.

PER QVAS personas nobis obligatio acquiritur.

Continua istam rubricam: vt hic in nigro in princ. Dictum est suprà de obligationibus tam de illis, quæ contrahuntur re, verbis, literis, & consensu, quàm de aliis. nunc sequitur videre per quas personas nobis acquiritur obligatio.

PER QVAS PERSONAS nobis obligatio acquiritur.

TITVLVS XXIX.

Obligatio acquiritur etiam per seruum, vel filium: per seruum quidem in totum: per filium autem quo ad commodum vsusfructus. Aretinus.

Xpositis] Totus iste titulus diuiditur in tres partes. Primò ostenditur quomodo nobis acquiritur per illos, qui sunt in totum in dominio, vel potestate nostra. Secundò quomodo per illos in quibus habemus aliquod ius, vel qui seruiunt nobis bona fide. Tertiò quomodo acquiritur per illos, qui sunt in dominio nostro pro parte. Secunda ibi; *Item per liberos.* Tertia ibi; *Communem.* CASVS. Dicit Iustinianus, quòd non solùm per nosmetipsos nobis acquiritur aliquid: sed etiam per eos, quos in potestate habemus, veluti per seruos, ac filios nostros. Sed domine, estne differentia inter illud, quod acquiritur alicui per seruum: & illud, quod acquiritur alicui per filium? Et respond. quòd sic. Quod enim ex obligatione aliqua per filium meũ mihi acquiritur, illud mihi acquiritur quo ad vsumfructum: filio autẽ quo ad proprietatem. *Cod. de bo. quæ lib. l. fin.* & hoc verum est, nisi obligatio fuerit ex castrensi peculio, vel quasi: tunc enim nec quo ad vsumfructum, nec quo ad proprietatem patri acquiritur, quod ex tali obligatione filio debetur. Ex omni enim causa aduentitia acquiritur proprietas rei filio per obligationem in personam filij factam, & vsusfructus patri: & competit etiam actio patri, & non filio. hoc dicit. Franc.

Xpositis generibus obligationum, quæ[h] ex contractu, vel quasi ex contractu nascũtur, admonendi sumus acquiri nobis non solùm per nosmetipsos: sed per eas quoque personas, quæ in nostra potestate sunt: veluti per seruos, & filios nostros: vt tamen[i] quod per seruos nostros nobis acquiritur[k], totũ nostrum fiat: quod autem per liberos, quos in potestate habemus, ex obligatione fuerit acquisitum, hoc diuidatur secundùm imaginem[l] rerũ proprietatis, & vsusfructus, quam nostra decreuit constitutio[m]: vt quod ab actione commodum perueniat, huius vsumfructum quidem habeat pater: proprietas autem filio seruetur: scilicet patre actionem[n] mouente, secundùm nouellæ nostræ cõstitutionis diuisionem[o].

Liberi, & serui alieni bona fide possessi, & serui vsufructuary, & vsuary acquirunt nobis ex re nostra, & ex opera ipsorum. Aretinus.

1. ¶ Item per liberos homines[p], & alienos seruos, quos bona fide possidemus, acquiritur nobis: sed tantùm ex duabus causis: id est, si quid ex operis suis, vel ex re nostra acquirant.

2. ¶ Per eũ quoque seruum, in quo vsumfructum[q], vel vsum† habemus, similiter ex duabus istis causis nobis acquiritur.

a Differentia huius tituli à titulo *per quas personas nobis acquiritur* libri secundi suprà.
b Rerũ acquisitio differt ab obligatione.
Aliud est enim acquirere, aliud obligare.
c Differentia huius tituli à titulo de stipulatu seruorũ.
d Ac proinde constat patri per filium quæri: at qualiter ex patris stipulatione filio acquiritur: vide hic apud Bald.
e Imaginaria diuisio fit in incorporalibus.

a Aduentitiorum proprietas filij est.

b Filiofamiliàs olim quinque actiones competebant ratione proprietatis, quas tamen nõ exercebat,

c Aduentitia omnia hodie filio adquirũtur proprietate.

d Liber homo quãdóque bona, quãdóque mala fide possidetur, quandóque neutro modo

† Vsuarius est qui operis potest in suis fundis vti: non eas locare.

a ¶ *Differentia.* quasi dicat, fiat hæc diuisio imaginariè[e], & intellectualiter. Nam visibiliter fieri non potest: cùm sint incorporalia, quæ non diuiduntur: *vt ff. de acq. re do. l. seruus. §. incorporales. & suprà de re. corpo. & incorpo. j. respon. & suprà de vsuruct. in prin.*

b ¶ *Differentia.* vt *C. de bonis, quæ lib. l. fi. §. vbi autem.* ACCVRS.

c ¶ *Constitutio.* vt *C. de bonis, quæ lib. l. fi. §. vbi autem.* ACCVRS.

d ¶ *Augmentum.* vt *C. de bonis, quæ lib. l. fi. §. vbi autem.* ACCVRS.

e ¶ *Legatariis.* vt *C. de bonis, quæ lib. l. fi. §. vbi autem.* ACCVRS.

f ¶ *Religionis.* vt *C. de bonis, quæ lib. l. fi. §. vbi autem.* ACCVRS.

g ¶ *Pietatis.* vt *C. de bonis, quæ lib. l. fi. §. vbi autem.* ACCVRS.

h ¶ *Quæ.* sc. obligationes. ¶ Sed a quid differt hic tit. à superiori, *suprà per quas person. nob. acquiritur.* Respon. ille b dicit de reb. acquirendis: hic autem de obligatione: vt ibi diximus. ¶ Item quid differt iste ab alio, ẽ. *de stipu. seruo.* cùm ibi de obligatione dicatur? Respon. ille specialis est in obligationibus quæsitis per stipulationem: hic autem in omni genere obligationum loquitur acquirendo[d] per filium, vel seruum, præterquam si sint ex castrensi peculio, vel quasi: quibus casib. nec ad proprietatẽ, nec ad vsumfructum patri acquiritur: *vt Co. de bonis, quæ lib. l. cùm oportet. §. y.*

i ¶ *Vt tamen.* aliàs est attamen: aliàs, vt quod. & hic similiter subauditur tamen.

k ¶ *Acquiritur.* nisi ab alio possideatur seruus: qui possessori nec dominium, nec possessionem quæsit, si non ex re eius comparauit, vel ex opera sua, nec domino si ex re bonæ fidei possessoris, vel opera sua acquisiuit: quia eum non possidet: *vt ff. de acqu. rerum domini. l. si seruus. j. respon. & l. homo liber. §. fi.*

l ¶ *Secundùm imaginem.* quasi dicat, fiat hæc diuisio imaginariè[e], & intellectualiter. Nam visibiliter fieri non potest: cùm

m ¶ *Constitutio.* vt *C. de bonis, quæ lib. l. fi. §. vbi autem.* ACCVRS.

n ¶ *Actionem.* proprietas a tamen ipsius actionis est filij; vt hic dicitur, & hoc obtinet hodie in omnibus aduentitiis. Sed olim b tãtùm quinque actiones filiofam. competebant ratione proprietatis: vt iniuriarum, quod vi, aut clam, depositi, commodati, & actiones in factũ: *vt ff. de act. & obli. l. filius familiàs. & l. in factum.* has tamen pater exercebat, vel suus procurator, non filius: *vt ff. de iniur. l. sed si vniuersi. §. ait prætor. & §. filio. & l. pater. in fi.* nisi pater abesset: *vt ff. de iudi. l. si longius. §. j.* quod etiam in mutuo erat: *vt ff. si certum petatur. l. cùm filius.* Sed hodie c ex omni causa aduentitia acquiritur ipsi filio proprietas, vt hic dicitur. ADDITIO. Dic vndecũque dictæ actiones in factum descendunt, vel ex edictis prætorũ, vel ex interdictis & est ratio: quia prætor vsus est æquitate, & illa tantùm motus. & in illis non tãtùm quæritur patri, quãdo aliquid non remaner penes filium: *vt l. j. cum ibi no. C. qui admit. ad bono. possess.* ergo non est mirum, si omnes actiones in factum filiofa. competebant. & ita dicit Bart. in *d. l. in factum.* Angel.

o ¶ *Patre actionem.* Ex profectitiis causis filio vtiles actiones dantur absente patre. Ex aduentitiis, si pater vsumfructum respuat, filius agit consensu patris: si amplectatur, ipse agit consensu filij (idque consti. Iustiniani indicat in §. *& filius. & §. vbi autem in vnum.*) Vel etiam filius absente, aut permittente patre, vt rectè ACCVRS. noster adnotauit *in l. si longiùs. de iudic* Restat in causis aduentitiis communes esse actiones: proinde vtrinque ratihabitio exigitur, exemplo de dote actionis, quæ iure antiquo communis est patris, & filiæ: nec enim similis est pater tutori, curatori, syndico, & aliis quibusdam, qui non explorato aliorum consensu agunt. Pater enim non agit ignorante filio, vel si agit, ideò cauet de rato. CVIAC.

p ¶ *Diuisionem.* quam diuisionem longum esset hîc dicere: sed dicitur plenè per ordinem *in d. l. Cod. de bo. quæ lib. l. fi.*

Item per liberos homines.] CASVS. Non solùm per filios nostros, & seruos nobis acquiritur: sed etiam per liberos homines, & seruos alienos, quos bona fide possidemus, nobis aliquid acquiritur. sed hoc intellige in duobus casibus: scilicet si ex operis suis aliquid acquirant, aut ex re nostra: & similiter per seruum illum, in quo vsumfructum habemus, vel vsum, secundùm aliam literam: vt patet in notula, ex duabus causis nobis aliquid acquiritur. h. d. Franc.

p ¶ *Per liberos homines.* No. quòd liber[d] homo quandóque bona fide possidetur (vt quando possessor credit eum seruum esse, & suum:) & quandóque mala fide, (vt quando credo eum seruum esse, & scio meum non esse: *vt ff. de acquir. possess. l. j. §. sed & per eum.*) quandóque[e] nullo modo possidetur, licèt detineatur: vt quando scit liberum esse: *vt ff. de acquir. poss. l. qui vniuersas. §. j. & ff. de prob. l. si quis liberum.*

q ¶ *Vsumfructum.* in quibusdam libris est in litera, vsumfructũ[f], vel vsum. & secũdũ hoc[g] videtur quòd per eum seruũ, in quo habeo vsum, ex duabus causis acquirã Sed contrà *ff. de vsu, & ha. l. per seruum. in prin.* Sol. dicunt quidã illud corrigi. 1. Vel dic, secũdùm Io. quòd illud verbũ, *ex duobus*, referatur ad solũ vsumfructũ: alterum verò, *si ex re*, ad vsuariũ: & sic erit in litera cõfusio: ficut, *C. de coll. l. illam. & ẽ. qui da. tuto. pos. §. si quis.* Sed in aliis libris non est, vel vsum: & tunc planũ est, & nullum est cõtrarium. ADDITIO.

a Continu

b diuisio.

ADDITIO. Tu dic secundùm do. vsuarium posse vti operis serui in suis fundis: non autem eas alteri locare. Ange.

Communem seruum.] CASVS. Suprà dictũ est, quòd per seruos nostros acquirimus. sed nunquid per seruum communem possumus nobis acquirere? Et respond. quòd per seruum communem domino acquiritur.

Seruus communis acquirit dominis communiter pro portione dominica: nisi vni, vel iussu vnius fuerit stipulatus. Aretinus.

quod intelligo vt sic dicendo: Dominis meis dare spondes? fiat stipulatio. s. propria nomina in stipulatione inserendo. Tunc enim pro virilibus portionibus dominis acquiretur. Et hoc verum est, nisi nominatim vni eorum rẽ stipulatus fuerit, vel vni tradiderit. Item quæsiui à Iustiniano, Domine, si vnus dominorum seruo communi iusserit quòd aliquid sibi stipuletur: ipse autem seruus alterum (cui voluerit acquirere) nominauerit in stipulatione: cui acquiritur per stipulationem illã? Et resp. quòd ei, qui iussit, & non ei, quem nominauit. sic ponunt multi casũ in isto vlt. resp. *sed si domini.* & sic vult glo. ordinaria quòd ita ponatur: sed dominus Guido dicit, quòd iste non est casus istius ver. quãquam veritatem contineat. iste enim est casus, quem habes, C. *per quas pers. nobis acquiritur. l. ij.* & non istius responsi. & hoc patet per hoc, quod dicit in fine istius versic. ibi, *suprà dictum est.* Potest ergo sic poni casus. Sed quid si vnus ex dominis iusserit seruum communem aliquid stipulari, cui acquiritur per stipulationem istã? Et respon. di. quòd licèt ante tempora huius libri in tali casu dubitaretur vtrùm duobus dominis: an iubenti per stipulationem istam acquireretur: tamen post compositionem huius libri est quæstio ista expedita: scilicet quòd iubenti tantùm acquiret: *vt suprà dictum est de stipulatione seruorum. §. vltimo.*

a ¶ *Pro dominica.* nisi cùm propria nomina eorum stipulationi inseruit, vbi pro virilibus portionibus acquirit: *vt ff. de stipula. ser. l. si communis seruus.*

b ¶ *Stipulatus.* scilicet simpliciter vel sibi, vel domino iubenti: vt ratim sequitur: aliàs nullum esset dubium: *vt suprà, de stipul. ser. §. penul.*

c ¶ *Suprà dictum est.* suprà *de stipu. ser. §. penul.*

3. ¶ Communem seruum pro dominica [a] parte dominus acquirere certum est: excepto eo, quòd nominatim vni stipulando, aut per traditionem accipiendo, illi soli acquirit: veluti cùm ita stipulatur: *Titio domino meo dare spondes?* Sed si domini vni[?] iussu seruus fuerit stipulatus [b], licèt anteà dubitaretur: tamen post nostram decisionem res expedita est, vt illi tãtùm acquirat, qui hoc ei facere iussit, vt suprà dictum est [c].

QVIBVS MODIS TOLLITVR

[a] Continuatio. *Visum* [a] *est suprà de obligatione inducenda: sequitur videre de obligatione dissoluenda, siue tollenda: quia nihil tam naturale est, quã vnum quodque vinculo, quo ligatur, dissolui posse.* l. nihil tam naturale. ff. de regulis iuris. *hoc dicit.* Aretinus.

[b] diuisio. *Tollitur.*] Totus iste titulus diuiditur [b] in quatuor partes. Primò ponitur qualiter tollatur obligatio solutione. Secundò qualiter acceptilatione. Tertiò qualiter nouatione. Quartò qualiter consensu. Secũda ibi: *Item per acceptilationem.* Tertia ibi: *Præterea obligatio.* Quarta ibi: *Hoc amplius.* CASVS. Scire debetis, quòd obligatio tollitur per solutionem eius, quod debetur. Sed nunquid tollitur obligatio, si debitor soluat aliud, quàm debeatur: putà si asinum dederit pro pecunia, quam debebat? Et respon. quòd sic: dum tamen volente creditore fiat. Regulariter enim loquendo, inuito creditori aliud pro alio solui non potest. Sic ergo, vt iam dictum est, solutione eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio: sed verum est, si ipse debitor soluat, quod debetur, sine aliquo nomine debitoris, etiam debitore inuito, & ignorante. h. d. Ad intellectum glossæ signatæ super illo verbo, *Omnis obligatio*, &c. scire debes quòd omnis obligatio tollitur solutione eius, quod debetur, etiam si fuerit ciuilis tantùm. Et ad legem inductam in contrarium. *ff. de solutio. l. qui hominem. §. fin.* respondet dominus Iusti. quòd speciale est ibi, quòd aliud operetur solutio, quàm credebat soluens. & pone casum qualiter aliquis solùm ciuiliter obligatur. pone quòd aliquis mihi centum numerauit: & ita naturaliter, & ciuiliter sum obligatus. fecit mihi postea pactum de non petendo: & ita tollitur obligatio naturalis. & remanet ciuilis. Sed si post illud pactum factum de non petendo ignorans sibi soluero, quod debebam, non liberor à ciuili obligatione per istam solutionẽ: quia operatur repetitionem, vnde liberationem petere non potest: *vt in prædicta l. qui hominem.* Item in superioribus dictum est, quòd bene liberatur debitor solutione eius, quod debetur. Sed nunquid per istam solutionem liberantur fideiussores? Et respon. quòd sic: & econuersò si soluat fideiussor creditori, quod ei debetur, liberatur principalis debitor. hoc dicit. Franc.

d ¶ *Tollitur.* aliàs *tollitur*: aliàs *soluitur.* [a] Si tollitur: ergo non renascitur de cætero: *vt ff. de solu. l. qui res. §. aream. versicu in perpetuum. & de noxa. l. si alienus.* & C. *de remissio. pign. l. cùm ex causa. & de senten. pas. l. si debitor.* vbi magis suscitatur solutio eius, quod debetur: quàm tollatur: *vt ff. de noxa. l. electio. §. si.* Sed ibi æquitatis ratione nec sublata dicitur.

[a] Hic finit Gl. Accur. in veteri impresso Venet. & scriptis exemplaribus. *Aegid. Per.*

QVIBVS MODIS TOLLITVR obligatio.

TITVLVS XXX.

Eius, quod debetur, solutio, à debitore, vel à quouis ipsius nomine facta, omnem obligationẽ perimit: quò fit vt solutione principalis, euanescat fideiussoria obligatio: & versa vice idem dicito.

TOllitur [d] autem omnis † obligatio [e] solutione eius, quod debetur: vel si quis cõsentiente creditore [f] aliud pro alio soluerit. Nec interest [g] quis soluat: vtrùm ipse, qui debet: an alius pro eo. Liberatur enim & alio soluente, siue sciente, siue

e ¶ *Omnis obligatio.* siue re, siue verbis, siue literis, siue consensu. nam de his suprà dictum est à titu. de obligationibus, vsque huc. Sed nunquid est idem in his, quæ ex maleficio sunt, vel quasi: Respon. sic. [b] Item hæc sunt vera siue ciuilis, & naturalis fuerit obligatio simul, siue naturalis tantùm: *vt hic, & ff. ad leg. Falcid. l. si pupillus. in princi.* Sed nunquid ciuilis tantùm tollitur solutione eius, quod debetur? videtur quòd non: *vt ff. de solu. l. qui hominem. §. fi.* & hoc quidam dicunt. Sed contradico. si enim sciens me debere ciuiliter tantùm, soluam: sicut econtrà si nudo pacto tibi x. debeam, & soluam causa meæ fidei implendæ: quare non liberor: *vt ff. de condict. indebi. l. fideicommissum.* Quod autem in d. *l. qui hominem*, dicitur: ideò est: quia aliud operabatur solutio, quàm crederet soluens: scilicet repetitionem: cùm errabat credens se teneri naturaliter. non ergo mirum si non facit, quod credebat soluens. scilicet liberationum. Item est contrà ad hoc. *j. respon. in Authen. vt hi, qui ob. se hab. per. res. §. si verò tacuerit. coll. vj.* ‘ Solu. illud speciale est. Item contrà, *ff. de sol. l. si rem meam* Item contrà, *ff. de verb. obli. l. Iulianus. §. qui fundum.* Item contrà, *ff. commo. l. ij. §. si reddita.* Sed his legibus licèt fuerit facta solutio: non tamen fuit facta sicut debuit fieri: vnde pro non facta, quantum ad hoc, habetur. Item contra id, quod subiicit, quòd demùm sciente creditore soluitur aliud pro alio: *ff. de leg. j. l. non amplius. § fi. & l. si domus. §. ij. & ij. & ff. de aur. & ar. leg. l. j. §. fi. & C. de dona. l. si quis argentum. ff. de solu. l. qui hominem. & ff. de verb. oblig. l. inter stipulantem. § pe. & l. si seruus.* In quibus legibus dicitur quòd liberatur quis soluendo aliud pro alio. Sed hæc specialia sunt: hoc autem regulare.

† *Concor. cùm hoc princ. c. 1. cũ sua Glo. post mod. ibi, item tollitur extrà de regu. iur. in anti.*

[b] Ex hac Gloss. habes quod obligatio ex maleficio, vel quasi, solutione facta damnum passo tollitur. quod verum est quando pœna non est applicanda fisco: quia ius publicũ pacto priuatorũ non tollitur. *l. ius publicum. ff. de pact.*

[c] Dic quòd ideò in prædictis legibus solutio nõ parit liberationem: quia fuit facta aut aliter, quã debuerit: aut alteri, quã debuisset. Formã da est igitur regula per hũc modum: solutione ei[?], quod debetur, facta pleno iure personæ, cui debetur, debitor liberatur, & cessabunt omnia cõtraria. Christoph.

a ¶ *Solutione.* Solutio est naturalis datio. Acceptilatio, nouatio, delegatio ciuiles solutiones sunt. propriè autem satisfactiones dicuntur. huc pertinet *l. solutam. ff. de solut.* Pertinet ea lex ad hypothecariam formulam, cuius conditiones eæ sunt, si soluta est pecunia, aut satisfactum. sic enim edicto Seruiano comprehensum est: & eæ quidem conditiones in ea lege sic explicantur, vt soluta sit pecunia, quæ numerata est, vt satisfactum sit, si acceptum latum sit. At *satisdationis* verbo lex vtitur, non *satisfactionis.* satisdare autem propriè est fideiussores dare: satisfacere latiùs pertinet. Verùm enim *satisdationis* nomine interdum satisfactio significatur. *l. satisbationis. de verb. sign. & in l. 2. pro harede. l. promissor. §. vlt. de const. pec.* atque ita *satisdationis* verbum in *l. solutam.* accipi conuenit: vt sit sensus, si accepto latum sit solutam pecuniam non videri: quod etiam l. *promissor.* confirmat. Veruntamen satisdatum. id est, satisfactum videri. *Solutionis* quidem, inquit, verbum non proficiet, vt in superioribus casibus, quibus dixit solutionem proficere: sed *satisdationis* sufficit, vt sublata videatur hypothecæ obligatio. Quid autem est, quod ait, *vel sine stipulatione accepta sit*, scribendum reor, *vel si sine stipulatione accepto latum sit.* Superiore casu ipso iure vtilis est acceptilatio, propterea quòd verb. obligatio præcessit, cuius nomine hypotheca, de qua quæritur, obligata erat. Hoc casu ipso iure inutilis est acceptilatio: quia acceptilatio solam stipulationẽ tollit: attamen doli, aut pacti exceptio competit. *l. cùm emptor. de rese. vend. l. an inutilis. l. si accepto latum. de acceptil.* & ideò satisfeciisse is etiam videtur, cui sine stipulatione accepto latum est. Restat igitur pacto hypothecam solui. *l. 5. quibus modis pig. sol.* CVIAC.

f ¶ *Consentiente creditore.* interdum tamen etiam aliud pro alio soluitur creditori etiam inuito: *vt diximus in Authen. de fideius. §. pen. in glo. coactum. coll. j.* & quosdam ex his notauimus suprà proximè.

g ¶ *Nec interest.* Vet. *nec tamen interest*: & paulò post: *siue sciente debitore, siue ignorante, vel inuito solutio fiat.* CVIAC.

a Tu dic quòd contrarium loquitur; vbi beneficium respicit commodū contradicētis tantùm: secùs si etiā alterius: *in toto tit. de muner. & hon. & hic Angel.*

2 ¶ *Solutio fiat.* patet hîc quòd beneficium confertur in inuitum. Sed contrà, *ff. de regulis iuris. l. inuito.* Solu illa regula in priuilegiis loquitur: hæc autem in aliis. 2. Vel dic quòd non potest directò: potest tamen per medium. prima verior est. a Sed nunquid econtrà potest fieri alij solutio inuito creditore? respon. non: *vt ff. de noua. l. si Stichum. §. si.* nisi creditori creditoris soluatur: *vt ff. de neg. gest. l. si liber.* vel procuratori creditoris: vel ei, cui exiterit hæres creditor: vel futuro debitori: vel similibus personis, quæ enumerantur, *ff. de solu. l. solutam. & ff. de pign. l. solutum, §. solutam.*

b ¶ *Interuenerunt.* vt sunt fideiussores, & mandatores, & sponsores: *vt ff. de except. l. omnes. & C. de non numer. pecu. l. iiij.*

c ¶ *Ipse solus liberatur.* scilicet fideiussor. & si quidem soluat nomine suo, b liberatur ipso iure: reum autem liberat per exceptionem: *vt ff. mandati. l. si quis. in fi. & l. Papinianus. & ff. de pe. har. l. si quid possessor. in prin.* Si verò nomine rei, liberat ipso iure reum: *vt ff. de nego. gest. l. soluendo. & ff. de noua. l. si Stichum. in fine.* Sed si hoc verum est, quòd liberatur reus soluente fideiussore: quomodo cedet actionem creditor fideiussori, quod facere debet: *vt ff. de sol. l. Modestinus. & ff. de fideiuss. l. fideiussoribus.* quæ sunt contra hanc legem? Respon. illud potest fieri ante solutionem. s. cessio: vel etiam posteà, hoc acto priùs: quia videtur inesse: probatur hæc solutio, *ff. de fideiussorib. l. cum is.*

¶ Item nota hîc vnam solutionem parere plures liberationes. & facit *suprà de duobus reis. §. ex huiusmodi. & ff. de arbit. l. si duo.*

Don. 16. com. 2. 6. sic.

b Quod in dubio præsumitur: nisi essent æquè principaliter obligati: vt duo rei, & duo tutores: quia tunc simpliciter soluendo totalem, actionem, quæ ambos ligat, dissoluit: secūdùm Angel.

ACCVRSIVS.

Item per acceptilationem.] GAIVS. Iam vidistis vnū modum principalem obliga. tollendæ: est & alius modus obligatio. tollendæ principalis, vt per acceptilationem. Sed domine, quid est acceptilatio? & respōdet dicens, quòd acceptilatio est imaginaria solutio. Si enim creditor debitori suo illud, quod sibi debet ex verborum obligatione, remittere velit, poterit hoc facere in hunc modum, si patiatur debitorem hæc verba dicere: Domine creditor, quod tibi debeo per stipulationem, habéſne acceptum? & respondeat creditor: Habeo: liberatus est debitor, ac si creditor soluisset ei, quod debuisset. Item videbatur aliquibus quòd stipulatio posset fieri per verba Latina tantùm, & non per verba Græca. & quasi ad istam dubitationem respondet Iustinianus, dicens, quòd non solùm per verba Latina: sed etiam per verba Græca potest fieri acceptilatio: dum tamen per verba Græca sic fiat, sicut exigitur per verba Latina. Et dissoluuntur per acceptilationem obligationes verbis solummodò contractæ: quia consentaneum est iuri, obligationem verbis contractam, verbis posse dissolui. Ad intellectum finis notulæ signatæ super illo verbo, *catera*, distinguere debes, vtrùm acceptilatio sit inutilis ratione rei, super qua concipitur: vt si super debito conditionali concipiatur: quia talis acceptilatio inutilis est: & quanquam non habeat hanc vim acceptilationis, attamen habet vim pacti. & sic intellige illas leges, *ff. de rescin. ven. l. cùm emptor. & ff. de accep. l. acceptilatio.* Aut ratione conceptionis ineptæ, vt si tibi dicam, Quod ego tibi debeo, habéſne acceptum in diem? & tu ipse respondeas, Habeo acceptum. & talis acceptilatio inutilis non habet vim pacti. & sic intelligo *l. ff. de accep. an inutilis.* In versi *Sicut autem.* casus est talis: Quæsiui à legislatore, an acceptilatio possit fieri in parte debiti, sicut fit in toto. Et respon. di. quòd acceptilatio potest fieri pro parte debiti, sicut potest fieri pro toto. hoc dicit, & sumus in versic. *Est autem prodita.* in quo dic. Tractatum est suprà, quòd obliga. alia à verbali potest deduci in stipulationem, & tunc tolli potest per acceptilationem? hic autem dicit quòd est prodita quædam stipulatio, quæ vulgò Aquiliana appellatur. Aquilius enim, qui valde fauorabilis erat ad stipulationes dissoluendas, adinuenit istum modum dissoluendi, & liberandi per acceptilationem debitorem illum, qui ex quocunque contractu alio teneretur, quàm ex contractu verbali: sicut potest liberari per acceptilationem is, qui verbis est obligatus. Adinuenit enim stipulationem quandam, in quam possent deduci omnes aliæ obligationes, quæ in stipulationem deductæ, per acceptilationem tolli possunt. Stipulatio enim Aquiliana omnes obligationes nouat. Qualiter autem confici debeat hæc stipulatio, narrare magis laboriosum est, quàm subtile. Apertissimè enim de hoc traditur in litera. Et h.d. vsque ad illum §. *præterea.*

ignorāte debitore, vel inuito eo solutio fiat [a]. Item si reus soluerit: etiam hi, qui pro eo interuenerunt [b], liberantur. Idem ex contrario contingit, si fideiussor soluerit. Non enim ipse solus liberatur [c]: sed etiam reus.

Acceptilatione: id est imaginaria quadam, & ficta solutione, mutua interrogatione, & responsione concepta, verborum obligatio tantùm tollitur: reliquæ verò obligationes ex re, consensu, & alio quouis modo cōtractæ, non anteà soluuntur, quàm in Aquilianā stipulationem: id est verborum obligationem deducantur: vt sic demùm acceptilatione sopiri queant.

1, ¶ Item per acceptilationem tollitur obligatio. Est autem acceptilatio, imaginaria [d] solutio [e]. Quod enim ex verborum obligatione Titio debetur, id si Titius velit remittere, poterit sic fieri, vt patiatur [e] hęc verba debitorem dicere, *Quod ego tibi promisi: habéſne acceptum?* & Titius respondeat, *Habeo.* Sed & Græcè [f] potest acceptilatio fieri, dummodò sic fiat, vt Latinis verbis solet exigi. ὅσα ἐμοὶ ὀφείλεις σοὶ ἔχεις προσδέκτον; ἔχω

Quo genere, vt diximus [g], tantùm eæ soluuntur obligationes, quæ ex verbis consistunt: non etiam cæteræ [h]. Consentaneum [i] enim visum est, verbis factam obligationem, aliis posse verbis dissolui. Sed & id, quod alia ex causa [k] debetur, potest in stipulationem deduci, & per acceptilationem dissolui [l]. Sicut autem quod debetur, pro parte rectè soluitur [m]: ita in parte debiti acceptilatio fieri potest.

a *Psal. 38.*

Titius velit remittere, poterit sic fieri, vt patiatur [e] hęc verba debitorem dicere, *Quod ego tibi promisi: habéſne acceptum?* & Titius respondeat, *Habeo.* Sed & Græcè [f] potest acceptilatio fieri, dummodò sic fiat, vt Latinis verbis solet exigi. ὅσα ἐμοὶ ὀφείλεις σοὶ ἔχεις προσδέκτον; ἔχω

Quo genere, vt diximus [g], tantùm eæ soluuntur obligationes, quæ ex verbis consistunt: non etiam cæteræ [h]. Consentaneum [i] enim visum est, verbis factam obligationem, aliis posse verbis dissolui. Sed & id, quod alia ex causa [k] debetur, potest in stipulationem deduci, & per acceptilationem dissolui [l]. Sicut autem quod debetur, pro parte rectè soluitur [m]: ita in parte debiti acceptilatio fieri potest.

ADDITIO. Ipsa tamen acceptilatio habetur pro solutione: *vt l. si ex pluribus. ff. de accep.* vt in simili etiam dicimus de iuramento, quod habetur loco solutionis inter deferentem, & iurantem: non tamen etiam est propriè solutio: *vt l. duobus. §. j. & ibi glo. in verbo, solutionis. & doct. ff. de iureiuran.*

ACCVRS.

α ¶ *Imaginaria solutio.* Illa fit re: hæc verbis: Illa naturalis: hæc ciuilis est, Seneca *lib. vj. de benef.* Omnis, inquit, solutio non idem reddit: sed tantundem: nam & pecuniam dicitur reddidisse, quamuis numeraverimus pro argenteis aureos, quamuis non interuenerint nummi: sed delegatione, & verbis perfecta solutio sit. GVIAC.

d ¶ *Imaginaria.* id est ficta: *sic ff. de regul. iur. l. imaginaria.* 2. Vel dicitur imaginaria: id est per momentum duratura: *sic in Authenti. quomodo oport. episc. circa princip. §. neque enim idiota. in glo. nec imaginariam. coll. j.* & in Psal [a] In imagine pertransit homo, &c. ADDITIO.

e ¶ *Vt patiatur.* & etiam respondeat ei, vt sequitur *infrà eodem §. est autem, in fin.* §. nam sola patientia non prodest. ACCVRSIVS.

f ¶ *Sed & Græcè.* non solùm Latinis: sed etiam Græcis verbis, dum tamen aptis ad hoc, vt sequitur, *& facit suprà, de verbor. obligat. §. virum. & ff. de verbo. oblig. l. j. §. fi.* ACCVRS. Vnde [b] verba Græca in textu posita sunt huic proposito apta, si rectè exponantur. Sunt autem talia: Hoper hyposcheſtin soi, echeis prosdecton? echo. Et sic intelliguntur: hoper hyposcheſtin soi, id est, quod promisi tibi: echeis prosdecton? id est habes acceptum? & respondeatur: Echo, id est habeo.

b Hoc Glo. recte siduū non est Accursij, qui ne Græca quidem elementa nouit: *vt nota supra, de emption. & ven. §. item pretium. in Glo. huius verbi.*

g ¶ *Vt diximus. suprà, eodem. §. ibi, quod enim ex verborum.* ACCVRSIVS.

h ¶ *Cætera.* scilicet quæ sunt de iure gentium, cùm acceptilatio, [c] quæ est ciuilis actus: *vt ff. de regu. iur. l. actus.* non possit iura gentium tollere: *vt suprà, de leg. agna. tu. §. fin.* quæ sunt vetustiora, & firmiora: *vt suprà, de re. diui. §. singulorum.* Sed nunquid alias obligationes iuris ciuilis tollet acceptilatio: vt literarum, & emphy. & similes, vt diximus *suprà de iur. nat. gen. & ciuili. §. ius autem?* Respondetur, non: cùm solam obligationem verbis inductam tollat, vt hîc dicitur. Sed certè licèt non possint tolli iure acceptilationis, scilicet obligatio iuris gentium, & aliæ ciuiles: tamen possunt iure pacti etiam acceptilatione facta, secundùm Ioan. *vt ff. de rescin. ven. l. emptio. & l. cùm emptor.* Quod generaliter etiam dicebat M. quòd vbicunque fieret acceptilatio [d] inutilis, quòd habeat vim pacti. & facit pro eo, *ff. de pactis. l. si vnus. §. pen.* vbi de hoc, At B. totum contrarium. & erat pro eo, *ff. de acceptil. l. an inutilis. l. respons. & ff. de consti. pecu. l. j. §. eum, qui.* Sed nos dicimus idem, quod M. vbi fuit inutilis ratione rei, vt dictum est. Item idem quod Bul. vbi est inutilis ratione conceptionis. & facit pro nobis, *ff. de acceptil. l. si accepto latum.* ACCVRSIVS. ADDITIO. Et est ratio diuersitatis. quia minus est peccatum, quod prouenit ex alieno facto, vt in primo casu, quàm quod prouenit ex propria culpa, vt in secundo casu. Ioannes Fabri.

c Acceptilatio non tollit obligationes iuris gentium.

d Acceptilatio inutilis ratione rei, habet vim pacti: secus si est inutilis ratione conceptionis ineptæ.

i ¶ *Consentaneum.* & facit ad hoc, *infrà eodem. §. si. & ff. de reg. iu. l. nihil est tam. & Cod. quando li. ab emp. dis. l. ij. & ff. de pact. l. ab emptione.*

k ¶ *Alia ex causa.* scilicet quàm verbis.

l ¶ *Dissolui.* scilicet ipsum debitum. Et nota mirabilem proditionem. nam cùm non pateretur contractus alius tolli suo contrario actu: scilicet per acceptilationem, decipitur, & deducitur in quendam non prorsus cōtrarium actum: vt in stipulationem: quod est obligatorium: & sic fit nouatio indistinctè iure isto: *vt infrà, eodem. §. præterea. & ff. de act. & oblig. l. obligationum ferè, §. fin.* & ipsa stipulatio patitur se tolli per acceptilationem, vt hîc dicitur.

e Solutio particularis ab creditore inuito potest fieri.

m ¶ *Rectè soluitur.* sc. volente creditore. ¶ Sed nunquid [e] eo inuito debiti pars soluitur? Respon. aut confitetur de toto debitor: & tunc

& tunc nō potest soluere nisi totum: *vt ff. de vsur. l. tutor. §. Lucius. quæ est huic contrà.* nisi volenti creditori, vt hîc dicitur diffitetur: & tunc pars confessata tantum recipietur ab inuito: *vt ff. si cer. pet. l. quidam existimauerunt.* & hoc etiã casu potest intelligi, quod hîc dicitur.

a ¶ *Ita composita est.* id est his verbis, quæ sequuntur, quicquid te, &c. Idem habes, *ff. de acceptil. l. & vno. §. eius rei.*

¶ Et not. quòd non potest sic legi, quin aliqua verba sint hîc superflua. Item nunquid vnum solùm ex his duobus: scilicet dare, vel facere, sufficit: scilicet dare: cùm solum, quod erat dandum, in hanc stipulationem deducitur: *vt infrà, ibi, tantam pecuniam*, &c. Respond. sic; *arg. suprà, de verborum obligat. §. sed hæc solennia. & Cod. de donat. l. finali.*

b ¶ *Dare.* vbi debet dominium transferre: *vt infrà, de act. §. sic itaque. & ff. de ver. obligat. l. vbi autem non apparet. §. fin.*

¶ *Dare facere.* Dare, vt dare c. aureos: facere, vt suscipere in se obligationem. *l. si mandato. §. quotiens. ff. mandat.* Oportet, præsens tempus significat, & ideò adiicitur, Oportebit, *l. si stipulatus fuerim. §. 1. l. si à colono. l. cùm stipulamur. de verb. obliga.* quæ verba ea, quæ sequuntur, explicant, *præsens, in diémve.* addidêre quidam, *aut sub conditione*: nō malè: nam & quod sub conditione debetur, acceptilatione tolli potest. *l. quod in diem. de accepti. l. sub cõditione. de solut.* sed tamen ea non habentur in vet. lib. in Theoph. ac ne quidem in *l. & vno. de accept.* CVIAC.

c ¶ *Actio.* in [a] personam; at petitio in rem: persecutio [b] vtrumque continet: *vt ff. de act. & obligat. l. actio in personam.*

d ¶ *Petitio.* in rem.

e ¶ *Ve.* pro vel.

f ¶ *Res.* id est æstimatio.

g ¶ *Stipulatus.* nunc mutat personas: de secunda enim transit ad tertiam. ¶ Et nota quòd etiam realis [c] actio deducitur in stipulationem factæ rei æstimatione: & ita ipsa pecunia, siue rei æstimatio deducitur in stipulationem, & in acceptilationem. Nam ipsa res non potest: cùm nemo rem suam possit stipulari sibi dari: *vt suprà, de inuti. stipul. §. ij.* Sed quomodo deducam æstimationem, cùm non debeatur? Respond. imò quasi debita est, liberatur enim exceptione quasi à rei vindicatione, si præstat æstimationẽ, *vt ff. de rei vindi. l. eius rei. & l. seq.* Si autem ipsam rem in acceptilationem deducam, valet iure pacti secundum B. vt diximus *supr. eod. §. quo genere.* ACCVRS. ADDITIO. Tu dic quòd quamuis actio realis nec obligationem, nec officium iudicis præsupponat: præsupponit tamen quandam æquitatem, ex qua datur actio: & illa æquitas nouatur per acceptilationem. Angelus.

β ¶ *Quod Numerius.* Rectè vet. lib. *Item ex diuerso Numerius Nigidius interrogauit Aulum Agerium, Quicquid tibi hodierno die per Aquil. stipulationem spopondi, id omne habêsne acceptum? Respondit Aulus Agerius, Habeo, acceptumque tuli.* CVIAC.

Præterea nouatione.] CASVS. Iam vidistis quòd duobus modis tollitur oblig. tollitur etiam tertio modo: scilicet per nouationem voluntariam: veluti si illa decem, quæ debes Seio, Seius stipulatus sit ab aliquo alio, quàm à te animo nouandi: quia tunc tollitur prima obligatio interueatu nouæ personæ: & noua nascitur obligatio, prima obligatione translata in posteriorem, adeò etiam quòd si non valeat noua obligatio, prima per secundam nihilo minùs tollitur: veluti si à pupillo sine tutoris auctoritate fuerit stipulatus illud, quòd tibi debebam. Omnino enim amittitur actio tua, eò quòd prima obligatio sublata est: & sic inutilis est actio quo ad effectum experiendi. Est tamen aliqua; scilicet naturalis. Sed pone: Suprà dictũ est quòd si creditor stipulatus fuerit à pupillo id, quod debitor pupilli sibi debet: tollitur obligatio ipsius debitoris. Sed scire debes quòd non idem iuris est, si

2. ¶ Est autem prodita stipulatio, quæ vulgò Aquiliana appellatur: per quam contingit: vt omnium rerum obligatio in stipulatum deducatur, & ea per acceptilationem tollatur. Stipulatio enim Aquiliana renouat omnes obligationes: & à Gallo Aquilio ita composita est [a], Quicquid te mihi ex quacunque causa dare [b] facere [c] oportet, oportebitve, præsens, in diémve, aut sub cõditione: quarumcunque rerum mihi tecum est actio [c], quæque aduersus te petitio [d], vel aduersus te persecutio est, vel erit: quódque tu meum habes, tenes, possides, dolóve [e] malo fecisti, quò minùs possideas: quãti quæque earum rerum res [f] erit, tantam pecuniam dari stipulatus [g] est Aulus Agerius, spopondit Numerius [β] Nigidius. Item ex diuerso Numerius Nigidius interrogauit Aulum Ageriũ, Quicquid tibi hodierno die per Aquilianam stipulationem spopondi, id omne habêsne acceptum? Respondit Aulus Agerius, Habeo, acceptúmque tuli.

a Actionis, petitionis, & persecutionis, differentia.

b Persecutio continet actionem, & petitionem.

c Actio realis potest in stipulationem deduci.

creditor stipulatus est à seruo alicuius animo nouãdi illud, quod debitor sibi debet. cùm enim secunda obligatio nulla sit ipso iure, neque naturali, neque ciuili: perinde remanet prior debitor obligat[a], ac si nõ esset aliqua nouatio facta: verbi gratia; Vbi enim per secundam obligationem debet tolli prima: oportet quòd secunda sit aliqua, putà naturalis, vel ciuilis. Itẽ in versicul. *Sed si eadem.* casus est talis: Suprà dictum est quòd interuẽtu nouæ personæ noua nascitur obligatio: sed pone quòd stipulatus fui à debitore meo quòd ex alia quacũque causa, quàm ex stipulatione mihi debebat: dicetúrne in hoc casu fieri nouatio, cùm hoc casu noua persona non interuenerit? & respon. quòd sic, si aliquid noui interuenerit in secunda obligatione: id est in stipulatione ista: veluti si conditio, vel dies, vel fideiussor obligationi adiiciatur. Scire tamen debes quòd si conditio in nouatione addita exístat, valet nouatio. si autem non exístat. non valet. & sumus in vers. *Sed cùm.* in quo dic: Suprà dictum est, quòd nouatio fit interuentu nouæ personæ, vel etiã eiusdem. dũmodò fiat per diei, vel conditionis adiectionẽ, vel subiectionem. sed scire debes quòd apud antiquos hoc verum erat, quòd his modis fiebat nouatio; dum tamen animo nouandi fieret: &

Nouatio est prioris debiti in aliam obligationem transfusio: quò fit vt anteriori obligatione sublata, noua constituatur: quæ olim nouæ personæ interuentu (etiam quæ naturaliter tantùm obligari posset) inducebatur. Eadem verò interueniente persona, ita demùm nouatio facta erat, si quid priori obligationi posterior adiiceret, vel detraheret: hodie autem nunquam inducta censetur nouatio, nisi expressim à contrahentibus hoc agatur: aliàs anterior firma manet, & posterior loco incrementi accedit.

3. ¶ Prætereà [h] †nouatione [i] †tollitur obligatio: veluti si id quod tu Seio debebas, à Titio dari stipulatus sis. Nã interuentu nouæ personæ [k], noua nascitur obligatio, & prima tollitur, translata in posteriorem: adeò vt interdum licèt posterior stipulatio inutilis sit: tamen prima nouationis iure tollatur: veluti si id, quod tu Titio debebas, à pupillo [l] sine tutoris auctoritate stipulatus fueris: quo casu res amittitur. Nam & prior debitor liberatur, & posterior obligatio nulla est [m]. Non

† *Hic § respondet ti. de nouat. ff.*

† Nouatio est prioris obligationis in alium transmissio, vt prior perimatur, & noua constituatur. *l. 1. ff. de nouat.* Acgid. Per.

ita quòd sæpe diuersæ præsumptiones inducebantur ad probandum, quòd animo nouandi fieret. vnde super hoc apud antiquos magna fuit altercatio. & propter hoc dicit dominus Iustinia. fecimus quandam constitutionem ad huiusmodi altercationes tollendas: in qua cauetur quòd tunc demùm intelligatur fieri nouatio interuentu nouæ personæ, vel etiam eiusdem personæ (vt dictum est) quando hoc expressè actum est inter contrahentes, quòd propter nouationem prioris obligationis hoc fiat. alioqui si hoc non fuerit expressè actum, non intelligitur fieri nouatio interuentu nouæ personæ: sed accedit secunda obligatio primæ, & manet vtraque obligatio. Franciscus.

h ¶ *Prætereà.* non solùm solutione, vel acceptilatione, vt dictum est suprà.

i ¶ *Nouatione.* si [a] fiat per stipulationem, vt subiicit, siue per iudicium: vt [b] si aliquis nomine meo iudicium suscipiat animo nouandi: *vt ff. de sol. l. solutionem. & ff. de in rem ver. l. si pro patre. & ff. de ver. obli. l. scire debemus. in fi. §. respon.*

a Nouatio fit vel per stipulationẽ, vel per iudicium.

b Nouatio iudicialis fit, alio nomine meo iudicium suscipiente.

k ¶ *Nouæ personæ.* etiam si hoc non agitur, vt fiat nouatio iure isto, hodie contrà: *vt infrà, eod. §. sed cùm.*

l ¶ *A pupillo.* qui naturaliter tenetur: *vt ff. de noua. l. j. in fin. l.* si est maior infante: aliàs nec naturaliter: *vt ff. de act. & oblig. l. pupillus.*

m ¶ *Nulla est.* Sed nunquid restituitur creditor in priorem debitorem? Quidam dicunt quòd sic: *vt Cod. de repud. l. j. §. j. & ff. de fideiusso. l. si Titius. § huic. quæ est contra.* & quod hîc dicitur, *res amittitur.* scil. iure communi; sed non per restitutionem, dictum est. Alij: vt Pla. dicunt hanc in impubere (quasi stultè acceperit hîc creditor tam paruulum) illam in pubere loqui. 3. Vel verius refert an minor iuuetur, vt non teneatur per beneficium restitutionis: & tunc etiam restituitur creditor in veterem debitorem, vt ibi. An verò non restituatur; quia non est necesse, cùm tantùm naturaliter sit obligatus [c]: *vt ff. de noua. l. j. in fi.* & tunc nec creditor restituitur, vt hîc: nec etiam tunc: quando dolo creditoris minor fuit obligatus: *vt ff. de fideiusso. l. si Titius. §. final.* [Vnde [d] huic doloso non succurritur: quia frustrà legis auxilium inuocat, qui cõmittit in legem *ff. de minor. l. auxilium. in fin. & l. si ex causa. §. nunc videndum. & ad Velleianum. l. si decipiendi.*] Quòd etiam in muliere distinguitur. nam restituitur in primum debitorem actio ea subducta per Velleianum: *vt C. ad Vellian. l. si mulier.* nisi fuerit dolo inducta: *vt ff. ad Velleia. l. quidam. & d. l. si Titius. in fin.* At secùs esset vbi nulla esset secunda obligatio, vt in seruo subiicitur: qui non potest etiam naturaliter teneri fideiubendo, vel intercedendo

c Et ita communiter tenetur, nisi virtute talis obligationis solutus esset: quia tunc contra solu. & contra obli. restitueretur. *Ang.*

d Hæc clausula, *vnde*, &c vsque ad illam, *quid etiam*, &c. non est Acc.

quoquo modo: *vt ff. de fideiuſ. l. ſeruus inſcio. & l. ſeq.* Idem etiam in infante dicam, qui ſecundo ſe obligauerit. Nam cùm nulla ſit, non tollitur prima, cùm non habeat in quem tranſeat. Quidam tamen dixerunt naturaliter ſeruum teneri etiam fideiubendo; quod falſum eſt. nam nec aliter tenetur niſi naturaliter: cuius occaſione dominus tenetur de peculio: at hic non tenetur: *vt ff. de peculio. l. iij. §. ſi filius.* & facit ad hunc §. *ff. de fideiuſſor. l. ſi Titius. §. huic ſimilis.*

¶ Ne naturalis quidē, nimirum quia pupillus animi iudicio caret. *l. quod pupillus. de cond. indeb. l. pupillus. de oblig. & act.* Sed tamen ſi pupil. factus ſit locupletior, iure naturali obligatur; *vt ait l. naturaliter. §. vl. & l. proxi. de cond. indeb.* Addatur etiam *l. cùm illud. §. hæres. quando dies leg. ced.* ſi quidē in edi. Flor. legitur *accepiſſet locupletior*: vbi tamen ex priore dictione repetita ſyllaba legēdum eſt, *accepiſſet & locupletior*: vti fit in *l. ita tamen. §. j. ad Treb.* & alibi paſſim.

CVIACIVS.

a ¶ *Non idem.* ſed quæ eſt ratio diuerſitatis inter hunc §. & ſuperius reſponſum? Reſp. quia ibi ſaltem naturalis obligatio fuit; hîc nulla in ſeruo: vt ibi diximus. Item hoc ideò; quia pupillus potuit obligari naturaliter, & ciuiliter cum auctoritate tutoris: & per eum ſc. creditorem ſtetit: quare ſibi imputet. Vnde prior actio tollitur, & poſterior non manet. Seruus autem nullius auctoritate poteſt obligari ciuiliter: ideóque non imputatur. ſc. creditori: vnde etiam actio prior durat. ADDITIO Dic quòd ſeruus non poteſt eſſe fideiuſſor alicuius, niſi ex cauſa peculiari: *vt l. iij. §. filius ſa. ff. de pecul.* Angelus.

b ¶ *Stipulatus.* i. interrogatus. Stipulor [a] enim: id eſt interrogo, ſecundùm Priſcianum. ſic accipiatur, *ff. de cond. inde. l. ſi non ſortem. §. ſi decem.*

a Stipulor ſignificat interrogo.

c ¶ *Nouatio fit.* Nota hîc tria [b] iura circa nouationem. Antiquiſſimum: vbi etiam ſi nihil noui interueniret, fiebat tamen nouatio: *vt ff. de actio. & oblig. l. obligationum ferè. §. fin.* 2. Item nouum, vbi nouatio præſumptiuè fiebat, quotiens noui quid interueniret: & ſemper intelligebatur hoc agi: *vt hic, & ff. de noua. l. ij.* 3. Item tertium, quando hoc expreſſim diceretur: *vt Cod. de noua. l. ſi.* 2. Vel dic tantùm (& verius) duo eſſe. Primò fiebat, ſi hoc agebatur expreſsè, vel tacitè: *vt ff. eod. de noua. l. ij.* & nouo iure, ſi id exprimatur: *vt infrà, eod. §. proxi. & in d. l. obligationum ferè.* nouum interueniebat, ſcilicet ſtipulatio pœnalis. & facit ad hoc *ſup. quib. mod. teſta. infir. §. j. & ff. de re iudi. l. iiij. §. ſi ex conuentione. & §. ſed & ſi pignora.* ADDITIO. Et nota quòd caſus, in quibus olim ex verbis expreſſis inſurgebat tacita coniectura nouationis, hodie non corriguntur: quia in illis fit nouatio ſaltem ope exceptionis. Angelus.

b Nouatio triplici iure fit, antiquiſſimo, nouo, nouiſſimo.

d ¶ *Quod autem.* facit, *ff. de noua. l. quotiens.*

e ¶ *Cùm nouandi.* expreſsè, vel tacitè.

a ¶ *Cum nouandi animo.* Et hoc eſt, quod dicitur, Si hoc agatur, ſi hoc actum ſit, in *l. 2. l. 6. l. ſi Stichum. §. 1. & §. ſi quis ita. & §. vl. de nou. l. ſi vnus. §. pactus. de pact.* Quod tamen dicitur in *l. aliam. & l. ſi rem aliquam. §. ſi duo. eod titu.* Cùm id ſpecialiter agit. Iuſtiniani eſt: à quo id conſtitutum eſt, vt niſi id ſpecialiter agatur, ἀνοδυνίτως (ſic enim legendum in conſtitut. Iuſtiniani ex veter. lib.) cauſa procedat. CVIAC.

f ¶ *Quando nouandi.* ſcilicet tacitè.

g ¶ *Introducebant.* & alij in aliis, vt quia fortè aliquid noui in obligatione erat adiectum: *vt ſupr. eod. §. ver. ſed ſi eadem.*

h ¶ *Conſtitutio.* vt *C. de noua. l. fin.* ACCVR.

3 ¶ *Tunc ſol. no. prioris obligationis.* Hæc ſubditicia ſunt, *prioris obligationis.* CVIACIVS.

i ¶ *Accedere.* fit tamen exactio tantùm ſemel de eodem: *vt ff. de reg. iur. l. bona fides.*

idem [a] iuris eſt, ſi à ſeruo quis fuerit ſtipulatus. nam tunc prior perinde obligatus manet, ac ſi poſteà nullus ſtipulatus [b] fuiſſet. Sed ſi eadem perſona ſit, à qua poſteà ſtipuleris: ita demùm nouatio fit [c], ſi quid in poſteriori ſtipulatione noui ſit: fortè ſi cōditio, aut dies, aut fideiuſſor adiiciatur, aut detrahatur. Quod autem [d] diximus, ſi conditio adiiciatur, nouationem fieri: ſic intelligi oportet, vt ita dicamus factam nouationem, ſi conditio extiterit: alioqui ſi defecerit, durat prior obligatio. Sed quoniam hoc quidem inter veteres conſtabat, tunc fieri nouationē, cùm nouandi [e] animo [a] in ſecūdam obligationem itum fuerat: per hoc autem dubium erat quando nouandi [f] animo videretur hoc fieri, & quaſdam de hoc præſumptiones alij in aliis caſibus introducebant [g]: ideò noſtra proceſſit conſtitutio [h], quæ apertiſſimè definiuit, tunc ſolùm nouationem prioris obligationis [a] fieri, quotiens hoc ipſum inter cōtrahētes expreſſum fuerit, quòd propter nouationem prioris obligationis conuenerunt: alioqui & manere priſtinam obligationem, & ſecundam ei accedere [i], vt maneat ex vtraque cauſa obligatio ſecundùm noſtræ conſtitutionis definitionem, quam licet ex ipſius lectione apertiùs cognoſcere.

Contractus, qui conſenſu contrahitur, contrario conſenſu re non ſecuta diſſoluitur. Aret.

4. ¶ Hoc ampliùs, eæ obligationes, quæ conſenſu [k] contrahuntur, contraria voluntate diſſoluuntur. Nam ſi Titius, & Seius inter ſe conſenſerint vt fundum Tuſculanum emptum Seius haberet centum aureis: deinde re nondum ſecuta; id eſt neque pretio ſoluto [l], neque fundo tradito, placuerit inter eos, vt diſcederetur ab ea emptione, & venditione: inuicem liberantur. Idem eſt in conductione, & locatione, & in omnibus contractibus, qui ex conſenſu deſcendunt; ſicut iam dictum eſt [m].

Hoc amplius.] CASVS. Iam vidiſtis in tres modos princip. tollēdę obligationis: quarto etiam modo obligationes, quæ conſenſu naſcuntur, contrario conſenſu tolluntur: veluti ſi conuenerit inter me, & Titium, vt fundum Tuſculanum habeam emptum pro c. deinde nondum pretio ſoluto, nec fundo tradito, placuerit inter nos quòd ab emptione, & venditione diſcedatur, inuicem liberamur: & ſic per cōtrariū conſenſum tollitur obligatio conſenſu contracta. Idem etiam intelligas in omnibus aliis contractibus ex conſenſu deſcendentibus. hoc dicit vſque ad finem.

k ¶ *Quæ conſenſu.* a ſcilicet ſolo. ¶ Sed quæ ſunt hæ? Reſpond. enumerantur *ſupr. de oblig. ex conſenſu.* ¶ Item in quibuſdam ex maleficio, vt nudo conſenſu etiam tollantur ipſo iure: vt iniuriatum, item furti, & ſimiles: *vt ff. de pactis. l. ſi tibi x. §. quædam actiones* b. aliæ non ipſo iure tolluntur conſenſu, ſcilicet pacto de non petendo: ſed per exceptionem: *vt ff. de pactis. l. ſi vnus. §. pactus.* ACCVRS.

a Obligationes quæ ſolo conſenſu contrahuntur, ſolo diſſenſu diſſoluuntur. *l. nihil tam ff. de regul. iur.* Aegid. Per.

b Hoc verum intellige quo ad præiudiciū patris: nō fiſci, vel reipu. ſicut ecōtrà princeps faciendo gratiam malefactori, non tollit ius pœnæ quæſitæ parti. *Angel.*

c Obligatio naturalis, & ciuilis ſimul duodecim modis ipſo iure ita tolli poteſt, vt nullæ omnino reliquiæ eius maneant: & qui illi modi ſint.

d Oblationem tamen ſupple, faciendam eſſe congruo loco, & tempore: & ſolam ſufficere in iudicio: ſed & extra iudicium, ſi res ſit immobilis: aliàs ſecus: quæ requiritur conſignatio, & depoſitio. *Angel.*

e Obligatio ciuilis ſola per ſententiam tollitur manente naturali obligatione.

f Obligatio naturalis tantùm ſine ciuili tollitur pacto, chirographi redditione, & iureiurando.

g Creditor reddens inſtrumentum videtur tacitè pactum inire nō petēdo: & ideò ſolam naturalem oblig. tollit. *l. Labeo. ff. de pac.* Secus autem in pignoris redditione, per quā non videtur remiſſum debitum. Et ratio diuerſitatis eſt quòd inſtrumenti redditio nullam affert aliam vtilitatem, quàm debiti remiſſionem. contra verò pignoris redditio: *de qua vide per Bart. in l. item quia. & d. l. Labeo. & ibi per Port.*

h Obligatio quibus modis tollatur per exceptionem.

1 ¶ *Neque pretio ſoluto.* Sed quid ſi partem pretij ſoluat: Reſpond. non eſt res integra, & ideò non receditur nudo conſenſu: ſed ita demùm ſi hinc inde facta ſit retro traditio: *vt Co. quando liceat ab emptio. diſ. l. j. & ff. de pactis. l. ab emptione.* & eſt ratio vtrobique: quia nihil eſt tam conueniens naturali æquitati, quàm eodem genere quodque diſſolui, quo ligatum eſt: *vt ff. de reg. iur. l. nihil.*

m ¶ *Dictum eſt ſupr. eo. §.* ¶ Et not. in fine huius tit. duodecim [c] eſſe modos, per quos tollitur obligatio tam ciuilis, quàm naturalis ipſo iure, vt nullæ maneant reliquæ. 1. Per ſolutionem: *vt ſupr. eod. in princip.* 2. Item per acceptilationem: *vt infr. eo. §. item per acceptilationem.* 3. Item per nouationem voluntariam: *vt ſupr. eod. §. præterea. & ſupr. proxi. §. 4.* Item per nouationem neceſſariam, vt per ſententiam, & conteſtationem litis: vt ſi aliud meo nomine ſubeat pro me iudicium animo nouandi, & liberandi me: *vt ff. de noua. l. delegare. j. §. j. & l. alia.* 5. Item per compenſationem: *vt infr. de act. §. pe. & §. in bonæ fidei.* 6. Item per delegationem: *vt ff. de noua. l. delegare. j. reſpond.* 7. Item per confuſionem debiti: *vt ff. de fideiuſſorib. l. ſi debitori creditor.* 8. Item per oblationem [d], conſignationem, & depoſitionem: *vt C. de ſol. l. obſignatione.* & etiam ipſo iure: *vt ff. depoſiti. l. j. §. ſi pecunia. in fi. §. 9* Item per interitum ſpeciei: *vt ff. de ver. oblig. l. ſi ex legati.* 10. Item maleficio ſuo, mora non præcedente: vt per conſtitut. *ſi quis in tantam.* vel edictum diui Marci: *vt Cod. vnde vi. l. ſi quis in tantam. & ff. quod met. cau. l. extat. & ff. ad legem Iuliam de vi pri. l. penult.* 11. Item nudo conſenſu quandóque: *vt in hoc §.* 12. Item nudo pacto, vt in maleficiis. ¶ Sed & aliis modis tollitur, non vtraque, ſcilicet ciuilis, & naturalis, ſed interdum [e] ciuilis tantùm, & remanet naturalis: vt per ſententiam: *vt ff. de condic. indeb. l. Iulianus.* ¶ Item remanet [f] ciuilis, & tollitur naturalis: vt per pactum, & chirographi redditionem [g], & iuſiurandum: *vt ff. de ſol. l. Stichum. §. naturalis.* Ipſa etiam ciuilis ſic eliditur, vt non habeat vigorem: *vt infrà, de except. §. præterea.* ¶ Item ſunt & alij modi, quibus tollitur obligatio per [h] exceptionem, quos habemus *infr. de except. per totum.* AGCVRSIVS.

a Imò Imator non cetur ſe tulo de bus ma tractatur in hoc *Angel.*

b Rubric terdum ralior eſt tu.

DE OBLIGATIONIBUS,&c.

INSTITVTIONVM, SEV ELEMENTORVM D. IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS, LIBER IIII.

Hanc continua: vt in princip. huius tit. continetur. Dictum est suprà, de obligationibus ex contractu, & ex quasi contractu: verùm quia est reperire obligationes, quæ sunt ex delicto, & ex quasi delicto: ideò videndum est de ipsis. Sed quia obligationes, quæ sunt maiores, & generaliores, ideò de ipsis priùs videndum est.

a Sic ff. de fur.

DE OBLIGATIONIBVS, quæ ex delicto nascuntur. †

TITVLVS I.

Omnis obligatio ex delicto nascitur ex re: id est, ex maleficio. Aret.

[V]*m sit.*] Totus este tit. in nouem partes diuiditur. Primò continuat istum librum ad librũ præcedentem. Secundò ponit definitionẽ, allusionem, & diuisionem furti: ibi; *Furtum est contrectatio.* Tertiò ponit duo genera furtorum: eorum pœnam annectendo, ibi, *Manifestum est.* Quartò in quibus rebus fiat furtũ, & quando fur excusetur: ibi, *Furtum autem fit:* Quintò quando quis præstat opem. ibi, *Interdum furti.* Sextò quando illi, qui sunt in potestate alterius, domino, vel patri furantur: ibi, *Hi, qui,* Septimò, cui competit actio furti: ibi, *Furti autem actio.* Octauò an impubes cõmittens furtum, teneatur: ibi, *In summa.* Vltimò ponit quæ sit vera pœna furti manifesti. CASVS Cùm igitur in superioribus satis dictum sit de oblig. quæ ex contractu, vel quasi contractu nascuntur: nunc tractandum est de oblig. quæ ex maleficio, vel quasi descendunt. Scire tamen debetis, quòd obligationes, quæ nascuntur ex contractu, in quadruplici genere reperiuntur, vel in quatuor genera diuiduntur: obligationes tamen, quæ nascuntur ex maleficio, in vno genere reperiuntur. semper enim nascuntur ex re ipsa, id est ab ipso delicto perpetrato: veluti ex furto, aut damno, aut iniuria. h. d. Sed super §. isto dubitari potest super id, quod dicit, quòd obligationes ex contractu in quatuor genera diuiduntur: obligationes tamen, quæ ex maleficio nascuntur, sunt vnius generis. Et quia sicut obligationes, quæ ex contractu nascuntur, aliquando ex re, aliquando ex verbis, aliquando ex literis, aliquando ex consensu nascuntur: sic obligationes, quæ ex maleficio oriuntur, aliquando fiunt re, vt patet in furto: aliquando verbis, vt patet in contumelia: aliquando literis, vt patet in libello famoso ad infamiam alicuius composito: quid est ergo quod dicit obliga. ex maleficio esse vnius generis magis, quam obligationes ex contractu? Si dicas quòd omnes nascuntur ex re ipsa, id est ex maleficio ipso: sic similiter, & ex alia parte omnes obligationes ex contractu nascuntur. Ad hoc dicas quòd ex vno fonte nascuntur oblig. ex maleficio: ideoque omnes sunt eiusdem generis. vnde licèt omnes sint odiosæ, & stricti iuris, & diuersam habeant pœnam: secùs tamen est in obligat. quæ nascuntur ex contractu: quia diuersam sortiuntur naturam secundùm diuersam contractuum qualitatem. Quædam enim sunt obligationes bonæ fidei, quædam stricti iuris. Item obliga. quæ fiunt ex maleficio, statim obligant maleficio commisso: sic autem non est in obligationibus, quæ nascuntur ex cõtractu. Sed diceret aliquis: Nónne actio iniuriæ dissimulatione aboletur? quare ergo ipso maleficio non videtur malefactor obligatus? Respond imò deberes contrarium concludere. si enim aboletur dissimulatione, ergo nata fuit. h. d. Franc.

a ¶ *Ex contractu.* vt *supr. de obligat. ex contractu. vsque ad titulum de obliga. ex quasi contractu.*

b ¶ *Quasi ex contractu.* vt *suprà, de obligat. quæ ex quasi contractu.* ACCVRSIVS.

a Imò Imperator non pollicetur se hoc titulo de omnibus maleficiis tractaturũ: sed in hoc libro. *Angel.*

b Rubrica interdum generalior est textu.

c ¶ *Ex maleficio.* Caue tibi: quia licèt hîc promittat [a] dicere de omnibus his, non tamẽ dicit in hoc tit. de iis, quæ sunt ex quasi maleficio: sed dicet *infr. de obliga. ex quasi maleficio.* Nec etiam de omnibus, quæ ex maleficio, sed de solo furto agitur in hoc tit. sicut & alias rubrica est generalior, quàm sit tex. vt *ff. si certum peta. & de con. cer. & Cod. de reb. cred. & iureiur.* Nam non dicit ibi de re. cre. sed [b] in sequentibus tit. post illum. ADDITIO. Nota quòd non est inconueniens, quòd rubrica sit aliquando generalior textu: de quo dic vt dictum est sup. in rub. præmij. Angelus.

Vm expositum sit libro superiori de obligationibus ex contractu [a], & quasi ex contractu [b]: sequitur vt de obligationibus ex maleficio [c], & quasi ex maleficio dispiciamus. Sed illæ [d] quidem (vt suo loco tradidimus) in quatuor genera diuiduntur [e]: hæ [f] verò vnius generis sunt. nam omnes ex re nascuntur; id est, ipso maleficio, veluti ex furto [α], aut rapina, aut damno, aut iniuria [β] †.

Furtum latiùs, clariúsque sic definitur: Furtum est contrectatio rei alienæ inuito domino, fraudulosa, lucri faciendi gratia vel ipsius rei, vel etiam vsus eius, vel possessionis.

1. ¶ Furtum est [h] [β] contrectatio fraudulosa [i] lucri faciendi gratia, vel ipsius [k] rei [l], vel etiam vsus [m] eius,

d ¶ *Sed illæ.* scilic. quæ sunt ex contractu: non autem repetit eas, quæ sunt ex quasi contractu.

e ¶ *Diuiduntur.* scilicet re, verbis, literis, & consensu: vt *suprà, de obli. §. fin.*

f ¶ *Hæ.* scilic. quæ sunt ex maleficio, vel quasi.

α ¶ *Veluti ex furto.* Rectè ve. lib. *veluti ex furto, aut rapina, aut damno, aut iniuria.* hæc verò sunt priuata maleficia quatuor: alia aut sunt publica, aut popularia, aut extraordinaria. CVIACIVS.

† Hæc sunt priuata maleficia quatuor alia aut sunt publica, aut popularia, aut extraordinaria. *Cuiac.*

g ¶ *Iniuria.* Sed nónne fit iniuria verbis, & cõuitio, *vt ff. de iniu. l. j. §. iniuriam.* Item in literis infamatoriis: vt *ff. de iniu. l. lex Cornel. §. si quis librum. & infr. de iniu. §. j.* Sed certè & tunc ex maleficio fit, & sic re fit: quia maleficium fit verbis, vel literis: & sic habet locum, quod hìc dicitur. ACCVRS. *Furtum, &c.*] CASVS. Quæsiui à legislatore quid esset furtum, & quid rapina, &c. Et ipse primò ponit definitionem de furto, dicens quòd furtum est contrectatio rei alienæ inuito domino. & exponit hoc nomen, *rei*, di. siue ipsius rei. id est proprietatis, siue possessionis: & istud furtum communiter fuit prohibitum à lege diuina, scilicet per præceptum illud, Non furtum facies. h. d. Francisc.

h ¶ *Furtum est, &c.* & facit extrà *de elec. c. dudum. ij. circa princip. in ver. retinendo. & ibi glo. furtum.* hæc [a] exigitur in furto: & sine ea non fit furtum: licèt voluntas, vel alia verba, vel scriptura interueniat: vt *ff. eod. l. si quis vxori. §. si quis asinum. & l. inficiando. in princip. & l. j. §. sola.* Quandóque tamen sine contrectatione, vt in charta rasa. vt *ff. de fur. l. qui tabul. §. fina. & l. si quis vxori. §. si quis asinum.* Sed certè ibi contrectatio intercessit, cùm generaliter contrectationem accipiamus: licèt nõ fuerit ibi amotio. ACCVRS.

a Hìc incipit Glo. Acc. quod præcedit, non est ipsius. *Angel. Per.*

β ¶ *Furtum est.* Solius possessionis furtum fit. *l. j. §. Scæuola. ff. si quis test. lib.* Qui rem alienam, quam non tenet, aufert, possessionis furtum facit: Commodatarius, qui re commodata diutiùs vtitur, vel qui ea ad aliam rem, atque accepit, vtitur, vsus, i. naturalis possessionis: depositarius si pro suo possidere instituat eã rem, quam iure depositi tenet, ciuilis possessionis: debitor, qui pignus contrectat, vel hypothecam distrahit, naturalis possessionis furtum facit. Solius igitur possessionis furtum fit. Et id verò nec fraude fit, nec contrectatione sola: sed contrectatione fraudulosa. fraus in eo versatur, vt quis possessionem sibi habeat: Contrectatio in eo vt res loco moueatur. *l. ty. §. si rem. de acquir. poss.* CVIAC.

b Furtũ interdum fit sine affectu furandi.

i ¶ *Fraudulosa.* hoc ideò dicit: quia si credat sibi licere, non facit furtum: *vt infrà, tit. j. §. quia tamen.* Item si credat dominum permissurum, non facit furtum: ℣. *eod. §. placuit.* In duobus [b] tamen casibus videtur furtum fieri etiam sine fraude furandi: vt in eo, qui saccum pecuniæ surripuit. Nam etiam sacci nomine furti tenetur, licèt saccum nõ proposuerit furari: sed pecuniam: *vt ff. eodem. l. qui saccum.* Sed certè licèt non [c] principaliter: secundariò tamen voluit saccum surripere. Alius casus est: *vt ff. de condict. cau. da. l. penultima. §. sed si tuus. in gloss. fin.* Item subaudi ad definitionem, quæ fit inuito domino: nam eo volente non potest committi furtum; *vt infr. eo. §. placuit.*

c Furtum fit secundariò: licèt non principaliter.

k ¶ *Vel ipsius.* i. proprietatis ipsius rei.

l ¶ *Rei.* subaudi mobilis. nam de immobili non potest [d] fieri furtum: *vt suprà, de vsucap. §. quod autem.* nisi in casu, vt in creta. Sed certè iam illa est mobilis: *vt ff. eodem. de fur. l. si creta.* ¶ Item subaudi, corporalis: nam de incorporalibus non fit furtum: cùm nec contrectatio in his esse possit: *vt ff. de acquiren. rerum do. l. seruus. §. incorporales.* ¶ Item subaudi, alienæ: quia rei meæ non facio furtum, in eo quòd est meum: secùs in communi: *vt ff. eo. l. si socius* [e] Idem & si est nullius: vt hæreditariæ res non fit furtum: *vt ff. eod. l. hæreditaria.* & ideò dixi subaudiri, alienæ.

d Furari non possum rem immobilem in corporalem, & meam.

e Dic tamen quòd licèt socius possit cõmittere furtum: tamen non præsumitur: *vt l. merito. ff. pro so.* quod est verũ quando socius vtitur re ad eum vsum, ad quem est destinata: *vt l. Sabinus. & l. si ædes. ff. communi diuid.* secùs si aliter vteretur: ita quòd aufertur socio commoditas partis suæ: *vt d. l. Sabinus. ita dixit Bart. in d. l. si socius.* Ang.

f Hæc probatur Angel. *facit tit. l. 2. C. de seruis fugitiuis.*

m ¶ *Vsus.* vt habes exemplum *infrà, eod. titul. §. furtum autem fit.*

¶ Sed qualiter quadruplicatur hîc? Respond. vsus [f] æstimatio tantùm quadruplicabitur, vt non plus extendatur pœna, quã delictum: *vt C. de pœnis. l. sancimus. in fine. & facit ff. eod. l. vulgarus. in fine.*

in fine. & l. si quid fur. j. respons. §. j. & ij. & l. verum est. 2. Alij dicunt etiam ipsam proprietatem debere æstimari: quia non potest separari vsus a proprietate: *vt ff. eodem. l. qui iumenta. & l. si vendidero. §. cùm autem.* 3 Prima tamen verior est: *vt not. in l. ij. Cod. de ser. fugiti.* ADDITIO. Hîc primam opinio. quòd vsus tantùm

possessionisve [a] : quod lege naturali [b] † prohibitum est admittere.

¶ Furtum prohibitum est iure naturali: *vt hîc, & l. ij. ff. eod.* Iustinus *lib. 2.* Nullum crimẽ apud Scythas furto grauius, qui iure naturali tantum vtebantur. idem dicitur iure diuino. *Exod. 2.* Nõ furtum facies. *& Leuitic. 19. & Deuter. 5. & Exod. 21.* Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit, morte moriatur. *Vide Glos. in l. 1. §. ius naturale. ff. de iust. & iur.* Aegid. Per.

a Aut potius naturali ratione inducta. *Angel.*

2. ¶ Furtum autem vel à furuo; id est nigro dictũ est, quòd [c] clam, & obscurè fiat, & plerumque nocte. vel à fraude: vel à ferendo, id est auferendo [d] : vel à Græco [e] sermone, qui φῶρας appellant fures. Imò & Græci ἀπὸ τοῦ φέρειν φῶρας dixerunt.

Qui cum re furtiua, antequam eò peruenerit, quò furtum perferre destinarat, vbiuis locorum deprehensus fuit, fur est manifestus: qui si ad locum destinatum iam aduenerit, etiamsi demùm cum re deprehendatur, non manifestus dicitur.

3. ¶ Furtorum autem duo sunt genera: manifestum, & nec manifestum. Nam conceptum, & oblatum, species [f] potiùs actionis sunt cohærentes, quàm genera furtorum: sicut inferiùs apparebit [g] . Manifestus fur est, quem Græci ἐπαυτοφώρῳ † appellant: nec solùm is, qui in ipso furto deprehenditur: sed etiam is, qui in eo loco deprehenditur, quo furtum fit: veluti qui in domo † furtum fecit, & nondum egressus ianuam deprehensus fuerit: & qui in oliueto, oliuarum: aut in veneto, vuarum furtum fecit, quamdiu in eo olieto, aut vineto deprehensus fuerit. Imò vlteriùs furtum manifestum extendendum est, quãdiu eam rem fur tenens visus, vel deprehensus fuerit, siue in publico, siue in priuato, vel à domino, vel ab alio [h] , antequam eò peruenerit, quò deferre, vel deponere destinasset [i] . Sed si pertulit quò destinauit: tametsi deprehendatur cum re

† Duo faciunt furtum manifestum: locus, in quo furtum commisit, & apprehensio, seu clamor, antequam peruenerit ad locũ destinatum. *Aegid. Per.*

cultauit ille, cui fiebat. Nam licèt fur visus fuerit; tamen est fur non manifestus: *vt ff. de furt. l. si quis in seruitute. §. cæterùm.*

ACCVRSIVS.

i ¶ *Deponere destinasset.* in tantum secundùm Hugo. vt si vltra montes perferre destinasset: tamen si deprehendatur antè, erit fur manifestus.

furtiua, non est manifestus fur. Nec manifestum [k] furtum quid sit, ex his, quæ diximus, intelligitur. nam quod manifestũ non est; id scilicet nec manifestum est.

Varia furtorum genera, ex quibus quoque variæ actionum species prodibant, hodie in desuetudinem abierunt. Qui sciens, prudénsque rei furtiuæ & receptator, & occultator est, furti non manifesti obnoxius sit.

4. ¶ Conceptum furtum dicitur, cùm apud aliquem testibus præsentibus [l] furtiua res quæsita, & inuenta sit. nam in eum propria actio constituta est [m] ; quamuis fur non sit, quæ appellatur concepti. Oblatum furtum dicitur, cùm res furtiua ab aliquo tibi oblata sit, eáque apud te concepta sit: vtique si ea mente tibi data fuerit, vt apud te potiùs, quàm apud eum, qui dederit, conciperetur. nam tibi, apud quem concepta sit, propria aduersus eum, qui obtulit, quamuis fur non sit, constituta est actio, quæ appellatur, Oblati.

¶ Est etiam prohibiti furti actio aduersus eum, qui furtum quærere testibus præsentibus volentẽ prohibuerit. Præterea pœna constituitur edicto prætoris per actionem furti non exhibiti aduersus eum, qui furtiuam rem apud se quæsitam, & inuentam non exhibuit. Sed hæ actiones; scilicet conceptí, & oblati, & furti prohibiti, necnon furti non exhibiti, in desuetudinem abierunt. Cùm enim requisitio rei furtiuæ hodie secundùm veterem obser-

a Contrariorũ eadem est disciplina.

Conceptum furtum, &c.] CASVS. Dixi Iustinian. Domine, satis vidi quid est furtum manifestum: & ex consequenti quid est furtum non manifestum: sed intellexi à vobis fieri mẽtionem de furto concepto, & oblato. vnde quæro: Domine, quid est furtum conceptum? Et dicit Imperat. Frater, hodie furtum conceptum non est in vsu: olim tamen erat talis eius natura, quòd si aliquis credebat rem furtiuam in domo alicuius esse, ad eam cum magna pompa conueniebat: & si dominus domus eam restituere nolebat, quanquam nõ esset fur, dabatur tamen domino rei contra eũ actio furti concepti. Olim quoque erat alia species furti, quæ vocabatur oblati; & habebat olim locum actio furti oblati in tali casu. Pone sic: Quidam erat amicus meus specialis: & penes eum erat depositum: ipse autem videns quòd res furtiua cum magna diligentia quærebatur, plus diligens suam honestatem, quàm meam, penes me rem illam furtiuam deposuit, deinde fuit res illa furtiua penes me inuenta, vnde teneor ego actione furti concepti: & ille, qui penes me rem illam deposuit, tenetur mihi actione furti oblati, ad resarciendũ quicquid illi soluero cõuentus act. furti concepti. Fuit etiam olim quædam actio, quæ vocabatur actio furti prohibiti: quæ dabatur cõtra eum, qui me quærere prohibuit, testibus præsentibus rem furtiuam, quam in domo sua esse dicebam: & adhuc ex edicto prætoris fuit instituta actio furti non exhibiti aduersus eum, qui rem furtiuam quæsitam, & penes eum inuentam non exhibuit. sed omnes istæ actiones, videlicet furti concepti, oblati, prohibiti, nõ exhibiti, quæ propter inquisitionem rei furtiuæ olim erant adinuentæ, hodie in desuetudinem abierunt, quippè cùm hodie requisitio rei furtiuæ locum nõ habeat, eò quòd hodie omnes, qui rem furtiuam sic receperint, & occultauerint, furti non manifesti teneãtur. Item quæsiui à Iustiniano quæ esset pœna furti manifesti. Resp. Iustinian quòd pœna furti manifesti est quadruplum: non manifesti autem, duplum. Franc.

† ἐπαυτοφώρῳ legit hîc Andreas Alci. *lib. prætermiss. 2. tit. de fur.*

a Furtum pro furto. *Angel.*

b Hæc Gl non est Accurs.

c Per liberam personam vtrũ aliquando nobis adquiratur.

b Hæc Gl non est Accurs.

c Notus magis dicitur, qui testibus præsentibus in delicto deprehenditur. *vel ita.* Manifestũ est, quod fit testibus præsentib.

a Furtum manifestum. *Angel.*

b Quòd hoc. *Angel.*

c Quòd. id est quia.

d Auferendo. quia fur aufert.

e A Græco. b phor Græcè, dicitur fur Latinè. & phoras, id est fures: & epautophoro. id est manifestus fur; scilicet qui cum re deprehenditur. & est indeclinabile. nam apud Græcos aduerbium est. aliàs dicitur autophoros.

Furtorum autem, &c.] CASVS. Satis supra dictum est quid est furtum, & vnde dicatur: modò dicendum est quot sunt genera furtorum: & dicitur quòd duo: quia furtum aut est manifestum, aut non manifestum. Imò diceret aliquis quòd quatuor sunt genera furtorum. Aliud est manifestum, aliud non manifestum, aliud conceptum, & aliud oblatum. Et respondetur quòd non est ita, quia conceptum, & oblatum ponunt species potius, quàm genera. Et super hoc, quod in isto §. dicitur, quòd si extranei viderit furem rem meam furtiuè asportãtem, quòd propter visionem extranei fur ille dicitur manifestus: & ita actione furti manifesti tenetur mihi ad quadruplum: & ita visione extranei mihi acquiritur actio: quod est contra illud generale, Per liberam personam nihil nobis acquiri. Ad hoc dicunt quidam, quòd hoc est speciale in odium furti: sicut & in odium furis hoc introductum est, quòd aliquis teneatur actione furti perpetuò: tamen aliæ prætoriæ actiones pœnales sunt annales. Alij dicunt, quòd in isto casu mihi acquiritur actio; non per liberam personam: sed ex delicto furis mihi acquiritur, cùm exinde vitiatur. h. d. Francisc.

f ¶ *Species.* i. casus. ACCVRS.

g ¶ *Apparebit. vt infrà, cod. §. conceptum. & §. oblatum.* ACCVRS.

h ¶ *Ab alio* Per hoc videtur infringi regula [c] , per liberam personam nihil acquiri, *vt Cod. per quas person. no. acquir. l. j.* quod falsum est: quia magis ex delicto suo proprio, quàm alterius facto hoc euenit: *vt ff. de vsuris. l. si quis solutioni. §. final. & ff. quod vi, aut clam. l. prohibere.* Et sunt hæc vera, nisi in casu, scilicet cùm se oc-

i ¶ *Testibus præsentib.* b. No. quòd magis [c] dicitur notus ille, qui præsentibus testibus in delicto deprehenditur. facit *l. hæredes palã. in princ. ff. de testa.* Angel.

l ¶ *Constituta est.* sc. olim. ACCVRS.

Non

a Rquisitio furti an hodie fieri vsu.

a ¶ *Non fiat.* Imò [a] fit: *vt ff. de ser. fugi. l.* j. §. *hoc autem.* Sed illud est speciale in persona serui.

α ¶ *Obseruationem non fiat.* Furtorum quæstiones cum lance, & licio euanuerunt. Gel. *lib. 16. cap. 10.* In vet. autem libris hoc in loco scriptum est, *non fit.* CVIAC.

b Solemnitate sublata non semper id tollitur, quod cũ solemnitate fit: atque ita cessante causa solemnitatis, non cessat id, quod solenniter factum est. † *al.* manifestissimum sit. † Sic *Lucæ 19.* Si aliquem defraudauit, quadruplum reddo. & *Exod. 22.* Si quis furatus fit bouem, aut ouem, quinque boues pro vno, & quatuor oues pro vna, restituit: si non habuerit quod pro furto reddat, ipse venũdabitur. Et nota quòd pro furto quæsitis non debet fieri elemosyna: exemplo Zachei: sed potiùs reddi domino cum quadruplo: *vt c. fi. xiii. quæst. j.* Aegid. Per.

b ¶ *Ex consequẽtia* hęc non [b] est semper bona consequentia, vt sublata solemnitate, ideò id tollatur, quod cum solemnitate fit: *vt suprà, de verb. oblig. §. sed hæc. & Cod. de formulis, & impet. sub. l.* j. *& ij.* ACCVRS.

c ¶ *Pœna manifesti.* quæ est de iure prætorio: *vt infrà, de perpet. & tempor. actio.* §. j. ACCVRS.

d ¶ *Ex furti.* hoc tamẽ casu seruus pro noxa dari poterit: *vt infrà, de noxa. act. in principio.*

β ¶ *Tam ex furti, quàm ex liberi.* In ciuilibus actionibus furti manifesti liberi separantur à seruis, vt auctor est Au. Gell. *lib. 11.* non tamen in prætoriis. Vtimur autem hodie prætoriis, non ciuilibus. CVIAC.

e ¶ *Nec manifesti.* scilicet quæ descendit ex lege xij. tabul. *vt infrà, de noxa.* §. *sunt autem.*

¶ Sed quare minor pœna iure legis xij. tabula. imponitur, quàm per prætorem: respond. quia [c] maius delictum est: *vt infrà, titul. proxi. in princip.* Præterea tempore l. xij. tab. pauperiores [d] erant homines: vnde minores pœnæ imponebantur: *vt infrà, de iniur.* §. *pœna.* ACCVRS.

c Pœnæ augentur: vbi maius est delictum.

d Pœnæ pecuniariæ minuũtur pro inopia, & paupertate temporis, & regionis.

f ¶ *Dupli.* nisi in casu: *vt C. de ser. fugi. l. mancipia.* ACCVRS.

Furtum autem fit, &c.] CASVS. Quæsiui à Iustinian. qualiter fieret furtum. Respondet dicens, quòd non solùm fit furtum, quando animo intercipiendi. id est, intrandi proprietatem aliquis quippiam amouerit: sed etiam cùm aliquis rem inuito domino contrectat. vnde si creditor pignore vtatur, vel depositarius re deposita penes ipsum; vel res, quæ ad vnum vsum conceditur, in alium transferatur, quàm cuius gratia data est: omnibus his casibus furtum fit. Vnde scire debes, quòd illi, qui habent rem sibi ad vnum vsum commodatam: si in alium vsum conuertant, ita demùm furtum committunt, si se intelligant inuito domino hoc facere. Sed pone: quid si credant se inuito domino hoc facere; sed dominus hoc ratum habeat, fitne furtum in hoc casu? Resp. quòd non. Vnde ad hoc quod cõmodatarius conuertens rem sibi commodatam in alium vsum, quàm in eum, ac commodata erat, furtum faciat, duo exiguntur, videlicet quòd credat se inuito domino hoc facere, & credat eum non permissurum. *h. d. vsque ad §. sed & si* Franc.

g ¶ *Inuito domino.* & quandóque volente: *vt infr. eod. §. vnde illud.* ACCVRSIVS.

h ¶ *Gestandi causa.* id est ducendi. ADDITIO. No. contra illos, qui accipiunt in commodatum equum vsque ad villam, & posteà ducunt eum Bononiam: quia furtum committunt. Angel.

i ¶ *Perduxisset.* idem est & si alij commodauit. species [e] enim furti est de alieno largiri: *vt ff. eo. l. si pignore.* §. j.

k ¶ *Intelligat* & est ratio: quia voluntas [f] distinguit maleficia: *vt ff. eo. l. qui iniuria. in fi. i. respon. & facit C. ad leg. Corn. de sic. l.* j. *& ff. si cer. per. l. quod te.* [g] patet in *c. cum voluntate. extra de senten. excommun.*

e Furtum fatur, qui de alieno largitur.

f Voluntas distinguit malefícia.

g Hoc non est Accur. *Aegid.*

l ¶ *Permissurum.* Quid si hoc credidit; scilicet dominum permissurum, sed stultè credebat? Resp. furti non tenetur: cùm [h] non fiat furtum absque affectu: vt hîc subiicit, *& supr. de vsuca. §. item si is,* & facit, *ff. de furt. l. inter omnes. §. restè.* Sed actione ex eo contractu: vt commodati vel simili, bene tenetur: *vt ff. eodem. l. qui re sibi commodata.* Secùs si stultè opinor te permissurum rem tuam accipere: *vt ff. de furt. l. qui vas. §. vetere.* ACCVRS. ADDITIO. Quid autem in filiofamilias, vxore, viro, vel monacho corruptis: an habeat locum pœna istius §. dic vt per Angelum hîc.

h Furtum non fit sine affectu.

m ¶ *Non committitur.* nisi in duobus casibus; vt dixi *suprà, eodem.* §. j. ACCVRS.

Sed & si.] CASVS. Suprà dictum est, quòd furtum non fit nisi cõtrectatione rei alienæ, & domino inuito. & ita necesse est, quòd duo concurrant. scilic. quòd contrectans credat se inuito domino contrectare: & quòd domino inuito cõtrectet. & quia ita est, ideo quæritur, vtrùm verum esset furtum commissum in tali casu: Titius accessit ad seruum meum, & eum solicitauit hoc modo: Serue nequam vade furare domino tuo res istas: & cum eis venias ad me ad castrum meũ, & ego bene defendam te contra dominum tuum. Seruus autem ille accessit ad me dominum suum, & intimauit mihi omnia hæc. Ego autem volens Titiũ in furto deprehendere, dixi illi seruo meo: Serue bone, & fidelis, super multa te constituam. vnde volo quòd res illas capias, & fugias ad Titium solicitatorem. Seruus autẽ ille de volũtate mea res illas detulit ad Titium: venio posteà, & res meas furtiuas, seu furatas simul cũ seruo meo inuenio apud Titium: facio eũ in iudicium conueniri: & intento contra eum tam actionem furti, quàm serui corrupti. Ex ratos esse ostendere, quòd neutra istarum actione teneatur. Innotuit enim iam nobis tota veritas. Actione enim serui corrupti nõ tenetur, dicunt ipsi; quia seruus non est corruptus: quia non habet res illas me inuito: sed magis me volente: & iussu meo fuerunt sibi deportatæ. Super ista quæstione olim fuit magna dubitatio: constitutio tamen domini Iustiniani statuit, quòd teneatur actionibus ambabus: quia quantum in eo fuit, ipse res illas inuito domino contrectauit, & etiam seruum corrupit. Et propter hoc statuit Iustinianus, quòd prædictis duabus actionibus teneatur, vt auferatur occasio delinquendi: neque fortè si in casu isto impunitus remaneret, ex huius impunitate alij tentarent seruos alienos corrumpere, qui de facili possent corrumpi: quanquam iste bonus non fuit corruptus. h. d. & litera plana est vsque ad §. *interdum quoque furti.* Franc.

7. ¶ Placuit tamen, eos, qui rebus commodatis aliter vterentur, quàm vtendas acceperint, ita furtum committere, si se intelligant [k] id inuito domino facere: eúmque, si intellexisset, non permissurum [l]. at si permissurum credant, extra crimen videri; optima sanè distinctione: quia furtum sine affectu furandi non committitur [m].

Qui etiam inuito domino contrectare falsò credit, si id volente domino faciat, furti reus non est: excipe alieni serui improbum solicitatorem: quippè qui, etiam si domini applausu, eius rem assequutus fuerit, furti obnoxius est: nihilominùs serui corrupti iudicium subiiturus.

8. ¶ Sed & si credat aliquis inuito domino se rem commodatam sibi contrectare; domino autem volente id fiat: dicitur furtum [n] non fieri. Vnde illud quæsitum est, cùm Titius seruum Mæuij solicitauerit, vt quasdam res domino [o] furriperet, & ad eum [p] perferret [γ], & seruus id ad Mæuium pertulerit [q]: Mæuius autem dum vult Titium in ipso delicto deprehendere, permiserit seruo quasdam res ad eum perferre: vtrùm furti, an serui corrupti iudicio teneatur Titius, an neutro. Et cùm nobis super hac dubitatione suggestum est: & antiquorũ prudentum super hoc altercationes perspeximus: quibusdam neque furti, neque serui corrupti actionem præstantibus, quia aduerso aduocati Titij ipsum viriliter defendentes dicunt se paratos esse ostendere, quòd neutra istarum actione teneatur. Innotuit enim iam nobis tota veritas. Actione enim serui corrupti nõ tenetur, dicunt ipsi; quia seruus non est corruptus: quia non habet res illas me inuito: sed magis me volente: & iussu meo fuerunt sibi deportatæ. Super ista quæstione olim fuit magna dubitatio: constitutio tamen domini Iustiniani statuit, quòd teneatur actionibus ambabus: quia quantum in eo fuit, ipse res illas inuito domino contrectauit, & etiam seruum corrupit. Et propter hoc statuit Iustinianus, quòd prædictis duabus actionibus teneatur, vt auferatur occasio delinquendi: neque fortè si in casu isto impunitus remaneret, ex huius impunitate alij tentarent seruos alienos corrumpere, qui de facili possent corrumpi: quanquam iste bonus non fuit corruptus. h. d. & litera plana est vsque ad §. *interdum quoque furti.* Franc.

k ¶ *Intelligat.* & est ratio: quia voluntas [f] distinguit maleficia: *vt ff. eo. l. qui iniuria. in fi. i. respon. & facit C. ad leg. Corn. de sic. l.* j. *& ff. si cer. per. l. quod te.* [g] patet in *c. cum voluntate. extra de senten. excommun.*

l ¶ *Permissurum.* Quid si hoc credidit; scilicet dominum permissurum, sed stultè credebat? Resp. furti non tenetur: cùm [h] non fiat furtum absque affectu: vt hîc subiicit, *& supr. de vsuca. §. item si is,* & facit, *ff. de furt. l. inter omnes. §. restè.* Sed actione ex eo contractu: vt commodati vel simili, bene tenetur: *vt ff. eodem. l. qui re sibi commodata.* Secùs si stultè opinor te permissurum rem tuam accipere: *vt ff. de furt. l. qui vas. §. vetere.* ACCVRS. ADDITIO. Quid autem in filiofamilias, vxore, viro, vel monacho corruptis: an habeat locum pœna istius §. dic vt per Angelum hîc.

m ¶ *Non committitur.* nisi in duobus casibus; vt dixi *suprà, eodem.* §. j. ACCVRS.

Sed & si.] CASVS. Suprà dictum est, quòd furtum non fit nisi cõtrectatione rei alienæ, & domino inuito. & ita necesse est, quòd duo concurrant. scilic. quòd contrectans credat se inuito domino contrectare: & quòd domino inuito cõtrectet. & quia ita est, ideo quæritur, vtrùm verum esset furtum commissum in tali casu: Titius accessit ad seruum meum, & eum solicitauit hoc modo: Serue nequam vade furare domino tuo res istas: & cum eis venias ad me ad castrum meũ, & ego bene defendam te contra dominum tuum. Seruus autem ille accessit ad me dominum suum, & intimauit mihi omnia hæc. Ego autem volens Titiũ in furto deprehendere, dixi illi seruo meo: Serue bone, & fidelis, super multa te constituam. vnde volo quòd res illas capias, & fugias ad Titium solicitatorem. Seruus autẽ ille de volũtate mea res illas detulit ad Titium: venio posteà, & res meas furtiuas, seu furatas simul cũ seruo meo inuenio apud Titium: facio eũ in iudicium conueniri: & intento contra eum tam actionem furti, quàm serui corrupti. Ex ratos esse ostendere, quòd neutra istarum actione teneatur. Innotuit enim iam nobis tota veritas. Actione enim serui corrupti nõ tenetur, dicunt ipsi; quia seruus non est corruptus: quia non habet res illas me inuito: sed magis me volente: & iussu meo fuerunt sibi deportatæ. Super ista quæstione olim fuit magna dubitatio: constitutio tamen domini Iustiniani statuit, quòd teneatur actionibus ambabus: quia quantum in eo fuit, ipse res illas inuito domino contrectauit, & etiam seruum corrupit. Et propter hoc statuit Iustinianus, quòd prædictis duabus actionibus teneatur, vt auferatur occasio delinquendi: neque fortè si in casu isto impunitus remaneret, ex huius impunitate alij tentarent seruos alienos corrumpere, qui de facili possent corrumpi: quanquam iste bonus non fuit corruptus. h. d. & litera plana est vsque ad §. *interdum quoque furti.* Franc.

n ¶ *Furtum.* vt furti actio nascatur: furtum [a] tamen fit secundùm quosdam. Sed certè imò nec furtum fit; *vt ff. eodem. l. inter omnes. §. penult.*

a Furtum interdum committitur, etiasi inde furti actio non nascatur: *vide Gloss in §. al. quando. ro. infr. eod.*

o ¶ *Domino.* s. Mæuio. ACCVRS.

p ¶ *Et ad eum.* s. Titium.

γ ¶ *Subriperet, & ad eum perferret.* Vet. cod. *subripiat, & ad eum perferat, & ser. id ad Ma. pert. (Mæuius, dum vult Titium in ip. del. de. permisit ser. quasdam res ad eum perferre) vtrùm, &c.* In hac verò specie nec furtum commissum videtur, nec seruus corruptus est: furti tamen, & serui corrupti actio competit. CVIACIVS.

q ¶ *Pertulerit.* i. domino hoc renuntiauerit: *vt Co. de furt. l. si quis seruo* [b] *alieno persuaserit.*

b Illam legem Glossa ibidem extendit ad filiumfamilias, quem alius corrumpere voluit.

Decisionem.

a Furtum non fit volenti.

a § *Decisionem.* vt Cod. *de fur. & ser. corrupt. l. si quis seruo alieno persuaserit.*

a § *Sancimus.* Vet. cod *sanximus.* sic etiam legendum est in l. s. C. *de test. & l.* 1. Co. *de numera. & act.* non *sancimus:* auctoribus eisdem codicibus. CVIACIVS.

b § *Furti actionem.* speciale est, quod hîc dicitur: aliàs [a] non fit furtum volenti: *vt sup. proxi §. & ff. de donat. inter virum, & vxorem. l. de eo in fi. qua est contrà.*

§ Sed videtur quòd nec hoc casu debeat esse speciale: *vt Co. de ser. fugit. l. quicunque. §. fin.* Sed ibi incœpit malitia à domino: hîc autem ab ipso corrumpente. ACCVR.

c § *Licèt.* i. quamuis. ACCVRS.

β § *Non concurrant.* Vet. *non currant reg. quæ ser. cor. act. introducerent.* CVIACIVS.

b Pœna vnius metus multorũ esse debet.

d § *Regulæ.* quas regulas habemus, *ff. de seruo corrupt. l.* j. *in principio. & per totum titulum.*

c Affectus punitur: licèt nõ sequatur effectus. Sic Metellus Celer Sergiũ damnauit, & nõ factum; sed animus in quæstione deductus est: pluſque voluisse peccare nocuit, quàm nõ peccasse profuit. *Vale. Max: lib. 6. ca. 1. de pudi.*

c § *Perniciem.* id est destructionem.

f § *Impunitate.* sic *infrà, titul.* j. §. *sed ne dum talia.*

g § *Quibusdam.* item & vt vnius [b] pœna sit metus multorum: *vt C. ad legem Iul. repet.* j.

§ Et not. in hoc §. puniri [c] affectum, etsi non sequatur effectus: *sic C. de episc. & cle. l. si quis nõ dicam. & Cod. de his, qui ad eccle. confugi. l. præsenti.* Argum. contrà. *ff. de pœnis. l. cogitationis.* Sed certè hęc cogitatio iam deuenerat ad aliquem actum: vnde non erat nuda. ACCVRS. ADDITIO. Tu dic circa istam materiam, quòd aut quis nõ cogitat delinquere: nec agit, nec perficit: & regulariter non tenetur. fallit in casu *l. quisquis. Cod. ad leg. Iul. maie. & l. ij. C. de lib. & eorum libe.* aut cogitat tantùm: & iure poli punitur, non fori. Aut cogitat, & agit; sed non perficit: & tunc ciuilis actio non datur, nisi delictum de facili transeat in exemplum. vt hîc. In criminali autem distingue: quia pro delicto accessorio, putà quia fregit ostium, vel fenestras, punitur. non pro principali, nisi processerit ad actum proximum ipsi delicto, quod ex facti impedimento non perfecerit. Aut egit, & perfecit, sed nõ cogitauit: & tunc siue culpa id euenerit, siue casu, semper tenetur: dummodò culpa præcesserit casum: mitiùs tamen punitur, quatenùs ex leuiori culpa fuit obnoxius. Quando autem agit, cogitat, & perficit: clarum est ipsum forè puniendum: nec est locus pœnitentiæ. *l. qui ea mente. ff. eod.* fallit in *l. j. ff. de crimin. stellio.* Angel.

h § *Furtum fit.* non [d] ratione dominij [e]: sed maleficij: & ideò ex hoc maleficio non ciuiliter; sed criminaliter agitur. Nam cùm sit liberum [f] corpus, non recipit æstimationem: *vt infrà de oblig. quæ ex quasi delict. §. ob hominem.* Criminaliter autem extra ordinem agetur: *vt ff. eodem. l. final. & de priua. deli. l. fin.* Mater [g] verò non agit; sed & pater non agit condictione furtiua: cum [h] ipsa ad possessionem, vel proprietatem competat: quorum neutrum in filio habet locum: *vt ff. eod. l. eum qui. §. an pater. versicu. si filius. & l. mater. in princip. & §. liberorum. & ff. de acquirend. possess. l. eum hæredes. §. fin. & ff. de rei vindi. l. j. §. per hanc.* ADDITIO. Istam glo. reprobant doctores: quia imò ciuiliter agitur, & duplicantur operæ, vel damna, quæ pater sustinuit: qui licèt non propriè; largo tamen modo habet in filium dominium, & possessionem: quod patet: quia habet rei vind. de iure Romano: *vt l. j. §. j. ff. de rei vindi.* ACCVRS.

i § *In potestate nostra.* Vet *in pot. nos. sit.* & in §. prox. *aliquando etiã suæ rei furtum quisque committit.* CVIAC.

i § *Subtraxerit.* Sed hæc res non efficitur furtiua: *vt ff. de vsucap. l. sequitur. §. si rem. & ff. pro emp. l. si rem.* § Vnde [a] dic quòd quandóque est res furtiua, & sit furtum, & nascitur actio furti: vt ferè in toto hoc tit. *& ff. eodem. & C. eod.* interdum nullum eorum est: vt si re mea vtar. 2. Interdum furtum fit, & res furtiua; sed actio furti non nascitur: *vt infrà, eod. §. hi, qui.* Interdum furtum fit, & actio nascitur; sed non fit res furtiua, vt hîc dicitur.

a Furtum, furtiua rei, actio, condictio furti, quando quę separantur. *ad de Gl. l. sequitur, §. si rem. ff. de vsucap.*

Furti quoque actione tenetur non modò qui furatur: verùm etiam qui opem, & consilium ad id patrandum præstat: eadémque pœna, qua fur, condemnandus est: qui si consilium tantùm dederit, non tenetur.

11. § Interdum quoque † furti tenetur [k], qui ipse furtum non fecit: qualis is, cuius ope, & consilio furtum factum est. In quo numero est, qui tibi numemos excussit, vt alius eos raperet: aut tibi obstiterit, vt alius [l] rem tuam exciperet: aut oues tuas, vel boues fugauerit, vt alius eos acciperet. Et hoc veteres scripserunt de eo, qui panno rubro [m] fugauit armentũ. Sed si quid eorum per lasciuiam [m], & non data opera, vt furtum admitteretur, factum est: in factum [n] actio dari debet. At vbi [o] ope Mæuij Titius furtum fecerit, ambo furti tenentur.

† De materia huius §. vide n. c. qui cum sati. iuncti Glos. cas. de furt.

§ Ope †, & consilio eius quoque furtum admitti videtur, qui scalas fortè fenestris supponit [p]; aut ipsas fenestras, vel ostium effringit, vt alius furtum faceret: quive ferramenta ad effringendum, aut scalas vt fenestris supponerentur, commodauerit, sciens cuius rei gratia commodauerit. Certè qui nullam opem ad furtum faciendum adhibuit; sed tantùm consilium dedit [q], atque hortatus est ad furtum

† Concord. cum hoc §. ca. sequ. pa. incipit. si perueniss. de iniu. & iniu. dat.

Interdum quoque furti. § CASVS Scire debes quòd quandóque tenetur ille, qui furtum non facit: & hoc reperitur in illo, cuius ope, & consilio furtum factum est: cuiusmodi est ille, qui de manu tua pecuniam, seu nummos excusserit, vt ab alio surriperentur: & etiam qui tibi volenti euadere resistit, vt alius res tuas raperet: necnon & ille, qui panno rubro, vel aliquo alio modo oues, vel boues fugauerit, vt alius abigeus eas surriperet. Et hoc verum est, si hoc eo animo fecerit, vt alius eas surriperet. Si enim per lasciuiã hoc fecerit, & non vt ab aliquo alio surriperentur, tunc non tenetur act. furt. sed l. Aquil. Cùm autem ope vnius alter fecerit, ambo act. fur. tenẽtur. Et caue tibi quòd bene scias literã, & naturã distinguere: quia quod iam dictum est, quòd ille, cuius ope fit furtum, tenetur act. fur. intellige de eo, qui opem oppressam præbuit: sicut si aliquis furtum volentem facere, sciens quid ipse facturus esset, accommodauit scalas, vt fenestram ascendat, & hãgat nam aliter vult litera sequẽs: scilicet quòd ille, qui præbet consilium tantùm facienti furtum, act furt. non teneatur: veluti si aliquis solum consilium dederit alicui facienti furtum: quia tunc actio. furtiua: non tenebitur. h. d. Et ita habes in hoc §. tres casus. vnus est, quando aliquis opem, vel consilium expressum præbuit furtum facienti. secundus quando opem, vel consilium tacitum. tertius, quando solum consilium, & non opem. In primis duobus casibus tenetur actio. furt. in tertio non tenetur h. d. Franc.

9. § Interdum etiam liberorum hominum furtũ fit [h]: veluti si quis liberorum nostrorum, qui in potestate nostra [r] sunt, surreptus fuerit.

Debitor, qui surripit rem pignoratam creditori: furti tenetur.

10. § Aliquando autem etiã suæ rei furtum quis committit: veluti si debitor rem, quam creditori pignoris causa dederit, subtraxerit [i]:

In filiis in potestate potest etiam furtum commiti. h. d. Aret.

k § *Furti tenetur.* non manifesti: licèt etiam deprehendatur: *vt ff. eo. l. is, qui.*

l § *Alius.* facit ad hoc. *ff. ad leg. Aquil. l si seruus seruum. §. si quis de manu mihi. & ff. eo. l. furti. § pen. & l. qui seruo.*

m § *Panno rubro.* Seneca *lib. iii. de ira.* Taurum, inquit, color rubicundus excitat, ad vmbrã aspis exurgit, vrsos, leonésque mappa prouocat. Theophylactus *in epi. ἐρυθρῷ ἰάκει τὰ βουκόλια ἀνιστάμενα.* Plutarchus de Alexandri fortuna *φυλάττοντες ταύρους ἐρεθίζουσι φοινικίδας ἔχοντες, ἐλέφασι δὲ λευκὰς χιτῶνας, ἱρεδίζεται δὲ πάντων χρωμάτων τὰ ζωηρότατα καὶ διαπρέπουσα.* CVIACIVS.

b Lasciuia ad Bud. in annot. ad Pandectas. *ti. de loca & conduct. l. ex conducto. §. fin. & ff. labeo.*

m § *Per lasciuiam.* i. [b] stultitiam.

n § *In factum.* i. vtilis legis Aquiliæ. si corpora læsa sint. t: alioquin subsidiaria: *vt infr. ad legem Aquil. §. si. & § pen.*

c Consilium interdum datur solo facto.

o § *In factum.* In factum prætoria: aut si præcipitata sunt pecora, in factum ciuilis. CVIAC.

o § *At vbi.* aduersatur proximo dicto, vbi dixit dari in factum.

d Consilium quid sit proprie.

p § *Supponit.* Nota hîc dari consilium [c] solo facto. § Aliàs [d] dicitur consiliũ, hominis intentio, vel propositum: *vt ff. eod. l. si quis fur. §. j. 2.* Item dicitur consilium, quod alij datur bonum, vel malum: *vt ff. eo. l. in furti. §. pe. in fi.* 3. Item consilium dicitur, quòd capitur à multis: *vt C. de leg. & const. l. humanum.*

q § *Consilium dedit.* Qui consilium dedit, furti non tenetur, nisi cõsilium etiam effectum habuerit: id est, nisi furtum factum fuerit. *l. sæpè. §. vlt. de verb. sign. l. qui seruo. §. 1. & §. idem Pompon. l. si quis vxori. §. neque. de furt. act.* tum etiã consultor ita rectè conuenietur,

=*Dic vt per Bart. in l. non solum. §. si ex matre. ff. de iniur.* Obserua tamẽ eo casu teneri de dolo: *vt l. si cùm scires. ff. de dolo.* Ang.

b Mandatum habens vt aliquid emat, vel faciat: si id emat, vel faciat ex longo intervallo, mandantis nomine fecisse non videtur. *vide Socinũ reg. mandat. 253.*

c Dic furtum verbo non cõmitti. *l. si quis pxor. 6. neque verbis ff. de furtis.* iniuriã verbis, & litteris fieri: *l. lex Cornelia. in fin. ff. de iniuriis.*

† Sic licèt aliàs vbi principale non tenet nec accessoriũ. *l. Græc. §. illud. ff. de fideiuss.* hoc tamen falsum hic: quia licèt principalis faciés furtum non teneatur: tenetur tamen persuasor. *Vide Bart. in l. si quis seruo. ff. eo.*

d Furtiua res certis casibus vsucapi potest: *vt hîc.* Dicidẽ si redeat in domini potestatem: *de quo dic vt per Angel. in §. aliquando sup. ff. de vsucap.*

e Furti actio patri contra filium militem, filio militi cõtra patrem ita matrito contra vxorem, & è cõtra, competit: (de quo tamẽ quod ad vxorem attinet: plenius mox dicam) Idem domestico. *Angel. hîc.*

f Furti actio datur marito aduersus vxorem ob res furto subtractas constante matrimonio: *vt hîc.* quod rectè ac sanè intelligendum est. Nam vt constante matrimonio furtum fecerit: furti tamen actio aduersus mulierem non competit eo casu constante matrimonio; sed soluto tãtum. *Doctores in l. 1. ff. rerum amota.* secunda fallit in furto graui, cuius ratione vel constante matrimonio furti actio marito aduersus vxorem dari potest. *Gloss. & Bart. in l. respiciendum. §. furtum ff. de pœnis.*

OPE, CONSILIO TVO FVRTVM FACTVM ESSE AIO. nam huius formulæ sensus hic est, ope, aut consilio. Quin etiam in l. *qui seruo*, is, qui tantummodò consilium dedit, opem, consilium tulisse dicitur, & in l. *proinde. de cõd. furt.* ei non condici, cuius ope consilio furtum factum est, quod ad eum dumtaxat pertinet, qui consilium dedit: quia enim is, qui opem tulit, non multum abest ab eo, qui contrectauit, ei condici potest. *l. sæpe.* In hoc etiam §. ex libris scriptis probatioribus. sic legendum est, *Qualis est, cuius ope, consilio*: tum deinde *Ope consilio eius*: & in §. proxi. *si verò ope consilio.* Inde illæ antiquotũ notæ O. C. quas Petrus Diaconus (nisi mendosus est liber eius de notis) sic malè interpretatur, Ore, concilio. De hac autem actione, Ope, consilio, in l. *si seruus seruum. §. si quis manu. ad leg. Aquil.* si, inquit Vlpianus, ad aliquem peruenerint, Ope, consilio furtum factum agendum. CVIAC.

a ¶ *Non tenetur furti.* cùm aliàs facturus furtum etiam sine consilio huius: aliàs: id est si non erat aliàs facturus, tenetur vterque. *ff. de fur. l. qui seruo. & de verb. sig. l. sæpe* a. Aliud videtur in actione serui corrupti: vbi tenetur etiam si aliàs esset facturus. nec enim oportet laudando augeri malitiam: *vt infrà, ad leg. Aquil. §. caterùm. & infr. de act. §. in quadruplum. & ff. de ser. cor. l. j. §. persuadere.*

¶ Sed quæ est ratio? Respond. quia hîc agitur de delicto secuto post persuasionem; non autem ex ipsa persuasione. Et ideò distinguitur, an erat aliàs facturus, vel non. Sed in aliis casibus ex ipsa persuasione agitur, quicquid posteà sequatur: *vt infr. eo. §. vnde illud.* dummodò non b ex interuallo nimio sequatur: *vt ff. de ser. cor. l. in hoc. & l. Neratius.* Item est contrà c, *infr. de iniur. §. non solùm.* Sed ibi non erat aliàs facturus, & fecit.

Hi, qui in, &c.] CASVS Meus filius, vel seruus meus codicẽ meum mihi surripuit: nunquid possum contra eum agere act. furti? Respond. quòd non. res tamen ipsa in furtiuam causam deuenit: vnde nec vsucapi potest, antequàm in domini potestatem reuertatur. Si tamen aliquis filio meo, vel seruo mihi seruum facienti, ipse consilium, & opem dederit: tenebitur actione furti. Franciscus.

b ¶ *Nec ob id.* quod verum est, scil. rem furtiuam non posse vsucapi, nisi d fuerit lis æstimata, vel dominus vendiderit furi: *vt ff. eo. l. quamuis. in fi. tit.* ACCVRS.

α ¶ *Furti actio non nascitur.* Directa non nascitur: Vtilis tamen in factum nascitur aduersus filiumfa. militem, hoc est, non κεκλοφῶς, sed ὡς ὑφαιρούμενος. eadem pater tenetur filiofami. militi, mater filio, filius matri. *l. si quis vxori. ff. de fur.* frater fratri. vt Con. scribit. *lib. j. Epitom.* quod probo: id enim officiorum, & honestatis ratio exigit, quæ eam quoque iuris regulam extorsit, vt ne frater fratrem capitis reum accerseret. *l. si magnum. Cod. qui acq. non poss.* CVIACIVS.

c ¶ *Non nascitur* nisi e sit filius habens castrense peculium, vel quasi castrense, vbi filius tenetur patri, & pater filio. Idem de vxore f, quod hîc de filio dicitur: *vt ff. eod. l. si quis vxori. in princip. & in §. j.*

Furti autem, &c.] CASVS. Dixi legislatori: Domine, iam bene video in quibus potest fieri furtum: quia nedum in re aliena; sed & in re propria. Sed domine, pro Deo cui cõpetit actio furti? Ipse respond dicens, quòd actio furti competit ei, cuius interest rem non fuisse surreptam; quamuis non sit dominus rei surreptæ: quia etiam ipsi domino rei non competit, nisi eius interfit furtum factum non esse, vnde si creditori res obligata surripiatur: domino rei: scilicet debitori non competit actio furt. sed magis creditori ipsi. quamuis enim creditor habeat actionem personalem, per quam possit à debitore suum consequi, si idoneus fuerit debitor. tamen tutius est ei pignori incumbere, quàm in personã agere. & hoc vult innuere. quia si debitor creditori pignus surripuerit, potent creditor cõtra debitorem actione furti experiri. hoc dicit.

faciendum, non tenetur furti a.

Si quid filius patri furto surripiat, furtum facit: idque furtiuum efficitur: & eapropter inusucapibile: filius tamen furti conueniri minimè potest: opem autem, & consilium illi præstans, potest.

12. ¶ Hi, qui in parentum, vel dominorum potestate sunt, si rem eis surripiunt, furtum quidem faciunt, & res in furtiuam causam cadit, nec ob id b ab vllo vsucapi potest, antequàm in domini potestatem reuertatur: sed furti actio non nascitur α c: quia nec ex alia vlla causa potest inter eos actio nasci. Si verò † ope, & consilio alterius furtum factum fuerit: quia vtique furtum committitur, conueniẽter ille furti tenetur, quia verum est ope, & consilio eius furtum factum esse.

Actio furti competit illi, cuius interest furtum factum non esse. Aret.

13. ¶ Furti autem actio ei competit, cuius interest d rem saluam esse, licèt dominus non sit. Itaque nec domino aliter competit, quàm si eius interfit rem non perire.

14. ¶ Vnde constat creditorem de pignore surrepto furti actione β agere posse, etiam si idoneum debitorẽ habeat: quia expedit ei pignori potiùs incũbere, quàm in personam agere: adeò quidem, vt quamuis ipse debitor eam rem surripuerit. nihilominùs creditori competat c actio furti f.

Qui alienæ rei custodiendæ exactam curam præstare tenentur (vt putà fullo, & sarcinator) re furto sublata, contra furem experiri possunt: modò integrè soluendo existant.

15. ¶ Item si fullo g polliendа, curandáve, aut sarcinator sarcienda vestimenta mercede certa constituta h acceperit, eaque furto amiserit: ipse furti habet actionem; nõ dominus: quia domini nihil interest eam rem non perire: cùm iudicio locati à fullone, aut sarcinatore rem suã persequi possit. Sed & bonæ i fidei emptori surrepta re, quam emerit, quamuis dominus non sit, omnino γ competit furti actio, quemadmodum & creditori. Fulloni verò, & sarcinatori non aliter furti actionem competere placuit, quàm si soluendo fuerint: hoc est, si domino rei æstimationem soluere

a Furti agit is, cuius interest. etiam modicè, ex causa iusta & probabili ex initio, seu titulo legitimo.

b Furti cur malæ fidei possessor, & fur agere non possit: quia eius non interest furtũ factum fuisse: aut si interest, interest sanè ex iniusta causa.

c Imò agere. *l. qui vas. § si ego. ff. de furtis.* dic aget non ratione vsus, aut possessionis, eo enim casu inhonestã causam habet fur. quia possessionem, vel vsum contrectauit, sed proprietatis, quæ penes dominum rei mansit.

d Fur quandóque agit.

e Quia eius interest rem vero domino reddi. Hoc igitur casu fur furti agit in eum finem: at non vt duplũ consequatur. *l. si vendidero. in fin. de furtis.*

f Sed quæ duplicat: vide Gl. *in l. eum, qui. §. idem scribit. ff. de furtis.*

d ¶ *Cuius interest.* etiam a modicè: *vt infr. tit. j. §. fin. & ff. vi bo. rap. l. ij. §. in hac actione. verb. sed ideò addidi.* Item oportet quòd interfit ex iusta causa, & probabili. Nam si b est malæ fidei possessor, vel huius rei fur, furti non c aget: *vt ff. eodem. l. itaque. circa princip. ver. sed furti. & l. eum, qui emit. §. is autem.* Sed si bonum initium habuerit, vt quia sibi commodaui, vel locaui; habet actionem furti. Et hic est casus d, in quo fur furti agere potest e: *vt ff. eod. l. qui vas. § si ego tibi. ver. quia non debueras. ibi, furtum admiseris.*

β ¶ *Furti actione.* Vete. lib. non habent hîc, *actione.* nec in §. *fulloni*; (*actionem.*) Creditori, conductori, colono, mandatario, bonæ fidei emptori, & possessori, commodatario, vsuario, fructuario, inspectori, & depositario interdum, atque etiam ei, qui precariò rogauit, furti actio datur: & generaliter non domino tantùm, sed etiam ei, cuius interest non subripi, furti actio datur, modò si exhonesta causa interfit. furi enim, & malæ fidei possessori furti actio non datur: Excipio duos casus, quib. fur furti agit. vnus est in l. *qui vas. § si ego. ff. de furt.* alter in l. *itaque. §. pen. eo. tit.* siquidem dempta negatione, vti res ipsa postulat, sic scribamus: *Et sic fit vt teneatur furti, & agat.* quod & si in lib. Flor. deprauatum sit, non tamen aliorum librorum auctoritate caret, & confirmatur à Paulo in lib. *2. sentent. tit. de furt. Rem*, inquit, *pignori datam, &c.* CVIACIVS.

e ¶ *Competat.* contra debitorem, qui surripuit.

f ¶ *Actio furti.* res tamen non fit furtiua i: *vt dixi suprà eo. §. aliquando.*

Item si fullo.] CASVS. Suprà positum est vnum exemplum, in quo actio furti datur ei, cuius interest, licèt non sit dominus: vt dictum est in creditore. Hîc ponitur aliud in fullone, & sarcinatore. Si enim fullo, vel sacinator vestimenta mea, quæ sibi curanda, sarcinandáve certa mercede constituta dedi, furto amiserit: mihi non competit actio furti, eò quòd mea non interest vestimenta illa non fuisse surrepta: cùm iudicio locati à fullone æstimationem vestimentorum meorum consequi possim. Et sumus in versi. *Sed & bona fidei*, &c. Iam habuistis duo exempla, vel tria. in quorum interest furtum factum non fuisse. Hîc adhuc ponit quoddam exemplum de eodem. Si enim bonæ fidei emptor à nõ domino rem emerit, & ei fuerit tradita, & posteà surrepta, quanquam non sit dominus, sibi nihilominus competit actio furti: sicut & creditori. Scire tamen debes quòd aliter fullodo. ratio, quia nihil est periculo eius, qui nihil habet. Similiter si pro parte fuerit soluendo fullo, vel sarcinator: domino, non fulloni competit actio. hoc dicit. Franciscus de Aretio.

g ¶ *Fullo.* is, & sarcinator, qui sint, dic vt *supr. mand. §. fin.*

h ¶ *Constituta* 8. supple in pecunia numerata. aliàs autem non esset locatio: *vt l. j. §. si quis seruum. ff. depos.*

g Hæc Gloss. non est Accur. sed additio.

i ¶ *Sed & bona.* facit *ff. eod. l. itaque.*

γ ¶ *Omnino.* Vet. *omnimodo.* id est siue par, siue impar soluendo fuerit. CVIACIVS.

Possint.

a ¶ *Possint.* Imò videtur quòd semper dominus debeat furē conuenire: *vt ff. loca. & conduct. l. cùm in plures. §. vestimenta.* Sed ibi de actione in rem, vel condictione furtiua dicit: hîc autem de actione furti.

b ¶ *Idem est.* vt furti actio competat domino. & facit ad hunc §. *ff. de condi. sine causa. in l. si fullo.*

Qua de fullone.] CASVS. Suprà dictum est, quòd si vestimentum fulloni, vel sarcinatori curandum, vel sarcinādum traditum surreptū fuerit: quòd fulloni, si soluendo fuerit, non domino competit actio furti. Idem intelligas si res fuerit surrepta commodatario: quia si fuerit soluendo, sibi, & non commodatario competit actio: quia ad rem restituendam non tenetur. & hæc vera fuerunt secundùm iura antiqua. Dominus tamē Iustinianus in quadam constitutione, quā habes, C. *de fur. & ser. corrupto. l. fi. §. tales itaque.* hoc emēdauit. Statuit enim quòd in electione commodatoris sit, vtrùm velit agere cōtra commodatarium actione commodati, vel aduersus eū, qui rem surripuit, actione furti: & si dominus vnam istarum actionum elegerit, ad alteram non potest redire. Si enim dominus actionem furti moueat aduersus furē, commodatarius penitùs liberatur. si autem contra commodatariū moueat actionem, non poterit aduersus furem habere actionem [f] & nullo modo commodator, nisi ignarus rei surreptæ, contra commodatarium actione commodati egerit primò. ex hoc enim non obiicitur sibi obstaculum à iure re cōperta, quin possit agere. nisi à commodatario sibi fuerit satisfactum. hoc dicit Franciscus.

ç ¶ *Decisionibus.* vt C. *de fur. & ser. corrup. l. fi. §. tales itaque.*

d ¶ *Ad alteram.* vnde [a] actio furti hoc casu nō est ambulatoria. ADDITIO. Et de dictione, *penitùs*, vltra istum textum, vide textum *in l. final. Cod. de noua.* Angelus.

e ¶ *Ipsi.* ſ. cōmodatori.

f ¶ *Habere actionem.* & pœnam exactam domino restituere nō cogitur: quia [b] vbi [c] periculum: ibi commodū: *vt* C. *de furt. l. fin. §. sed cùm. in fin. §.*

g ¶ *Peruenit* agendo contra eum actione cōmodati. ACCVRS.

h ¶ *Ab eo.* sci. commodatario.

i ¶ *Supposítum.* ſ. furem.

k ¶ *Ei* scilicet commodatario.

l ¶ *Cùm manifestissimum.* bene dico quòd eligendo [a] vnam, repellitur ab altera, si sciens à principio fuit: cùm, &c.

Sed is, apud quem.] Dictum est suprà de fullone, & commodatario, qualiter eis competit actio pro re aliena: modò videamus de depositario, vtrùm si res apud aliquem deposita fuerit, depositario competat actio furti. Non enim tenetur nisi de dolo: & ita non interest suam rem non fuisse surreptam. si autem in dolo fuit, non dabitur sibi actio, ne ex malitia sua actionem consequatur. h.d. Franc.

m ¶ *Dolo.* suprà, *quibus modis re contra. oblig. §. præterea. & Cod. depos. l. j. §. pen. & l. fina.* & idem, quod hîc habemus, *ff. eod. l. eum, qui. §. is autem.*

In summa.] CASVS. Dixi Iustinian. Domine, quid plura vultis dicere in titulo isto? Iam tantùm dixistis de materia ista, quòd generatur tædium Deo, & toti mundo. Et respond. Iustini. Frater, vt breuiter hunc titulum expediamus, scire debes quòd apud antiquos quæsitū fuit vtrùm impubes tē alienam amouendo, furtum facere possit, & placuit domino Iustiniano, quòd si impubes animum furādi habuerit, & in ipsum posset cadere istud delictum, hoc est, si sit proximus pubertati: quòd actio furti teneatur. hoc dicit. Franciscus.

n ¶ *In summa.* id est vt breuiter hunc titulum expediamus.

o ¶ *Amouendo.* Not. quòd furtum [b] fit contrectando, & amouendo, & sine eo non fit: *vt l. ei, qui ff. eod.* Angel.

b Furtū fit cōtrectando, & amouendo.

α ¶ *Impuberem.* Actione furti impuberem teneri ex xij. tab. constat, quibus cautum est vt manifesto furto prehēsi impuberes prætoris arbitratu verberentur, vtique noxa ab eis facta sarciatur. CVIAC.

p ¶ *Proximus pubertati.* à [c] decimo anno, & dimidio scilicet: *vt suprà, diximus de inutil. stipul. §. furiosus.* & facit ad hunc §. *ff. eo. l. impuberē. & ff. ad Silania. l. excipiuntur. & ff. de regulis iur. l. pupillus.*

c Proximus pubertati quis.

† Ratio, qui nō habet quod reddat, eius periculo nihil est. *l. itaque fabio in prin. ff. eod.* Et inanis est actio, quam impia debitoris exclusio. *l. ff. de dolo.*

Furti actio.] CASVS. Quæsiui à Iustiniano de natura furti; scilicet ad quid detur actio furti. Et respond. Iustinia. quòd act. fur. siue sit ad duplam, siue ad quadruplum, datur ad pœnam, & non ad rē suam persequendam. datur etiam domino alia actio: scilicet rei vindic. & condi

a Electio vnius actionis alterius est exclusio.

† Optionem habens aduersus duos, aut plures: vno semel electo an, & quando in alio præiudicet sibi, & quādo ei variare liceat, vide diffusè per Bart. *in l. nonnūquam. ff. de coll. bonorum.*

† Ac sic etiam in delictis doli capacitas supplet ætatem: *vt hîc, & in l. fin. iuncta Glo. super verb. prudentia. ext. de desp. imp.*

a Furti actio quo casu non sit ambulatoria.

b Hæc ratio certa non est. Nam ad cōductorē non spectat periculū: & tamen non restituit pœnā: *l. si, qui ff. locati.* vide hîc Ang.

c Onus sentiēs habet lucrum.

† Ei sic etiam in delictis doli capacitas supplet ætatem: *vt hîc, & in l. fin. iuncta Glo. super verb. prudentia. ext. de desp. imp.*

Qui è duabus experiundi viis alterutram eligerit: ita demùm alteri renuntiasse videtur, si sciēs, prudēsque plures sibi competere, alteram intentarit. quòd si aut nescit, aut dubitans egerit, nihil prohibet quin iā instituta actione omissa, sibi competentem proponat.

16. ¶ Quæ de fullone, & sarcinatore diximus, eadem & ad eum, cui commodata res est, transferenda veteres existimabant. Nam vt ille fullo mercedem accipiendo, custodiam præstat: ita is quoque, qui commodatum vtendi causa accepit, similiter necesse habet custodiam præstare. Sed nostra prouidentia etiam hoc in nostris decisionibus [e] emendauit, vt in domini voluntate sit, siue commodati actionem aduersus eum, qui rem commodatam accepit, mouere desiderat: siue furti aduersus eum, qui rem surripuit: & alterutra earum electa † dominum non posse ex pœnitentia ad alteram [d] venire actionem. sed si quidem furem elegerit: illum, qui rem vtendam accipit, penitùs liberari: sin autem commodator veniat aduersus eum, qui rem vtendam accepit, ipsi [e] quidem nullo modo competere posse aduersus furē furti actionem: eum autem, qui pro re commodata conuenitur, posse aduersus furtem furti habere actionem [f]: ita tamen, si dominus sciens eum, cui res cōmodata fuerit, peruenit [g]. Sin autem nescius, & dubitans rem surreptam esse apud eum, commodati actionem instituerit: postea autem re comperta voluerit remittere quidem commodati actionem, ad furti autem actionem peruenire: tunc licentia ei conceditur & aduersus furem venire, obstaculo nullo ei opponendo: quoniam incertus cōstitutus mouit aduersus eum, qui rem vtendam accepit, commodati actionem: nisi domino ab eo [h] satisfactum fuerit: tunc etenim omnino furem à domino quidem furti actione liberari: suppositum [i] autem esse ei [k], qui pro re sibi commodata domino satisfecit: cùm manifestissimum [l] sit, etiam si ab initio dominus actionem commodati instituerit, ignarus rem esse subreptam, postea autem hoc ei cognito, aduersus furem transierit: omnino liberari eum, qui rem commodatam acceperit, quemcunque causæ exitum dominus aduersus furem habuerit: eadem definitione obtinente siue in partem, siue in solidum soluendo sit is, qui rem cōmodatam acceperit.

Depositarius, qui tenetur de dolo, non habet furti actionem: sed dominus. h.d. Aret.

17. ¶ Sed is, apud quem res deposita est, custodiam non præstat; sed tantùm in eo obnoxius est, si quid ipse dolo [m] malo fecerit. qua de causa si res ei surrepta fuerit: quia restituendæ eius rei nomine, depositi non tenetur, nec ob id eius interest rem saluam esse: furti agere non potest; sed furti actio domino competit.

Impubes non tenetur furti, nisi fuerit doli capax. Aret.

Cùm ex furandi doloso animo furtum consistat, is tantùm furti tenetur, qui dolo capax est.

18. ¶ In summa [n], sciendū est quæsitum esse, an impubes rem alienam amouendo [o] furtum faciat. Et placuit, quia furtum ex affectu furandi consistit; ita demùm obligari eo crimine impuberem [α] si proximus pubertati [p] sit, & ob id intelligat se delinquere †.

Duplum, aut quadruplum, quod in furti actione venit, ad pœnæ persecutionem tantùm pertinet, cùm præterea res ipsa furto subtracta, aut à quocunque possessore per rei vindicationem, aut ab ipso fure, eiúsque hærede per condictionem furtiuam extorqueri queat.

19. ¶ Furti actio, siue dupli, siue quadrupli, tantùm ad pœnæ persecutionem pertinet. Nā ipsius rei persecutionem extrinsecùs habet dominus: quam aut

& condictio furtiua. Scire tamen debes quòd rei vindicatio datur contra quemlibet possidentem : condictio furti datur contra furem, & eius hæredem. h.d. vsque ad finem tit. Franc.

a ¶ *Vindicando.* id est dominium petendo, si extet.

b ¶ *Condicendo.* id est in personam agendo condictione furtiua, si consumpta sit. *& facit ad hunc §. ff. de condictione furtiua. l. si pro fure. §. furti. & l. in condictione. & infrà de act. §. sic itaque. & C. de fur. l. ancilla.*

a Vindicat, qui rei dominium petit.
b Condicit qui in personam agit.

DE VI BONORUM raptorum.

c Cõtinuatio.

Viso c *de furto, sequitur de rapina : & consequenter vt potes videre suprà* tit. 1. in princ.

Qui vi res.] Totus iste titulus diuiditur in tres partes. Primò quòd raptor, & fur inæqualiter puniuntur. Secundò quando quis rapit rem suam, vel alienã putans esse suam. Tertiò quid sit subiectum in hac actione : videlicet quid debet deducere actor. Secunda ibi: *Quia tamẽ.* Tertia ibi: *Sanè in hac.* CASVS. Dixi Iustiniano, Domine, iam vidi quòd ille, qui rem alienam clam surripit, tenetur act. fur. sed quid dicetis de illo, qui rem alienam vi rapit? Et respon. quòd ille similiter actione furti tenetur. Nullus enim magis rem inuito domino contrectat, quàm qui eam vi rapit : vnde improbus fur dicitur & pro ista improbitate prætor introduxit actio

† al. nõ habetur, vt.

nem vi bonorum raptorum. & est intra annum quadrupli : post annum verò simpli. & datur propter vnam rem vi raptam; quanquam aliter secus videretur propter verba in numero plurali posita à prætore in nomine actionis scilicet vi bon. rapt. Et sumus in versi. *Quadruplum autem*, &c. Suprà dictum est quòd act. vi bo. rapto. intra annum datur in quadruplum. post annum verò in simplum: quæro vtrùm quadruplum istud sit totum pœna? Et respon. quòd non, & in isto quadruplo simplum inest, & triplum est pœna: siue comprehendatur raptor in delicto, siue non. Non enim debet esse melioris conditionis raptor, quàm fur. hoc dicit. Franciscus.

c ¶ *Alienas.* largè accipe, vt etiam si sint communes, idem sit quo ad socij partem: *vt ff. de fur. l. si socius.* ACCVRS.

d ¶ *Furti.* scilicet non manifesti, etiam si deprehendatur, secundùm P. quod falsum est: imò si deprehendatur, manifestus est, & in d quadruplum potest conueniri : *vt ff. de fur. l. si vendidero. §. cùm raptor.* c aliàs si non deprehendatur, non manifesti tenetur: qua actione si fuerit actum, tollitur vi bonorum raptorum : nisi in id, quod excedit: *vt ff. eod. l.* j. Item in casu nec manifesti, nec non manifesti tenetur: vt si quis ex domo, in qua nemo erat : rapuerit: sed tantùm hac actione vi bonorum raptorum tenetur: secundùm P. *vt ff. de fur. l. si quis de domo.* Sed hoc est falsum : quia ibi erat actio furti nõ manifesti: & ideò ampliùs cessat actio furti; & ideo datur hæc f actio vi bo. rapt. quia excedit, & in id quod excedit: *vt d. l. ff. eod. l.* j. *& ff. de actio. & obligationibus. l. qui seruum. §. final.*

d Raptor qua actione tenetur.
e Sed hoc est falsum, *secundũ Bart. in d. l. si vendidero.* quia opus est vt acclametur *l.* 2. *& l. si quis in seruiente. ff. de fur.* Ang.
f Pœna minor inflicta à lege nõ tollitur per maiorem inductam ab alia lege, nisi quatenus inuicẽ cõcurrunt *secundum Bart. in l. 1. ff. eo.*
g Pluralis oratio interdum trahitur ad singularem.

e ¶ *Qui vi rapit.* quasi dicat, nullus: *vt hic, & ff. quod metus causa. l. si cum exceptione. §. qui vim.* ACCVRS.

f ¶ *Annum.* scilicet vtilem: *vt C. eo. l. fi. & l. res. & C. de noxa. l. pen.*

g ¶ *Quadrupli.* nisi in casu, quo agitur ad duplum tantùm: *vt C. de paga l. Christianis. quæ est huic contrà.* Sed illud est speciale.

h ¶ *Vtilis,* id est efficax, & directa. 2. Vel dic quòd directa competit quando plures res raptæ sunt : sed vtilis quando vnum tantum bonum raptum est : id est vna res rapta est. Et facit ad hoc quòd pluralis ß oratio : scilicet *raptorum*, trahatur ad singularem. *ff. de condi. & demonst. l. falsa. §. vlti. & ff. de negot. gest. l. iij. §. hæc verba. versic. negotia. & ff. de petit. hered. l. regular iter. & l. licèt.*

i ¶ *Diximus.* vt *suprà tit.* j. *in fin.*

k ¶ *Comprehendatur raptor.* Sed quomodo a potest raptor non deprehendi: cùm dicatur eripere, quasi de manu auferre: *vt ff. ne quis eum. qui in ius. l. iij. §.* j. Respon. distingue b animum auferentis: vt si erat animus ei palam, & quasi per vim auferendi, licèt ibi neminem inueniat : tamen est raptor. Sed fur est, qui habet animum vt faciat clam, licèt interdum deprehendatur : ex qua deprehensione efficitur manifestus : *vt arg. suprà tit.* j. *§. furtum autem à furuo.* ADDITIO. Vult dicere gl. quòd fur manifestus semper tenetur vi bonorum raptorum: sed non manifestus ita demùm, si habuit animum, &c. Et aduerte vnicum furtum dici, quod de loco vnico contextu, siue vnico tempore fit, licèt plures res simul asportentur: ex quo non veniret quis furca suspendendus, nisi esset egregium, quod pluribus paruis prævaleret, vt hic per Ang.

a Raptor vtrũ esse possit, qui deprehẽdatur.
b Raptor, & furdistinguuntur.

l ¶ *Ridiculum.* bene dixi, siue non: ridiculum enim, &c.

m ¶ *Qui clam.* id est fur nec manifestus. Nam raptor tenetur in quadruplum : hic autem : scilicet fur non manifestus, in duplum tantùm, vel triplum cum re surrepta. sed c qui palam furatur, certum est in plus teneri raptorem : cùm in quintuplum cum re teneatur. ACCVRS. ADDITIO. Et est ratio diuersitatis, secundùm Angel quia raptor se exponit morti. & ideò cùm incurrat maius periculum in persona, leuiùs punitur in pœna pecuniaria : *ar. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his, qui not. infam.* 2. Vel dic quòd ex rapina inducitur crimen publicum : & in hoc grauatur: quia à quolibet de populo potest accusari : ideò in alio alleuiatur : *arg. l. eum, qui. in principio in glo. probandi. ff. de iureiur.* Quare autem in vi bonorum raptorum prætor eandem pœnam in manifesto, & non manifesto imposuit, cùm lex duodecim tab. & ipse prætor in furto diuersas imposuerit? Dic esse rationem propter eundem animum rapiendi, qui semper requiritur.

† Quia pœna est tripli tantũ : & rei persecutio simpli, & ita ambo faciunt quadruplũ, licèt Gl. *in verb extra, dicat contra.*
† *Nonnulli locum hunt ita legunt*, pœna est, & extra pœnã rei persecutio est, sicut in, &c.

c Raptor in minus tenetur, quàm fur manifestus.

Ita tamen.] CASVS. In isto §. dicit quòd act. *vi bonorum raptorum*, ita competit, si aliquis rem alterius dolo malo rapuerit. Cæterùm si aliquis errore ductus rem alienam credens esse suam, eam alteri rapuerit : iure primitiuo non tenetur actione vi bonorum raptorum. sed ne inueniatur via, per quam raptores suam malitiam impunè possint exercere: constitutionibus principum est prouisum, ne alicui liceat rem mobilem, vel immobilem, licèt suam esse dicat, vel æstimet, alicui per vim auferre. si contra hoc statutum venerit : si sit dominus rei, qui eam rapit, cadit à dominio suæ rei. Si autem res aliena fuerit, debet eam primò restituere, & postea in pœnam sui delicti æstimationem rei præstare. & illud non solùm habebit locum in rebus mobilibus : sed etiam immobilibus : vt ex hac causa ab omni rapina se abstineant, hoc dicit. Franciscus.

n ¶ *Quia tamen.* istud *quia* videtur superfluum, Vel. pone *quia* pro *sed.* Alij, *ita tamen* : & tunc est planior.

o ¶ *Absolui.* scilicet ab actione vi bonorum raptorum iudicis sententia, vt quidam dicunt. 2. Vel d ipso iure, secundùm Azo. *Arg. ff. de publicanis & vectigal. l. commissa. §. final.*

d Et vtraque opinio est vera. sc prima, si fuerit in iudicio deductum. Item secunda, si non fuit deductum in iudicio : *vt per dicti hic.*

ß ¶ *Absolui debet.* Vetustiss. codex, *absolui de pœna rapti non de re debet.* sunt autem ea verba, *de pœna rapti, non de re*, sumpta ex sententia constitutionum infia scripta. itaque manifestum est interpretis ea esse, non auctoris. CVIAC.

p ¶ *Sed ne dum*, pro *tamen*, secundùm quosdam: vel pone propriè.

a ¶ *Inueniatur via.* sic *suprà titu.* j. §. *vnde illud.*
b ¶ *Constitutionibus.* vt *Cod. vnde vi. l. si quis in tantam. & in aliis sequentibus vsque in finem tit.* Sed hîc prosequitur tantùm tenorem illius *l. si quis in tantam.* Super qua materia longum esset hîc dicere: cùm plures quæstiones ibi notentur super prædicta.

a Rapiens rem suã, domino rei suæ mulctatur.

a ¶ *Rei quidem suæ.* Qui [a] rem suam rapit, nec vi bo raptorum tenetur. *l. ij. §. hac actione is demùm. ff. eod.* nec lege Iulia. *l. si quis ad fundum. Cod. ad leg. Iul. de vi.* Sed dominio rei suæ mulctatur *ex l. si quis in tantam. C. vnde vi.* qua abrogatur §. *vlt. l. ij. C. Th. ad leg. Iul. de vi.* CVIAC.

b Hæc Gloss. non est Accur.

c ¶ *Cadere.* [b] repete, prospectum est, & ibi etiam præstare: nec est necesse ponere cogitur, vel debet: quæ verba non inuenies in libris emendatis.

e Occupantur mobilia: inuadunter immobilia.

d ¶ *Res soli.* propriè [c]: quandóque tamen impropriè: *vt Cod. de act. empt. l. ij.* sed rei mobilis dicitur occupatio: licèt etiam quandóque immobilia dicantur occupari: *vt Cod. de rei vindic. l. domum. in gloss.* j.

Sanè in hac.] CASVS. Dixi Iustiniano, Domine, competit mihi hæc actio ita demùm, si dominus fuero rei? Respondetur quòd imò siue in bonis eius fuerit res rapta: siue in bonis videlicet eius, qui ius aliquod habuerit in re: vt quia sibi sit commodata, vel impignorata, siue locata, vel posita: vel aliquid iuris habeat in ea: ita quòd eius interfit modò non rapi. Semper enim competit ista actio, non vt dominium inueniatur via [a], per quam raptores impunè suam exerceant auaritiam: meliùs diualibus cõstitutionib[b] pro hac parte prospectum est, vt nemini liceat vi rapere vel rem mobilem, vel se mouentem, licèt suam eandem rem esse existimet: sed si quis contra statuta principum fecerit: rei quidem suæ [a] dominio cadere [c]: sin autem aliena res sit, post restitutionem eius, etiam æstimationem eiusdem rei præstare. Quod non solùm in mobilibus rebus, quæ rapi possunt, constitutiones obtinere censuerũt: sed etiam in inuasionibus, quæ circa res soli [d] fiunt, vt ex hac causa ab omni rapina homines abstineant.

Is, cuius interest rapinam factam non fuisse, quanquam dominus non sit, vi bonorum raptorum actionem mouere potest: vt id scilicet consequatur, quod sibi abesse docuerit.

2. ¶ Sanè in hac actione [e] non vtique spectatur rem in bonis [f] actoris esse. Nam siue in bonis sit, siue non: si tamen ex bonis sit [g], locum hæc actio [h] habebit. Quare siue locata, siue commodata, siue etiam pignorata, siue deposita: sit res apud Titiũ, sic vt interfit eius eam rem per vim non auferri [β] (veluti si in deposita re culpam quoque promisit) siue bona fide possideat: siue vsumfructum quis habeat in ea vel quid aliud iuris, vt interfit eius non rapi: dicendum est ei competere hanc actionem, non vt dominium [k] accipiat: sed illud solum, quod ex bonis eius, qui rapinam passus est: id est quod ex substantia eius ablatum esse proponatur. Et generaliter dicendum est, ex quibus causis furti actio competit in re ejam facta, ex eisdem causis omnes habere hanc actionem [l].

d Die quia si cõmisisset dolum: non haberet actionẽ furti: nec aliam actionẽ: nec ex improbitate sua cõsequitur actionẽ: *vt not. in l. §. pe. & fac. l. itaque. ff. de fur.* Ang.

e Dominium pro dominij æstimatione.

e ¶ *In hac actione.* scilicet vi bonorum raptorum.
f ¶ *In bonis.* id est in dominio: *vt ff. de acquiren. re. domi. l. rem in bonis. & l. statuas. & ff. de verb. signifi. l. bonorum appellatio.* Vel si etiam bona fide possideantur, idem est.
g ¶ *Ex bonis sit.* vt aliquod ius habeat: vt statim per exempla probat.
h ¶ *Hac actio.* scilicet vi bonorum raptorum.
i ¶ *Depositа.* promissa custodia à depositario: *vt suprà titulo* j. §. *penultimo.* Vel etiam commisit culpam, vt sequitur. [d] Vel etiam si pretium acceperit depositionis: non tamen quasi mercedem, tenetur eidem: *vt ff. eodem. l. iij. §. dicit aliquis.* alioqui esset locatio: *vt suprà manda. §. finali.*
Dic vt habetur *in l. naturalis. §. ij. in gloss. si res. ff. de præscrip. verborum. & facit l.* j. §. *si quis seruum. in glo. non datur. ff. depo.* Ange.
β ¶ *Per vim non auferri.* Vet. non habent, *per vim.* Quod autem sequitur, vnum casum exprimit, quo depositarius & furti, & bon. rapt. actionem habet. Est & alius, si pretium depositionis non quasi mercedem accepit. & hoc Vlp. explicat *in l. 2. §. & generaliter. ff. eod. titul. nam,* inquit, *& furti act. habeo. si in re deposita culpam quoque repromisi, vel pretium depositionis non quasi mercedem accepi. Vtilius*, &c. quæ verba ideò contra morem meum retuli, quòd vulgò sunt ab interpunctionibus mendosissima. CVIAC.

e Nota differẽtiã inter actionem furti, vel bonorũ raptorũ, & hãc: quia actio furti, vel bonorũ raptorum competit quando rem meam tecum asportas: secũs quando occidis, vel destruis: quia tũc competit hæc actio, licèt vtroque modo sit damnum, & sic deminutio patrimonij, quod bene no.

d Damnum patrimonij destructio.

k ¶ *Dominium.* id est [e] dominij æstimationem: *vt ff. quod met. cau. l. si mulier. §. qui possessionem. & ff. vti possi. l. penult. §. final.* ACCVRS.
l ¶ *Hanc actionem.* facit. *ff. vi bonorum raptorum. l.* j. §. *& generaliter.*

DE LEGE AQVILIA.

Post [a] *maleficium rapinæ sequitur de damno, quod per legem Aquiliam punitur.* ACCVRSIVS.

a Cõtinuatio.

Amni.] Totus iste titulus diuiditur [b] in duas partes. Et primò tractat de primo capite leg. Aquil. Secundò tractat de tertio capite. Secunda ibi: *Capite tertio.* Itẽ prima subdiuiditur: quia primò ponit verba primi capitis legis Aquiliæ. Secũdò illa interpretatur. Secunda ibi: *Quod autem non præcisè.* Item secunda principalis subdiuiditur in duas partes. Nam primò ponit verba: secundò interpretatur. Secunda ibi: *Itaque si quis.* CASVS. Si aliquis dederit mihi damnum per iniuriam: ad damnũ istud punien dum constituitur actio per leg. Aquil. Et sciendum est quòd leg. Aquil. tria sunt capita, videndum est ergo de primo capite. In primo autem capite est cautum, vt si aliquis seruum alienũ, alienámve quadrupedem, quæ in pecudum numero sit, iniuria occiderit: quanti pretij ea res in anno proximo præterito fuerit, tantum domino dare cõdemnetur. In vers. *quod autem.* dic casum. Positis materialiter verbis Galli Aquilij, quæ aliquantulum sunt obscura, intendit Imperat. verba illa per ordinem exponere: & primò exponit quare non sufficit sibi dicere præcisè, *si quis hominẽ alienum, alienámve quadrupedem occiderit:* sed adiecit, *quæ in pecudum numero sit.* hoc enim adiecit ad significandum, quòd si aliquis occiderit vrsum meum, vel leonem, vel aliam feram bestiam, quòd non debeat puniri per primum caput leg. Aquil. eò quòd non sunt de numero pecudum illarum, quæ gregatim pascuntur: id est in pascuis custodiuntur sicut equi, muli, oues, & boues, capræ, & similia. Sed domine, de suibus quid dicemus? continentúrne sub pecudum numero? Et respondi, quòd sic: quia gregatim pascuntur. & hoc confirmatur per auctoritatem antiquorum: dicens quòd sic voluerunt Homerus, & Ælius Martianus. Franc. de Aretio.

b Diuisio.

DE LEGE † AQVILIA †.

TITVLVS III.

Primo legis Aquiliæ capite cautum est, vt qui alienum seruum, aut quadrupedem, quæ eorum numero est, quæ gregatim pasci consueuerunt, iniuria occiderit, quanti ea res eo anno retrorsum plurimi fuerit, tantum domino præstare cogatur.

† Hic largè sumitur lex pro plebiscito: quia Aquilius tribunus plebis hanc rogauit. Aegi. Per. † *sic ff. ad leg. Aqui.*

DAmni iniuriæ [y] actio [m] constituitur per legem Aquiliam: cuius primo capite [o] cautum est, vt si quis alienũ hominem, alienámve quadrupedẽ, quę pecudũ numero sit, iniuria [o] occiderit [p]: quãti ea res in eo anno [q]

y ¶ *Damni iniuria.* Videtur legendum, *damni iniuria:* vt in *l. impuberem. de furt. l. quemadmodũ. §. idemqué Labeo. l. si seruus seruum. §. si furtum. §. Proculus. §. si calicem. ad leg. Aq.* Cicero *pro Flacco.* Lite contestata iudicio damni iniuria constituto. Sed veteres etiam dicebant, damni iniuriæ, genitiuũ pro ablatiuo vsurpantes: vt in *l. sæpè. de verb. sign. pecunia, tutelave sententia.* & in *l. 3. ad leg. Corn. de sicar. pœna.* & in constit. Iustiniani de confir. Pandect. §. *hoc autem, quod & ab initio. voce Romana.* CVIAC.
m ¶ *Iniuriæ actio.* id est actio legis Aquiliæ, quæ competit pro damno dato. id est destructione alicuius rei facta [c]. Nam sic dicitur damnum [d] deminutio patrimonij: *vt ff. de dam. infect. l. iij.* si autem rem alterius surriperes, licèt videaris damnum inferre: tamen non infers tale, quòd per hunc titu. tenearis: sed actione furti: *vt ff. eod. l. si seruus seruum. §. si oliuam. & §. idem & in sylua.*
n ¶ *Primo capite.* habebat enim hæc tria capita, siue capitula. & de primo capite dicitur hîc. Secundum autem non est in vsu. De tertio dicitur *infrà eo. §. caput secundum. & §. capite tertio. & ff. eo. l. ij.* ACCVRS.
o ¶ *Iniuria.* id est non iure: *vt infrà eo. §. iniuria.*
p ¶ *Occiderit.* nota occiderit: nam si alio modo læserit, ex tertio capite agitur: *vt infrà eo. §. capite tertio.* ACCVRS.
q ¶ *In eo anno.* scilicet præterito.

a ¶ *Pluri*

a Quasi domini dicuntur, fructuarij, & qui ius habent in re.

a ¶ *Plurimi.* habita æstimatione non ex affectione singulorum: sed communi æstimatione: *vt ff. eo. l. si seruum meum.*

b ¶ *Domino.* vt *ff. eo. l. item Mela. §. item & cum eo. versi. legis autem Aquil.* vel [a] quasi domino, vt fructuario, vel alij, qui habet ius in re: *vt ff. eo. l. item Mela. §. fi. & sequen.*

c ¶ *Præcisè.* ἀπερόμως: vt in *l. 1. §. si ei, qui. vt leg. no. cau.* Abscissè in *l. semper. de iu. immu.* CVIAC.

c ¶ *Gregatim pascuntur.* facit, *ff. de leg. iij. l. legatu seruis §. pecoribus.*

b Hæc Gl. non est Accur.

d ¶ *Refert.* b duo hæc carmina Græca ex Odysseæ Homeri lib. 13. circa finem deprompta sunt, quorum hic est sensus: Inuenies autem illum suibus assidentem iuxta Coracis saxum, ac fontem Arethusam.

Iniuria autem.] CASVS Exponit Iustinia. illud verbum positum priùs, *iniuria occiderit*, dicens, quòd ille iniuria occidit: & manifestat per exempla qualiter quis potest iure occidere: quia hoc videretur alicui dubiũ. Vnde dicit: Si enim seruum meum latronẽ diurnũ: dum tamen telo se defenderet, quis occiderit, iure permittente eum occidere videtur: & ideò non tenetur. & hoc intellige ita, si non possit occisor modo alio euadere periculũ. Idem dicit de eo, qui casu occidit seruum alienum, si non fuerit in culpa, & dolo: & de hoc ponitur tale exemplum. Quidã milites ludebant cum iaculis in cãpo eis deputato ad se exercendos: si seruus alienus ibi transitum fecerit ad ludum respiciendum: cùm tamen eius non interfuit: si eum aliquis militum se exercitantium traiecerit, non intelligitur miles esse in culpa: & ideò non tenetur. Si autem aliquis priuatus hoc fecerit, cuius non intererat telo traiicere, culpæ reus est: & ideò tenetur ex primo capite legis Aquil. eod. modo si miles in alio loco, quàm militibus ad se exercitandos destinato hoc fecerit, culpæ reus est: & tenebitur. h. d. Franc. de Areti.

† Hîc fœmin. potest cõcipere mascul. quia etiam capri intelliguntur. quod not. Aegi. Perr.

† Vide Alcia. *lib. prætermiss. a. titu. de leg. 3.* nã alij versum hũc subsubstituũt. κλαγγὴ δ' ἄπιστ' ὦρτο συῶν ἀυλιζομένων. i. grunitus autem ingens excitabatur suũ stabulãtium. stabulantium, inquam: quod rarò fit in animalibus diuersi pastus. Tu nunc dispice quid subsituas.

e Legis Aquiliæ, & iniuriarum actionis differentia.

e ¶ *Iniuria.* facit, *ff. eodem. l. sed & si quemcumque. §. iniuriam.*

ADDITIO. Ex quo text. nota differentiam [c] inter hanc actionem, & actionem iniuriarum: quia in illa non sufficit culpa: sed requiritur contumelia, & dolus. est & alia differentia: quia in hac agitur ad damnum: sed in actione iniuriarum agitur ad vindictam: & sapit instar causæ criminalis: *vt ff. de iniu. l. prætor edixit. §. j.* ACCVRS.

d Insidiatoris, latronis, & furis differentia.

f ¶ *Latronem.* diurnum: vt tamen clamet, & ille se defendat: sed furem etiam si se defendat: *vt hic subiicit: & ff. eod. l. iij.* ACCVRS.

ADDITIO. Sed hoc est contra *l. furem. ff. de sica.* vnde dic quòd est differentia [d] inter insidiatorem, latronem, & furem: *vt in authen. vt nulli iud. §. pen.* quia latronem insidiatorem itineris possum occidere indistinctè: *vt l. iij. ff. eodem. facit l. j. & ij. Cod. quando li. se si. iud. vin.* Si autem sit fur, tunc debet distingui, aut est diurnus: & tunc si potest capi, vel à damno euadi: non debet interfici. Nocturnum autem licet occidere, si interficiens non possit ei parcere sine periculo suo: vt dicit text. in *l. furem. ff. de sica.*

e Vel propriè lege: & conuerte literam, non minus, &c. id est non minus ex culpa, quàm ex dolo. sic & aliàs, *ff. de pact. l. iuris gentium. §. pactorum in gloss. non minus. & Cod. de secun. nup. l. cùm apertissimè. in gloss. quantum filio. & ff. de pigno. l. Paulus. §. domus.* & est figura hysteron [e] proteron. i. ordo cõuersus: secundum Io.

e Hysteron proteron.

Instit.

g ¶ *Alioqui.* si culpa interueniat.

h ¶ *Non minus.* id est non plus ex dolo, quàm ex culpa, cùm etiam leuissima culpa in hanc actionem veniat: *vt ff. eod. in l. ij.*

plurimi [a] fuerit, tantum domino [b] dare damnetur.

1. ¶ Quòd aũtem non præcisè [x] de quadrupede: sed de ea tantùm, quæ pecudum numero est, cauetur: eò pertinet, vt neque de feris bestiis, neque de canibus cautũ esse intelligamus: sed de his tãtùm, quæ gregatim [c] propriè pasci dicuntur: quales sunt equi, muli, asini, oues, boues, capræ †. De suibus quoque idem placuit. Nam & sues pecudum appellatione continentur: quia & hi gregatim pascuntur. sic denique & Homerus in Odyssea ait: sicut Ælius Martianus in suis institutionibus refert [d].

† Δύεις τόγε σύες ἄγριοι παρὰ δρυὸν, οἱ ῥ' νέμονται παρ' κόρακα πέτρῃ ἐπὶ τε κρήνῃ ἀρετάων.

Qui casu occidit, lege Aquilia non obligatur: qui autem aut dolo, aut culpa, obligatur.

2. ¶ Iniuria [e] autem occidere intelligitur, qui nullo iure occidit. Itaque qui latronem [f] insidiatorem occiderit, nõ tenetur: vtique si aliter periculum effugere non potest.

3. ¶ Ac ne is quidem hac lege tenetur, qui casu occidit: si modò culpa eius nulla inueniatur. nam alioqui [g] non minus [h] ex dolo, quàm ex culpa quisque hac lege tenetur.

4. ¶ Itaque si quis dum iaculis ludit, vel exercitatur, transeuntem seruum tuũ traiecerit, distinguitur [i]. Nam si id à milite in eo campo, vbi solitũ est exercitari, admissum est: nulla culpa [k] eius intelligitur: si alius tale quid admiserit, culpæ reus est [l]. Idem iuris est de milite, si in alio loco, quàm qui ad exercitandum militibus destinatus est, id admiserit.

Ex qualitate loci indicatur damnum datum dolo, vel culpa incidentis. h. d. Vel sic: in putante dicitur adesse culpa, quando diligentia potuit prouidere: & non facit. Aret.

5. ¶ Itẽ si putator [m] ex arbore ejecto ramo seruum tuũ transeũtem occiderit: si prope viam publicam, aut vicinalem [β] id factum est, neque præclamauit †, vt casus euitari posset, culpæ reus est [γ]: sed si præclamauit †, nec ille curauit præcauere, extra culpam est putator. Æquè extra culpam esse intelligitur, si seorsũ à via fortè, vel in medio fundo cædebat, licèt non præclamauit [n]: quia in eo loco nulli extraneo ius fuerat versandi.

Imperitia culpæ adscribenda est: quòd sit, vt qui vnus pueritiæ, & viribus impar fuerit, si ob eius imperitiam, vel imbecillitatem quid damni datum sit, culpæ reus dicatur.

6. ¶ Præterea si medicus, qui seruum tuum secuit, dereliquerit † curationem eius, & ob id mortuus fuerit seruus, culpæ reus est †.

7. ¶ Imperitia † [o] quoque in culpa, tenebitur: si autem non fuerit in culpa, non tenebitur. Si enim medicus seruum tuum secuit, & postea curationem eius reliquit, & seruus tuus mortuus est, in culpa est medicus: & ideò tenebitur. & idẽ erit si imperitè eum secuit, & propter hoc mortuus est. in culpa enim est: & ideò tenetur. imperitia enim culpæ enumeratur. h. d. Franc.

i ¶ *Distinguitur.* vtrùm commiserit dolo, vel culpa, vel non.

k ¶ *Nulla culpa.* Nisi data opera factum est: *vt ff. eo. l. item si obstetrix. in fi. & l. nam sicut.*

l ¶ *Reus est.* quia hoc nõ est ei deputatum. *arg. in Auth. vt hi, qui ob. se ha. per. res mi. §. sin verò tacuit. coll. vj. & ff. eod. l. idem iuris. in fi.*

Item si putator.] CASVS Hîc ponitur aliud exemplum: in quo si in culpa fuerit, qui hominem occiderit, tenetur lege Aquil. si autem eũ sine culpa occiderit, nõ tenetur. & est exemplum tale: Quidam putator ex arbore deiecto ramo seruum alicuius interfecit. Vnde quid iuris in isto casu sit, quæritur: & respondetur quòd distinguitur: quia aut illud factũ est prope viam publicam, aut prope viam vicinalem: & tunc si non præclamauit, videtur esse in culpa, & tenetur. si autẽ præclamauit, & qui trãsibat, hoc non obstante processit, & sibi præcauere noluit: tunc putator extra culpam est, & nõ tenetur. Idem dico, si prope locum aliquem: vbi non erat ius conuersandi, vel trãseundi, ramo ex arbore deiecto putator seruum alicuius ibidem transeuntem occiderit: quia tunc quanquam non præclamauerit, extra culpam est: nisi de dolo putatoris constiterit: quem cùm viderit, tamen non præclamauit. in isto tamen casu semper præsumendum est pro putatore: scilicet eum esse extra culpam, & dolum, nisi dolus possit probari: & sic intellige quod hîc dicitur. In §. *præterea.* Imper. ponit adhuc bonum aliud exemplum, in quo si aliquis seruum alicuius occiderit: si fuerit

† Sic clamans tempore & loco cõgruo excusatur & facit contra eos, qui faciũt currere equos. nã debent dicere garda, garda *secundum Bal. in l. si putator, ff. eo.* Aeg. Per.

† Silicet tempestiuè, non post factum: vnde sumpta est practica, vt tectores domorum, dum domos operiunt, ponunt perticas ante domos suspẽsas, vt trãseuntes admoneãtur. *Angel.*

† Medicus curam cœptam à se deserens tenetur Aquilia.

† Hoc verum in asserente se peritum. *Aegi. Per.*

† *Concor. cum hoc text. cap. si culpa. cum Gloss. super verb. imperitia. extrà de iniur.*

m ¶ *Putator.* i qui putat vites in arboribus positas, vt in quibusdã terris sunt. Vel etiam ipsas arbores. nam & arbores putantur.

β ¶ *Publicam, aut vicinalẽ.* Vicinalis via, & publica est. quia vniuerso populo patet. sed & agraria, qua è via publica diuertitur in villas, aut colonias, publica est: priuata via: id est seruitus, non itẽ. De his *in l. vlt. de loc. & itin. pub. l. ij. §. viarum. ne quid in lo. pub. l. vlt. de seru. rust.* & apud Siculum Flaccum in lib. de cond. ag. Magnoperè autem hæsitare me confiteor quid sit via lignaria in Aggeni Vrbici commentario *de limit. agr.* Plerumque, inquit, via, dum cum limite curtit, etiam si vicinalis est, aut lignaria, aut priuata, finem præstat. CVIAC.

γ ¶ *Culpæ reus est.* Ergo incidit in legem Aquiliam. in legem verò Corneliam & si non incidat, atque adeò non sit vltimo supplicio afficiendus. *l. in lege. ff. ad leg. Corn. de sicar.* in metallum tamen damnatur auctore Paulo *lib. v. sent. eod. tit.* CVIAC.

n ¶ *Licèt non præclamauit.* nisi fortè dolo: *vt ff. eod. l. si putator.*

o ¶ *Imperitia.* facit, a *ff. de reg. iu. l. imperitia. & ff. loca. l. si quis fundũ. §. Celsus. & §. si quis vitulos. & ff. de suspe. tut. l. tutor quoque. §. fin.*

ADDI In isto casu medicus nõ tenetur de sica. qa illa lex requirit dolũ: *vt l. j. C. ad leg. Cor. de sica. & l. in lege. ff. e. tit. ad le. Cor. de sica.*

Impetu quoque.] CASVS Habebas mulionem quendam, qui seruum Titij impetu mularum, quas propter imperitiam retinere non potuit, oppressit. vnde mulio iste in culpa est: & ideò tenetur. Si autem propter infirmitatem eas retinere non potuit: aliàs tamen bene eas retinuisset, adhuc in culpa est, & tenetur.

a Imperitia culpæ adscribitur: quod nõ tantum in literatis hominibus verum esse putat Angelus, sed & in artificibus quibuscunque: & vt ille ait, id verum est ad caprarũ vsque & vitulorum custodes: *arg. d. §. si quis vitulos. hîc allegati.*

Idem iuris est in eo, qui ascendit equum tuum, & propter imperitiam, vel infirmitatem eum retinere non potuit: quia si equus seruum alicuius oppresserit, æquè tenetur. Si autem satis fortis fuit mulio: & tamen aliquo casu fortuito per mulas, quas ducebat, vel equum, quem ascendebat, seruus alicuius oppressus fuerit, non tenetur: attamen infirmitas, vel imperitia alicuius nulli debet esse damnosa. h. d. Franc.

† Medicus tenetur de culpa ante factum, non prouidendo: in facto, malè secando: post factum, dimittendo, *secundum Glossa. in l. deus iuru. ff. eod.*

a ¶ *Infirmitatem.* non enim debet infirmitatem suam in alterius læsionem conuertere: *vt ff. eod. l. idem iuru.* ACCVRS.

b ¶ *Veheretur.* putà in rheda, vel vehiculo, vel etiam ipso equo.

His autem verbis.] Expositis duobus verbis positis suprà in princ. hîc exponit tertium membrum, sc. hoc, quod dictũ est ibi, quâti in eo anno plurîmi fuerit: dicens quod hoc nihil aliud est dictum, nisi quòd si aliquis interfecerit seruum tuũ, si eo die, quo interfecerit, fuerit luscus, vel mancus: in anno tamẽ proximo præterito fuit integer, & pretiosior valde, quàm eo tempore, quo occisus fuerit, tenetur quanti in anno proximo præterito plurimi fuerit: & non quanti eo die, quo occisus fuerit: & ideò dicitur hæc actio pœnalis de sui primitiua natura: quia obligat delinquentem nõ tanti, quantum damni datum est; sed aliquando longè pluris. Et propterea etiam in hæredem non datur: in eum autem daretur, nisi vltra damnum lis æstimaretur. hoc dicit. Et caue: quia quidam volunt dicere, quòd hæc actio de sui primitiua natura non est pœnalis: sed pœnabilis solùm. Dominus autem Gui. dicit hanc esse pœnalẽ de sui primitiua natura: sicut satis potest probari per literam istam, pœnalem autem esse huius legis verum est, dicit ipse, in duplum. quòd autem duplum præstetur in hac actione, hoc contingit per inficiationem. & sic est pœnalis in duplum. & in pœnali de sui primitiua natura semper intellige. h. d. Fran.

† Quid autem si quis damnũ dedisse se neget: probetur tamẽ testibus, aut instrumẽtis? Dices tum propter mendacium eum damnãdum in duplum, & in vniuersum id, quod læsi interest, duplicandum: quod alioquin in simplum deducẽdum erat. *vt tradit Gloss. C. eo. in l. contra negantem.* Secus tamen si actor nõ probet per testes, aut instrumẽta: sed tantùm per iuramentum ipsi delatum: quoniam cùm relaxetur à probandi onere, fiet condemnatio duraxat in simplum. *l. eum, qui. ff. de iureiur.* Quid autem si deferente reo ipsi actori iuramẽtum, actor ipse detrectet, in quibus se velle testibus probare, ne condemnatio minuatur: num id possit? & posse tradit Gloss. & Bart. *in l. l. eum, qui. secundum Paulum.*

8. ¶ Impetu quoque mularũ, quas mulio propter imperitiam retinere non potuit, si seruus tuus oppressus fuerit, culpę reus est mulio. Sed & si propter infirmitatem [a] eas retinere non potuerit, cùm alius firmior eas retinere potuisset, æquè culpa tenetur. Eadem placuerunt de eo quoque, qui cùm equo veheretur [b], impetum eius aut propter infirmitatem, aut propter imperitiam suam retinere non potuerit.

Pœnales actiones in delinquentis hæredes non dantur.

9. ¶ His autem verbis legis, *Quanti id in eo anno*[c] *plurimi fuerit*, illa sententia exprimitur, vt si quis hominem tuum, qui hodie claudus, aut mancus, aut luscus erit, occiderit, qui in eo anno integer, aut pretiosus fuerit: non tanti teneatur, quanti hodie erit: sed quanti in eo anno plurimi fuerit. Qua ratione creditum est pœnalem esse huius legis actionem: quia non solùm tanti quisque obligatur, quantum damni dederit: sed aliquando longè † pluris. Ideoque constat in hæredem eam actionem non transire [d]: quæ transitura fuisset, si vltra damnũ nunquàm lis æstimaretur [e].

In lege Aquilia non modò illud damnum perempti corporis æstimatur: sed eo amplius quicquid peremptо eo corpore damni patimur: siue in amittendo, siue in non acquirendo consistat.

10. ¶ Illud non ex verbis legis: sed ex interpretatione placuit: non solùm perempti corporis æstimationem habendam esse, secundùm ea, quæ diximus [f]: sed eo ampliùs, quicquid prętereà peremptо eo corpore damni nobis illatum fuerit: veluti si seruum tuum hæredem ab aliquo institutum antè quis occiderit, quàm is iussu tuo hæreditatem adierit. nam hæreditatis [g] quoque amissę rationem esse habendam constat. Item si ex pari mularum vnam: vel ex quadrigis equorum, vnum quis occiderit: vel ex comœdis [h] vnus seruus occisus fuerit: non solùm occisi fit æstimatio: sed eo ampliùs id quoque computatur, quanti depretiati sunt, qui supersunt [i].

Actio legis Aquiliæ non solùm ciuiliter: sed etiam criminaliter potest intentari. Aret.

11. ¶ Liberũ autem est ei, cuius seruus occisus fuerit, & ex iudicio priuato legis Aquiliæ damnum [k] persequi, & capitalis criminis [l] eum reum facere.

12. ¶ Caput secundum legis Aquiliæ in vsu non est.

sed & omnis damni mihi in seruitio meo per illud corpus occisum dati in aliis rebus meis: veluti si seruus meus institutus fuerit, & antequam hæreditatem adiret, ab aliquo fuerit occisus: non solùm corporis mei serui fiet æstimatio: sed hæreditatis amissæ est habenda ratio. Ad hoc etiam adiungere possum multa alia exẽpla. Si enim ex vno pari mularum vna occisa fuerit, vel si ex quadrigis equorum vnus occisus fuerit, vel ex comœdis vnus occisus fuerit: non solùm æstimatio corporis est habenda. sed si per vnius mortem alter, vel altera minus vtilis facta, vel factus fuerit, totius illius damni ratio est habenda. h. d. Franc.

f ¶ *Diximus.* per totũ hunc titulum.

g ¶ *Nam hæreditatis.* in lege enim Aquilia damnum consequimur: & amississe dicimur, quid aut consequi potuimus, aut erogare cogimur: *vt ff. eodem. l. proinde* [a] *si seruum occidisti. & l. si seruum meum.*

a Vide, & dic vt in Gl. ibidẽ.

h ¶ *Vel ex comœdis.* id est qui cantabant de comœdia: & vnus sine altero cantare nesciebat.

i ¶ *Qui supersunt.* facit arg. contrà, *ff. de act. emp. l. si sterilis. §. cùm per venditorem* [b] *. & de periculo, & commo. rei vend. l. fi.*

b Solue, quòd ibi in contractu, hîc in delicto, in quo venit omne interesse. *vt ff. de furt. l. incisa. §. 1. & ibi Bart. ff. de cond. furt. l. 4. & ff. de vi, & vi ar. l. interdicto,* & ad hûc text. facit *l. apud Iulianũ §. 1. ff. de leg. 1.* vbi post mortem. & sic post delictũ hæres tenetur nõ solũ ad seruum mortuum: sed etiam ad hæreditatẽ, in qua erat institutus. *l. si seruum. ff. de verb. oblig. in fi.*

Liberum.] CASVS. In isto §. *vl.* dicit Iustinianus, quòd secundum quod iam dictum est, si seruus meus iniuria iam occisus fuerit: si voluero contra eum agere ad persequendum damnum mihi datum in seruo meo occiso, possum hoc facere actione legis Aquil. ex primo capite. possum etiam, si voluero, criminaliter contra eum agere, & possum eum accusare leg. Cor. de sica. & hoc intellige, si dolosè eum occiderit: secùs autem est si solum fuerit in culpa occisor. Sed quid domine, satis vidi de primo capite: modò dicatis de secundo capite. Et respon. Frater, caput secundum in vsu non est. h. d. Franc.

k ¶ *Damnum.* sc. quanti fuerit in anno retrò: *vt §. eo, in prin.*

c Audi hîc Ang.

l ¶ *Capitalis criminis.* sc. leg. Cor. de sica. *vt ff. eo. l. inde Neratius. §. si dolo seruus. & §. sed & si.* Nam pro seruo occiso eadem lege agitur vt pro libero: *vt ff. ad leg. Cor. de sica. l. j. §. j.* donec [d] tamen agitur vna; non poterit agi reliqua: *vt ff. de publ. iud. l. iiij. & ff. vi bon. rap. l. j. §. j.* sed peracto vno agere reliquo: *vt* C. *quando ci. ac. prai. cri. l. j. & ff. vi bo. rapt. l. ij. §. j.*

d vide hîc Ang.

Capite tertio.] CASVS. Suprà vidi de capite primo, & secundo: restat videre de tertio capite. Et scire debes, quòd in capite tertio cauetur de omni damno: de quo non est cautum in capite primo. Vnde tertium caput locum habet cùm aliquis seruum, vel quadrupedem illam, quæ pecudum numero est, vulnerauerit, vel occiderit: & sic caue tibi: quia mors venit in isto capite tertio, sicut in primo: sed non illis animalibus, in quibus venit in primo. Item damnum iniuria datum in cæteris animalibus, & in cæteris rebus inanimatis hoc tertio capite vindicatur. vnde si quid fuerit ruptum, vel fractum, vstum, vel cæsum: actio ex hoc capite constituitur. Scire tamen debes, quòd plura verba hîc posuerunt iuris conditores, quàm necesse fuerit. Omnia enim verbo *rupti* contineri potuerunt. Adhuc etiam scire deberis, quòd si aliquis in alienum vinum, vel oleum aliquid miscuerit, per quod natura vini, vel olei corrumpatur, hoc tertio

capite

capite leg. Aquiliæ tenetur. Item ſicut pro occiſione: de qua in primo capite tractatur, per leg. Aqu. pœna imponitur, ſi dolo, vel culpa facta fuerit occiſio, & aliter non: ſimiliter & hîc non debent puniri propter damnum datum: de quo in tertio capite tractatur: niſi dolo, vel culpa hoc factum fuerit. Scire etiã debetis, quòd in primo capite punitur occiſor tãti, quanti plurimi fuerit res in anno retrò: ſed in tertio capite fit æſtimatio quanti fuerit in xxx. diebus retrò: & nõ repetitur hæc dictio *plurimi* in hoc tertio capite, ſufficit enim eã eſſe poſitam in primo capite. Intelligitur enim hæc dictio *quanti plurimi*, &c. in primo capite poſita, in tertio repetita. h.d Franc.

a Repetita an, & quando intelligantur, quæ dicta in vno capite, vide hîc Ang.

a ¶ *Cætero dãno.* quod ſcilicet non [a] continetur in primo capite: *vt ſuprà eod. in prin.*

a ¶ *Aut ruptum.* Scribendum reor, *aut fractum, aut ruptum*: vt generale verbum poſtremo loco ponatur. *l. ſi ſeruus. §. Tertio. §. inquit. §. cum eo. ff. eodem.* quod & Decemviri generaliter acceperunt, auctore Sex. Pompeio in ea, vt ſuſpicor, l. quæ de damno iniuria eſt ab eis propoſita. *l. 1. ff. eodem.* CVIAC.

b ¶ *Rupti.* quod verbum eſt legis tertij capitis.

† *Rupti* appellatione continetur omne, quod deterioratum eſt ſeu per ſciſſuram, ſeu per effuſionẽ, aut aliter. *Aegi. Per.*

c ¶ *Sufficere.* Sed nõ [b] eſt nouum vt ſpecialiter quibuſdam enumeratis generale ſubiiciatur verbum, in quo ſingula complectantur: *vt ff. eod. l. ſi ſeruus ſeruum. §. inquit lex.*

b Generalis oratio plerunque ſolet ſunnici pluribus enumeratis, vt ea generali oratione ſpecies antea enumeratæ comprehenſæ intelligantur.

d ¶ *Culpa.* etiam leuiſſima: *vt ff. eod. l. in lege Aquilia & leuiſſima.* aliàs non: *vt ſuprà e. §. iniuria.*

e ¶ *Ex hoc.* ſc. tertio, quod eſt loco ſecundi.

f ¶ *Damno.* id eſt damno dato in cæteris rebus.

g ¶ *Triginta.* Sed quare minus ſpatium in tertio capite, quàm in primo apponitur? Reſpon. [c] quia in primo grauiùs deliquit, & ideò grauiùs punitur: *vt ff. de offi. præſi. l. diuus.* & meliùs facit lex præcedens. ACCVRS.

c Spatium minus datur in grauioribus delictis, quàm in leuioribus.

h ¶ *Ac nec plurimi quidem verbum adiicitur.* id eſt non eſt poſitum in hoc tertio capite.

i ¶ *Plebem Romanam.* ergo eſt plebiſcitum, quod eſt verum: *vt ff. eo. l. j. & ſuprà de iur. natu. §. plebiſcitum.*

k ¶ *Prima parte.* Quæ [d] enim in præfationibus dicuntur, in contractibus repetita eſſe creduntur: *vt ff. de verb. obli. l. Titia. §. idem reſpondit. & l. qui ſic. & ff. de re. dub. l. ſi. & C. fami. erci. l. quotiens. & ff. de condi. inſti. l. cùm ſeruus. & ff. de act. emp. l. ſi venditor hominis. & ff. de contrah. emp. l. qui fundum. & de leg. iij. l. in repetendis. & de condi. & dem. l. auia. & l. libertis. & ff. de leg. ij. l. Latinus. & ff. de fun. inſtr. l. iij. & l. Seia. §. Caio. & ff. de pac. do. l. cùm pater.* Sed arg. contraria ſunt, *ff. de an. le. l. Seio. §. fin. & ff. de fideicom. li. l. ſi. §. fin. in Gl. nõ videri. & in Gl. fin. & ff. de hared. inſtituendis. l. item quod Sabinus.* ſecundùm Io. *Caterùm placuit.*] CASVS. Scire debetis, quòd tunc demum

d In præfationibus dicta, in ſequentibus repetita intelliguntur: *vt hic.* Quod verum niſi repetitio inducat vitiũ: *vt in contrariis legibus. Aegi. Per.*

habet locum act. leg. Aquiliæ directa, cùm corpore ſuo aliquis damnum dederit in corpus: quando autem aliquo alio modo, quàm corpore ſuo aliquis damnum dederit in corpus, habebit contra ipſum act. leg. Aquil. vtilis locum: veluti ſi hominem alienum, aut pecus ita incluſerit, vt fame necaretur: & ſimiliter in aliis exemplis poſitis in litera. Sed quid dicemus de illo, qui ſeruum alienum in fluuium deiecit, & is ſuffocatus fuerit? Reſpond. quòd non eſt dubium quin corpore ſuo in corpus damnum dederit: & ideò actione legis Aquil. tenetur. Sed domine, quid ſi alicui damnum datum fuerit à non corpore in corpus: vt putà ſi aliquis miſericordia ductus ſeruum alicuius compeditum ſoluerit, vt effugiat: quid dicemus in iſto caſu? Reſpond. quòd neque dabitur in hoc caſu actio legis Aquiliæ directa, neque vtilis: ſed actione in factum ſubſidiaria, quæ datur pro damnis, quæ in lege Aquilia non comprehenduntur, tenebitur. h.d. Franc.

† *alias* interrogante.

13. ¶ Capite tertio de omni cætero damno [a] cauetur. Itaque ſi quis ſeruum, vel eam quadrupedem, quæ pecudum numero eſt, vulnerauerit, ſiue eam quadrupedem, quæ pecudum numero non eſt, veluti canem, aut feram beſtiam vulnerauerit, aut occiderit: hoc capite actio conſtituitur. In cæteris quoque omnibus animalibus, item in omnibus rebus, quæ anima carent, damnum iniuria hac parte vindicatur. Si quid enim vſtum, aut ruptum [a], aut fractum fuerit, actio ex hoc capite conſtituitur: quanquam poterat ſola rupti [b] appellatio in omnes iſtas cauſas ſufficere [c]. Ruptum † enim intelligitur, quod quoquo modo corruptum eſt. Vnde non ſolùm fracta, aut vſta: ſed etiam ſciſſa, & colliſa, & effuſa, & quoquo modo perempta, atque deteriora facta, hoc verbo cõtinentur. Denique reſponſum eſt, ſi quis in alienum vinum, aut oleum id miſcuerit, quo naturalis bonitas vini, aut olei corrumperetur, ex hac parte legis Aquiliæ eum teneri.

14. ¶ Illud palam eſt, ſicut ex primo capite ita demum quiſque tenetur, ſi dolo, aut culpa [d] eius homo aut quadrupes occiſus, occiſáve fuerit: ita ex hoc [e] capite, ex dolo, aut culpa de cætero damno [f] quemque teneri. Hoc tamen capite non quanti in diebus tringinta [g] proximis res fuerit, obligatur is, qui damnum dederit.

15. ¶ Ac nec *plurimi* quidem verbum adiicitur [h]: ſed Sabino rectè placuit, perinde habẽdam æſtimationem, ac ſi etiam hac parte *plurimi* verbum adiectum fuiſſet. Nam plebem Romanam [i], quæ Aquilio tribuno rogante † hanc legem tulit, contentam fuiſſe quod prima parte [k] eo verbo vſa eſſet.

Directa legis Aqu. actio competit, ſi corpore damnum illatum ſit. quòd ſi à non corpore corpori, vtilis dabitur: ſinautem neque à corpore datum ſit, neque corpus læſum, in factum actioni locus eſt.

16. ¶ Cæterùm placuit ita demum directã ex hac lege actionem eſſe, ſi quis præcipuè corpore ſuo dãnũ dederit: ideoque in eũ, qui alio modo dãnũ dederit, vtiles actiones dari ſolẽt: veluti ſi quis hominem alienum, aut pecus ita incluſerit, vt fame necaretur: aut iumẽtum ita vehementer egerit, vt rumperetur: aut pecus in tantum exagitauerit, vt præcipitaretur, aut ſi quis alieno ſeruo perſuaſerit, vt in arborem aſcenderet, vel in puteum deſcenderet: & is aſcẽdendo, vel deſcendendo aut mortuus [l], aut aliqua parte corporis læſus fuerit: vtilis actio [m] in eum datur. Sed ſi quis alienum ſeruum aut de ponte, aut de ripa in flumen deiecerit, & is ſuffocatus fuerit: eo quòd proiecit, corpore ſuo damnum dediſſe non difficulter [n] intelligi poteſt: ideóque ipſa lege Aquilia [o] † tenetur. Sed ſi non corpore damnum fuerit datum, neque corpus læſum fuerit: ſed alio modo alicui damnum contigerit: cùm non ſufficiat neque directa, neque vtilis legis Aquiliæ actio; placuit eum, qui abnoxius fuerit, in factum actione [p] teneri: veluti ſi quis miſericordia ductus [q] alienum

a Occaſionem damni dans, damnum dediſſe videtur.

1 ¶ *Mortuus.* quia qui occaſionem [a] damni dat, damnum dediſſe videtur: *vt ff. eodem l. qui occidit. §. in hac quoque actione.* ADDITIO. Tu dic, ſecundùm Florent. ibi, quòd aut quis dat operam rei licitæ, & adhibet illã diligentiam, quam poteſt: & tunc non tenetur de his, quæ poſteà ſequuntur: *vt dicto §. in hac. in fine.* Secùs ſi non adhibeat diligentiam, aut det operam rei illicitæ: quia tenetur: *argum. ff. eod. l. item Mela. in princip. & eſt glo. in cap. ſicut nobis. extrà de teſti. in verbo, dederunt.* Angelus.

† Hoc eſt, quod dicimus, ipſo iure. CVIAC.

m ¶ *Vtilis actio.* in eum datur: ſcilicet legis Aquiliæ: & nihilominùs in factum: *vt ff. eodem l. item ſi obſtetrix. §. ſi quis hominem.*

n ¶ *Non difficulter.* imò facilè: *vt ff. eodem. l. qua actione. §. penultimo.*

o ¶ *Lege aquilia.* id eſt directa actione legis Aquiliæ.

p ¶ *In factum actione.* id eſt ſubſidiaria [b], quæ pro damnis datur, quæ lege Aquilia non comprehenduntur, vel non tenentur: *vt ff. eodem l. ſi ſeruum. §. final.* & videtur hæc eſſe prætoria: *vt ff. de præſcrip. verbis. l. quia actionum.*

b Subſidiaria actio, eſt, quæ datur in ſubſidium, vbi mes, & verba legis Aquil. deſunt.

γ ¶ *In factum actione.* Hæc eſt in factum prætoria, quæ nuſquam dicitur vtilis Aquilia, quinimò hic caſus: quia à lege Aquilia diſſimilis eſt, non poteſt in eo vtilis Aquilia dari. *l. ſi menſor. ff. ſi menſ. fal. mod. dix. l. ſi verò. §. de viro. ſol. mat.* & omnino neceſſaria eſt actio in factum prætoria extremum iuris ſui perſequendi ſubſidium. CVIAC.

q ¶ *Si miſericordia ductus.* ſed ſi non ductus miſericordia, datur furti: *vt ff. de dolo. l. & eleganter. §. idem Labeo.*

a ¶ *Compeditum.* est enim dolo proximum: *vt ff. depo. l. si homi-nem. §. respon.*

b ¶ *Vt fugeret.* Hic nota 1. Quandóque b damnum datum à corpore in corpus: & tunc locum habet actio legis Aquiliæ directa. 2. Quándóque à non corpore in corpus, vt patet per multa exempla *iuprà proxi.* §. 3. Quandóque econtrario de corpore in non corpus: vt si annulum excusserit, vt in aquam caderet: *vt ff. eod. l. si seruus seruum, §. si quis de manu.* Et in his duobus casibus habet locum vtilis actio legis Aquiliæ: & nihilominùs in factũ, secundùm Ioan. *vt ff. eod. l. quemadmodum. §. magistratus municipales.* cùm vtroque casu vtramque reperiam dari, secundùm Ioann. *vt ff. vi bono. rapt. l. ij. §. si publicanus.* 4. Quandóque à non corpore in non corpus: & tunc subsidiaria in factum competit: *vt ff. eod. l. si seruum. §. fin.*

¶ De qua actione in factum quot habet naturas, dic *vt ff. de præscrip. verb. in vtr.* & vt diximus *infrà de interdr. §. fina.*

a Dãnum datur quadrupliciter.

b Aquilia directa locum habet, si damnum datum sit de corpore in corpus: vtilis, si de nõ corpore in corpus, vel de corpore in non corpus: subsidiaria in factũ, si de non corpore in non corpus damnum datum sit.

† Iniuriæ genus continet multas species sub se i. species iniurias: scilicet contumeliam, culpam, iniquitatem, iniustitiam. *Tull. lib. 1. de offic. tit. a. de duobus generibus iniustitiæ.*

† Ita sumitur hic, *secundùm Gl. in l. 1. ff. eod.* † ἀγκλημα.

c Actio in factum cuius sit naturæ.

seruum compeditum a soluerit, vt fugeret b.

DE INIVRIIS †

TITVLVS IIII.

Iniuria potest capi generaliter, & specialiter: & specialiter sumitur tripliciter. Arct.

GEneraliter c iniuria dicitur omne, quod non iure fit: specialiter aliàs cõtumelia †, quæ à contemnendo dicta est, quam Græci ὕβριν appellant d: aliàs culpa, quam Græci † ἀδίκημα dicunt, sicut in lege Aquilia damnum iniuria datum accipitur: aliàs iniquitas, & iniustitia e, quam Græci ἀνοσίαν, καὶ ἀδικίαν vocant. Cùm enim prætor, vel iudex non iure contra quem pronunciat, iniuriam accepisse dicitur f.

Iniuria non solùm committitur in corpus, vt verberibus, & pulsatione: sed etiam extra corpus, vt conspiciis, famosis libellis, pudicitia attentata, aliisque modis innumeris.

† *Vel lib. 4. hete. de defin.* iniuria, inquit, est, quæ aut pulsatione corpus, aut conuicio aures, aut aliqua turpitudine vitã alicuius violat. *vide l. 1. ff. eo.*

Tetus iste titu. diuiditur in sex partes principales. Primò ponitur quot modis accipitur iniuria, & qualiter committitur. Secundò, ex cuius persona nobis iniuria illata intelligitur. Tertiò, quæ est pœna actionis iniuriarum. Quartò, quando iniuria atrox æstimatur. Quintò, quòd pro iniuria potest etiam criminaliter agi: & an tunc possit interuenire procurator. Sextò quando tollitur ista actio. Secunda ibi: *Patitur autem.* Tertia ibi: *Pœna autem.* Quarta ibi: *Atrox.* Quinta ibi: *In summa.* Sexta ibi: *Sed hæc actio.* CASVS Quæsiit à Iustiniano quid dicatur fieri per iniuriam? Et respondet dicens, quòd generaliter dicitur fieri iniuria, quod non iure fit. & ita ponitur hic priuatiuè. Specialiter autem dicitur iniuria pro contumelia à contemnendo dicta: quam Græci appellabant sicut volebant. Quandóque autem specialiter dicitur culpa, sicut sumitur in actione legis Aquiliæ: vbi ponitur damnum iniuria datum, id est culpa facientis datum. Tertio modo sumitur iniuria pro iniquitate, vel pro iniustitia: vnde cùm prætor, vel iudex contra aliquem iniquè pronunciat: ille, contra quem iudicatum est, iniuriam accepisse dicitur, siue iniustitiam hoc dicit. Franc.

c ¶ *Generaliter.* facit *ff. eo. l. 1.* ACCVRS.

d ¶ *Græci hybrin appellant.* Hybris Græcè, dicitur contumelia Latinè: vt asserit textus. Adikema est culpa. Anomia iniquitas. Adikia est iniustitia. vnde adikoni id est iniustum.

d Hæc Gl. non est Accur.

e ¶ *Iniustitia.* iniquitatem cõmittit iudex, quando contra æquitatem pronuntiat: iniustitiam, quando contra strictum ius: iniquitatem, & iniustitiam, quando contra vtrumque pronuntiat. ACCVRS.

f ¶ *Accepisse dicitur.* scilicet ille, contra quem est iudicatum. 2. Vel dic accepisse: id est fecisse iudicem: *sic ff. de dam. infect. l. Proculus.* ACCVRS.

Iniuria autem.] CASVS Scire debes in principio quòd licèt iniuria quatuor modis sumatur, vt ex præcedenti responso liquet: attamen in toto isto titulo propriè sumitur iniuria pro contumelia. Volui ergo scire à legislatore quomodo dicitur iniuria, siue contumelia committi. Et respond. dicens quòd non solùm committitur iniuria, cùm quis pugno pulsatus fuerit, aut fustibus cæsus, vel verberatus: sed etiam si alicui conuicium aliquod dictum fuerit. Item plus dico, quòd si aliquis vellet possidere bona alicuius tanquam bona debitoris sui, sciens eum nihil sibi debere, iniuriam committit. Item dico, si aliquis ad infamiam alicuius libellum famosum composuerit, aut scripserit, aut ediderit, iniuriam committit: si aliquis pudicitiã alicuius bonæ matronæ attentauerit, vel matremfamilias adfectatus fuerit: vel prætextatum: id est masculum: vel prætextatam: id est fœminam adfectatus fuerit: & aliis pluribus modis. h. d. Fran. de Aret.

g ¶ *Iniuria.* hîc prosequitur prout hoc tit. accipitur.

1. ¶ Iniuria § autem committitur non solùm cùm quis pugno pulsatus, aut fustibus cæsus, vel etiam verberatus † erit: sed & si cui conuicium b factum fuerit, siue cuius bona quasi debitoris i, qui nihil deberet, possessa fuerint ab eo, qui intelligebat k nihil eum sibi debere: vel si quis ad infamiam alicuius libellum, aut carmen, aut historiam l scripserit, composuerit, ediderit, dolóve malo fecerit quò quid eorũ fieret l; siue quis matremfamilias m, aut prætextatum n prætextatámve adfectatus o fuerit †: siue cuius p pudicitia attentata esse dicetur: & denique aliis plurimis modis q admitti iniuriam manifestum est.

Quæ liberis, vxori, aut nurui irrogatur iniuria: parẽti, marito, aut socero illata videtur: quò fit vt quandóque pro eadem iniuriâ pluribus personis iniuriarum actio competat: viro tamen illatam iniuriam, vxori vindicare non licet.

2. ¶ Patitur autem quis iniuriam nõ solùm per semetipsum: sed etiam per liberos suos, quos

h ¶ *Conuicium.* quasi a conuociũm: cùm in vnum plures voces conferuntur: *vt ff. eodem. l. item apud Labeonem. §. conuicium.* ANTIO. Nota quòd verbum iniuriosum dicitur, siue in genere, siue in specie imperatur aliquod dictum commissum: *vt notat Bartol. Bald. & docto. in l. iij. in princip. ff. de liberis, & posthumis.*

a Conuicium vnde dicatur.

† Dicitur verberare, quia alio modo, quã pugnis percutit. ergo pugno percutiens nõ puniretur pœna statuti punientis verberantem.

i ¶ *Quasi debitoris* cùm non esset: *vt hic*, & *ff. eodem l. si iniuria.* ACCVRS.

k ¶ *Qui intelligebat.* ex affectu enim fit iniuria: *vt ff. eod. l. ij.* Sed quid si erat verè debitor? Adhuc videtur idem: cùm nihil adeò durum sit, quàm familiarem pompam ostendi. Quid enim tam durum, tamque inhumanum, quam publicatione, pompáque rerum familiariũ; & paupertatis b detegi vtilitatem, &c. *vt §. quando, & qui. debe. quarta pars ex ba. desum. l. ij. §. 1. lib. x.* Sed dico contrà in sequenti casu, si iure eum prouocauit, vel meum debitorem appellauit, cùm esset: *vt orgu. ff. eod. l. eum. in principio.*

b Iniuria fit ex affectu.

† Facit cõtra muguetos Aurelianẽses, qui quoridie adsectantur puellas: *vt l. item. §. appellari. ff. eod.* secùs si colludendi, aut officij causa id fiat: *d. l. item. §. memnisse.* hoc verum si sit in veste matrona li. e. *l. 1. §. si quis virgines.* Argi. Per.

c Paupertãs detegeretur dolum est.

l ¶ *Scripserit, aut composuerit, aut ediderit.* Duo postrema verba non sunt in veteri libr. Est verò ex XII. tab. de famosis libellis capitalis actio. Ex lege Iulia, & ad eam pertinente S. C. non capitalis. CVIAC.

l ¶ *Fieret.* nisi nocens erat. Nam peccata nocentium nota esse expedit: *vt ff. eod. l. eum, qui. in princ.*

m ¶ *Matremfamilias.* matremfamilias eam dicimus, quæ est notæ auctoritatis, & honestæ vitæ in domo sua: *vt ff. de lib. exhib. l. iij. §. fin. & ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iu. l. nam ciuium.*

n ¶ *Prætextatum.* Prætexta d genus est vestis, qua nobiliores ciues Romani solebant vti. Vnde si alius, quàm cui permissum erat deferre, e deferebat in alicuius certæ personæ ignominiam: iniuriarum tenebatur illi, quem insectabatur. sic plurumque fit. ACCVRS.

d Prætexta vide Bed. in annot ad Pande. in l. fin. ff. de Senato. vbi locum hunc diligentissimè cùm ex aliis, tũ ex Au. Gel. explicat.

e Not secundùm Io. Fab. contra istos gabbadeos, qui fumũt habitum eremitarũ, siue religiosorum: quia possunt puniri. *vide in Anth. de sanct. pat. §. 1.* Ang.

o ¶ *Adfectatus.* adsectari, est frequenter sequi: sed attentare, est blando sermone pudicitiam alicuius impetere: *vt ff. eod. l. item apud Labeonem. §. aliud.*

p ¶ *Cuius.* id est alicuius

q ¶ *Plurimis modis.* qui notantur *ff. eod. per totum. & Cod. eodem, per totum.*

Patitur autem quis.] CASVS Suprà dictum est quot modis fit iniuria: modò videndum est qualiter quis patitur iniuriam. Patitur autem quis iniuriam non solùm si aliquo prædictorum modorum ei directò fiat iniuria: vt putà quia conuitium ei fuit: vel aliquo alio modo: sed etiam si liberis eius, quos in potestate habet, aliquo prædictorum modorum fiat iniuria, pater dicitur passus iniuriam. vnde pro iniuria facta vni personæ quandóque tribus, quandóque quatuor datur actio iniuriarum: velut si facta fuerit iniuria filiæfamiliàs nuptæ: datur actio iniuriarum patri mulieris: & etiam mulieri, & marito mulieris. Sed quid si marito fuit iniuria facta? Potestne vxor agere pro iniuria sibi facta, & econuerso? Respon. quòd non. Æquum enim est vxores à viris defendi, & non maritos ab vxoribus. Quatuor enim personis competit actio iniuriarum pro iniuria facta vni personæ in tali casu. Pone quòd aliqua filiafamilias nupta filio meo sit, quem in potestate habebam: huic si facta fuit iniuria, competit actio iniuriarum nuptæ: & mihi socero pro iniuria facta nurui meæ & etiam filiofamilias marito mulieris: & etiam patri mulieris. h. d. Franc.

a ¶ *In*

a ¶ *In potestate habet.* si ille, qui iniuriam facit, scit eos esse in potestate, licèt ignoret in cuius potestate sint: alioquin non: sicut marito, si mulierem viduam credat: *vt ff. eod. l. eum, qui nocentem. §. fin.* ACCVRS.

b ¶ *Per vxorem suam.* vel sponsam: *vt ff. eod. l. item apud. §. sponsum quoque.*

c ¶ *Sed etiam patris.* licèt in potestate patris eius non esset: *vt ff. eo, l. j. §. item.* ADNOTA. Ista Glos. non est vera, per legem, *sed si vnus. §. ait prætor. versic. idem erit & si emancipatus. ff. eodem. & ibi videtur Glo.* præterea si non competit patri actio iniuriarum, quando credit pulsatum fore patremfamilias: *vt d. l. eum, qui. §. fi. ff. eodem.* ¶ Ergo multò fortiùs non competit sibi, quãdo in veritate est paterfamilias: sc. quando est emancipatus, secundùm Ioan. Fab. quod credo verum. Ang.

d ¶ *Cuius.* scilicet fœminæ, vel nutus.

Seruis autem.] CASVS. Suprà dictum est quòd patitur aliquis iniuriam non solùm per semetipsum: sed & per vxorem suam, & per liberos tuos, quos in potestate habet. Hæc autem omnia intelligere debes vera esse in liberis. Si enim alicui seruo fiat iniuria, non intelligitur ei fieri aliqua iniuria, eò quòd inspecto iure ciuili serui pro nullo habentur: sed domino serui fit iniuria per iniuriam factam seruo: sicut per iniuriam factam vxori, vel liberis, iniuria fit marito, vxori, & illi, in cuius potestate liberi sunt. Solùm enim in duobus casibus fit domino iniuria per iniuriam factam seruo: si vel in contumeliam domini apertè facta fuerit seruo iniuria, licèt non atrox: vel si seruus atrociter verberetur. Cæterùm si aliquis contra seruum tuum conclamauerit, & eum leuiter pugno percusserit, non dabitur tibi actio iniuriarum. hoc dicit. Franc.

a Iniuria seruis non fit, vt ex eaagere possint iure ciuili. Fit tamen, & fieri potest seruo iniuria inspecto iure naturali.

b Vel die agere me iniuriarũ posse, si seruo meo à seruo tuo iniuria illata est in meã contumeliam: imò etiã sine mei contumelia (vt seruus seruo iniuriam possit facere) liber verò facere non cessetur. *Ang.* c Maleficium non debet remanere impunitum. *l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil.* Ex quo nota, quòd si iniuriã passus non potest agere ex forma statuti (quia fortè non soluit collectas) tamẽ iudex ex suo officio potest iniuriantẽ punire: *vt d. §. si quis sic fecit. & est bonus tex. & ibi Bar. in l. non solum. §. quã qui ff. eo.* Ang. d No. modum libellãdi, & agendi: quia dominus debet dicere seruum fuisse verberatũ in contumeliã sui: & ideò quia sibi iniuria illata est, suo nomine iniuriarũ agit: sin autem alio modo ageret, succumberet. *Ang.*

e ¶ *Nulla iniuria.* quantum a ad hoc, vt agant, scilicet inspecto iure ciuili: sed sic, inspecto iure naturali: *vt ff. eod. l. eum, qui. §. j. & ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iur. l. ij. & suprà de his, qui sunt sui vel alieni iur. §. fin. qua est contra* b.

f ¶ *Per liberos.* id est filios.

g ¶ *Atrocius.* quàm æquum sit.

h ¶ *Et quod apertè.* repete, & cùm id commissum fuerit, quod, &c. Si autem non in domini contumeliam: sed serui tantùm: tamen adhuc non debet inulta relinqui à prætore: *vt ff. eod. l. item apud Labeonem. §. si quis sic fecit* c.

i ¶ *Ad contumeliam domini respicit.* his duobus casibus domino datur actio: hoc est siue ad eius contumeliam fiat iniuria: siue seruus atrociter verberetur: & sic dominus aget propter iniuriam seruo factam: non tamen serui nomine d, quasi seruo competat actio. sed in primo casu suo nomine, pro iniuria scilicet sibi commissa.

k ¶ *In hunc casum.* non solùm in superiori casu. quando ad contumeliam domini facta est iniuria.

c ¶ *Quod sibi debetur.* Hoc k duobus modis exponitur: vel ad differentiam realis actionis, secundùm Azo. & ita strictè l accipitur hæc definitio pro personali actione tantùm, sicut accipitur *ff. eod. l. actio in personam. 2.* Vel largiùs m, vt etiam realem contineat, non tamen officium iudicis: *vt ff. eo. l. actionum genera.* quandóque largissimè, vt etiam iudicis officium contineat: illud scilicet, quod est loco actionis: vt per quod restitutio minorum petitur: *vt ff. eo. l. actionis verbo. 3.* Vel ponuntur hæc verba ad differentiam criminalium actionum, per quas non persequor mihi debitum, sed ad vindictam ago: & secundùm hoc etiam realem actionem dicas definiri hîc. licèt enim non sit obligatus, qui realiter tenetur: *vt infr. eodem. §. j. ibi, aut cum eo agit, qui nullo, &c.* verum est personaliter grossè n tamen potest dici quòd sit realiter obligatus. Et facit pro hoc vt etiam realis hîc definiatur: quia verbum *debere*, & ad actionem in rem, & ad actionem in personam refertur: *vt ff. de verb. signi. l. pecunia. §. fin.* Item facit quod est in definitione verbum *persequẽdi*, quod est commune tam ad realem, quàm ad personalem actionem: *vt ff. eod. l. actio in personam.* Item facit *infr. eod. §. j. in princip.* vbi actio realis species est actionis, sicut personalis: & ita largè accipio hîc verbum, *debetur.* sed in stricta significatione verbi huius, *debere* tantùm alienum, & non meum mihi debetur. vnde personalis o actio tantùm definiri videtur: *vt ff. eod. §. sic itaque. & supra, de leg. §. sed & si rem.* Sed certè quandóque ago etiam ad id, quod mihi non debetur: *vt Cod. de pact. l. pacto quo pœnam.* nam ibi ago ad id, quod non est debitum: sed ad id, quod ex nudo pacto conuenit. Sed certè illud naturaliter erat debitum, quod nudo pacto debebatur p: *vt ff. de fideiussor. l. fideiussor. §. fideiussor.* Vel q non agitur ibi ad id, quod nudo pacto debetur, sed ad id, quod verè debetur, sed prætextu eius consequitur etiam quod nudo pacto debetur: *vt ff. de verborum significatio. l. si cui.* ¶ Item oppono de popularibus actionibus. Nam in eis nõ dicitur debitum: & tamen petitur: *vt ff. de popul. act. l. penult.* Sed non obst. quia saltem post litem contestatam debetur 2. Vel dic quia & sibi debitum persequitur. nam cùm toti populo sit debitum: ergo & sibi. r Item s op. de actione iniuriarum: quia non dicitur esse in bonis: *vt ff. de iniu. l. iniuriarum.* Item non ad debitum, sed ad vindictam competit: *vt ff. de coll. bo. l. iij. §. emancipatus* & tamen est actio. Resp. non est in bonis vt transeat ad hæredes: *vt ff. ad legem Falcidiam. l. pœnalis.* Item licèt detur ad

k Actio, quã hîc dicitur esse debiti persecutio, vtrùm actiones in rem populares, & iniuriæ, & similes quoque cõprehendat. l Nota pro staturis, in quibus verba sũt strictè intelligenda. *l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gest. & l. quicquid. ff. de verb. oblig.*
m *Idem Io. Fab. & N. C. in Gloss. super ver. quam aut sibi. §.*
n Grosso modo (liceat lector, veniam præfari) verba statutorum interpretari posse hinc colligunt interpretes. *Plac. Angel. & Ias.*
o Imò etiam re. lis secundũ cõmuniter d. c. hîc.
p Hæc solutio non procedit secundum doctores, si materiam textus nostri inspicias.
q Probatur doctoribus.
r Hæc reprobatur communiter per doc. hîc.

ibi non de libelli oblatione loquitur: sed de remissione cautionis, quæ consensu partium fieri potest: *vt ff. de ferijs. l. j. j. respondo.*

¶ Iudices adduntur actionibus strictis: Arbitri actionibus bonæ fidei, & arbitrariis. Illi ex formula: hi ex bono, & æquo iudicant. sic in l. *à D. Pio. l. furioso. ff. de re iudi. l. 7. ff. ad leg. Iul. repetund.* CVIACIVS.

a ¶ *De quacunque re.* generaliter accipe verbum, rei [a]: *vt ff. si cer. petat. l. j. in fin.* Nam pro corporalibus, & incorporalibus competũt actiones: *vt infrà, eodem. §. prox. & §. ij. & ff. si serui. vindi. l. j. & ij. in principio.*

a Vt etiam factum comprehendat. *Bart. in l. ff. si cer. pe.*

b ¶ *Summa.* id est prima quo ad tractatum sci. [b] vel summa: id est breuis. breuior enim esse non potest, quàm bimembris, sicut ista est. ¶ Sed opponitur infrà, *eo. §. quadam* Resp. quia & illæ sunt reales, quando ad res agitur. Item in personam, quando ad personales præstationes agitur: imò etiam si simul agatur; non tamen egrediuntur hanc diuisionem, cùm sint in rem, & in personam. nisi enim sic exponeretur, iam multæ inuenirentur breuiores: *vt infrà, eodem §. alia. & §. actionem.* & aliæ quædam diuisiones, quæ breuiores inuenirentur. ADDITIO. Dic, melius facit text. *in l. quis ergo casus. ff. de pec.* Sed contrà glo. instatur: quia actio in rem scripta, rem concomitatur, & tamen non est realis: *vt infr. eod. §. quadam.* sed solue vt ibi; quia ius agendi ex reali oritur ex ipsa re, & ipsi rei competit, & contra ipsam rem, *vt hic*: & in simili dicimus in seruitute debita fundo. *ff. de neg. gest. l. qui aliena. § fi.* & sic in actione personali in rem scripta: *vt d. §. quadam.* Angel.

b Et hoc ideò: quia per eam cognoscitur causa mediata, & immediata actionum. *Ias.*

c ¶ *Aut enim in rem sunt.* Idem in rem dicuntur: quia rem concomitantur [c] *vt ff. de pub. l. Imperatores.* & in personam: quia non recedunt à persona obligati, vel hæredis eius, cuius eadem est persona: *vt ff. eod. l. actionum genera. §. j. & ij. & in Auth. de iureiur. à mo. præst. in princip. coll. v.*

c Imò quia dãtur occasione directi dominij, vtilis, vel quasi.

LIBELLVS IN ACTIONE IN rem, siue in rei vindicatione.

Namque agit.] In actione in rem, siue rei vindicatione, si libellum quis formare velit, non poterit nisi contra possessorem: quia possessio parit in rem actionem aduersario: *vt Cod. de alie. iud. mutan. cau. fact. l. vnica.* vel contra illũ, qui dolo desiit possidere: *vt ff. de noxa. actio. l. electio. ff. de regulis iur. l. qui dolo. extrà de iudi. c. dilecti.* propter quod sic interrogat reũ, cùm vult experiri contra eum, vtrùm possideat, vel dolo desiit possidere, ne frustrà experiatur: *vt ff. de rei vindicatione. l. qui petitorio.* & cogitur respondere: & in iure facienda est interrogatio, & responsio: *vt ff. de interrog. actio. l. qui seruum. §. in iure. & l. j. in princ.* & si neget reus se possidere, cùm possideat, amittet possessionem, & tranferetur in actorem propter mendacium suum: *vt ff. de rei vindicatio. l. final. in principio.* & si non possideat, liber erit: nisi dolo desierit possidere: quem dolum oportebit actorem probare: *vt ff. de probatio. l. quotiens. §. qui dolo.* Si verò dicat verè se possidere, cùm possideat: tunc formabitur libellus in hunc modum; Propono, siue dico ego a, contra b, quòd ipse detinet rem meam: vnde propono rei vindicatio. contra eum, & peto rem ipsam mihi adiudicari: & ipsum b, ad restitutionem mihi condemnari. Nec miretur aliquis, quòd ego dixi, qui detinet: & non dixi, qui possidet: nam ideò dixi, quia multi detinent rem, qui non possident: & tenentur rei vindicatione. Hoc enim solum considerat libellans in rei vindicatione, quòd habeat reus facultatem rei restituendæ: *vt ff. de rei vindicatione. l. officium.* & licèt actionis nomen editum non sit in libello; sufficit tamen adsignare causam: *arg. Cod. de edicto diui Hadriani tollen. l. fin. & ff. si cert. peta. l. certum.* maximè hodie per not. decret. domini Alexandri Papę *extrà de libel. obla. cap. fin.* quidam tamen contrarium dicunt *per l. ff. de eden. in l. j. & C. de eden. l. edita.* Et erit causa petendi in hoc libello talis: Vnde cùm mea sit, peto illam rem mihi restitui. Hoc verum est quòd in omnibus actionibus sufficit proponere causam: nisi talis sit causa, quæ plures pariat actiones. tunc enim nomen actionis est exprimendum: *vt ff. de tributo. l. quod in hærede. §. eligere. & ff. de lega. ij. l. cùm filius. §. variis. & infr quod cum eo. §. is quoque. circa finem. & in gl. fin.* oportet etiam quantitatem, & qualitatem rei exprimere, si sit res mobilis. & hoc per *l. si in rem. j. ff. de rei vindi.*

d ¶ *Aut.* hoc, *aut*, respicit aliud *aut*, quod est *infrà eodem*, aut cum eo, &c.

d Hæc Gl. & Gl. posita in verbo, date. & Gloss. in vtr. facere. declarantur per Ang. in Glo. magistra. in isto §.

e ¶ *Vel ex contractu, vel ex maleficio.* Hoc etiam trahi debet ad varias causarum figuras; ex quibus scil. agitur quasi ex maleficio: sic enim varias causarum figuras accipi oportere, ex collatione, & coniunctione *l. j. de obli. & act.* cum *l. iiij.* liquidò constat. CVIAC.

f ¶ *Per quas.* sc. personales actiones.

g ¶ *Intendit.* [d] sc. vnusquisque, vel actor.

g ¶ *Dare.* cùm datio est in obligatione: *vt ff. de verb. obligat. l. vbi autem non apparet. §. fin.*

h ¶ *Facere.* cùm factum sit in obligatione: vt si promisisti scribere librum: quod petitur actione ex stipulatu: *vt supr. de verbor. obli. in princ.*

portere, & aliis quibusdam modis [i] β. Aut cum eo agit, qui nullo iure [k] ei obligatus est; mouet tamen ei de aliqua re cõtrouersiam: quo casu proditæ actiones in rem sunt: veluti si rem corporalem [l] possideat [m] quis, quam Titius suam esse affirmet; possessor autem dominum eius se esse dicat [n]. nam si

i ¶ *Et aliis quibusdam modis.* id est ex quasi cõtractu, & ex quasi maleficio, (nec enim de his suprà dixerat) quod reprobatur [a]: quia ex quo dixit de his, quæ sunt ex contractu, vel ex delicto: per consequens & de his, quæ sunt ex quasi contractu & ex quasi delicto, dixit: *vt supr. de oblig. quæ ex quasi cõtractu. in principio. & supr. ti. j. in principio.* [b] 2. Vel dic omnia ista suprà esse comprehensa: sed sunt supradicta intelligenda vbi præcisè agebatur ad dandum, vel faciendum: hîc autem quando non præcisè: sed sub alternatione, vt hoc, aut illud. Sed & hoc reprobatur: quia suprà non dixit quòd præcisè quid fieret. Dic ergo hîc de condictione furtiua loqui, quæ est personalis: non tamen ex contractu, vel quasi; vel ex maleficio, vel quasi: sed ex variis figuris causarum oritur: *vt ff. de actionibus. & obliga. l. j. in principio.* Item de interdictis omnibus potest dici, quòd omnia sunt personalia: *vt ff. de interdict. seu extraordina. actio. l. j. §. final.* non tamen iure ordinario; sed extraordinario sunt introducta: vnde non continentur sub hac diuisione ex contractu, vel quasi; ex maleficio, vel quasi: ex delicto tamen, vel propter delictum quandóque dantur, vt in interdicto *vnde vi* potest videri: quandóque non, vt in interdicto, *quod vi, aut clam*, quando contra eum, qui non fecit opus; sed factum habet, datur: *vt ff. quod vi, aut clam. l. ij. §. clam. & l. competit. §. fin.* Et vt breuiter dicam, ille tertius articulus, qui dicitur, *ff. eodem. l. j. in princi.* ex variis figuris, &c. est quod hîc dicitur, *& aliis quibusdam*, &c. ACCVRS.

a Imò approbatur per Bar. Nico. Angel. & Ias.

b Hanc primã expositionem licet Gl. reprobet: tamé eam sequuntur cõmuniter doct. hîc, & inducũt ad hoc *l. ff. eo.* vide *hic per do.* Ias. qui longè tractat an appellatione cõtractus veniat quasi contractus.

β ¶ *Et aliis quibusdam modis.* Ex his actionibus quædam & re ipsa, & figura verborum in personam sunt: quædam in rem sunt scriptæ, vt ipsa in personam. priores semper aduersus eundem dãtur, posteriores non æquè. Illis intendimus aduersarium dare, aut facere oportere: his non item, quandoquidem eas non in personam, sed in rem, & generaliter concipimus: Harum exempla hæc sunt, Ad exhibendum, Quod metus causa. Ex causa interdictorum. CVIACIVS.

k ¶ *Nullo iure.* not. hîc quòd ille, qui rem meam tenet, non est mihi ideò obligatus; sed ratione possessionis [c] eum possum conuenire: *vt C. de alie. iud. mu. causa fact. l. j.* Sed oppono, teneris mihi ad rem restituendam: ergo es obligatus. Respond. non est verum [d]: quia verbum *tenetur*, duobus modis accipitur. Nam si dicas, teneris ideò; quia ex natura actionis sis mihi obligatus, falsum est. Si verò dicas, *teneris*: quia per officium iudicis debet tibi necessitas imponi vt restituas: verum est: *vt ff. de rei vindicatione. l. qui restituere.* & si hoc modo accipiatur, *teneris*, ergo es obligatus, non sequitur. ADDITIO Et est ratio: quia officium iudicis nullam præsupponit obligationem. *l. qui per collusionem. in fine. ff. de actio. empt. l. Quintus. in principio. & fin. & gl. ij. ff. de ann. leg.* nisi largo modo, secundùm quod dicit Bart. *in l. fin. ff. de iniur. &* vide *gloss. supr. in princ. in verbo, debetur.* Angel.

c Vel ratione nudæ detentionis. *Aug. & Ias.*

d Idem Ioann. Fab. Platea, & Ias.

l ¶ *Rem corporalem.* bene dicit, *corporalem*, quia incorporalia non vindicantur [e]: *vt ff. de rei vindica. l. vindicatio.*

m ¶ *Possideat.* nota in actione in rem ex parte actoris alterum duorum [f] debere interuenire: scilicet dominium: *vt ff. de rei vind. l. in rem actio.* & hîc. vel quasi dominium [g]: vt in emphyteuta, superficiario, & in bonæ fidei emptore, & similibus [h]: *vt infr. eod. §. alia, & ff. si ager vec. vel emphyteut. l. j. §. finali. & l. ij. & l. iij. & ff. de superfic. l. j. in fine. j. respons. & §. quod ait.* Item ex parte rei similiter duorum alterum: scilicet possessionem, vel quasi: vt quia dolo desierat possidere: *vt hic, & ff. de interrogator. actio. l. qui seruum. §. in iure. & l. si seruus, & de noxa. actio. l. electio. §. j.* ADDITIO. Ista glossa vix potest saluari, nisi loquatur de rei vindicatione specialiter: quia illa nunquam competit, nisi in possidentem, vel quasi.

e Idem Io Fab. & alij in apparatu. Nicol & Ias. *in Gl. sequen.*

f Imò alterum quatuor. s. dominium directum, vtile, vel quasi, vel ius in re. *Dya. Nicol. Angel. & Ias.*

g Displicet Nicol Fab. & Angel.

h Dic hoc non videtur bene dictum: quia imò habet tam tummodò Publicianam: *vt infr. eodem. § sed ista.* alias si haberet vtile dominium: vt dicit Gl. praferretur domino directo. *l. j. §. 1. ff. si ager vec. vel emphyt.* & tamẽ hoc est falsũ: quia regulariter excluditur à vero domino *l. pe. & quod vbi nota. ff. de publi.*

n ¶ *Dicat.* hoc non [i] est necesse probare, vel dicere: sed ex voluntate dicitur hoc: *vt C. de edend. l. qui accusare. & de rei vindicatione. l. fi. & infr. de interdict. §. commodum.* ACCVRS.

i Onus tamen probandi potest assumere. sic vult Nicol. Fa. & An.

Æque.] Suprà, §. proximo ponitur de actionibus in rem pro rebus corporalibus: nunc pro rebus incorporalibus. Et sunt duæ actiones: confessoria, & negatoria. Et diuiditur iste §. in duas partes. Primò ponit de actione confessoria, quæ intentatur pro seruitute constituta conseruanda, vel custodienda. Secundò ponit de actione negatoria, quæ competit domino negando aduersario suo ius esse seruituris. & sic competit pro libertate conseruanda. Secunda ibi, *Contrà quoque.* Item totus iste §. sex facit. Primò ponit exemplum de confessoria, quæ datur pro seruitute personali. Secundò aut exempla de confessoria pro seruitute reali rustica. Tertiò ponit quatuor exempla de confessoria pro seruitute reali

reali vrbana. Quartò ponit plura exempla de negatoria. Quintò ponit differentiam inter actiones reales, quæ competunt pro rebus incorporalibus: & inter eas, quæ competunt pro rebus corporalibus. Sextò infert quandam exceptionem. Secunda ibi; *Vel per fundum.* Tertia ibi; *Eiusdem.* Quarta ibi; *Contra quoque.* Quinta ibi; *Quod genus.* Sexta ibi; *Sane.* CASVS. Accessi ad Iustinianum, & ita quæsiui ab eo, & dixi: Domine, iam video de actione in rem, & vnde actio in rem habet locum pro dominio rerum corporalium. sed nunquid sunt plures actiones in rem? Et resp. Iustinianus quòd sic. Sicut enim dixi tibi, quòd actio in rem locũ sibi vendicat quando aliquis rem corporalẽ aliquam iure dominij in iudicio intentat suã esse: eodem modo dico tibi quòd si aliquis ius vtendi fruendi sibi esse in fundo, vel ædibus vicini sui dicat, vel si dicat ius sibi esse ducendi aquam in fundum suum per fundum vicini sui: in omnibus his casibus actio cõfessoria locum habebit & non solùm in seruitutibus rusticorum prædiorum vindicandis locum habet in rem actio confessoria, sed & in seruitute vrbanorum prædiorum. Eiusdem enim generis est actio, quæ de iure vrbanorum prædiorum competit: veluti si aliquis agat se habere ius ne vicinus suus altiùs ædes suas tollat: vel si aliquis dicat se habere ius prospiciendi aliquid de fundo suo in fundum vicini sui, vel proiiciẽdi aliquid de suo in fundum vicini sui. Aut si agat ius sibi esse immittendi tignum de ædibus suis in ædes vicini sui. & sic in his omnibus superioribus casibus actio confessoria locum habet in rem. Sed quid domine, iam satis mihi liquet de confessoria in rem, quæ habet locum in vindicat. rerum incorporalium: nunquid plures sunt actiones in rem, quæ locum habere possunt in rebus incorporalibus: Ad hoc respondet dominus Iustinianus quòd sic. Nam sicut ego dixi quòd in seruitutibus rusticorum, vel vrbanorum prædiorum vindicandi locum habet confessoria in rem: eodem modo dico tibi in casu cõuerso, quòd si aliquis negat te habere seruitutem rusticorum, vel vrbanorum prædiorum, competit ei actio in rem negatoria. Nam de vsufructu. & de seruitutibus rusticorum prædiorum, item de seruitutibus vrban. prædio. proditæ sunt in rem actiones negatoriæ: veluti si quis agat ius vtendi fruendi in fundo suo, vel in ædibus suis aduersarium suum non habere: vel si aliquis agat ius non esse aduersario suo eundi, vel agendi per fundum ipsius aduersarij: vel si quidam dicat aduersarium suum non habere ius in ædibus sui ipsius actoris, vt ipse actor non teneatur altiùs tollere ædes suas: vel si quis dicat aduersarium suum non habere ius prospiciendi per fundum, vel proiiciendi aliquid in fundum suum: vel si quis agat ius non esse aduersario suo immittendi tignum ex ædibus aduersarij in ædes suas. Nam in omnibus casibus his, sicut in superioribus, habent locum actiones in rem: sed tamen negatoriæ. Sed hoc genus negatoriæ scilicet actionis, in rebus corporalibus locum non habet. Nam licèt in his casibus supradictis agat possessor negatoria, & hoc in rebus incorporalibus: in rebus tamen corporalibus ille agit, qui non incumbit in possessionem: quia non est aliqua actio corporalis à iure prodita, beneficio cuius actionis possit negare illam rem coporalem actoris esse. Sed licèt tibi dixerim regulariter quòd possidenti, & detinẽti in rebus corporalibus non competat actio: in vno tamen casu ille, qui possidet, nihilominùs actoris partes sustinet: sicut in latioribus Digestorum libr. apertiùs apparebit. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *sed ista.* hoc dicit. Aret.

Titius suam esse intendat, in rem actio est.

Etiam pro incorporalibus rebus in rem proditæ sunt actiones: confessoria scilicet, & negatoria, prior quidem ei, qui sibi personalem, siue realem seruitutem vrbani, vel rustici prædij debitam contendit, conceditur: altera pro libertate vindicanda contra vicinum agimus: cui ius seruitutis in re nostra esse negamus. Incorporalium autem rerum huiusmodi actiones ab his, quæ pro corporalibus rebus competunt, in hoc differũt, quòd illæ possidenti conceduntur: hæ verò non.

¶ *Libellus pro seruitute personali.*

Est quædam actio realis, quæ datur pro seruitute vindicanda, siue sit realis, siue personalis: *vt hic, §. æquè. & ff. si serui. vind. l. ij.* & primò circa seruitutem personalem formatur libellus. Est autem seruitus personalis vsusfructus, quem habemus in rebus alienis: *vt ff. de vsufru. l. j. & supr. de vsufruct. §. constituitur. & supr. de vsu, & habit. in princip* forma igitur libellum primò in seruitute personali, in hunc modum. Dico ego b, contra c, quòd ipse habebat prædium, in quo habeo ius, siue seruitutem vtendi fruendi: vnde propono confessoriam actionem contra dictum c, & peto dictã seruitutem mihi adiudicari: & ipsum c, vt patiatur me vti frui, condemnari. In qua etiam actione sufficit causam proponere, vt suprà dictum est: & proponetur ita. Vnde cùm habeam ius vtendi fruendi, peto mihi illum condemnari. Eodem modo formabis libellum in eo, qui habet tantùm vsum dimittendo hoc verbum *frui.* & potest addi sic, & qui tanto tempore me prohibuit, & impediuit vti frui: peto dictum c, in fructibus, quos percepissem, vel percipere potuissem, mihi condemnari. & hoc per *l. j. ij. & iij. resp. & l. fi. ff. si vsusfructus peta.*

¶ *Libellus pro seruitute reali.*

Circa seruitutem realem forma sic libellum. sed primò sciendum est quòd seruitus realis non potest deberi, nisi vterque habeat prædium: vnus vnum, quod seruiat: alter aliud, cui seruiatur: *vt supr. de seruit. §. ideò autem. & communia prædio. tam rustic. quàm vrbano. l. j. in fin.* Seruitutes rustico. prædio. sunt iter. via, actus, & aquæductus: *vt ff. de serui. rustic. prædio. l. j. in princip.* Forma ergo sic libellum in seruitu. rustico. prædio. Dico ego a, contra b, quòd habeo seruitutem eũdi per fundum suum ad fundum meum; vnde propono confessoriam contra ipsum b, & peto ipsam seruitutem mihi adiudicari: & ipsum vt patiatur me vti hac seruitute, mihi condemnari. Eodem modo formabis in aliis ser. rusticorum prædiorum, & loco actio. si vis, potes ponere causam, & adsignare scilicet hanc, Vnde quia ius habeo eundi. & formabis vt in libello superiori continetur.

a ¶ *Æquè.* sci. datur actio in rem.

b ¶ *Agat.* sc. actione confessoria. Quòd si vocetur, legitur. *ff. si seruit. vindic. l. vj. in princ.*

c ¶ *Vtendi.* hæc seruitus est personalis: sed sequentes reales: *vt ff. de serui. l. j.*

d ¶ *In rem actio est.* sc. confessoria.

e ¶ *Eiusdem generis.* scilicet vt sit in rem.

f ¶ *Sibi ius esse.* [a] Not. quòd confessoria [b] proponitur verbis affirmatiuis, & negatoria negatiuis: & ex hoc comprehenditur medium concludendi in huiusmodi actionibus: de quo dic vt per Angel. hîc.

g ¶ *Tollendi.* vt si eras in quasi possessione seruitutis domus meę, ne mihi liceret altiùs tollere: me volente ædificare, debeo agere negatoria. & hîc ita interserit [c] exemplum negatoriæ: *vt ff. si ser. vin. l. & si forte.* §. j. In hac enim seruitute negatoria verbis affirmatiuis, & cõfessoria negatiuis proponitur: *vt ff. si ser. vindi. l. loci.* Alia verò exempla, quæ ponuntur, bene ponuntur in confessoria vsque illuc, *Contra,* &c. 2. Vel pone hoc exemplum in confessoria: vt si talem mihi debeas seruitutem, vt altiùs teneas ædificatum: *vt ff. de serui. vrba. prad. l. si arborem. §. interdum. & l. eum debere.*

a Hæc Gl. non est Accur. *sed* additio.

b Confessoria affirmatiuis: negatoria negatiuis verbis concipitur actio.

c Displiceт Dy Ni. Ioan. Fab. & Ang. & dicit Ia quòd est detrũo.

a ¶ *Altiùs ædes suas tollendi.* Aut iure meo, aut iure seruitutis ædes altiùs tollo. Iure meo, si non vicino cessero ius mihi non esse altiùs ædes tollendi: Iure seruitutis, si vicino iam antè cessero ius mihi non esse altiùs ædes tollendi: *vt in l. ego tecum. ff. de exc. rei vend. l. si domus. de ser. vrb. l. si mihi. de ser. rust.* Iure meo ædes altiùs in immensum tollere possum, Iure seruitutis vel vsque ad certam altitudinem, vel in infinitum; dum tamen inferior vicinus ne grauetur. *l. cuius, de seruitut. vrb.* Iure meo si ædes sublatas habeo, in earum refectione antiquam formam seruare non cogor: Quòd si de iure seruitutis seruare debeo formam ædium antiquarum, quas ipse cùm depressas haberem, vicino concessa seruitute, is mihi porrò concessit, vt altiùs tollerem: Ergò eisdem fundamentis, & eadem seruata crassitudine muri, eas reficere debeo. *l. qui luminibus. l. seruitutes. §. si sublatum. de ser. vrb.* CYIACIVS.

¶ *Libellus pro seruitutibus vrba. prædiorum.*

Contrà vsque.] Seruitutes vrb. prædiorum sunt, vt seruitus prospiciendi, vel immittendi tignum in vicini ædes, & aliæ similes: *vt supr. hoc §. Æquè. ver. eiusdem. & ff. de ser. vrb prædio. l. j.* & forma libel. in qualibet istarum actio. hoc modo: Dico c, contra a, quòd ego habeo ius immittendi tignum de domo mea in ædes suas: vnde propono confessoriam contra ipsum, & peto dictum ius, siue seruitut. immittendi tignum mihi adiudicari: & ipsum a, vt me patiatur vti tali seruitut. mihi condemnari. & in libel. potes edere causam pro act. & erit causa talis: Quia seruitutem habeo immittendi tignum de ædibus suis in ædes meas, inde peto, &c. nihil aliud in libello mutatur. Et eodẽ modo forma libel in aliis seru. vrb. prædiorum, excepta seruitut. altiùs non tollendi: in qua lib. debet formari verbis negatiuis, scilicet hoc modo: Dico ego a, contra b, quòd ipse non habet ius altiùs tollendi ædes suas: quia ego habeo seruitutem in ædes suas non tollendi: vnde proponendo confessoriam contra ipsum b, peto seruitutem altiùs non tollendi mihi adiudicari: & ipsum ne altiùs tollat. mihi peto condemnari. Et in ista sicut in aliis potest loco actionis causa proponi,

a Ridiculũ secundum Io. Fab. & Iaſ.

b Imò Dyn Iaſ.

c Habendo ſpectu ad dium dendi. *Ange. Iaſ.*

d Ista duo empla diſp cent Dy Bar Ioan. Fab Pl Angel & Iaſ. e Iſtud exem plum plac Nicol. Fab. Pl Angel. & Ia & idem dic emphyteuta & vaſallo.

proponi,hoc modo:Vnde cùm habeam ſer.in ædes ſuas altiùs non tollendi,peto,&c.

¶ *Libellus in actione negatoria.*

Eſt & alia realis actio,quæ competit pro ſeruitute neganda tam in ruſtico prædio, quàm vrbano:& appellatur negatoria: *vt ff. ſi ſerui.vind.l.ij.in prin. & hic in ver. contrà.* Super quo formandus eſt libellus & in ruſti. prædio,& in vrba.Sed primò in ſeruit.ruſt prædio. formatur libellus hoc modo : Dico ego a,contra b, quòd cùm ipſe ſit in quaſi poſſeſſione ſerui. eundi per fundum meum ad fundum ſuum,& ipſe non habeat ſeruitutem in fundo meo:proponendo negatoriam contra ipſum b, peto abſolui à tali ſeruitute. In iſto libello poteſt poni cauſa loco actionis. vnde cùm ſeruitutem non habeat eundi,peto,&c. Similiter in aliis ſerui.prædio.vrba.formatur negando: ſcilicet vt actio ſit negatoria,& cauſa ſimiliter. Vnde cùm non habeat ius iſtius ſeruitutis peto, &c. poteſt etiam in actione negatoria, quæ datur pro ſeruitutibus vrbano. prædio.denegandis,ſic formari libel.Dico ego c, contra b, quòd cùm ipſe ſit in poſſeſſione immittendi tignum de ædibus ſuis in ædes meas,& ipſe nõ habeat ius immittendi tignum in ædes meas,peto,&c.Et ſic formatur libellus in aliis ſeruitu.vrba.præd.denegandis, formando per verba negatiua.Similiter formatur ſic, quando negatur ſeruitus altiùs non tollendi: in qua non formabitur libellus verbis affirmatiuis:ſed negatiuis,hoc modo: Dico ego a, contra b, quòd ipſe habeat ſeruitu. in ædes meas, ne mihi liceat illas altiùs tollere:ideò peto proponẽdo negatoriam actionem contra ipſum b, ab huiuſmodi ſeruitute abſolui, & ipſum, ne me altiùs tollentem impediat, mihi condemnari. & cauſa in hoc libello proponitur talis:Vnde cùm ipſe non habeat ſeruiuitutem in ædibus meis,ne liceat mihi altiùs tollere,peto, &c.

α ¶ *Profpiciendi,vel proiiciendi.*Proiectionis ſunt mœniana,quæ Græci ἐξώστρας vocant. ſic verò legendum eſt in l.*mœniana.C.de ædif.priuat.* CVIAC.

a ¶ *Contrà.*id eſt in contrarium.Nam ſuprà,de confeſſoria,per quam ſeruitutes debentur:nunc de negatoria,per quam ſeruitutes denegantur:*vt ff.ſi ſer.vind.l.ij.in princ.*

β ¶ *Contra quoque.*Paulò poſt ait,vt eſt in vet.*inuicem quoque.*& inde nimirum contraria hæc actio dicta eſt.*l.ſicuti.ff.ſi ſer.vind.* CVIACIVS.

b ¶ *Proditæ ſunt actiones.*ſcil negatoriæ.

c ¶ *Altiùs tollendi.*Exemplum confeſſoriæ [a].In his enim exemplis omnibus repetitur,non.1.Vel dic non repeti [b],non,ad hoc exemplum:ſed ad alia ſic. ¶ Sed quæritur hìc, quare nomina talia dantur talibus actionibus?Reſpondet Plac.quia negatoria negatiuis verbis proponitur,confeſſoria verò affirmatiuis.Hæc opinio reprobatur in ſeruitute altiùs tollendi: ibi enim confeſſoria negatiuis,negatoria affirmatiuis [c] verbis opponitur.Dic ergo potiùs inſpiciẽdam eſſe naturam, quàm verba, vt confeſſoria ideò dicatur, quia ad hoc vt confiteatur ſe debere,datur:negatoria autem quia negatur. ¶ Item quare iſtę dicuntur in rem?Reſpondet quia ad ſimilitudinem rei vindicationis dantur.Sicut enim illa ratione dominij, vẽl quaſi datur, ſic & iſtæ:vt ecce ratione dominij datur confeſſoria, ſc.domino fundi,cui ſeruitus debetur:*vt ff.ſi ſerui.vindi.l.ij.§.hoc autem.* & ratione quaſi dominij, vt fructuario creditori [d], & ſuperficiario [e]. Item Publiciana datur ei, cui ſeruitus eſt conſtituta à non domino fundi:*vt ff.de remiſſ.l.j.§.idem Iulianus.& de ſuperfic.l.j.§ final.& ſi vſusfruct.peta.l.j.& de Publici.in rem actio.l.ſi ego.ij.& iij.reſpon.*Item ſicut ratione poſſeſſionis, vel quaſi datur rei vindicatio : & ſic hæc confeſſoria ratione veræ poſſeſſionis aduerſus eum,qui poſſidet agrum,qui ſeruitutem debet:*vt ff. ſi vſusfruct peta.l.vti frui.§.vtrum.* vel quaſi poſſidet : *vt ff.ſi vſusfructus peta.l.fin.*Hoc idem in negatoria: nam ipſa ratione dominij datur domino fundi, qui negat ſeruitutem deberi : vtilis autem quaſi domino:quia ius habet in fundo, quem negat ſeruitutem debere:*vt ff.ſi ſerui.vend.l.ij.* Et econtra ratione poſſeſſionis intenditur contra eum,qui poſſidet rem ratione vſusfructus:*vt ff.de acquirend.poſſeſſio.l.naturaliter.*vel quaſi poſſidet,vt ſi re vtatur propter illam ſeruitutem,quam ſibi dicit debitam:in quibus non eſt vera poſſeſſio etiã naturalis:*ar.ff.de ſerui.vrbano. prædio.l.ſi ædes.§ libertas.& § ſeq.*& ratione horũ, & ſimiliũ dicũtur in rem.Itẽ nota quòd dicit Plac.quòd negatoria ita demùm datur,ſi fuerit ſeruitus conſtituta, & poſteà amiſſa : ſed falſum eſt.competit enim & ſi nulla fuit:*vt ff.ſi ſerui.vindi.l.loci.§.competit.& l.ſiſtulas.*

d ¶ *Iſta quoque actiones.*de quibus *ſupr.proxi.§.dixi.*Nam ad proxima eſt facienda relatio [a] : *vt ff.de leg.j. l.ſi ſeruus plurium. §. fin.& de teſt.l.hæredes.§ ſed & ſi notam.*Nam aliæ non ſunt negatiuæ : ſed affirmatiuæ. ſed in eo quòd dicit,in rem ſunt : poteſt ad vtrumque referri.

γ ¶ *Negatiua.* Sic *in l. vti frui.ſi vſusfruct. pet.* frequenter autem negatoriæ dicuntur. CVIACIVS.

e ¶ *Quod genus actionis.* ſcilic.negatoriarum,& affirmatiuarum. ¶ Et nota quòd nomen *actionis* largè hìc ponitur [b] : aliàs verò pro perſonalibus tãtùm,vt diximus *ſupr.eo.§ j.*

f ¶ *In his.*ſci. cauſis rerum corporalium.

g ¶ *Poſſidet.* ſcilicet in ſolidum.Si enim duo adſerant ſe poſſidere, & vterque vincit, poterit alter vindicare:*vt ff.vti poſſ.l.ſi duo.in fin.j.reſponſ.*

h ¶ *Neget rem actoris eſſe.*Hæc verba reſtringunt [c] præcedentia, ſcilicet ei verò,&c. Nam hoc perpetuò verum eſt, quòd aliàs non datur actio poſſidenti, per quam neget rem actoris eſſe. Sed poteſt poni caſus vt poſſeſſor habeat actionem, per quam dicat ſe dominum eſſe:*vt ff.de rei vindic.l.officium.& ff. vſufruct. quemadmodum ca.l.ſi vſusfructus nomine.* Conſtat enim commodatarium non poſſidere,& commodantem poſſidere:*vt ff. commo.l.rei.*Idem in conductore,& locatore:*vt ff.de vſucap.l. non ſolùm.*§.j.Alij dicunt [d] legem illam.*officium*, loqui quando alius non poſſidens agit : vt ſic ratione detentionis talis agatur. Sunt & alij,vt Bul.& Ioannes,qui dicunt quòd eo ipſo,quòd agit poſſeſſor rei vindicatione, renunciat [e] cauſæ poſſeſſionis, cùm hoc ſit impoſſibile,te poſſidere, & vindicare poſſe. prima verior eſt. ACCVRS.

ζ ¶ *Rem actoris eſſe.* Actoris, i. petitoris, qui ſe dominum eſſe contendit. Poſſeſſor in petitorem negatoriam non habet. In ipſum poſſeſſorem petitor confeſſoriam habet.CVIAC.

i ¶ *Vno caſu.*vt in duplicibus iudiciis:*vt ff.de iudi.l. in tribus. & infrà,eodem.§.quædam.& ff.vti poſſidet.l.ſi duo.§. j. & infrà, de interdict.§.tertia.& ff.familiæ exerciſcun.l.j.* [f] 2. Vel dic quòd dicit de qualibet exceptione proponenda.Nec enim hìc dicit quòd ſit actor:ſed cautè dicit quòd partes,ſiue onera actoris ſuſtinet, ſecundùm Ioannem:*vt ff.de exceptio.l. j.* ADDITIO. Dic, nec etiam placet hoc Pe.& Dyno, quia ſecundùm hoc eſſent plus quàm mille caſus.Vnde Pet.ponit exemplum quando reus ſuſcepit in ſe onus probandi,ſ.quòd res petita pertineat ad eum, & non ad actorem:*vt l.circa.ff.de proba.*& hoc exemplum placet hìc Ioan.Fab.nam litera non dicit,actor:ſed,vicem actoris ſuſtinet:& ſic non propriè exceptio:ſed quædam illatio. Angel.

ι ¶ *Sanè vno caſu.*Quid.cod.*ſanè in vno.*quidam *ſed vnoque.* Placet à Barone annotata lectio.*ſanè in hoc caſu*, id eſt, in controuerſiis ſeruitutum. Vel potiùs quod quidam cod. habent, *ſanè hoc vno caſu.*CVIAC.

ζ ¶ *Sicut in latioribus.* Tit.*ſi vſufr.pet.*& tit.*ſi ſer.vind.*In his libris ſic ſæpè relegat nos Iuſtin.ad Pandectas.Semper autẽ non legem aliquam,aut caput vnum: ſed titulum aliquem, aut librum ſignificat:*vt in §.rurſus.tit.ex quib.cauſ.maio.& in §. item ſi de dote. titul. de imp. in res dot. fac. & in §. hac exempli. de except. lib. de exceptionibus. & in §. vlt. de publ. iudic.*librum,*publicorum.* CVIACIVS.

k ¶ *Apparebit.*vt *ff.de iudi.l.in tribus.*ſecundùm primum:*vel ff.de except.l.*j.ſecundùm ſecundum.

Iam ſecunda actionum ſectio pertractanda capitur : & primò de in rem prætoriis. Qui iuſto titulo ab

Sed iſtæ.] Diuiditur in duas partes. Primò ponit, & declarat actiones præcedentium §§. fore ciuiles. Secundò ponit de actionibus prætoriis:ibi, *Aliæ autem.* Item iſta ſecunda ſubdiuiditur. Nam primò ponit de actionibus in rem prætoriis. Secundò ponit de perſonalibus.Secunda inferiùs in §. *in perſonam.*Item prima ſubdiuiditur. Nam primò ponit quando res petitur quaſi vſucapta, quæ non eſt. Secundò vſucapta eſt : & petitur ac ſic vſucapta non eſſet. Secunda ibi in §. *rurſus.* Item prima ſubdiuiditur.Nam primò ponit de actionibus prætoriis in rem.Secundò de eis duo ponit exempla.Secũda ibi, *Ecce plerumque.*Primum exemplum proſequitur ibi, *Namque ſi cui.* Secundum in §.*Rurſus.*iam allegato. Aret.

CASVS. Domine,iam poſuiſtis mihi vnam compendioſam diuiſionem actionum, & membra diuiſionis per dilucida exempla declaraſtis. Pro Deo nunquid ſunt plures diuiſiones actionum?Et reſpõdet Iuſtinianus quòd ſic.Nam actiones quædam ſunt ciuiles,quædam prætoriæ.Iſtæ enim actiones,de quibus ſuperiùs mentionem habuimus, & ſi quæ eis aliæ ſimiles ſunt:

a Ridiculũ eſt ſecundum Dy. Io.Fab. & Iaſ. b Imò Dyn.& Iaſ.

c Habendo reſpectu ad medium concludendi.*Ange.& Iaſ.*

d Iſta duo exempla diſplicent Dy Bart Ioan.Fab Pla. Angel & Iaſ. e Iſtud exemplum placet Nicol.Fab.Pla. Angel. & Iaſ. & idem dic in emphyteuta, & vaſallo.

a Hoc verum, niſi ad omnia poſſint fieri. *Dy.& Ni.*

b Idem Ni.

c Sequuntur Angel.& Iaſ.

d Iſta diſplicet Angel.

e Hoc verum quando agit occaſione illius poſſeſſionis, quæ erat penes ipſum.& per ſemetipſũ poſſidebat, & ſciebat ſe poſſidere. *Angel.& Iaſ.*

f Hoc exemplũ ſequitur Dyn. hic:ſed Ioann. & Pet contrà. quia exceptio debet eſſe de regula:nam in rebus incorporalibus poſſidendis,non datur actio niſi in vno caſu: ſed ſecundum Glo.eſſent plures,quàm mille. Præterea in iſtis duplicibus iudiciis qui agit, non negat rem actoris eſſe,nec agit rei vindi. prout litera requirit.

sunt: ex legitimis, & ciuilibus causis descendũt: id est ciuiles sunt: aliæ autem actiones sunt, quas prætor introduxit ex sua iurisdictione. Sed domine, nunquid prætoriæ diuidi possunt? Et respondet quòd sic. Prætoriarum enim quædam in rem, quædam in personas sunt. Prætor enim quasdam actiones ex sua iurisdictione comparatas habet tàm in rem, quàm in personam: quas etiam ipsas prætorias necessarium est, id est vtile, exemplis ostendere. Et hoc vsque ad illum versiculum, *ecce plerumque*, &c. in quo pone sic casum: Domine, vos dixistis mihi suprà quòd prætoriarum actionũ quædam sunt in rem, quædam in personam: & promisistis quòd easdẽ per exempla mihi ostenderetis. Ad hoc respondet Iustinianus, Amice, libenter. Ecce plerumque prætor permittit in rem agere: ita vt actor dicat se aliquã rem quasi vsucepisse, quam in veritate non vsucepit: & tamen vtili in rem actione prætoria ita vindicat suam esse, quasi vsucepisset. Et non solùm in casu isto locum habet actio prætoria in rem: sed in casu conuerso. Quandóque enim ita permittit prætor in rem agere, vt aliquis dicat aduersarium suum rem quasi non accepisse, quam in veritate vsucepit: & ita eam rem ab eo prætoris auxilio auocat, quasi eam nunquam vsucepisset. Sed pone domine, pro Deo dicatis mihi exemplum familiare, in quo actor dicit se quasi vsucepisse rem, quam in rei veritate non vsucepit. Ad hoc respondet. Amice, dabo tibi bonum exemplum. Nam pone quòd aliqua res alicui ex causa iusta, putà Petro à non domino tradita sit, veluti ex causa emptionis, vel donationis, aut ex causa dotis, aut ex causa legatorum, vel ex alia simili causa apta ad dominij translationem: & necdum Petrus bonæ fidei possessor illius dominium beneficio illius vsucapionis adeptus sit: si possessionem illius rei aliquo casu amittat, nullam habet de iure ciuili directã actionem in rem ad illam rem persequendam. Ita enim proditæ sunt actiones in rem de iure ciuili, vt quis ratione dominij rem suam vindicaret. Cùm igitur de iure gentium, putà per traditionem non sit illius rei dominus effectus, neque de iure ciuili, putà per vsucapionem, liquet manifestè quòd omne beneficium iuris ciuilis in hoc casu Petro sit præclusum. Sed quia prætori, qui naturali æquitate mouetur, durum videtur in hoc casu Petro possessori bonæ fidei deficere penitùs actionem: quãdam actionem de æquitate introduxit: beneficio cuius actionis Petrus, qui possessionem amisit, dicit se eam rem quasi vsucepisse: & ita prætoria in rem vindicat suam esse: sicut si in rei veritate eam vsucepisset, & directa in rem ciuili eam vindicaret. & ista actio de æquitate prætoris in hoc casu introducta, Publiciana appellabatur: quæ ideò sic appellatur: quia primùm à Publico prætore in edicto proposita est. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *Rursus ex diuerso*. Franciscus.

eo, quem dominum credebat, rem traditam accepit, si prius à rei possessione ceciderit, quàm vsucapionem absolaerit, is aduersus possessorem Publicianam in rem actionem intentare potest: vt perinde ei restituatur, ac si vsucapione ejus rei dominium nactus fuisset.

3. ¶ Sed istæ quidem actiones, quarum mentionem [a] habuimus, & si quæ sunt similes [b], ex legitimis [c], & ciuilibus causis descendunt.

¶ Aliæ autem [d] sunt, quas prætor ex sua iurisdictione comparatas habet tam in rem [e], quàm in personam: quas & ipsas [f] necessarium [g] est exemplis ostendere: vt ecce [h] plerunque [i] ita permittit prætor in rem agere, vt vel actor dicat [k] se quasi vsucepisse, quod non vsuceperit: vel ex diuerso [l] possessorem aduersarium suum nõ vsucepisse, quod vsuceperit.

Actio Publiciana dicitur prætoria: & datur ex æquitate prætoris illi, qui rem nactus est à non domino ex aliquo iusto titulo, qui esset aptus ad dominij translationem: & datur quasi ipse rem vsuceperit. Aretinus.

4. ¶ Namque si cui ex iusta causa [m] res aliqua tradita [n] fuerit (veluti ex causa emptionis, aut donationis, aut

a Actiones Prætoriæ dicuntur, quæ à magistratibus, vel eorum edicto descendũt.

b Actiones ex legitimis causis descendentes, an quæ ex lege XII tabularum, an quæ ciuiles: An quæ authoritate, & responsis prudentium?

c Hæc Gl. non est Accur.

d Actio prætoria nulla est in rem simul, & personam.

e Actiones ciuiles quædam sunt in rem, & personam.

f Necessarium pro vtili.

g Iuris, & medicamentorũ similitudo, & proportio.

h Necessitas principi inferri non potest.

i Exemplis res apertiùs intelligitur.

a Actio in rem, quæ datur contra eum, qui dolo desiit possidere, an, & quomodo sit ciuilis, & prætoria.

b Inuentione sed extensione dicitur prætoria. *Fab. Angel. & Ias.*

c Actionem ciuilem à prætoria an distinguamus inspecta actoris persona: an inspecta origine.

d Imò inspecta origine. *Bal. & Ias.*

e Commodati actio est ciuilis. Sequuntur eam Fa & An.

f Actiones ciuiles eas dicimus, quæ oriũtur ex aliqua quinque partium iuris ciuilis *Accurs. Ang. Ias.*

§. incipiendo ibi, Sed istæ quidem. tamen communiter allegatur in materia Publicianæ. §. *alia*. hîc: & non superiùs incipiendo.

e ¶ *Tam in rem*. id est tam in rem tantùm, quàm in personam tantùm. Nec [d] enim aliqua prætoria inuenitur, quæ sit mixta: scilicet in rem, & in personam: licèt ciuilis [e] talis inueniatur: *vt infr. eo. § quædam.* Et primò hîc de realibus dicit vsque ad §. *in personam.* & posteà de personalibus dicet. ACCVRS.

f ¶ *Ipsas*. scilicet prætorias: quasi diceret, non solùm ciuiles, quas exposuimus.

g ¶ *Necessarium*. id est [f] vtile: quod [g] enim medicamenta morbis, hoc exhibent iura negotiis: *vt in Auth. hæc constitutio inno. in princ. coll. viij.* Nec [h] enim necessitas in principe poni potest: *vt ff. de legi. & senatusconsul. l. princeps.* Item quia per exempla [i] apertiùs intelligitur: *vt hic, & C. de transactio. l. vt responsum. & ff. de collatio. bono. l. prætor. §. Iulianus.*

h ¶ *Ecce*. Hoc est primum exemplum, quod exponitur statim ibi. Namque, &c.

i ¶ *Plerumque*. Quia hoc semper dicere non poterit: scilicet contra dominum, nisi in casibus, vt statim dicemus.

k ¶ *Dicat*. agendo publiciana.

l ¶ *Vel ex diuerso*. hoc exponitur infr. § *Rursus*.

¶ *Libellus in actione Publiciana.*

Namque si cui.] Hîc tractatur de actionibus prætoriis realibus & primò de Publiciana, in qua qualiter formetur libellus, est videndum. Vnde sciendum est quòd actio Publiciana competit quando res aliena traditur ex iusta causa. vnde si cadat à possessione aliquo casu, poterit hac actione agi contra possessorem, nisi sit dominus qui possidet: *vt ff. de publicia. l. j. §. penultimo, & finali. & supr. eod. § proxi. versiculo. Ecce plerumque.* Formabis ergo sic in actione libellum: Dico ego a, contra b, quòd ipse detinet rem mihi traditam ex causa emptionis, quam quasi vsucepi. vnde proponendo Publicianam contra ipsum b, peto ipsam rem iure quasi dominij mihi adiudicari, & eundem b, ad eius restitutionem condemnari. In hoc libello licèt nomen actionis nõ proponatur, sufficit vt causa edatur, quæ talis est: Vnde cùm ipsam rem quasi vsuceperim, peto, &c vt in prædicto. §. *Ecce plerunque.* Vel potest adsignari pro causa hoc. Vnde cùm ipsa fuerit mihi tradita ex causa emptionis, peto, &c. & est eadem prima cũ ista, quia traditio ex causa parit vsucapionem: *vt ff. de Publicia. l. j. ij. iij. & iiij.*

m ¶ *Ex iusta causa*. id est ex aliquo contractu, qui descendit ex iusta causa: id est ex affectione vtriusque partis: *vt ff. eodem. l. in omnibus rebus. ad finem tituli.* quam affectionem iustum est seruari: *vt suprà, de rerum diuisione. §. per traditionem.* Et hoc dummodò [k] talis titulus fuerit aptus dominium transferre, licèt non transferat: quia traditio non plus transfert, quàm sit apud eum, qui tradit: *vt ff. de acquirend. rerum dom. l. traditio.* Et nominantur huiusmodi contractus: *ff. de publ. l. j. in fin. & l. ij. iij. iiij. v. vj. & septima.* si verò contractus non est habilis transferre dominium, non competit Publiciana: *vt ff. de Public. l. quacunque. §. j. & fin.*

k Idem Fa. & Ias.

n ¶ *Tradita*. à non domino.

Dominus

a ¶ *Dominus effectus.* per vſucapionem. Nam per traditionem dominus factus non fuit. Si autem altero iſtorum modorum factus dominus fuerit, Publiciana ei non datur: ſed directa rei vindicatio: *vt ff. de Publicia. in rem act. l. j. in prin. & §. j.*

a Furtum & rapina non connumerãtur inter caſus fortuitos. Angel.

b ¶ *Caſu.* imò & ſi quocunque modo. Nam & ſi per furtum, vel rapinã, vel aliam vim amiſerit: non tamen habet in rem actionem directam: ſed hanc: licèt habeat & alias actiones, vt furti, vel vi bonorum raptorum, & ſimilis: *vt ſuprà de obliga. quæ ex delicto. §. ſed & bona fidei. & ſuprà vi bonorum raptorum. §. fin.*

c ¶ *Nullam.* de aliis autem realibus conſtat: ſed de hac rei vindicatione dubitatur.

b Actio Publiciana vtrum competat habenti vtile dominium.

d ¶ *Directam.* Sed [b] nunquid Publiciana competit ratione vtilis dominij? Quidam dicunt quòd ſic: dicentes quòd vtile dominium habet, cui Publiciana competit. & dicunt hanc eſſe cauſam Publicianæ: ſicut directum dominium eſt cauſa directæ actionis in rem: *vt ff. de rei vindicatio. l. in rem actio. in prin.* Alij dicunt [c], quòd nec vtile dominium habeat: cùm ille, qui vtile dominium habet, etiam contra dominium agat: *vt ff. ſi ager vectig. vel emphyteu. pe. l. j. ij. & iij.* quod non eſt in Publiciana: *vt ff. de Publicia. l. pen. & fin.*

c Et bene Nico. Fab. & Iaſon.

e ¶ *Vindicet.* hoc videtur falſum. nam aut habeo dominium, & tunc non vindico, quod habeo. ſi non habeo, nec tunc vindico: *vt ff. de rei vindi. l. in rem actio. j. reſpon.* Item dominium eſt ius, & res incorporalis: quomodo ergo vindicatur. Sed dic dominium: id eſt rem ratione dominij.

f ¶ *Eo caſu.* ſcilicet iſto ſupradicto.

g ¶ *Deficere actionem.* quod erat ſecundùm ius ciuile.

d Actio in factum eſt prætoria: condictio ex lege, ciuilis.

h ¶ *Actio.* ſcilicet Publi. vt ſtatim ſubiicit: aliàs [d] niſi prætor actionis nomen diceret, in factum daretur: ſicut ex ciuili obligatione noua datur condictio ex lege, ſi non caueatur de nomine actionis: *vt ff. nau. caupo. ſtab. l. & ita. §. ait prætor. in glo. ij. & de condict. ex lege. l. j.* ADDITIO Not glo. ſecundùm Dy. quam tene menti pro regula, quæ actio competat ex remedio ciuili, vel prætorio: pro qua facit text. *ff. de adult. l. quod ex his.* Sed contra hoc opponitur *l. ſed & poſſeſſori. in principio de iureiur. coniuncta glo. in verbo, dandam.* vbi actio in factum, & Publiciana videntur eſſe idem. Sed tu reſponde vt ibi per glo. & doct. Ang.

e Et malè Fab. Angel. & Iaſ.

i ¶ *Dicit.* & ſic videtur quòd prætor permittit mentiri: quod Placent. cõceſſit [e], & idem in ſequentibus caſibus tribus, & facit *Co. de bo. ma. l. j.* vnde ſic libellum formabat: Peto talem rem, quam poſſides, & quam emi, vel alia ſimilia iuſta cauſa habui à non domino: quia dico me vſucepiſſe. Nam licèt hæc verb. quia dico me vſucepiſſe, &c. directam rei vindicationem magis videantur inducere: tamen ex adiunctis Publicianam ſignant. 2. Alij dixerunt ita eſſe formandum: Peto talem rem, quam dico meam: ſed quia fortè non poſſem probare meam, propono Publicianam [f]. 3. Alij dicunt vtranque alternatiuè proponi: ſcilicet rei vindicationem, & Publicianam: hoc modo, Peto talem rem iure directi dominij, vel quaſi: & hanc approbat conſuetudo [g]. Sed certè duæ primæ non placent: quia quomodo diceret rem ſuam ſe vſucepiſſe, cùm hoc non ſit verum? ſic enim peieraret in ſacramento calumniæ: *vt Cod. de iureiuran. propter calum. dan. l. ij.* Sed illi reſpondent: quia hoc facit lege permittente: vnde non peierat, *ff. qui ſatisdare cogantur. l. fin.* Sed nec vltima placet: quia vnam debet eligere, & non pluribus agere actionibus: *vt ff. de reg. iur. l. nemo. §. quotiens.* 4. Dic ergo quartò eſſe formandum in hunc modum libellum, Peto rem talem mihi reſtitui iure quaſi dominij, perinde ac ſi vſucepiſſem. Verbum enim *quaſi*, poſitum *ſuprà eod. §. alia.* hîc repete: & ſimilitudinariè ponatur, non affirmatiuè: id eſt dicere, ſicut vindicarem quoad effectum re verè vſucapta: ita nunc quaſi vſucapta. & ita in ſequentibus caſibus. Ex prædictis patet, quòd quinque ſunt neceſſaria vt detur Publiciana: ſcilicet traditio, vel quaſi. quod dico propter res incorporales, quæ tradi non poſſunt: *vt ff. de acquirendo rerum domi. l. ſeruus. § incorporales. ff. de Publicia. l. j. & l. traditionem. §. j.* Secundò quòd ex titulo ad mutationem dominij, vt hîc dicit: vt ex venditione, vel ſimilibus. Item quòd à non domino acceperit. Nam aliàs dominium eſſet tranſlatum: *vt ff. eodem de Publicia. in principio. ibi, à non domino. & ibi not.* Item quartò, quòd bona fide acceperit: vnde credidit ſe dominum factum eſſe tunc [h]: *vt ff. de Publicia. in rem actio. l. eum qui à furioſo. §. prætor. 5.* Quintò, quòd credat ſe dominum hodie non eſſe, cùm proponit eam,

f Has duas libelli formas Glo. j. reprobat. & bene ſecundum doc. & maximè reprobat iſtam vltimam: quia hodie non eſt neceſſe quòd exprimatur nomen actionis in libello: *vt in c. examinata, de iudi.* Angel.

g Et etiam ſi certitudo erat probabilis. Iaſ.

h Et bene Nic. Fab. Aug. & Iaſ.

Inſtitut.

aliàs eſſet ſibi contrarius. Sed tantùm duo prima ex quinque ſunt difficilia agenti: ſcilicet probatio traditionis, & tituli: reliqua conſiſtunt in intellectu agenti, cùm ſint de ſua conſcientia [a]: quæ per teſtes probari non poſſunt. ¶ Sed quid ſi dubitat hodie vtrùm actor fuerit dominus, vel non? Reſponde, ſalua fide proponat, quod ſibi melius videtur, vel rei vindicatio, vel Publiciana. Sed quando penitus eſt in dubio, proponat Publicianam: & in ea obtinebit, niſi aduerſarius probet acto rem huius dominum fuiſſe: quod ſi probet, dabitur ei rei vindica. qui enim agit actione Publiciana, & ſuccubuit: non repellitur à rei vindicatione directa. Idem contrà: *vt ff. de euict. l. minor. §. ſi ſeruus.* licèt quidam dixerunt contra in vtroque caſu: quia ius ſuum vndecunque, & qualecunque in primo iudicio deduxiſſe videtur: *vt ff. de except. rei iu. l. ſi mater. §. eandem.* Sed expone vndecumque, & qualecumque: id eſt ſiue de iure ciuili, ſiue de iure gentium, dummodò directum: *vt ff. de rei vindic. l. in rem actio. in principio.* At illi dicebant, ſiue directum, ſiue vtilé. & ita patet quòd cùm ſint contrariæ [b] rei vindicatio directa, & Public. vno libello proponi non poſſunt: *vt Cod. ſi ſer. exte. l. j.* ſed ex conſuetudine contrarium ſeruatur. Nam vtraque ſimul proponitur: licèt ſuper vna probatione tantùm inducat, ne ſibi contrarius ſit. quod certè eſt contra d. *l. Cod.* & regulam illam, *ff. de regu. iu. l. nemo. §. quotiens.* & hoc ex parte actoris. Ex parte autem rei ſpectamus an poſſideat, vel dolo deſierit poſſidere: vt in rei vin. diximus. Nam contra omnem poſſidentem datur, præterquàm contra dominum: *vt ff. de Public. l. pen. & l. fin.* ¶ Sed etiam contra dominum datur in [c] vj. caſibus [d]: primus eſt, ſi à non domino emi. qui poſteà vero domino ſucceſſit, & ad eum poſſeſſio redierit. nam licèt ſit factus dominus, tenetur tamen Publi. *vt ff. de rei vind. l. ſi à Titio. 2.* Secundus eſt, ſi rem à non domino emi, & poſteà verus dominus voluerit à me vindicare: ſed ego fui abſolutus, & poſteà res ad illum rediit, agam Publicia. & ſi excipiat de dominio, ego replicabo: quia quandoque eo agente fui abſolutus: *vt ff. de exceptione rei iudi. l. ſi quis rem. 3.* Tertius eſt, ſi egi noxa. ſiue enim contra me poſſidentem verus dominus agat, ſiue eo poſſidente ego agam Publi. obtineo: *vt ff. de noxa. l. & generaliter. & l. præcedenti. in fin. 4.* Quartus eſt, ſi ego fui miſſus in poſſeſſ. vicinæ domus, quam aliquis bona fide poſſidebat, poſſeſſore non cauente, & poſteà verus dominus inueniatur poſſidere vi fortè, & vnde vi interdictum, & Publicianam habeo: *vt ff. de dam. infect. l. damni infecti. §. ſi pupillus. verſic. non ſolùm. 5.* Quintus etiam adiicitur, vt ſi rem poſſideo, & eam non dolo: ſed culpa deſii poſſidere: & ſic litis æſtimationem tantùm ſecundùm ius vindicanti præſtiti (*vt ff. de rei vindicatione. l. qui reſtituere.*) ſi poſteà res ad dominum redeat, agam Public. contra eum: *vt ff. de rei vindicat. l. ſi culpa.* Vel expone l. illam, vt habeat vtilem actionem, quam actor directam haberet, quaſi nomen emiſſe videatur. 6. Sextus adiicitur, ſi me mandante rem meam vendidiſti: ſed me prohibente tradidiſti emptori, hac actione, vel exceptione defenditur. Prætereà etiam contra me dominum hac actione agit: *vt ff. de Publiciana. l. Papinianus.* ADDITIO Nota hanc gloſſam, quæ ponit caſus, in quibus datur Publiciana contra dominum. Idem not. *in l. ſi. ff. eodem.* Et aduerte quòd licèt Angel. *in d. l. fin.* addat caſum *l. Papinianus. ff. eodem.* ſecundùm lecturam Dy. ibi, quòd procurator vendidit rem domini: tamen non eſt opus, quòd addatur: quia habes hîc glo. ordin. dum dicit, Sextus adiicitur, ſi me mandante rem meam vendidiſti. pondera ibi, *meam*, & ſic mandantis. Ange.

a Hæc Gloſ. eſt ſing. ſecundum Bald *in c bonæ. 1. de poſtul. prælat.*

Publicio [k] prætore in edicto propoſita eſt.

Quemadmodũ Publiciana pro re nondum vſucapta recuperanda datur: ita ex diuerſo reſciſſoria actio pro re, quæ vſucapta eſt à parte, rehabenda. ſi quis itaque Reipublicæ, aliáve quauis cauſa abſens, rem præſentis vſuceperit, domino conceſſum eſt reuerſo poſſeſſore (impetrata priùs reſciſſione vſucapionis) ſtatim intra annum reſciſſoriam actionem inſtaurare: perindéque rem petere, atque ſi vſu nunquam capta fuiſſet.

5. ¶ Rurſus ex diuerſo, ſi quis

b Rei vindicatio & Publiciana contrariæ ſunt, *vt hic.* Origine: nam effectu ſunt æquipollentes. Iaſ.

c Publiciana ex caſibus datur contra dominum.

d Hanc Gl. vſque ad fin. ſequuntur Nico. Din. Fab. Angel. & Iaſ.

e Diuiſio.

k Idem Fab. & Iaſ.

RVRSVS EX DI.] Iſte §. diuiditur [e] in duas partes. Primò enim ponit de reſtitutione danda præſenti contra abſentem. Secundò addit, & extendit ad alios multos caſus. Secunda ibi: *quod genus.* CASVS.] Duo ſunt hîc poſita: ſcilicet *rurſus*, quæ eſt dictio iteratiua: & etiam hæc dictio, *ex diuerſo.* dictionem iteratiuam ideò bis poſuit: quia ſicut ſuprà tractauit de prætoria in rem: ſic & hîc: licèt aliquis poſſet dicere quòd hîc tractetur de prætoria in perſonam: in pluribus tamen dicitur reſciſſoria in rem, & etiam fuit ratio, quam do. Ioannes in arbore actionis

posuit inter act reales, referens se ad ea, quæ frequentiùs accidunt, & contingunt. Et ita respondebat domino Iac. de Bal reprehendenti dominũ Io eo. quòd rescissoriam inter reales ordinauit in arbore sua. Ex diuerso autem dicit: quia hîc tractauit de actione, per quam actor negat alium vsucepisse, quod vsuceperat. In supe. §. tractauit qualiter actor affirmat se vsucepisse, quod non vsucepit. Qualiter autẽ absens rem præsentis potest vsucapere, habes in gl. Item scire debes quod in isto §. notatur secunda causa inuentionis titul. de maioribus restituendis. Prima enim causa fuit, ne absentes à præsentibus læderentur: vel si læderentur, vt restituerentur, & de ista causa tractatum est j. *proxi.* §. Secunda causa fuit, ne lædentur præsentes ab absentibus: & de ista secunda causa tractat § iste. s. de restituendis præsentibus contra absentes. Sed quid si ambo essent absentes, restitueretúrne vnus contra alium? Respõ. quòd sic. Bene enim restituitur priuilegiatus contra priuilegiatum, vt Ecclesia contra Ecclesiam, & minor contra minorem. Tria enim principaliter debes scire circa istum §. Primum est quando, & quibus detur restitutio. & de hoc vsque huc dictum est. Secundum est, intra quod tempus detur restitutio: de quo diuersimodè dicunt. vt habes no. *super l. quod tempore militia. Cod. de resti. mil. & ff ex quib. cau. ma. l. ab hostibus.* §. *sed quod simpliciter.* Dominus autem Iac. dicebatur quòd tempus ipsius non mutatur; sed est semper quadriennium continuum: sed cùm aliquis tempore læsus sit, tempus ad hoc bene mutatur Tertium est de rescissoria. Docto autem dicunt quòd non est proprium nomẽ act. & dicebant quòd minores restituuntur iur. ac. & maiores offic. iudi Dominus Iac. dicit contrarium. Dicit enim quòd simili modo restituũtur maiores, & minores. vnde dicebat quòd nihil aliud est rescissoria: quia actio. quæ primò ante vsuc. vel præscriptio fuit directa modò est vtilis. Item quid est quòd dicit hũc lib. corrigi per C. cùm liber iste posteà factus sit. & ante Pandect. Codex factus sit: *vt suprà in proœm* §. *& cùm sacratissima?* Ad hoc respond. quòd verum est quòd Impera. primò ad Imperiales constitutiones curam suam direxerit: & ex tribus Codicibus: scilicet Hermog. Grego. & Theo. fecit fieri vnum Cod. quem de suo fœlicinomine nuncupauit: deinde erexit curam suam ad immensa veteris prudentiæ volumina, &c. Et tertiò librum istum mandauit componendum: *vt suprà habetur in proœ. in præallegato* § Sed postea videns imperatorias constitutiones vagari extra corpus iuris, mandauit postea dissolui Cod. & quòd inserterentur illæ constitutiones, & sic factum fuit. vnde constitutio illa, quæ corrigit libr. istum, est vna de constitutionibus.

Libellus in actione rescissoria.

Hîc tractatur de actione rescissoria, in qua qualiter formetur libellus, est videndum. Sed primò sciendum est quòd actio rescissoria locum habet, cùm absens causa reipubl. vel captus ab hostibus, vel ex alia causa necessaria, vel probabili, vsucepit rem præsentis, vel præsens rem absentis ex causis præmissis: *vt in hoc* §. *rursus. & ff. ex quibus causis maiores in integrum restit. l.* j. *& ij.* vnde reuerso absente formabitur libel. in hunc modum: Dico ego a, contra b, quòd ipse in absentia mea rem meam vsucepit: vnde supplico vobis, domine iudex, implorando officium vestrum, quatenùs rescindatis vsucapionem: vt ea rescissa possim rem meam petere, quasi eam non vsucepisset. quo impetrato, poterit agere vtili rescissoria rei vindi. Nec erit proprium nomen act. hoc, quod dico, rescissoria: sed adiectio quædam: & illa, quæ primò erat directa, dabitur vtilis: *vt Cod. quib. ex causis maiores in integrum restit. l.* j. *& C. de capti. & postl. reuer. & de redem. l ab hostibus. iij.*

Rursus ex diuerso.] id est econtrariò. Nam suprà affirmando, & se vsucepisse dicit. hîc negando, & aduersarium non vsucepisse dicit. Accvrs.

a ¶ *Reipublica.* scilicet ciuitatis Romanæ: *vt ff. de verborũ significatione. l. eum, qui.* Idem tamen ex generali clausula posita, *ff. ex quibus causis ma. l.* j. *in fine.* in cæteris ciuitatibus a dicendum est: *vt ff. ex quibus causis ma. l. sed & si per prætorem* §. *pen.* Idem etiam si causa municipij [b] alicuius: *vt ff. ex quibus cau. ma. l. legatis.*

b ¶ *Abesset.* aliàs absens esset. Iste, qui abfuit reipublicæ causa, rem præsentis duobus modis potuit vsucapere: scilicet per se: & quia rem illam secum detulit, siue domi dimisit, & animo possedit: vt dicitur de eo, qui ad nundinas profectus est: *vt ff. de acquirend. possess. l. clam possidet.* §. *qui ad nundinas.* Item per alium, scilicet per filium, vel seruum, vt statim in captiuo dicemus.

c ¶ *Vel in hostium.* Qui sint hostes, dicitur, *ff. de capti. l. hostes. & ff. de ver. sig. l. hostes.* scilicet quibus populus Romanus bellum indixit, vel qui populo Romano bellum indixerunt. Si ergo ab alio quis capiatur, nunquid hoc locum habebit, quod hîc dicitur? Credo quòd sic: [c] sicut quando abest causa alicuius ciuitatis, vel municipij, vt suprà dictum est. In hoc autem differunt: quia non fiunt serui talium hostium: *vt ff. de cap. l. hostes.* & sic poterit facere testamentum, quod aliàs non posset [a]: cùm esset seruus. immò & eius obses non posset: *vt ff. de testa. l. eius, qui. & l. obsides.* Accvrs. Additio. Idem si princeps, vel papa, siue eius legatus de commissione papæ alicui ciuitati subditæ ecclesiæ bellum indixerit: quia capti efficiuntur serui, & eorum bona efficiũtur capientium: & sic in omnib. his habebit locum fictio

cæ causa abesse desierit, tunc intra annum [f] rescissa [g] vsucapione eam petere: id est ita petere, vt dicat possessorem vsu non cepisse [h], & ob id suam rẽ

postliminij. quod not. perpetuò.

d ¶ *Potestate.* id [b] est seruitute. aliàs accipitur pro iurisdictione, vt cùm dicimus potestas habet homines de districtu in potestate: id est iurisdictione. Item ponitur pro obedientia: in qua potestate est monachus sub abbate, & clerici sub prælatis. Item ponitur pro dilectione, siue pietate: & hæc patria potestas dicitur: *vt ff. de verborum significatione. l. potestatis.*

¶ Sed quomodo iste ab hostibus captus poterit vsucapere, cùm ipse ab alio possideatur: *vt suprà de iur. personarum.* §. *serui.* ergo ipse possidere non potest: *vt ff. ad leg. Iul. de adul. l. si euenier. ibi, in sua enim, &c. & ff. de acquiren. re. domi. l. homo liber.* §. *quicquid*, ergo nec vsucapere: *vt ff. de vsucap. l. sine possessione?* Respond. vsucapit [c] per filium, vel per seruum in re peculiari: *vt ff. ex quibus causis ma. l. item ait prator.* §. *hæc autem. & l. denique. & l. ait prator.* §. *hi planè. & ff. de vsucap. l. iusto.* §. *fina.*

¶ Sed nec videtur quòd per seruum possit captiuus vsucapere: *vt ff. de vsucap. l. neque seruus.* Sed dic quòd illa loquitur in causa non peculiari: quod verum est. 2. Vel loquitur ibi ipsa veritate inspecta [d]: hîc autem iure postliminij inspecto, quod prævalet veritati: *vt suprà quibus modis ius patriæ potestatis. solui.* §. *si ab hostibus.* Additio. Doctores communiter sequuntur gloss. & dominus Iac. reprobat hîc Angel. quem videas. & dum textus noster dicit quòd captus ab hostibus potest vsucapere, Iac. exemplificat de actione personali, in qua currit præscriptio, non ex possessione præscribentis: sed ex solo cursu temporis, negligentia petentis. vide hîc per eum.

e ¶ *In ciuitate esset.* quasi dicat, qui non abest.

¶ Quid ergo si vtrique abest, & alter alterius rem vsucapit? Respond. & tunc habet locum hæc restitutio: [e] *vt ff. ex quibus cau. ma. l. fina.* videtur autem desinere abesse, cùm domum rediit, vel redire potuit finito negotio, pro quo erat absens: & tunc dicitur desinere abesse, nisi iusta causa impeditus fuerit in redeundo. statuuntur enim ei viginti miliaria diurna: *vt ff. ex quibus causis ma. l.* [f] *cui.* §. *tandiu.* Et sic patet quòd de necessaria absentia tunc intelligitur, [g] aliàs contrà: *vt ff. eodem ex qubus cau. ma. l. hi, qui. & l. sequen.* Sed verbum, *desierit*, hîc positum, strictiùs ponitur: id est quod possit conueniri. Item econtrà si præsens rem absentis vsucepit: *vt ff. ex quibus cau. ma. l. ij.* §. *verba.* & tunc siue completa est tota vsucapio in præsentia, id est intra modicum tempus: siue in absentia, siue posteà parum, idem est: *vt ff. eodem. l. ab hostibus.* §. *sed quod simpliciter &.*

f ¶ *Annum.* scilicet vtilem: qui constat ex ccclxv. diebus: *vt ff. de statuliberis l. cùm hæres.* §. *Stichus.* In quibus actor habuit facultatem agendi: nec impediretur per se, nec per reum, nec per iudicem. nam hæc tria [h] necessaria sunt vt vtilis dies, aut annus currat: *vt ff. de diuer. & tempora. præscrip. l.* j. Hodie verò in omnibus restitutionibus quadriennium continuum computatur: *vt Cod. de tempo. in integrum restitutione. l. fi.* ¶ Et ita nota quòd hic liber corrigitur per C. in hoc anno vtili generaliter, secundum quosdam. Sed dico contrà: quia illa tantùm in restitutionibus dicit: vnde in illis remanet vtilis annus [i].

g ¶ *Rescissa* per in integrum restitutionem petitiam à iudice viuo, vt subducatur tempus vsucapionis, quo fuit absens: *vt C. de restitu. milit. l. iij.* sicut & minores petunt: *vt ff. de excep. l. exceptiones, quæ persona. in fin. leg.* Et hoc ipsum, scilicet quod postulare possunt, à mortuo prætore conceditur eis: *vt ff. eodem l.* j. *per totum.* Restituit [k] ergo eos prætor viuus, vt sic agant antiqua actione, ac si res non esset vsucapta, vel actio præscripta. & ideò actio, ad quam restituitur, dicitur rescissoria, non quòd sit nomen proprium actionis: sed quæ erat primò realis, siue personalis directa: nunc dicitur vtilis: *vt C. ex qui. cau. ma. l. fi. & de capti. l. ab hostibus iij.* [l] Alij dicunt quòd statim eo reuerso habet rescissoriam, & dicunt esse proprium nomen actionis. & sic dicunt quòd maiores iure actionis: sed minores officio iudicis restituuntur. Dicunt tamen quòd hæc rescissoria actio efficaciam non habet, antequàm insufflet in eam prætor spiritum vitæ, dando restitutionem: quod satis recidit in primam opinionẽ. Nam semper verum est hoc, quòd à prætoris mortui edicto hoc fit, & auctoritate prætoris viui.

h ¶ *Vsu non cepisse.* Et sic videtur concedere mentiri, quod P. confitetur. Sed dic quòd non mentitur; sed dicit sibi

restituen

a Sequuntur hanc Glo. Ant. & Ias.

b Melius dixisset. i. dominio *Nic. & Ias.*

c Sequitur hãc Glo. Ias.

d Idem Dy. Angel. & Ias.

e Hãc Glo. approbant Ang. & Ias

f Quando absens cõtra præsentẽ restituitur: aliàs non fit distinctio, secundum Ias.

g Recepta, ac communis sententia est, quòd si vsucapio sit pro maiori parte completa in absentia, & finita in absentia, quòd ille absens restituatur ad tempus absentiæ duntaxat: reliquũ verò temporis ad vsucapionis cõmodum cedat. Et ita doc. *in l. quod tempore. C. de restitu.*

h *Similis Gl. habetur in l.* 1. *in verbo, agendi. ff. de diuersis, & temp. præscrip. l. vlt. in verb. vtilis anni. Cod. de temp. in integr.*

i Et hæc opin. cõmuniter approbatur *in d. l. fin.*

k Restitutio igitur petitur officio iudicis: *facit l. quod si minor. §. fi. ff. de minor. & l. si quis stipulatus. ff. ex qui. cau. ma.* & hoc probatur ratione: quia quotiès verba legis referũtur ad iudicẽ, tunc ex illo edicto oritur officiũ iudicis: *vt not. Glo. in l. si seruo. C. de collat. & habetur in l.* 1. *ff. de alim. & cib. le. & nota. plenè Bart. in l.* 1. *ff. de rendi. ex leg.* Sed hoc edictũ est huiusmodi: *vt in l.* 1. *in fin. ff. ex quib. cau. ma.* igitur, &c. An.

l Hæ duæ leges nihil ad propositum faciunt.

a An priuilegium datum Reipublicæ cõpetat municipio, ciuitati, castro, villæ, in Gl. *in l. si finita.* 15. § *si de vectigalibus. ff. de da. no.* adde Bal. bum *tract. de præscript.* 3. *parte* 3 *quæst.* 2.

b Dic idem si esset absẽs pro facto vnius villæ, vel castri: quia lata significatio dicitur absẽse causa reip. *vt not. Glo. in l. legatis. allegata inf. à.* Ange.

c Recte. Quoties enim præsenti cõtra absentem datur restitutio, non refert de causa absentiæ. Ang. & Ias.

restituendum, ac si vsucaptum nõ esset: *vt suprà proxi.§.diximus.*

a ¶ *Actionis.* scilicet rescissoriæ supradictæ. Accvrs.

b ¶ *Quibusdam.* vt si rem absentis vsucapiat preses. [a] Item si absens fuit probabili causa, vt studiorum. Item in vinculis positus: *vt ff.eo.ex quib.cau.ma.l.j. & l.sed & si per prætorem. in fin. & l. sequen.* & de illis legibus infrà facit mentionem, cùm dicit de voluminibus Digestorũ.

[a] Hanc tenent Dyn. & Bal.

esse. Quod genus actionis [a] & aliis quibusdam [b] simili æquitate motus prætor accommodat [c]; sicut ex latiori Digestorum, seu Pandectarum volumine intelligere licet.

c ¶ *Accomodat.* Accomodari propriè dicuntur actiones vtiles: cuiusmodi sunt rescissoriæ omnes,& restitutoriæ. Cvias.

Quæ in creditorum fraudem alienata fuêre, perinde à quibusditori, & Caluisiana datur vtique, per alios versus: Creditor à Paulo, Fauióque patronus ametur: Istis Caluisius communis amicus habetur. Dominus Gui. dicit quòd Pauliana datur soli creditori, secundùm quod omnes alij dicunt: quia Caluisiana, & Fauiana dantur soli patrono, & nunquam creditori. nec meminit se vidisse legem, quæ dicat Fauianam, vel Caluisianam dari creditori, nisi in l. videamus. de vsuris. sit ista litera, per quas, quod non credit. communis enim est litera, per quam, & non per quas. Franc.

† scilicet debitor.

cunque possessoribus per creditores prius in bonorum debitoris possessionem missos reuocari possunt, atque si tradita non fuissent, & semper in debitoris patrimonio mansissent.

Libellus in actione in factum, qua & Pauliana dicitur.

Item si quis.] Diuiditur in duas partes. Primò ponitur dictum, ex quo tacita quæstio. Secundò determinatio quæstionis. Secunda ibi; *Permittitur.* Casvs De rescissione alienationis: id est qualiter possim petere per rescissoriam rem meam absente me vsucaptam, vel præscriptam, rescissa vsucapione per beneficium restitutionis: satis est dictum suprà in materia sua. Nunc autem videndum est de quadam alia reuocatione, quæ fit alio casu: videlicet de reuocatione, quæ fit à creditore, quando debitor in fraudem creditorum mala fide alienat. Et circa hanc materiam dicit legislator breuiter, quòd si debitor bona fide in fraudem creditorum alienauerit, permittitur creditoribus bona fide reuocare ab ipso ea, quæ sunt alienata, perinde ac si bona illa remanserint in bonis debitoris illius. Vnde hîc tractat de alia reuocatoria, quam fecit in proximo §. quæ vocatur Pauliana. Sed videtur in principio quòd prætor permittat mentiri hîc: sicut in duobus proxi. §§. Et respondetur, quòd nec hîc, nec ibi permittit prætor mentiri. Ipsa enim verba hîc posita sunt, sicut si in bonis debitoris mansissent: & verba posita superiùs, ac si non vsucepissет, effectum denotant: quasi dicat, sicut in rescissoria permittitur ei, qui fuit absens causa Reipublicæ, vel alia iusta de causa: dum res sua vsucapta fuit, in effectu agere, ac si rem suam non vsucepisset aduersarius: eò quòd fingit lex rem non esse vsucaptam, rescissa vsucapione per beneficium restitutionis: & sicut prætor fingit hoc non esse vsucaptum, quod in veritate est vsucaptum, remouendo vsucapionem de medio, & sic fictio hæc veritati præiudicat: sicut & alibi in fictione leg. Corneliæ, quæ fingit captiuum mortuũ, præmortuum prima hora captiuitatis: & in fictione postliminij: vbi fingitur captiuum similiter semper fuisse in ciuitate: *vt ff.de cap. & postlimi.re.l. postliminium. & l.pater. §.fina. & l.quòd si filius.* Sic & in ista reuocatoria permittitur creditoribus rem debitoris in eorum fraudem alienatam, ac si non esset alienata, petere. Sed videtur quòd malè ponitur in litera hæc dictio iteratiua, *item*, cùm in proximo §. tractatum sit de reuocatoria prætoria in rem: cùm Pauliana sit in personam. Cùm igitur simus in tractatu prætoriarum realium, sicut patet *infrà, & suprà, & in illo §.in personam*: vbi de personalibus agetur: malè videtur hîc inferere actiones prætorias personales: & malè videtur hîc poni hęc dictio, *item*, iteratiua: cùm quasi de alia materia hîc tractet. Ad hoc respon. Non est dubium, quin Pauliana, de qua principaliter in hoc §. tractatur, & aliæ, de quib. fit mentio, scilicet Pauliana, Fauiana, & Caluisiana. *ff.de vsur.l. videamus. ij. §. in Fauiana.* inter personales sint: tamen eas inter prætorias interserit propter similitudinem, quam habent in reuocando: ideò dicit, *item*. Supra eo §. potest formari vnum quare, tale: Reuocatur per Paul. quod in fraudem creditorum à creditoribus est alienatum: per Calui. autem, & Fauia. (quasquã super hoc fit dissensio) reuocatur illud, quod in fraudem patroni est à liberto alienatum. Quare ergo cùm necesse sit quòd probetur fraus tam emptoris, quàm venditoris ad hoc, quòd creditor possit reuocare illud, quod in fraudem eius est alienatum, in reuocatione, quæ fit à patrono rei alienatæ in eius fraudem à liberto suo, sufficit quòd probet fraudem alienantis solùm? Ad hoc dicitur quòd creditor, qui agit Paulia. reuocat alienata ab eius debitore non soluto pretio. & propter hoc grauatur: quia tam emptoris, quã venditoris fraudem necesse habet probare. Patronus autem, qui vult reuocare alienata in eius fraudem, necesse habet soluere pretium emptori: & ideò in hoc releuatur: quia nõ habet necesse probare nisi fraudẽ alienantis. Sed domine, quæ est ratio huius diuersitatis, quòd plus debeat grauari patronus, quàm creditor, qui reuocat? Frater, dicit Iustinianus, Ratio vna iam dicta est: scilicet quia qui in vno grauatur, in alio debet releuari, per *l.ff.de iureiu. l.eum, qui.in princ.in glos.probandi.* Alia ratio est ista, & magis specialis: quia patronus, qui reuocat, certat de lucro captando: creditor autem de dãno vitando. De act autem Pauliana, Fauia. & Calui. diuersimodè sentiunt. Quidam enim, sicut Gar. & omnes antiqui vsque ad Ioan. & Azo. dixerunt quòd Caluisiana datur patrono, & Pauliana creditori, & Fauiana vtrique. Et pro se allegabant, *ff.de vsur.l.videamus.ij.§. in Fauiana.* Dixerunt enim quòd in Lilla dicit litera, per quas. vnde isti fecerunt tales versus. Cal pa sed Pau.cre. Fauiana cauebit vtrique. Io. & B. & eorum sequaces dixerunt quòd Fauiana patrono, Pauliana creditori, & Caluisiana datur vtrique, per alios versus: Creditor à Paulo, Fauióque patronus ametur: Istis Caluisius communis amicus habetur. Dominus Gui. dicit quòd Pauliana datur soli creditori, secundùm quod omnes alij dicunt: quia Caluisiana, & Fauiana dantur soli patrono, & nunquam creditori. nec meminit se vidisse legem, quæ dicat Fauianam, vel Caluisianam dari creditori, nisi in *l. videamus. de vsuris.* sit ista litera, per quas, quod non credit. communis enim est litera, per quam, & non per quas. Franc.

6. ¶ Item si quis † in fraudẽ [c] creditorum [d] rem suam [e] alicui

Hîc de alia prætoria, & personali tangitur: & illa datur creditori ad reuocandum ea, quæ in fraudem eius sunt alienata: & appellatur Pauliana, siue in factum: *de qua, ff. de vsuris. l. videamus. ij. §. in Fauiana. & ff. de his, quæ in frau. cre. l. hac in factum.* Et ponitur hæc actio inter reales, propter quandam similitudinem, quam habet cum rescissoria: quia sicut per illam rescinditur vsucapio. ita & per hanc traditio: *vt in hoc §. item si quis.* & forma in ea lib. sic: Dico ego a, contra b, quòd debitor meus alienauit, & vendidit ei in fraudem bona sua, & quòd ego iussus fui ex sententia præsidis possidere bona ipsius debitoris: vnde ponendo contra ipsum Paulianam act. peto possidere illa bona, ac si non essent tradita ipsi b, & bonorum pos. in me transferendam adiudicari peto. Causa istius act. est hæc: Et quia in fraudem alienauit, peto, &c. & sufficit quòd loco actionis ponatur causa, sic: Vnde cùm in meã fraudẽ debitor alienauerit, peto, &c. Et datur ista Paul. ad reuocanda corporalia. actio verò in factum datur ad incorporalia, secundùm quosdam. Sed dicas quòd Pau. non est proprium nomen actionis: sed quædam adiectio: & datur actio in factum tam pro corporalibus, quàm pro incorporalibus.

Libellus in actione Fauiana.

Actio verò Fauiana datur patrono ad reuocandum ea, quæ libertus in eius fraudem alienauit. & eodem modo formabis lib. sicut in Pauliana. vel in factum: de qua est hîc proximè dictũ.

Libellus in actione Caluisiana.

Caluisiana verò actio datur vtrique: scilicet tam creditori, quàm patrono: in qua eodem modo formatur libellus: sicut in prædictis actionibus.

† scilicet debitor.

a Secùs in patrono, qui reuocat alienata quocunque titulo: quamuis solus libertus participauerit fraudem *Angel. & Iason.*

b Qui text. licèt loquatur in alienatione lucratiua: tamen etiam habet locum in ti. onerosa: *vt est glo. in l qui te flammeum. in ver. modum. & ibi Bart. ff. de proba.* & ista procedunt secundum Ias. quando venditio omniũ bonorum esset facta pro valde minori pretio, quàm vale ãt. Idem si non omnia bona: sed maiorem partem alienauit: *vt ibi glos. not. in l. nemen. §. filio. in ver. omnis sub stantia. ff. de leg 3.*

c Creditor lata significatione cum comprehẽdit, cui quid debetur.

a ¶ *Actionis.* scilicet rescissoriæ supradictæ. Accvrs.

b ¶ *Quibusdam.* vt si rem absentis vsucapiat preses. [a] Item si absens fuit probabili causa, vt studiorum. Item in vinculis positus: *vt ff.eo.ex quib.cau.ma.l.j. & l.sed & si per prætorem. in fin. & l. sequen.* & de illis legibus infrà facit mentionem, cùm dicit de voluminibus Digestorũ.

[a] Hanc tenent Dyn. & Bal.

c ¶ *In fraudem.* Not. quòd vterque tam debitor, quàm receptor oportet quòd fraudem participet [a], quando titulus non est lucratiuus. si autem est lucratiuus (putà donationis, vt si dedit: & hoc intellige ad hoc vt creditor possit reuocare alienationem) tunc sufficit fraudem debitoris tantùm interuenire: *vt Cod.de reuoc. his, quæ in fraudem cred. l. penul. & ff. quæ in frau. cre. l. qui autem. §. hoc edictum. & §. similique modo.* Et de hac fraude not. bonam distinctionem: quia aut adhibetur à debitore alienante inter viuos, aut in vltima voluntate, vel à liberto in fraudem patroni, similiter inter viuos, vel in vltima voluntate: si in vltima voluntate, tunc aut per legata, aut per libertates. & si per libertates, aut directas, aut fideicommissarias. Si debitor in fraudem alienet inter viuos, vno casu præsumitur fraus: scilicet quando omnia alienauit: *vt ff.eodem. quæ in fraudem credit. l. omnes. §. Lucius.* [b] Si autem non omnia, non præsumitur. sæpè enim de facultatibus suis ampliùs, quàm in eis est, sperant homines: *vt suprà, qui ma. non pos. §. in fraudem.* debet ergo eam probare creditor. Et hæc distinctio per omnia seruatur etiam in patrono: *vt ff. de proba. l. patronus. & l. quotiens. §. qui dolo.* In vltima voluntate si legatum, vel fideicommissum in fraudem creditoris reliquit, solum euentum inspicimus, licèt fraus non interuenerit, vt in donatione causa mortis: *vt Cod. de in. delib. l.fi. §.si verò creditores.* cùm legata non debeantur nisi deducto ære alien: *vt is, qui quadringenta.* Idem in patrono per omnia, si libertus in fraudem legauit, vel fideicommissum reliquit, vel donauit causa mortis. nam solum euentum inspicimus: *vt ff. si quid in fraud.patro.l.j.in prin.& §.j.* In libertatibus autem in fraudem relictis distingue directas à fideicommissariis. In primo enim casu consilium, & euentum: in secundo euentum tantùm inspicimus: *vt C.de his, qui ma. non pos.l.fin.& l.j.*

b Qui text. licèt loquatur in alienatione lucratiua: tamen etiam habet locum in ti. onerosa: *vt est glo. in l qui te flammeum. in ver. modum. & ibi Bart. ff. de proba.* & ista procedunt secundum Ias. quando venditio omniũ bonorum esset facta pro valde minori pretio, quàm vale ãt. Idem si non omnia bona: sed maiorem partem alienauit: *vt ibi glos. not. in l. nemen. §. filio. in ver. omnis sub stantia. ff. de leg 3.*

d ¶ *Creditorum.* Largè [c] accipe pro omni eo, cui aliquid debetur: *vt ff. de verb. sign. l. creditores. & l.si cui. & in Auth. de fideiuss. §. penul. coll. j.*

c Creditor lata significatione cum comprehẽdit, cui quid debetur.

e ¶ *Rem suam.* scilicet corporalem, ex eo quòd dicit, tradiderit.

Idem tamen est in incorporalibus: vt patet per multa exempla, *ff. quæ in fraudem creditorum. l. y. & y. vsque ad l. qui autem.* ADDITIO. Not. singul. illam l. in principio quòd si debitor repudiat hæreditatem, vel legatum, vel alio modo, & titulo poterat acquirere, & non vult, imò repudiat etiam in fraudem, & despectum creditorum: an habeat locum ista materia? Dicitur ibi quòd non: quia dummodò non deminuat de suo patrimonio, non habet locum dispositio huius §. quod nota bene. Angelus.

a ¶ *Possessis.* i possideri iussis: nec enim re ipsa à creditorib. fuerat possessa bona debitoris, cũ ipse alienauerit. 2. Vel dic [a], *possessis*, quæ remanserant, & non sufficiebant: *vt ff. eod. l. ait prætor, quæ Lucius.*

b ¶ *Præsidis.* putà quia fuit condemnatus, & non satisfecit condemnationi intra tempus: vnde missus fuit actor in possessionem bonorum.

c ¶ *Permittitur.* Cintra annum vtilem: *vt ff. de his, quæ in frau. creditorum. l. j. j. respon.* de eo tamẽ quod peruenit ad eum, vel quod dolo fecit, quò minùs peruenitet, perpetuò datur: *vt ff. eod. l. ait prætor, quæ Lucius. §. hæc actio.* ADDITIO. De ista materia excussionis vide hic latè per doctores. & refert hic Iason casum singul. *in Authen. contrà rogatus quis. C. ad Trebellia.* vbi etiam in rei vindica. est necessaria excussio bonorum.

d ¶ *Eam rem petere.* Sed quæ actione? Respon. Pauliana, quæ datur creditori ad reuocanda corporalia: sed in factum, ad reuocanda iura: *vt ff. de vsur. l. videamus. y. §. in Fauiana. & ff. eod. quæ in fraudem creditorum. l. hæc in factum* [c]. 2. Vel verius die [d], quòd nulla dicitur Pauliana, nisi adiectiuè: quia à Paulo fuit inducta: sed in factum Pauliana dicitur, quæ [e] ad reuocanda corporalia, & incorporalia competit, & datur contra accipientem, & hæredem eius inquãtum ad eos peruenit, etiam non restituto ei pretio: *vt ff. eod. l. ait prætor, quæ Lucius. §. fi. & l. sequen. & l. si debitor. & l. ex his.* In eum autem, qui in fraudem alienauit, actio non datur, cùm nudus sit: nisi ita fraudulenter discesserit, vt res apparere non possit: quo casu etiam in carcerem detrudetur: *vt ff. eod. l. fin. §. fin.* ¶ Est & Fauiana [f], quæ datur soli patrono ad reuocanda ea, quę libertus in fraudem patroni alienauit inter viuos. vel in vltima voluntate, quò minus patronus habeat tertiam: *vt ff. si quid in fraudem patroni. l. j. in prin. & §. j. & supra de succes. lib. §. sed nostra constitutio.* ¶ Est & Caluisiana [g], & ipsa tam patrono, quàm creditori competit: *vt ff. si quid in fraudem patroni. l. in Fauiana.* ¶ Quidam tamen dicunt contrà in eo quod de Fauiana dictum est, *arg. ff. de vsur. l. videamus. ij. §. in Fauiana.* Sed certè ita dicit ibi litera, per quam. & sic refertur ad proximam tantùm, scilicet Paulianam. ¶ Et istæ duæ [h] imitantur naturam superioris in factum Paulianæ. ¶ Sed quæro, quare sunt hic hæ positæ inter reales prætorias, cùm ipsæ personales sint: quod probatur per id, quod dicit litera. In Fauiana quoque: *vt ff. de vsuris. l. videamus. §. in Fauiana.* Nam proximè dixerat de personalibus: vnde continuat eam cum personalibus: & probatur, *ff. si quid in fraudem patroni. l. j. §. hæc actio.* Sed respondet [i]: quia similitudinem habent cum superioribus duobus casibus. in eo quòd sicut ibi permittitur aliquid dicere quod non sit, vel esse faciẽda aliqua ac si non processissent, quę processerunt: sic & hic. Item sicut ibi fit reuocatio: ita & hic. ergo secundùm hæc ita dici debent hæ reales, sicut superiores: quod quidam concesserunt. Sed respon. hìc non petitur, quod meum fuerit, vt in superiori casu, nec quasi meum, vt in Publiciana: *vt suprà eo. §. alia.* Nec obstat j. *§. proxt.* quia hypothecaria [k] est in rem: nec tamẽ meum petitur, vel quasi: quia ibi quod peto, peto quasi meum. id est, possessionem per hypothecariam actionem, vel Seruianam. Hìc autẽ neque possessio, neque dominium est meum, nec fuit: imò in accipientem transiuit, licèt in fraudem sit alienatum: *vt ff. de contrahend. emp. l. si sciens. in fi.*

¶ Et prædictæ [l] tres actiones reuocatoriæ [m] dicuntur. ¶ Sed vnde oritur hæc Actio? Respon. ex quasi maleficio: quãdo dolus fuit in vendente & emente. Si autem in vendente tantùm, tunc potest dici ex quasi contractu, si agitur contra illum possidentem. ¶ Sed nunquid habet retentionem, vt ab eo non reuocetur, si vult soluere, quod sibi creditori reuocare volẽti debetur? Quidam negant: *vt arg. ff. rerum amotarum. l. si cùm dos. §. finali. & l. sequenti.* Sed contra dico instar posterioris creditoris, qui si vult soluere priori, quod sibi debetur, potest habere retentionem: *vt ff. de euictio. l. euictus.* [n] quod dic: *vt ff. quæ in fraudem creditorum. l. ait prætor. §. illud.*

o ¶ *Eam rem petere.* Hæc actio Pauliana dicitur. Est & Fabiana, siue Caluisiana. Pauliana est in rem: Fabiana in personã. *l. 1. §. hæc actio. ff. si quid in fraud. patr.* Cùm enim Fabiana non omnino rescindat traditiones. *d. l. 1. si quid in fraudem.* non tam in rem patronus, quàm in personã, cum possessore quasi cum debitore agere videtur. *l. quod si in diem. §. idem scribit. de pet. hæred.* atque eò etiam fit, vt non finiatur anno. Rescissoria finitur anno: quia est contra legẽ: id est, contra vsucapionem. *l. in honorariis. ff. de oblig. & act.* Pauliana æquè anno finitur: quia est contra alienationẽ iure factam. CVIAC. e ¶ *Mansisse.* videtur ergo quòd permittat mentiri: quod non est verum: sed ita petit, ac si mansisset in bonis debitoris: *vt* ẽ. *eod. §. alia. & §. rursus.*

Item Seruiana.] Diuiditur a in tres partes. a Diuisio. Primò, quòd actio Seruiana, vel quasi Seruiana est prętoria. Secundò, quæ sit differentia inter actionem Seruianã, vel quasi. Tertiò quæ sit differentia inter pignus, & hypothecam. Secũda ibi: *Seruiana autẽ.* Tertia ibi: *Inter pignus.* CASVS. Adhuc prosequitur Iustinianus materiam suam, dicens quòd non solùm præcedentes sunt prætoriæ in rem: sed etiam Seruiana, & quasi Seruiana, quæ & hypothecaria vocatur: & statim dicit effectũ vtriusque. Seruiana enim cõpetit locatori, siue domino domus pro rebus coloni, quæ pignoris iure pro mercedibus fundi, vel domus tacitè obligantur. Quasi Seruiana autem vocatur alia, per quã creditores pignora, hypothecásque persequuntur. Quę autem sit differentia inter ista tria nomina, Seruiana, & quasi Seruiana, & Saluianum interdictum, quæ videntur nomina synonyma: satis potes petere ex notula literæ. Et licèt hypothecaria reuocet nudam possessionem, & Saluianum interdictum similiter: tamen differunt: qui intendit Saluianum interdictum, non habet probare nisi vnum: scilicet quòd ille, qui conduxit domum, tempore conductionis possedit res illas. In Seruiana verò debet probare duo. Dominus autem Iason hìc agitabat vnum verbum, de quo nunquam fecerunt mentionem glossatores: scilicet quare vna actio vocatur Seruiana, alia quasi Seruiana. Et ad istam quæstionem ita respondebat. Actiones vocãtur veræ, & directæ in casu isto, in quo sunt extensæ. Seruiana autem sicut ex primitiua sui natura est, intẽdebatur contra colonum, & certè postea extendebatur contra quemlibet alium debitorem. & tũc per extensionem sortita est naturã quasi Seruianæ. 2. Vel sic, & meliùs: Seruiana dicitur illa actio, quæ nobis seruit verè, sicut aliquis dicitur nobis verè seruire, quando gratis seruit. Sic autem est de actione Seruiana. Quando enim domum meam tibi loco: non conuenio tecũ quòd res illatæ mihi sint obligatæ, & tamen sunt: & ita sine pacto interueniente res illatæ mihi obligatæ sunt, & pro eis cõpetit mihi Seruiana. Item volui scire à legislatore, quæ sit differẽtia inter pignus & hypothecam: ad hoc, quia in fi. proxim. §. dixit quòd quasi Seruiana est actio, per quã creditores pignora, hypothecásve persequuntur. Et ipse respondet, quòd nulla est differẽtia inter pignus, & hypothecam quoad actionem hypothecariam. Nam quæcunque res fuerit à debitore creditori obligata, siue fuerit creditori tradita, siue nuda cõuentione sine traditione sibi obligata: semper potest creditor illam rem à quocunque possessore petere per hypothecariam actionem. In aliis tamen facimus differentiam inter hæc verba. Dicimus enim quòd pignus propriè dicitur res obligata, & tradita creditori: dico mobilis. Quando autem aliqua res nuda conuentione sine traditione obligatur, eam dicimus appellatione hypothecæ cõtineri. hoc dicit. Sed videtur in principio quòd litera dicat falsum: cùm dicat quòd inter pignus, & hypothecam nulla est differentia: quia actio hypothecaria vindicatur habenti possessionem. *ff. de pignoribus. l. & quæ nondum sunt. §. j.* sed qui habet pignus, habet detẽtionem ad minus. quare ergo non potest habere actionem hypothecariã? Frater, qui habet pignus: sine dubio quãdiu habet pignoris possessionem, siue detentionem, non habet hypothecariam. sed si pignus traditum fuerit postea amissum, vel si pignus alij precariò concesserit: tunc competit creditori hypotheca. & postea cautè dicit in notula, vt hac actione peti possit à quolibet possessore. & hoc est quod dicit. Franciscus.

Libellus in actione Seruiana, & quasi Seruiana.

Hìc tangitur de Seruiana, & quasi Seruiana, quæ etiã hypothecaria vocatur: in quib. qualiter formetur libellus, est videndũ Sed primò sciendũ est, quòd Seruiana datur domino fũdi in rebus coloni, quæ pignoris vice, vel iure pro mercedib. fundi ei dẽ tenentur: *vt in hoc §. item seruiana. & ff. quibus ex causis pig. tacit.* contra

a Hanc tenent Nico. Pla Ioã. Fa. & Ias.

b Creditor an alia, atque alia actione res corporales debitoris, & iura eiusdem reuocet.

c Hanc glo. intelligunt docto. in alienatis inter viuos: sed in vltima volũtate datur vel cõdictio indebiti, vel hypothecaria: *vt l. fi. §. si verò creditores. C. de iu. deli.*

d Pauliana simpliciter an sit quædam actio: an potiùs ea dicenda sit in factũ Pauliana.

e Pauliana in factum actio ad quid detur.

f Fauiana actio quæ dicatur.

g Caluisiana actio quibus detur.

h Fauiana, & Caluisiana.

i Dic Paulianam, Fauianã, & Caluisiana actiones esse personales in rem scriptas. *Nic. Ioan. Fab. Ias.*

k Actio hypothecaria licèt in rem sit, nostrum tamen non petimus: sed possessionem tantùm.

l Reuocatoriæ actiones sunt Pauliana, Fauiana, Caluisiana.

m Et sic tenet Gl. quòd hæ reuocatoriæ sint meræ personales. Sed Ias. in hoc, reprobat Gl. & tenet esse in rem scriptas: vide hic per eundem.

n *Vide meliorem text. in l. prætor. C. qui potior. in pign. habean.* Iason.

contrahitur.l.ij. Formatur ergo in hac actione sic libellus: Dico ego a, contra b, quòd bona, quæ sunt illata, & inuecta in fundũ meũ, sunt mihi obligata pro mercede fundi: vnde proponendo Seruianã, siue hypothecariã cõtra ipsũ b, peto illa pignora mihi tradi, & eundem b, ad restitutionem eorundem pignorum mihi condemnari. Causa autem pro ista actione potest poni hæc, scilicet: Vnde cùm bona illa vbicunque sint, ipso iure tacitè mihi sint obligata, peto, &c. Eodem modo forma lib. in actio. illa hypothecaria, siue Seruiana, quæ datur domino domus in bonis inquilini in eandem domum illatis. Quasi Seruiana, siue hypoth. datur creditori ad pignora sua prosequenda: *vt suprà de actio. §. Seruiana.* & sic forma lib. in ista quasi Seruiana: Dico ego c, contra d, quòd ipse detinet equum meum, quem ipse mihi obligauit pro decem libr. vnde proponendo contra ipsum hypotheca. peto dictum equum mihi tradi, & ipsum ad restitutionem ipsius equi condemnari. Et causa erit in hoc libello, quem sufficit proponere: scilicet hæc, Vnde cùm dictus equus sit pro decem libris mihi obligatus, peto, &c. Hæ verò act. scilicet Seruiana, & quasi Seruian quæ hypothecaria vocatur, sunt in rem: vnde dantur contra quemlibet possidentem.

7. ¶ Item Seruiana [a], & quasi Seruiana, quæ etiam hypothecaria vocatur, ex ipsius prætoris iurisdictione substantiam capiunt. Seruiana autem experitur quis [b] de rebus coloni [c], quæ pignoris [d] iure pro mercedibus fundi [e] ei tenentur. Quasi [f] Seruiana [β] autem est, qua creditores pignora, hypothecásve persequuntur. Inter pignus autem, & hypothecam, quantum ad actionem hypothecariam attinet, nihil interest [g]. Nam de qua re [h γ] inter creditorem, & debitorem conuenerit, vt sit pro debito obligata: vtraque hac actione [i] continetur: sed in aliis differentia est. Nam pignoris appellatione eam propriè [δ] rẽ contineri dicimus, quæ simul etiam traditur creditori: maximè [k] si mobilis sit. at eam, quæ sine traditione, nuda conuentione tenetur, propriè hypothecæ appellatione contineri dicimus.

Hactenùs de prætoriis in rem: nunc de his: quæ sunt in personam: quæ quamuis innumeræ sint, de tribus tantùm hîc disseritur.

a ¶ *Item Seruiana.* quasi dicat, non solùm Publiciana, & rescissoria reales sunt, & prætoriæ, de quibus dictum est: sed etiam duę istæ capiunt vim ex prætoris iurisdictione: id est prætoriæ sunt: *vt hic, & ff. de pactis. l. si tibi. §. de pignore.* Accvrs.

b ¶ *Quis.* scilicet dominus fundi: siue sit partiarius [a], siue nummis colat Item etiam pro deterioratione domus [b]: *vt ff. in quibus cau. pig. vel hypotheca taci. contraha. l. ij.* licèt ex locato sit actio: *vt ff. locat. l. qui fundum.*

c ¶ *Coloni.* sub. vel inquilini. nam & eius res sunt tacitè obligatæ: *vt ff. in qui. cau. pign. vel hypotheca. taci. con. l. ij.* Et est colonus in villa, inquilinus in ciuitate: *vt ff. de acquirẽ. possess. l. re pignoris.* [d] Differentia tamen est inter has duas tacitas obligationes. nam in rusticis ita demùm, si dominus sciat inducta, & illata: in vrbanis, siue sciat, siue non: Et est ratio: quia sancta rusticitas omnia palam habet: sed inquilinus multa etiam clam apportat: quæ locator ignorat: *vt* C. *locati. l. certi iuris.* Ita tamen in vtroque, si eo animo sint inducta, vt ibi sint perpetuò, non ad tempus: *vt ff. de pig. l. debitor. & ff. in quibus causis pignus, vel hypotheca ta. con. l. in prædiis. §. j.*

d ¶ *Pignoris.* scilicet taciti.

e ¶ *Fundi.* vel domus. *vt suprà dictum est.*

α ¶ *Pro mercedibus fundi ei tenentur.* Non tacito iure: sed ex pacto. §. *interdictum. infrà de interd.* & hoc certissimum est: nec fuit alia sententia *l. certi. C. de loca.* In prædiis, inquit, rusticis necesse est voluntate, siue scientia domini pignus induci: quæ verba conuentionem significant. *l. Pomp. ff. in quib. cauſ. pig. vel hypoth.* In vrbanis, conuentio non est necessaria. Enimuerò res coloni pignoris iure tenentur, non tantùm generali pacto, veluti si conuenerit vt inuecta, & illata pignori essent: sed etiam speciali: & hoc quidem pacto etiam ea, quæ inducta non sunt, tenentur. *l. si non inducta. C. in quibus cauſ. pign. tac. contr.* Hæc de rebus coloni. Ibi nata quia solebant semper pro mercede obligari. *l. si seruus. §. locaui. ff. de fur.* nemo dubitat in eis tandem receptum fuisse ius pignoris. Cvias.

f ¶ *Quasi.* hæc dictio ponitur ad differentiam superioris. vtraque tamen Seruiana dicitur, à seruando, fortè dicta: cùm omne ius aut in acquirendo: aut in seruando, aut in amittendo consistat: *vt ff. de le. & senatusc. l. finali.* [e] ¶ Sed quæ est differentia inter Seruianam actionem, & Saluianum interdictum: cùm illud ad idem competere videatur: *vt ff. de inter. §. interdictum?* Respon. quia in Seruia. oportet quòd creditor probet debitorem fuisse dominum [f] tempore obligationis: *vt ff. de pig. l. & quæ nondum sunt, §. j.* Sed in Saluiano sufficit quòd probet eum possedisse: vt colligitur, *ff. de Sal. interdic. l. j. in princ. & diximus infrà de interdict. §. interdictum.*

β ¶ *Quasi Seruiana.* Et hac igitur actione etiam de rebus inquilini agitur: nam de rebus tantùm coloni Seruiana actio, Saluianumque interdictum propositum fuit. Cvias.

g ¶ *Nihil interest.* nisi in sono vocis: *vt ff. de pigno. l. res hypothecatas. §. inter pignus.* imò & etiam quantum ad actionem videtur interesse. Nam præscriptio habenti pignus non currit, cùm possideat: secùs in hypothecaria: cui currit præscriptio interdum decem [a], interdum xx. [b] interdum xxx. interdum xl. annorum [c]: *vt C. si aduer. cre. l. j. & C. de præscri. xxx. vel l. anno. l. cùm notissimi. & de anna. excep. l. j. §. j.*

h ¶ *De qua re.* mobili, vel immobili: tradatur creditori, vel non: corporalis, vel incorporalis sit: exceptа tamen vrbana seruitute, quæ non potest obligari, ne ruinis ciuitas deformetur: *vt ff. de pig. l. si ius. qui. §. fin. & l. seq.* Addit io. Dic quòd attenta ratione glos. si esset seruitus etiam vrbana, quæ non esset deformatio ciuitatis, posset obligari: vt putà, obligo tibi seruitutem altiùs non tollendi, donec pecunia non soluatur. nam tunc valere ita dixit Bartol. *in d. l. si is, qui. §. fin.* Angel.

γ ¶ *De qua re.* Siue de pignore, siue de hypotheca. Cvias.

i ¶ *Hac actione.* scilicet hypothecaria: vt hac actione peti possit à quolibet possessore.

δ ¶ *Propriè.* Propriè pignus traditione, hypotheca conuentione constituitur: actione tamen hypothecaria his omnibus abutimur: & ideò Marcianus de hypothecaria formula tractans, dixit pignus ab hypotheca sono tantum differre: quod est ac si diceret significatione non differre. nam quemadmodum phatmaca, quæ eadem sunt, odoribus tantùm, & coloribus: ita verba, quæ idem significant, sono tantùm, aut syllabis, literísque inter se differunt. Significatio igitur est eadem: sonus est diuersus, syllabæ, & literæ sunt diuersæ. Cvias.

k ¶ *Maximè.* hoc abundat: *vt C. de testa. ma. l. finali. §. ij.* Duo [e] enim oportet interuenire vt sit pignus, & quòd tradatur creditori, vt hîc: & quòd mobilis sit: cùm pignus à pugno dicatur: *vt ff. de verborum significatione. l. plebs. §. pignus.* Si autem mobilis est, & non tradatur: item si immobilis [f] est, tradatur vel non, hypotheca est. ¶ Patet ergo quòd quatuor [g] sunt prætoriæ actiones in rẽ: scilicet Publiciana, & rescissoria, & Seruiana, & quasi Seruiana. Item aliæ duæ reales præiudiciales: *vt §. eod. §. præiudiciales.* Est & alia, quæ datur superficiario, quando [h] quis ad non modicum tempus conduxit: *vt ff. de superfic. l. j. in fin. §. quod ait. & l. finali. & ff. de rei vind. l. superficiario.* Est & octaua actio in rem: vt quæ datur metum passo. nam illa prætoria est in rem: *vt ff. quòd met. cau. l. metum. §. volenti.* Sunt & aliæ: scilicet bonorum [i] possessoria hæreditatis petitio: item fideicommissaria hæreditatis petitio. Prima datur ei, qui succedit per prætorem. Secunda ei, cui per Trebellianum hæreditas restituta est: *vt ff. de leg. præstand. bonor. possess. pos. l. j. & ij. & ff. de fideicomm. hæreditatis petitione. l. j. ij. & iij.* & sic decem sunt prætoriæ in rem.

In personam.] Iste [k] §. vsque ad §. *pœnales,* tractat de tribus actionibus personalibus, & prætoriis. Et hoc principium vsque ad §. *actiones autem.* diuiditur: quia in principio præmittit de actione de constituta. & de pecu. Item & de iuramento in genere, & secundò in specie. & de vnaquaque dicit. Secunda ibi; *de constituta.* Item prima diuiditur: quia primò ponit qualiter olim erat in actione de constituta, & receptitia: hodiè verò sunt omnia redacta ad constitutam. Secunda ibi, *sed ex nostra.*

Casvs. Non solùm prætor introduxit actionem in rem: sed etiam actionem in personam. Cùm igitur suprà dictum sit de realibus prætoriis, restat de personalibus prætoriis tractare. Prætoriarum autem personalium actionum ad minus duæ sunt actiones. Prætor autem quasdam introduxit actiones in personam, quæ sunt persecutoriæ, & non pœnales, & quasdam introduxit pœnales. In primo igitur mihi ponit exempla prætoriarum actionum in personam, quæ non sunt pœnales. Primum exemplum est in actione de constituta pecunia, & illi actioni erat olim similis actio, quæ dicitur receptitia. sed si quid anteà plenùs habebat, hodie in actionem de constituta est transmissum: & ea tanquàm supernacua hodie constitutionibus principalibus iussa est recedere ab aula. Secundum exemplum est in actione de peculio. Prætor enim proposuit actionem de peculio seruorum, vel filiorum. Tertium exemplum est de actione in factum, quæ descendit de iure iurando Prætor enim introduxit actionem ex iuramento, in qua solùm quæritur an actor iurauerit. & non solùm has actiones personales, & actiones pœnales introduxit prætor, sed & alias plures. & hoc dicit.

a Hoc verum quãdo res possidetur per alium à debitore habentem bonam fidem & titulum & inter præsentes. Pla. & Ias.

b Hoc verum quãdo res possidetur per aliquem, &c. & inter absentes. Plat. & Ias.

c Hoc verum quãdo res possidetur per alium à debitore non habentem titulũ nec bonam fidem. Pla.

d Hoc verum etiam quando res possidetur per ipsummet secundum Ias.

a Hæc Glo. est singul. secundũ Ang. & Iasonẽ.

b Etiam pro alia obligatione. Ang.

c Et ita cõmuniter tenetur. licet Vltramõtani contra.

d Hæc Gl. & omnes similes reprobantur, communiter per scriben.

e Hypotheca autem dicitur ab hypo, quod est sub: & thesis positio: quasi suppositio vel obligatio: *vt probatur per rubr. de reb. eo. non alie. vel sup.*

f Imò sufficit probare rem fuisse in bonis debitoris. *l. 3. l. ult. §. 1. ff. de pignoribus. l. 23. ff. de probat.* hoc est debitorẽ fuisse bonæ fidei possessorem, vel vtile dominium habuisse. *l. bonorum. 49. ff. de verbor. signif. facit l. si ab 10. ff. de pignor. rib. ad de Bald. in l. & quæ nondum. §. quod dicitur. ff. de pignoribus.*

e Pignus vt interueniat, duo requirũtur, vt tradatur creditori, & sit mobile.

f Hypotheca rerum est immobilium.

g In rem actiones prætoriæ, quatuor: præiudiciales duæ: septima datur superficiario: octaua datur metum passo. Nona bonorũ possessoria hereditatis petitio. Decima fideicõmissaria hæreditatis petitio.

h Superficiei actio datur ei, qui non ad modicum tempus conduxit.

i Fideicõmissariæ hereditatis & possessoriæ hereditatis petitionis differẽtia. Illa datur ei, cui restituta est hæreditas per Senatusconsultũ Trebellianum. Altera ei, qui incedit per prætorem.

k Diuisio.

a ¶ *in personam.* quasi dicat, dictum est de realibus prætoriis: sequitur de personalibus prætoriis, licèt & de quibusdam personalibus supra interposuerit. §. *item si quis.*

b ¶ *De pecunia.* vt ff. *de constitut. pecu. l. j. in prine.*

c ¶ *Cui simile.* scilicet quo [a] ad quædam: quia vtraque datur vbi quis constituebat se soluturum pro se vel alio. Sed & dissimilis videbatur: quia actio de constituta pro his tantùm rebus in constitutione deductis competebat, in quibus mutuum consistit, scilicet quæ pondere, & mensura continentur: sed receptitia, quandò aliæ res in constitutione deducebantur. sed hodie pro omnibus competit actio de constituta: cùm omnes res appellatione pecuniæ contineantur: *vt Cod. de constit. pecu. l. ij. §. penultimo.*

[a] Actionis de pecunia constituta, & receptitiæ similitudo, & differentia.

8. ¶ In personam [a] quoque actiones ex sua iurisdictione propositas habet prætor: veluti de pecunia [b] constituta: cui similis [c] videbatur receptitia: sed ex nostra constitutione [d], cùm & si quid pleniùs habebat, hoc in actionem pecuniæ constitutæ transfusum est, & ea [e] quasi superuacua iussa est cum sua auctoritate à nostris legibus recedere. Item prætor [f] proposuit actionem de peculio seruorum, filiorúmque familias, & eam, ex qua quæritur an actor iurauerit, & alias [g] complures.

Quisquis quod à se, aliúve debetur, sese soluturum nudo pacto constituit, actione de constituta conuenitur.

d ¶ *Constitutione.* vt C. *de constit. pecu. l. ij.*

e ¶ *Ea.* scilicet receptitia. Accvrs.

f ¶ *Item prætor.* Hæc capitula exponuntur *infrà proxi. §.* & ideò hîc non dicas.

g ¶ *Et alias.* de quibus dicet *infrà §. pœnales.*

De constituta autem pecunia.] Casvs Suprà proxi. §. posuit Iustinianus tria exempla prætoriarum actio. personalium pœnalium, quorum primum fuit de act. de constit. pecu. Sed dixi ei, Domine, pro Deo dicatis mihi effectum act. de constit. pecu. & quando agitur act. de constituta pecunia, siue cui competit actio hæc? Frater, dicit ipse, ista actione agitur contra omnes illos, quicunque pro se, vel pro alio se aliquid soluturos cõstituerunt: dum tamen non interponatur aliqua stipulatio. nam si stipulatio esset interposita, tenerentur iure ciuili, & non actione prætoria, hoc dicit.

h ¶ *De constituta autem pecunia.* i hac actione, quæ sic vocatur.

i ¶ *Cum omnibus.* sc. aptis aliàs obligari pro se, vbi pro se interuenit constitutio: vel alij, vbi pro aliis interuenit constitutio. sic ergo furiosus [b] cùm nec pro se, nec pro aliis obligetur, nec constituere se debere potest. Idem in prodigo, & similibus. Item mulieres, cùm aliàs pro se tantùm obligatur: & hæ constituant pro se tantùm, & non pro aliis: *vt ff. de constitu. pecu. l. j. §. j. & ij.* Accvrs.

[b] Idem de pupillo, secundum Ang.

k ¶ *Constituerint.* vt putà per hæc verba, Constituo me soluturum quod ego, vel ille debet, & similia: *vt ff. de constit. pecu. l. qui autem. in fine. & l. sequen.* [c] & hoc ita. si sit debitum quod præcedat: siue ciuile, & naturale simul, siue naturale tantùm, siue prætorium. Secùs si ciuile tantùm: *vt ff. de constit. pecu. l. j. § pen. & fin. & l. ij. §. j.*

[c] Si quis cõstituerit aliquẽ fideiussurum per se, valet tale cõstitutũ: secus si nõ pro se: sed alio: vt hîc per Iasonem

l ¶ *Nulla.* Ergo ex nudo pacto oritur actio hîc: quod est contra ius commune positum, *ff. de pact. l. iurisgentium. §. sed cum nulla. & §. quinimò & §. vt putà. versiculo, idem Marcellus. & versi. idem responsum. &* C. *de pact. l. legem.* & est hoc ideò fortè speciale: quia sicut vnum pro eo, qui constituit, inducitur (vt non teneatur nisi elapsis decem diebus: *vt ff. de constit. pe. l. promissor.* cùm aliàs statim teneatur: *vt ff. de ver. oblig. l. eum, qui Kalendis. §. quotiens. & de verbo. signifi. l. cedere diem.*) sic & aliud contra eum, vt ex nudo pacto teneatur: *vt ar. ff. de iureiur. l. eum, qui. in prin.* Sunt [d] & alij adhuc sex casus, in quibus ex nudo pacto oritur actio: vt ecce in donatione hodie [e], licèt olim fuerit necessaria stipulatio? *vt Cod. de donationib. l. si quis argentum* [1]. *§. sin autem.* Item si mulier dotem sine stipulatione dare marito conuenit: *vt* C. *de do pro. l. ad exactionem. & de rei vxo. actio. l.* j. §. j. [b] Item si quis ob honorem decretum, vel decernendum palam pollicitus fuerit: id est sine interrogatione: *vt ff. de pollicit. l* j. §. j. *& l. pactum.* Item in nautico fœnore: *vt ff. de nautico fœnore. l. periculi. in fin.* [b] Item in accessione frumenti, vel vini, vel olei, vel hordei: *vt* C. *de vsur. l. frumenti.* Item in vsuris ciuitati promissis: *vt ff. de vsur. l. etiam.* Aliàs autem propter sui frigiditatem nudum pactum actionem parere non potest. Additio. Adde alios casus, vt putà in curia mercatorum. *arg. l. Quintus Mutius. ff. man. & ibi. Bart.* Item si fieret in iudicio: quia fingitur stipulatio. Item quando per pactum nudum aliquid abest parti, si non seruet promissa: quia contra non seruantem datur actio de dolo: *vt est text. not. in l. eleganter. §. seruus. ff. de dolo. vt hic per docto.*

[d] Hæc lex habet locum in donatione cauta: & propter nuptias: & in donatione præsumpta. *Ias.*

[e] Hic ẽ. nõ procedit hic, cum fingatur tacita stipulatio. *Fa. Pla. Ange. & Ias.*

[1] Et est ratio propter ipsum periculum. *fac. ca. nauiganti extrà de vsur.*

m ¶ *Iure ciuili.* vel actione ex stipulatu, vbi certum est in stipulatione: vel condictione certi, quæ ex stipulatione oritur, vbi est certum: *vt suprà de ver. obli. in prin.* quæ stipulatio est à iure ciuili inducta: *vt hic*, cùm de iuro gentium ipsa non fuerit; licèt alij contractus fuerint de iure gentium: *vt suprà de iure natur. gentium, & ciuili §. nec autem.* Non autem dicitur ideò de iure ciuili, quòd non habeat in se vinculum naturale, imò habet, quia sine consensu non valet: qui consensus est de iure naturali: *vt ff. de pact. l. j. §. penulti.*

Libellus in actione de constituta pecunia.

Hîc tangitur de actionibus prætoriis personalibus, in quibus qualiter formetur libellus, est videndum. Et primò de act. de constit. pecu. est videndum. Et nascitur ista actio, quotiens aliquis constituit se soluturum, quod ipse debet, vel alius: *vt ff. de constitu. pecu. l. qui autem. in fine. & l. seq.* dum tamen sit debitum ciuiliter, & naturaliter: vel naturaliter tantùm: secus si ciuiliter tantùm: *vt l. j. §. penulti. & l. ij. §. j. in dicto titul.* Vnde sic formabis libellum. Dico ego a, contra b, quòd ipse constituit se soluturum decem libras, quas ipse mihi debebat causa mutui: vnde proponendo actio. de constitu. pecu. contra ipsum, peto eundem mihi in dictis decem libris condemnati. Et erit causa istius actionis, hæc scilicet: Quia constituit se mihi soluturum, quod debet mihi, ideò peto, &c. Sed si pro alio constituit se decem libras tibi soluturum, formabis in narratione sic libellum: Vnde cùm ipse pro tali constituerit se decem libras mihi soluturum, peto, &c. Et eodem modo formabis si ex alia causa, quàm ex mutuo debeatur.

Actione autem.] Casvs Dixi domino Iustiniano, Domine, iam vidi effectum primi respon. pro Deo dicatis mihi de secundo exemplo, quare inuenta fuit de peculio actio? Respon. frater, æquum fuit quòd istæ actiones inuenirentur, per quas contra patrem, vel dominum posset agi ex contractu filiorum familiàs, vel seruorum: quia licèt actione de peculio de iure ciuili non teneantur patres, vel domini: æquum tamen est quòd peculio tenus teneantur: cò quòd peculium est quasi patrimonium filiorum, vel seruorum. hoc dicit.

Libellus in actione de peculio.

Hîc tangitur de actione de peculio, quæ datur contra dominum ex contractu serui: *vt infrà quod cum eo. in principio.* & etiam datur contra patrem nomine filij. Formabis ergo in ea sic libellum: Dico ego a, contra b, quòd vendidi d, seruo suo equum pro decem: quare ipse b, de peculio serui sui d, mihi tenetur: vnde proponendo contra ipsum b, actionem ex vendito, peto quatenus est in peculio ipsius serui sui d, vsque ad quantitatem illorum decem ipsum b, mihi condemnari. Et aduerte quia hæc actio de peculio, non est proprium nomen actionis, sed est quædam adiectio, sicut exercitoria, institoria, & tributoria; *argu. l. ij. §. Iulianus. ff. de pecu.* Et erit causa in hac actione talis, scilicet: Quia vendidi. quam sufficit proponere loco actionis, scilicet sic: Vnde quia pro decem vendidi, peto, &c. Similiter contra patrem ex contractu filij potest sic formari libellus. Dico ego a, contra b, quòd vendidi c, filio suo, quem ipse habet in potestate equum pro decem, &c. De filio in potestate feci mentionem: quia qui sui iuris est, peculium habere non potest: *vt Cod. de ineffic testa. l. fi. in fi.*

n ¶ *De peculio.* Volunt quidam dicere hæc esse propria nomina actionum: scilicet de peculio: & de in rem verso: & quod iussu; item exercitoria, & tributoria, & institoria, ex eo quòd leges plerumque appellant eas actiones: vt hîc. Sed verius est vt adiectiuè ponantur. sic enim dicitur mandati actio de peculio: *vt ff. de pecu. l. ij. §. cui congruit.* a Accvrs.

a Hæc secunda opi. communiter tenetur hic per docto.

o ¶ *Patrem.* scilicet respectu filij. Accvrs.

p ¶ *Dominúmve.* scilicet respectu serui. sunt enim correlatiua.

q ¶ *Ipso iure.* scilicet ciuili, quod non vult vt alter ex alterius persona obligetur: & sic pater non debet teneri pro filio, inspecto iure ciui. sicut eo inspecto pro seruo non debet teneri dominus: quia seruus [b] pro nullo est inspecto iure ciuili: *vt ff. de regu. iur. l. quod attinet.* Sed tamen prætor æquitatem considerat: vt quia peculium quasi patrimonium est filij, vel serui, vt subijcit: quia peculium est, quod sibi quis patrimonia quærit: *vt ff. de pecu. l. peculium. in princip.* verè tamen non est patrimonium filii peculium: *vt Cod. de inofficioso testamento. l. fina. in fine.* Item nec serui: *vt ff. de verborum obligationib. l. liber homo. ij. in fin.*). respon

b Seruus pro nullo reputatur.

Ideò

c *Hoc declaratur per Bart. in rub. ff. de pecul.* Ias.

Ideò tamen quia quasi patrimoniũ est, patrẽ pro filio, dominum pro seruo teneri dicit. ¶ Diligenter tamen distingue [a] vtrùm cõtrahat filius, vel seruus, vel quasi cõtrahat. Item vtrùm delinquat, vel quasi. Si contrahat, quilibet illorum dominus, vel pater actione ex eo contractu tenetur in peculium: in cuius condemnatione deducitur ex ipso peculio quicquid seruus naturaliter domino debuit: vt quia dominus seruo mutuauit, vel aliàs secum contraxit. Item deducitur quod debetur his, qui sunt in potestate domini, vel tutela, vel cura: cùm videatur dominus præueniſſe: *vt ff. de pecul. l. sed si damnum. §. j. & ij.* obligatur enim seruus domino naturaliter: *vt suprà de fideiuſ. §. j.* & sunt hæc communia in seruo, & filio, excepta causa mutui, ex qua nec filius, nec pater tenetur: secus in seruo: *vt infrà titulo primo. §. illud. & C. ad Maced. l. penul.* Item quæ dicta sunt quando contrahit filius, vel seruus, eadem & quando quasi cõtrahit: vt si alterius negotia gessit. *vt ff. de neg. gest. l. si filius fami.* ¶ Præter hanc actionem de peculio adhuc pater, vel dominus quandóque tenetur de [b] in rem verso: quando sc. filius in rem patris, vel seruus in rem domini conuertit: & est in solidum vsque ad quantitatem versam: *vt infrà tit. j. §. in rem* [c]. Azo. Sed de peculio agitur quatenùs peculium durat: *vt j. eo. §. sunt præterea. & j. tit. j. §. in rem autem.* ¶ Item est actio quòd iussu [d], quæ est insolidiũ: quando filius, vel seruus iubente domino, vel patre contraxit. videtur enim contrahi cum ipso patre, vel domino: *vt ff. quod iussu. l. j. & fi.* ¶ Item sunt aliæ tres. sc. exercitoria, [e] quæ datur contra dominum nauis, qui præposuit magistrum nauis seruũ suum: & eius rei gratia contractum fuit. Et ideò dicitur exercitoria: quia exercitor dicitur dominus nauis. ¶ Item institoria, [f] quæ habet locum, quando aliquis seruũ suum tabernæ, vel stationi præposuit. [g] Item tributoria [h], qua igitur ita quòd dominus vocatur in tributum: *vt infrà tit. j. §. introduxit. & §. institoria.* [i] *& §. j.* ¶ In delictis autem, & quasi delictis idem olim seruabatur in filio, & seruo, vt pro noxa dari possent: *vt j. de noxa. in fi. tit.* Sed hodie pro seruis tantùm agitur noxaliter, vt ibi dicitur: & pro delictis: *vt j. de noxa. in prin. & ff. de noxa. l. j.* & in quasi delictis: vt si seruus habitans cum domino, habuit suspensum, vel appensum, vel effudit aliquid, quod alicui nocuit: *vt ff. de his, qui deie. vel effu. l. j. §. si seruus. & l. si verò. §. prætor.* nisi in duobus casibus: *vt ff. de his, qui deiece. vel effu. l. j. §. cum seruus.* vbi non habitat cum domino: *& ff. de mino. l. quòd si minor. §. si seruus.* ¶ Porrò licèt in delictis, & quasi agatur noxaliter: tamen & de peculio agitur, si locupletatus est dominus, in quantum id peculium locupletius [k] est *vt ff. de iudi. l. tam ex contractibus. & ff. de pecu. l. licet. § ex furti causa.*

Item si quis postulante.] CASVS. Dixi Iusti. Domine, iam vidi naturam duorum exemplorum: nunc si placet, dicatis mihi naturam tertij exempli. scilicet actionis in factum, quæ datur ex iuramento scilicet quando habet locum hæc act. & ipse respon. Frater, dicit ipse, Si aliquis petierit decem ab aliquo, dicens illa sibi deberi: & reus sacramentum sibi deferat: & actor delato iuramento iurauerit illud esse sibi debitum, quod petit: & post iuramentum noluerit reus soluere quod petitum est: id isto casu accommodat sibi prætor actio. per quam quæritur an iurauerit, vel non: & non an sit debitum: quia iuramentum hîc pro veritate est acceptum. Franc.

Libellus in actione in factum ex iureiurando.

Hîc tangitur de iureiurando præstito ex delatione iudicis, vel partis aduersæ: ex quo oritur actio in factum: si iuretur non adiecta causa, ex qua dicat sibi deberi: scilicet si iuret informiter. Si autem adiiciat causam, ex qua sibi deberi, veluti ex mutuo, vel similibus, oritur actio ex illa causa. & tunc dicit iurasse formiter, quasi forma, siue causa adiecta: *vt l. si duo. § si quis iurauerit. versi. idem dicemus. & §. Marcellus. ff. de iureiur.* & ideò forma in illa libellum sic: Dico ego a, contra b, quòd cùm peterem ab ipso decem causa mutui, ipse detulit mihi iuramentum: & ego simpliciter iurauì quòd ipse mihi debebat illa decem: vnde proponendo act. in factum ex iureiurando prouenientem, peto dictum b, in dictis decem libris mihi condemnari. Causa in isto libello erit talis: quia iurauì. quæ poterit poni loco actionis. Si autem iurauì formiter: id est adiecta causa, vt scilicet quia ex caus. mut. debeb. tunc dicam: Vnde quia propo. condictionem certi, quæ nascitur ex mutuo, iurauì ex causa mut. mihi debe. peto, &c.

a ¶ *Item si quis.* scilicet actor. ACCVRS.

b ¶ *Postulante.* id est petente reo: vel deferente. si enim sine voluntate aduersarij iuraretur, nihil proficeret iuramentum: *vt ff. de iureiur. l. iij. in princ.*

c ¶ *Iurauerit.* vel ei remissum fuerit. *vt ff. de iureiur. l. non erit. §. fin. & l. sequenti. & Cod. de rebus creditis. l. actori.* ADDITIO. Idem si post acceptatum iuramentum, etiam antequàm iuretur, pœniteat deferentem: quia habetur pro remisso.

d ¶ *Deberi.* sic simpliciter: scilicet non adiecta causa quare debeatur: quod informiter a dicimus. si autem cum forma: veluti quia vendidi: tunc agitur actione vtili ex eo contractu, nata ex sacramento, cùm pro veritate accipitur: & aduersario similiter actionem tribuit, ac si verè contractus præcessisset. Idem est in aliis contractibus: *vt ff. de iureiuran. l. si duo. §. si quis iurauerit. & §. idem dicimus. & Marcellus.* Item circa actionem realem, si rem suam esse iurauerit: datur actio in rem vtilis: præterea in factum contra deferentem tantùm, vel hæredem: *vt ff. de iureiuran. l. nam postea. §. finali. & l. sequenti.* Et ita actori interdum datur in factum, interdum vtilis ex eo contractu, & vtilis in rem. Ex parte autem rei [b], si iurat in actione personali: tunc exceptionem tantùm parit. Si autem in actione reali, tunc distinguitur [c] an [d] iurauerit rem petitoris non esse: quo casu exceptio tãtùm datur. An suam esse: quo casu etiã actio, si res ad actorem redeat, non contra alium. Et hoc quod dixi in actore, habet locum si iuratur ex sacramenti delatione. sed si iuratur ex traditione facta occasione iurisiurandi, tunc Publiciana datur contra quemlibet: cùm sit iusta causa traditionis *vt ff. de iureiuran. l. nam postea. §. finali. & l. quia. & l. sequen. & de Publica. l. j. in fin. vsque ad l. eum, qui.* ¶ Nec obstat *in eodem titu. de iureiuran. l. eum qui. §. si parenti.* quia vbi verbum *dumtaxat* [e], dominum tantum excludit, contra quem Publicia non datur: *vt ff. de Publica. l. pen. §. finali.* ADDITIO. Hæc glo. in ista parte fina. communiter reprobatur. vide hîc ad longum per dominum Iasonem.

e ¶ *Iustissimè.* quia propter sacramentum datur.

a ¶ *Accommodat.* Et ideò vtilis est actio ad instar iudicati. *l. sed si poss. §. vlt. l. quod si iurauì. l. si duo. §. 1. ff. de iureiur.* CVIAC.

f ¶ *Actionem.* in factum. C. *de rebus credit. l. actor.*

g ¶ *Non illud quæritur.* etiam si periurium vellet probare: quia sufficit diuina vltio: *vt ff. de dolo. l. quòd si deferente. & l. sequen. & C. de re. cre. l. iij.* nisi in casibus: *vt Cod. de re. cre, l. fina. & ff. de iureiur. l. admonendi.* ¶ Et nota quòd [f] hoc sacramentum quod est de re. (*vt ff. eodem. de iureiurando. l. quotiens.*) id est de veritate (*vt ff. ad leg. Corneliam de fal. l. j. §. qui in rationibus.*) triplex inuenitur. [1] Voluntarium, [g] quod ex voluntate datur, suscipitur, & recusatur, & extra iudicium fit: *vt ff. eodem de iureiurando. l. iusiurandam, quod.* 2. Item necessarium [h], quod necessitate imposita à iudice defertur, & suscipitur: *vt arg. ff. de in lit. iu. l. final.* Nec enim potest hoc sacramentum referri, vel recusari, nisi prætendatur iusta causa recusationis: *vt Cod. de re. credit. l. generaliter. §. finautem.* 3. Item iudiciale, quod [i] sic dicitur à iudicio: quando scilicet pars parti sacramentum in iudicio defert, quod non est necesse subire: [k] sed potest recusari, & referri: *vt Cod. eodem d. re. cre. l. delata. & l. generaliter. §. sin autem.* Sed iure veteri non poterat recusari: *vt ff. eodem. l. manifestè.* [l] Sed secundùm P. ita demùm actio in factum datur ex sacramento, si sententia non subsequatur: aliàs quare oriretur actio in factum, cùm ex sententia eadem nasceretur: *vt Cod. de re. cred. l. actori?* Sed nos contrà. licèt enim duæ sint, & ad idem, & eodem nomine, non nocet: *vt ff. de act. emp. l. non est nouum. & ff. de fideiusoribus. l. hæres à debitore.* Semel tamen fiet exactio tantùm: *vt ff. de verborum obligationibus. l. qui his. & de regul. iuris. l. bona fides.*

Pœnales quoque.] CASVS. Multæ diuisiones consueuerunt notari in hoc §. adhuc tamen non habuimus principaliter nisi duas, quarum prima est, quòd omnis actio aut est in rem, aut in personam. Secunda est, quòd omnes actiones aut sunt ciuiles, aut prætoriæ. Sub materia autem prætoriarum multæ sunt diuisiones: quia prætoriarum aliæ sunt in rem, aliæ in personam. Item actionum prætoriarum personalium aliæ sunt pœnales, aliæ non pœnales. De prætoriis autem actionibus non pœnalibus personalibus dictum est suprà in proxi. §. De prætoriis autem personalibus videndum est in litera præsenti. Non solùm enim, dicit Iustinianus, introduxit prætor actiones personales non pœnales, imò & multas prætorias personales pœnales. & de hoc ponit tria exempla. Primum est, quòd prætor introduxit tria, actionem prætoriam personalem pœnalem in eum, qui album ipsius corrupit. Secundum est,

a Patres pro filiis: & domini pro seruis, an, & quo modo actione de peculio teneantur.

b Actio de in rem verso.

c *Versi. est in §. præterea.*

d Actio quod iussu.

e Actio exercitoria.

f Actio institoria.

g In hac materia vide casum singularem *in l. si ff. de exer.*

h Actio tributoria.

i *Versiculus est sub §. igitur.*

k Et non vltra, *vt l. 3. §. ex furtuna. ff. de pecul.* Adde id etiam verum esse in filio ante sententiam. Sed si filius ex delicto, vel quasi conueniatur actione in factum, datur in patrẽ quoque in factum vsq; ad peculij quã titatẽ *d. l. 3. §. idem scribit. ff. de pecul. & l. quod ait. & l. condemnatus ff. de noxa. secundum Dy.* Potest & hoc addi quòd si seruus deliquit, tum datur in dominũ actio, &c. quatenus peculiũ locupletiũ est: sed aduersus dominũ noxalis actio proponitur, ex qua ad peculium deuenit.

similem Glos. Sabey in l. 8. verb. & sato. C. de verb. cred. quam negat Bar. 24. com. 16.

l Informiter petit, qui causam petendi non adiicit.

b Iuramẽtum rei in personali, & reali actione quos effectus habeat.

c Iuret quis rem petitoris non esse, & suã esse interest.

d *adde Glo. l. sed si. 11. ff. de iurea iurando.*

e *Duntaxat* particula taxatiua.

f Iuramentum de re, seu de veritate triplex est: volũtariũ, necessarium, iudiciale.

g Iuramentum voluntarium quod deferatur volenti.

h Iuramentum necessarium à iudice defertur inuito.

i Iuramentum iudiciale quid.

k Pũtà quia iã probauit, vel se offert probaturum. *c. 2. extra de proba.* Itẽ si semel reuocatũ velit pars iterum deferre: *vt l. si quis iusiurandũ. C. de rebus cre.*

l Doct. tamen communiter tenent dictum *§. finautem.* no corrigunt & declarat dictã l. manifestè: vt per scriptores hic.

quòd prætor introduxit actionem prætoriam personalem pœnalem in eum, qui patronum, parentem ve in ius vocauerat, an tequàm hoc à iudice impetrasset. Tertium est, quòd prætor introduxit actionem prætoriam personalem pœnalem in eum, qui in ius vocatũ vi exemit: vel aduersus eum, cuius dolo fuerit exemptus. h. d. Franc.

Libellus contra corrumpentem album prætoris.

Annota; Hîc de tertio prætoriarum actionum genere, quas ideò pœnales appellamus: quia ad pœnam, non etiam rei persequẽdæ causa competunt.

Hîc de actionibus pœnalibus tangitur: & primò de illa, quæ datur pro albo prætoris corrupto. Erat enim album prętoris, dealbatio quædã posita in eminenti loco, in quo erat scriptum: de citando aliquem, vel de aliquo præcepto generali, vel speciali: *vt ff. de al. scri. l. j. & ij.* Et est pœna quinquaginta aureorum statuta contra corruptorũ malitiã: *vt ff. de iurisd. om. iud. l. si quis.* Forma ergo in hac act. sic lib. Dico ego a, contra b, quòd ipse corrupit album prætoris. vnde proponẽdi. contra ipsum actionem in factum, peto ipsum in quinquaginta aureis nomine populi mihi cõdemnari. Ista enim actio popularis debet dici à populo: quia ius populi tuetur: *vt ff. de popul. actio. l. ij.* Et erit causa istius actionis hæc: quia album prætoris corrupit, quæ poterit poni loco actionis.

Libellus in actione in factum, quæ datur patrono, vel patri contra libertum, vel filium, &c.

Est & alia actio in factum, quæ datur patrono contra libertũ, vel patri contra filium: & illa habet locum, quando libertus patronum in ius, venia non impetrata, vel filius patrem vocat: *vt C. de in ius vocan. l. ij.* & hoc in versicu. *veluti.* & est pœna illius quinquaginta aureorũ: *vt ff. de in ius voc. l. pen.* Forma ergo libel. sic in hac actio. Dico ego a, contra b, libertũ meum, quòd ipse me vocauit in ius non impetrata venia: & ideò incidit in edictum, & tenetur ad pœnam l. aureorum. vnde proponendo contra ipsum act. in factum, peto enndem mihi condemnari l. aureis nomine pœuæ. Et erit causa istius actionis: quia me patronũ in ius vocauit non impetrata venia. quæ proponi potest loco actionis. Et eodem modo si pater agat cõtra filiũ hac actione, formatur lib. Sed caue: quia hæc actio non datur contra filium qui est in potestate: quia etiam impetrata venia nõ posset patem in ius trahere: *vt C. de in ius vocan. l. finali.* quia nulla lis inter patrem, & filium esse potest, nisi de castrensi peculio, vel quasi: *vt ff. de iudi. l. lis nulla.*

a Continuatio huius §. ad præcedentem

b Pœnaliũ, & rei persecutoriarũ actionũ differentiæ.

c Ciuiles verò perpetuæ. *infra de perpetuis.*

d Actio tamen de dolo, rei persecutoria est, & odiosa. *l. 1. §. ait. l. debet. ff. de dolo.*

e Fallit, si pœnalis sit ex parte rei: rei verò persecutoria ex parte actoris: tunc enim vnius solutio alios liberat. *l. 1. §. si plures. ff. de eo, per quem.* fallit quoque si pœnalis non ex delicto: sed quasi delicto descendit, *l. 3. ff. de his, qui deiecerint.*

f Imò hæc pœna locum non habet in corrumpente albũ prætoris tẽporale, & specialem: sed arbitraria. *DD. hîc. per l. 1. § expilatores ff. de effractoribus.*

g Imò 500 vide Gloss. in d. *l. si quis.*

h Non habens in ære, luit in corpore: quod verum vbi pœna debetur ex delicto, non ex cõtractu: fallit quoque in nobilibus, & honestis personis: Fallit, si nolit, aut non petat aduersarius: Fallit in pœna extraordinaria, seu mulcta: vt & in minimis admissis.

a ¶ *Pœnales quoque.* Dictum [a] est suprà de prætoriis rei persecutoriis, nunc de pœnalibus prætoriis. ¶ Sed quæ est differentia [b] inter pœnales, & rei persecutorias? Resp. multæ. 1. Quia pœnales prætoriæ [c] sunt annales, excepta actione furti: *vt infrà de perpetuis, & temporalibus actionib. in prin.* Sed rei persecutoriæ sunt perpetuæ: *vt ff. de actio. & oblig. l. in honorariis.* 2. Item pœnales odiosæ sunt, rei persecutoriæ non [d]: *vt ff. de pœ. l. interpretatione.* 3. Itẽ pœnales non transeunt contra hæredes, nisi aliquid ad eos peruenit, vel lis sit contestata: *vt C. ex delict. defunct. l. j.* sed persecutoriæ sic: *vt ff. de ac. & ob. l. ex contractibus.* 4. Item vbi plures tenentur rei persecutoria, vno soluente cæteri liberantur, non ita in pœnali: [e] *vt C. de condic. furt. l. j. & ff. de lib. cau. l. vlti. & ff. ad legem Aquil. l. item Mela. §. si plures.* Accvrs.

b ¶ *Penè.* id est ferè. 2. Vel meliùs dic quòd abundat: nam verè multæ sunt, & sanè in vetustis codicibus non habetur, & prorsus vacat.

c ¶ *Quid.* id est aliquid.

d ¶ *Ex albo.* Erat enim album, dealbatio quædam posita in loco eminẽti: vt apparet *in Authenti. de lit. §. omnẽ. ibi, vocem enim præconum, &c. coll. viij.* in quo albo erat scriptum vel de citando aliquo, vel de alio præcepto generali, vel speciali [f]: *vt ff. de albo scriben. l. j. & ff. de iurisd. omnium iud. l. si quis id.*

e ¶ *Corrupisset.* vel positum sustulisset, quamnis nõ corruperit: & siue per se, siue per alium: & tũc ambo tenẽtur, nec vnus liberat aliũ: & est in quinquaginta [g] aureos: *vt in d. l. si quis. l. sequen.* tenetur etiam ille corruptor lege Cornel. de falsis: *vt ff. ad leg. Cornel. de fal. l. penul.* cuius pœna est deportatio, & omnium bonorum publicatio: in seruis etiam vltimum supplicium: *vt ff. ad leg. Corne. de fal. l. j. in fi.*

f ¶ *In eum.* sc. filium, vel libertum datur actio in factum, quæ est similiter pœnalis (vt superior) in quinquaginta aureos: quæ datur patrono, vel patri: & si libertus non possit soluere dictam pecuniam, castigabitur [h]. Idem fortè in filio: licèt noxaliter nõ detur: *vt ff. e. scilicet de in ius vocan. l. penul. & infrà de noxa. in fi.* Superior tamen punit solum dolum: hic solum factum considerat: *vt C. de in ius vocan. l. venia.*

g ¶ *Patronum.* subaudi, vel patronã: item filios, & patres eorũ: *vt ff. de in ius voc. l. j. §. j.* ¶ Et accipe hîc patronum, qui manumisit: vel pro quo iudicatũ est in casu ingenuitatis, & libertinitatis: vel si ex causa fideicõmissi manumisit: vel si emit eo pacto, vt manumitteret, & manumisit, vel non manumisit: sed ex constitutione diui Marci peruenit ad libertatem: *vt ff. de in ius vocan. l. adoptiuum. §. j. & l. is quoque. & l. sed si hac lege.* ¶ Item liberos patroni accipe mares, & fœminas, & parẽtes etiam adoptiuos a: *vt d. l. sed si hac lege. §. liberos quoque. & §. parentes.* Accvrs.

actiones prætor penè [b] † multas ex sua iurisdictione introduxit, veluti aduersus eum, qui quid [c] ex albo [d] eius corrupisset [e]: & in eum [f], qui patronum [g], vel parentem [h] in ius vocasset [i], cùm id non impetrasset [k].

a Quidam hoc hodie correctũ putant. *vide Ia. semen hîc.*

† *In correctis exemplaribus nũ scribitur dictio, penè.*

h ¶ *Vel parentem.* & hîc accipe matrem, & fœminam, & vsque in infinitum: vt etiam si Adam viueret, non posset vocari in ius sine venia. Item non refert si sunt legitimi parentes, vel naturales: *vt ff. de in ius vocan. l. iiij. §. j. ij. & iij. & l. patris. & l. adoptiuum. in prin.*

i ¶ *In ius vocasset.* id est iuris experiendi causa vocasset: *vt ff. de in ius voc. l. j.* & hoc siue causa sit ciuilis, siue criminalis multò magis. nam & tunc, scilicet quando causa est criminalis, etiam cum venia non potest: quia non [b] conceditur: *vt ff. de in ius vo. l. sed & si hac. §. prator ait. & ff. de accu. l. qui accusare. in fi. & l. his tamen. §. ij.* ¶ Sed quid si solum libellum dedit? Respon. non incidit in hoc edictũ: *vt ff. de in ius vocan. l. libertus. ij.* ¶ Item quid si non veniat vocatus? Respon. semper incidit: sed faciliùs remittitur hæc pœna quando vocatus nõ venit: *vt ff. de in ius voc. l. quamuis.* Sed quidam dicunt vocantem nullo modo cadere in edictum, si vocatus non venit: ex prædicta l. *quamuis.* & hoc ideò: quia verba cum effectu sunt accipienda: *vt ff. ne quis eum, qui in ius voca. est, vi exi. l. penul. §. docere.* Sed prima sententia verior [c] est: quia d. l. *quamuis.* non dicit quòd non incidat in edictum: sed quòd non remittitur pœna nisi causa cognita. ¶ Item nunquid [d] hæres potest vocare in ius sine venia? Et certè si extraneus est, potest: *vt ff. de obseq. præstan. à liber. l. hæres.* filius non potest vocare in ius sine venia. ¶ Sed quare secus in hærede liberti, & in hærede patroni? Respon. in primo odium vertatur: quod debet restringi. in secundo fauor, qui debet prorogari: *vt ff. de libe. & posthu. l. cùm quidam.* Item si alter agat tutorio nomine, vel curatorio: *argu. ff. de in ius voc. l. sed si hac lege. §. fi. & l. quæsitum.* Ratio quia nemini officium suũ debet esse damnosum: *vt ff. quemadmodum testa. ape. l. sed & si quis ex signatoribus.*

b Nisi ex magna causa: *Ric. Fab. Ang. Ias.*

c Cum quo, secundum Ioan. Fab. transeunt communiter doct. Sed Ia. dicit quòd imò approbãt aliã opinionem, vt tunc nõ committatur pœna, quę ratione citationis venit committenda.

d Ab hoc vers. vsque ad fi. nõ est glos. Accur. sed additio, secundum Ias.

k ¶ *Cùm id non impetrasset.* id est non petisset, & non accepisset, debet enim à prætore sic petere. Domine, permitte mihi vt possim conuenire patrem, vel patronum meum: vt colligitur *infrà de pœ. te. lit. §. fin. & ff. de in ius voc. l. iij. & iiij. §. j.* ¶ Illud etiam quæro, an hæc postulatio veniæ debeat fieri in personis omnium, qui in ius vocari non possunt, quæ enumerantur, *ff. de in ius voc. l. ij.* & si non fiat, quòd cadat in pœnam? Quidam dicunt quòd sic. Nos quòd non: quia hæc pœna in eum tantùm statuitur, qui incidit in edictum: at illæ personæ in edicto non continentur: quòd maximè probatur ex hoc §. Aliter tamen puto eos puniendos, prout placuerit iudici, ad [e] similitudinem istorum. ¶ Sed nunquid hęc petitio hodie est correcta, vt quia habent hodie liberti ius natalium, & generationis: *vt in Auth. vt liber. de ext. §. j. coll. vj*? Respon non: quia & ibi reseruantur iura patronis: maximè obsequialia, quæ natura debentur. ¶ Superiora quantum ad libertum plana sunt in filio distingue. aut erat emancipatus, aut in potestate. si emancipatus erat, habent locum superiora. si verò in potestate, tunc nec cum venia, nec sine venia potest conuenire patrem: *vt Cod. de in ius voc. & ff. de act. & oblig. l. actiones.* nisi pro castrensi, vel quasi castrensi peculio: *vt ff. de iudi. l. lis nulla.* & tunc cum venia: *vt ff. de in ius voc. l. adoptiuum. §. j.* [f] & hoc cùm agit contra patrem. Si autem contra extraneum: tunc secundùm vetera iura tantùm quinque actiones filiosa. competebant: *vt ff. de act. & oblig. l. filiusfamilias. & l. in factum actiones.* Sed hodie omnes venientes ex aduentitia causa: *vt dixi suprà per quas perso. nob. acqui. §. j.* ¶ Item quæro, quis iurabit de calumnia cùm filiusfami. in iudicio erit? Respon. si filius emancipatus petita venia patrem conueniat, iurabit filius, si maior est, aliàs curator ei dabitur ad litem: *vt in Authen. vt lic. ma. & auia. §. j. in fi. coll. viij.* Si autem sit in potestate patris, & agat de castrensi, vel quasi castrensi peculio: tunc iurat filius: cùm paterfamiliàs habeatur: *vt ff. ad Maced. l. ij.* Si verò esset minor, daretur curator liti, non personæ: cùm sit in potestate: *vt Cod. de cura. fur. l. fina. in princ. & de bo. qua lib. l. fi. a. §. si autem pro patre.* Si autem contra extraneum agat filius: si agat pater eius nomine, pater iurat: *vt C. de iur. propter calumn. dan. l. ij. § quod obseruari.* Si filius fortè patre absente: vel secundũ veteres leges in quinque casibus, vel secundùm nouas in omni aduentitia causa iurat filius, cùm suo nomine agat, & maior est, si modò pater in aduentitiis non habet vsumfructum: aliàs pater ageret, & responderet, & iuraret: *vt C. de bo. ma. l. j. in prin.* vbi verò filius iurat: licèt pater non habeat vsumfructum, debet tamen pater consentire filio agenti & respondenti: *vt Cod. de bo. qua lib. l. fi. in principio.* Additio. De isto iuramento vltra hanc gloss. vide per glos. in *l. ij. §. quod obseruari. C. de iur. propter calum. dan.*

e In criminalibus, & pœnalibus proceditur de similibus ad similia, secũdum Ang. hîc.

f Idem dic vbi cũque filius in potestate potest agere contra patrem: *vt not. per Gl. in d. l. lis nulla.*

a ¶ *Item*

a ¶ *Item aduersus eum.* scilicet datur actio in factum pœnalis: vt ecce cùm vocarem Titium in ius, qui tenebatur mihi actione temporali: dum esset in itinere, detinuisti eum vi, vel capiendo eum per personam: vel faciendo dolo vt alius eum detineret: & tantùm, quòd dies actionis meæ exiuit. teneris enim mihi quanti iurauero in litem, & sic est actio pœnalis ex parte mea: quia vltra rei veritatẽ fortè iurabo, & ex parte tua, quia das mihi aliquid, & tibi nihil adest: *vt ff. ne quis eum, qui in ius vocat. vi ex. l. penult.* §. j. ¶ Super hoc §. primò quæro: cùm duo sint tituli: *vt ff. ne quis eum, qui in ius voc. vi ex.* & alius titul. *de eo per quem factum erit.* de quo fit mentio in hoc §. j. Respond. de primo: quia inde oritur actio ex vtraque parte pœnalis, vt dictum est: sed ex alio est pœnalis ex parte rei tantùm: cùm ad interesse actoris detur: *vt ff. de eo, per quem factum erit. l. finali. j. resp.* [a] Item primus: de quo fit mentio hîc, consulit actori tantùm: *vt patet in l. j. & iiij. §. eximere. ff. ne quis eum, qui in ius voca. vi exi.* At secundus consulit & vocato, non solùm vocanti, *vt ff. de eo, per quem factum erit. l. j. § si reus. in fi. & l. fin. j. respon.* [b] Item primus habet locum quando aliquis exemptus est ante satisdationem. & post in ius vocationem: sed secundus post satisdationem scilicet factam iudicio sisti. & aliàs quæ firmant iudicium: *vt ff. de præto. stipul. l. j. in prin.* Et patet hæc differentia ex ordine [c] illorum titulorum. Item primus quando vi exemptus sit quis: at secundus etiam si sine vi: *vt patet in l. j. § si dolo, de eo, per quem factum est. & iit. ne quis eũ, qui. l. j. & ij. in fi.* [d] 2. Vel satis dici potest, quòd de vtroque hîc loquitur: quia licèt duo sint illi tituli: tamẽ de vno edicto sunt. Item & quod dicatur pœnalis actio etiam illa, quæ ex vna parte tantùm est pœnalis. ¶ Super hoc §. secundò quæritur. Nónne per conuentionem solam etiam iure veteri perpetuabatur actio: *vt ff. de act. & obligat. l. constitutionibus.* non solùm per noua iura: *vt C. de præscrip. xxx. an. l. cùm notissimi. & l. sicut?* Respon. hîc non per executorem, sed per suam denunciationem eum conuenerat [e]. Vel verbum *quasi*, positum in d. l. *constitutionibus*, assertiuè ponitur, non similitudinariè: & secundum hoc hodie esset correctum, quod hîc dicitur. 3. Vel dic [f] quòd talis fuit conuentio in illa l. *constitutionibus*, quæ pro lite contestata habebatur: vt quia actio erat temporalis, & libellus fuit principi datus: *vt Cod. quando libel. princ. da. lit. con. fac. l. j. & ij.* 4. Vel dic, secundùm Ioann. quòd leges veteres circa personales actiones loquuntur: vbi non perpetuantur per executorem: sed lex illa, *cùm notissimi. & l. sicut in rem.* loquuntur in reali. vnde adhuc etiã hodie non corrigitur quod hîc dicitur. ADDITIO. Hanc etiam impugnant doctores: quia d. l. *sicut. & d. l. cùm notissimi.* loquuntur tam in personalibus, quàm in realibus, secundùm Iaſ.

Item aduersus eum [a], qui vi exemerit eum, qui in ius vocaretur, cuiúsve dolo alius exemerit: & innumerabiles [b].

Actiones, quibus quæritur an quis sit liber, an seruus, libertus, an ingenuus, filius, an non, præiudiciales in eo sunt: quarum prima ciuilis est: reliquæ verò prætoriæ: ideò sic dicuntur, quia magnũ in eis præiudicium versatur, cùm per eas de statu hominis quæratur, aut quia cæteris quæstionibus præiudicium faciant: vt scilicet interea sileant, quando hæ ventilantur.

13. ¶ Præiudiciales [c] actiones in rem esse videntur: quales sunt, per quas quæritur an aliquis sit liber, vel seruus simpliciter. Secundum exemplum est in actione per quam vindico te in libertum meum. hæc enim actio est prætoria, & realis, & præiudicialis. Tertium exemplum est in actione, qua te dico filium meum esse, & hæredem, & vindico te in filium: tu autem econtrà viriliter te defendis. hæc enim actio similiter est realis, & prætoria, & præiudicialis. Scire tamen debetis, quòd vna istarum trium actionum ferè legitimã habet causam: id est ferè est ciuilis: illa scilicet, qua quæritur an aliquis sit liber, vel seruus. Cæterę autem duæ bene sunt prætoriæ. h. d. Franciscus.

a Et in hoc quòd actio in factum descendens ex edicto de quo in isto §. sit merè pœnalis ex parte actoris, & reiicèt docto. antiqui tenuerint cõtra. Gl. tamẽ Io. Fab. & alij doctor. moderni tenent cum Glo. vt per Iaſ. hîc.

b Hanc impugnãt doc. cùm sit eadem ratio ante satisdationem, quæ post: ergo idẽ ius: vt per Bar. *in l. 1. ff. de eo per quem fac. est.*

c *vide Gl. off. in Rubr. ff. de eo, per quem.*

d Hanc approbant communiter doc.

e Hæc Glo reprobatur: quia hæc materia loquitur quando quis iudicia ex auctoritate: imò iussu maioris iudicis fuit citatus. *l. §. 1. ff. ne quis eum, qui.*

f Displicet Iaſ. & est de mente aliorum.

Libellus in actione in factum contra eum, qui debitorem, &c.

Præterea datur actio in factum contra eum, qui debitorem alicuius vocatum in ius, vi detinuit, vel dolo detineri fecit, vt ipse liberaret eum à temporali obligatione, qua obligatus esset: & datur in ipsum actio in quantum actor iurauerit in litem contra ipsum: *vt ff. ne quis eum, qui in ius voc. est, vi exi. l. pen. §. j.* Et formatur libellus in hunc modum: Dico ego a, contra b, quòd ipse debitorem meum in ius vocatum, vi detinuit quò minùs in iudicio compareret, vt ita liberaretur debitor actione, qua mihi tenebatur. Vnde proponendo actionem in factum contra ipsum b, peto eundem b, quantum in litem iurauero, mihi condemnari. Et causa istius actio. est: Quia vi exemit à iudicio meum debitorem, & ita actio. qua mihi tenebatur, liberatus est. quam causam sufficit proponere loco actionis. Eodem modo formatur contra eum, qui procurauit vt alius eximeret. Sed quid si non vi: sed alio modo procurauit quò minùs veniret? Dic quòd tunc habet locum actio in factum, quæ procedit ex eo edicto, Per quem factum erit, quò minùs in iudicium veniret. & datur ad interesse actoris: *vt ff. de eo, per quem factum erit, l. fi. j. respon.* Et hæc est differentia inter hanc actionem, & superiorem, quæ descendit ex eo edicto, Ne vis fiat ei, &c. Et in vtraque eodẽ modo formabis libellum: sed in prima facies mentionem de vi: in secunda nequaquàm.

b ¶ *Innumerabiles.* imò numerari possunt: sed dicuntur innumerabiles: quia de facili non possunt numerari: vnde dicitur non posse fieri, quod cum difficultate fieri potest: *vt ff. de verb. sign. l. nepos Proculo.* Enumerat [g] ergo aliquas: vt est actio in factum de calumniatoribus: de qua dicetur *infr. §. quadrupli.* Item actio, Quod metus causa. Item furti manifesti. Item serui corrupti in duplum, de quibus dicemus *infr. eo. §. omnes autem actiones.* Sunt & aliæ in factum: vt de effusis, & eiectis, & de appensis: *vt ff. de his, qui deie. vel effu. l. si verò. §. prator.* Et aliæ multæ sunt, quas enumerare non expedit. ACCVRS.

g Actiones pœnales prætorię sunt multæ.

Præiudiciales autem.] CASVS. Suprà dictum est, quòd sub materia prætoriarum multæ sunt diuisiones. Quædã enim sunt actiones prætoriæ in rem, & quædam in personam. Prætoriæ autem in rem subdiuiduntur: quia quædam sunt pœnales, & quædam non pœnales: sicut iam suprà dictum est. modò redeundum est ad alterum membrum diuisionis primæ prætoriarum. scilicet ad prætorias in rem: & de illis scire debetis, quòd realium actionum prætoriarum quędam sunt præiudiciales, de quibus hîc tractat: & quædam non præiudiciales, de quibus dictum est supr. Et ponit Iustinian. tria exempla in isto §. in honorem sanctæ Trinitatis de actionibus prætoriis præiudicialibus. Primum exemplum est de actione in rem, per quam quæritur an aliquis sit liber, vel seruus simpliciter. Secundum exemplum est in actione per quam vindico te in libertum meum. hæc enim actio est prætoria, & realis, & præiudicialis. Tertium exemplum est in actione, qua te dico filium meum esse, & hæredem, & vindico te in filium: tu autem econtrà viriliter te defendis. hæc enim actio similiter est realis, & prætoria, & præiudicialis. Scire tamen debetis, quòd vna istarum trium actionum ferè legitimã habet causam: id est ferè est ciuilis: illa scilicet, qua quæritur an aliquis sit liber, vel seruus. Cæterę autem duæ bene sunt prætoriæ. h. d. Franciscus.

Libellus in actionibus præiudicialibus.

Hîc loquitur de præiudicialibus actio. Et primò videndum est de illa, qua quæritur an aliquis sit liber, vel seruus, & habet locum. quando aliquis vindicat sibi in seruum, eum, qui est in potestate, & possessione libertatis: vel quando is, qui est in potestate seruitutis, vindicat sibi libertatem. In primo forma sic libellum: Dico ego a, contra b, quòd licèt ipse b, sit in possessione libertatis: est tamen seruus meus: vnde vindico ipsum in seruitutem, & peto eundem mihi adiudicari. Et econtra si b, sit in possessione seruitutis Titij, sic formabitur libellus, Dico ego b, contra c, quòd licèt ipse c, me possideat in seruitute, siue in libertinitate: liber tamen sum: vnde vindico me in libertatem, & peto me liberum pronunciari: & ipsum c, ne me impediat vti libertate, mihi condemnari. Item forma sic libellum in illa præiudiciali, qua quæritur, an aliquis sit libertus, vel ingenuus Dico ego b, contra c, quòd licèt sit in possessione ingenuitatis, tamen est libertus meus: vnde vindico ipsum in libertum, siue in libertinitatem: & peto ipsum tanquam libertum meum mihi adiudicari. & econtrà si c, à b, possideatur vt libertus, proponetur sic libellus: Dico ego c, contra b, quòd licèt possideat me vt libertum: tamen sum ingenuus: vnde vindico me in ingenuitatem, & peto me ingenuũ pronunciari: & ipsum b, ne me impediat vti ingenuitate, mihi condemnari. Item in illa præiudiciali, qua quæritur an quis sit filius alicuius, an non, formabitur libellus hoc modo: Dico ego a, contra b, quòd licèt ipse sit in possessione sui iuris; tamen filius meus est: vnde vindico ipsum in filium, & peto eum in filium mihi adiudicari. Econuersò formabitur sic libellus: Dico ego b, contra a, quòd licèt ipse possideat me in filium: tamen dico me non esse filium eius. vnde vindico me in propriam libertatem, & peto me non filium eius iudicari, & ipsum a, ne me impediat vti propria libertate, vt extraneũ mihi condemnari. Istæ [a] autem act. dicuntur præiudiciales, vt hîc: quia præiudicãt omnibus aliis actionibus, vel quæstionibus, siue criminalibus, siue ciuilibus, quia primò quæritur, &c. *vt ff de origin. iur. l. j. & ij. in princip. ordin. cog. per totum.*

a Præiudiciales actiones quare dictæ.

c ¶ *Præiudiciales.* pro constanti ponit, quòd hæ prætoriæ sunt, cùm in tractatu prætoriarum ponantur. & sunt in rem: quia petitur, & vindicatur. Vnde quæritur quare non posuit has suprà inter reales prætorias? Respond. quia [b] quædam de eis est ciuilis: vnde eius occasione, & de cæteris hîc dicere reseruauit. ¶ Et sunt tres. Prima est, per quam quæritur an aliquis sit liber, subaudi, vel seruus. Secunda, an aliquis sit libertus, subau. vel ingenuus. Tertia est de partu agnoscente quatur, quæ filius à patre consequi debet: aliàs autem agitur de partu agnoscendo propter alimenta tantùm, & tunc filiatio ni non præiudicatur: quia summatim quæritur: *vt ff. de lib. ag. l. j. §. Iulianus. & l. si quis à liberis ali. §. si vel parens. & ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. l. si iudex.* licèt videtur contrà, *Cod. de ordi. cog. l. ij. §. fina.* Sed dic vt ibi. Sed dicunt quidam, & malè, quòd tãtùm duæ sit liber: id est ingenuus, vel libertus. & hæc vna. Aliam verò de

b Ista ratio cõmuniter reprobatur: quia secundum hoc deberent poni supr. in tract. ciuilium, & sic post §. *sed ista.*

partu agnoscendo non mutant. Sed prima opinio verior est: cùm sit commodius singulas causas singulis appellationibus distinguit: *vt supr. quib. mod. test. infir. §. alio autem modo.* Item quia posteà dicit, Cæteræ verò, &c. & ita loquitur de pluribus, excepta vna [1]. In prima ergo vbi quæritur an sit liber, vel seruus: dico quòd siue seruus agat contra dominum, dicens se esse liberum: siue econtrà dominus cõtra seruum: & seruus sit in possessione libertatis: quòd hæc actio in rem, quæ intenditur, est præiudicialis: *vt ff. de lib. cau. l. Liberis. §. fi.* Idem dico siue patronus vindicet libertum, siue libertinitatem, siue libertus se vindicet in ingenuitatem: vtraque est præiudicialis: *vt ff. si lib. inge. esse dica. l. fi. in princ. & §. fi.* Intenditur etiam hoc casu officium iudicis: *vt de iureiur. l. si duo patroni in princ. & ff. si lib. inge. esse di. l. j. & ij & ff. de rei vindi. l. j §. j.* Item dicas in tertia: vt siue agat pater petendo filium in filiationem, vel filius dicat se nõ filium: erit præiudicialis, & directa hinc inde. Sed quidam dixerunt quòd directa datur patrono, parenti, & domino: sed illa, quæ datur libertо, filio, & seruo, est contraria: quod nulla lege cautum inuenitur: licèt aliæ quædam inueniantur directæ, & contrariæ, vt mandati, depositi, & similes [b]. Sed qualiter formantur libelli in his? Resp. sic. Peto Io. filium meum iudicari, vt mihi patri debitam præstet reuerentiam, & alia quæ patribus à filiis debentur. & idem in patrono: & extunc lata sententia, alimenta patri, & patrono præstabuntur: *vt ff. de lib. ag. l. si quis à liberis. in princip. & §. solent:* quia sententia pro veritate accipitur: *vt ff. de statu hom. l. ingenuum.* Et probatur hæc libelli formatio, *Cod. de fideicom. l. j.* In seruo, & domino sic: Peto in seruum meum talem pronunciari: quia eum meum dico. Econtrà seruus, vel libertus, vel filius dicet, Peto me non inquietari à Titio, qui me in seruum, vel libertum, vel filium tenet: quia me tali vinculo non subesse dico: *vt Cod. de inge. manu. l. diffamari.* ¶ Vel sic, Peto vt ingenuus, vel liber, vel non filius pronunciet contra Titium: quia sic se rei veritas habet. Et differt hæc ab ea, qua petit pater filium in potestatem ex iure Romano: cùm ibi tantum de potestate quæratur: hîc autem de filiatione: *vt ff. de rei vindicatione. l. j. §. j.* & hîc dicitur. Item hæc prætoria, vt hîc: illa ciuilis: Quibus autem modis filius possit peti, diximus §. *de patria potestate. §. ius autem potestatis.* ¶ Item quare [c] dicuntur præiudiciales? Respondè secundùm quosdam: quia [d] in modum ceptionis proponuntur, & ita præiudicant: vt si agas contra me ex hæreditatis petitione, & ego obiiciam tibi quòd seruus sit defuncti, vel quia ipse defunctus seruus fuit: *vt ff. de petitione hære. l. si quis libertatem.* tunc non possit esse lis inter nos: *vt ff. de iudic. l. lis nulla. & supr. de obligat. quæ ex delic. §. hi, qui.* & facit pro hac sententia, *Cod. de oruli. cogni. l. j. & de petit. hæredi. l. liber. & ff. si quis ingenuus esse dicatur. l. fi. 2.* Alij dixerunt ideò dici præiudiciales: quia sententia lata super his fit præiudicium omnibus aliis quæstionibus: *vt ff. de statu hominum. l. ingenuũ. & ff. de liberis agnoscendis. l. j §. fi. & l. ij.* Sed certè secundùm hoc etiam querela inofficiosi testamenti dicitur præiudicialis: quia præiudicat aliis quæstionibus: *vt ff. de inoffici. testamento. l. Papinian. §. fin.* Sed contra hanc sententiam est, *ff. de libe. cau. l. si seruus.* Sed [e] ibi non fuit pronuntiatus ingenuus, vel collusio ibi fuit. 3. Vel dic secundùm Ioann. quòd præiudiciales ideò dicuntur: quia omnes aliæ quæstiones, quæ interim inter eas personas mouentur, debent silere: *vt Cod. de ordi. cog. l. j. & iij. & ff. de libe. cau. l. ordinata.* & ad hoc facit optimè, *ff. de noxa. l. penulti. j. respon.* Nisi esset talis causa, quæ ageretur etiam si constaret eum esse seruum, quod est quandoque: *vt ff. de iudic. l. vlt.* Sed secundùm hoc cùm quæritur inter patronum, & libertum de libertinitate: non est hæc quæstio præiudicialis: cùm aliæ quæstiones interim inter eos possint exerceri, venia tamen petita: *vt supr. eo. §. & in eum.* Sed dic quòd illæ quæstiones quiescunt, quæ non competerent, si constaret eum esse libertum: *vt ff. de in ius vocan. l. sed si hæc. §. penulti. & fina.* Item quid si nulla alia quæstio moueatur? nonne tunc istæ dicuntur præiudiciales, cùm non habeant, cui præiudicent? Azo dicit quòd non. Sed Ioa. contrà. Inspicitur enim aptitudo [f]: quia habilis est esse præiudicialis: sicut Augustus dicitur, licèt non semper augeat: *vt supr. in rubrica proœmy.* ¶ Item nunquid sunt plures [g] præiudiciales, nisi hæ tres? Respondeo sic: vt hereditatis petitio. Nam & tunc cessant omnes aliæ quæstiones, donec ista intenditur: *vt ff. de petit. hæredi. l. si quis libertatem. & l. diuus. in fin.* licèt hodie contrarium sit: *vt C. de petit. hæredit. l. fi. §. j. & ij.* ¶ Item quo iure adscriptitij [h] coloni, censiti, & similes petuntur? Respon. vtili [i] præiudiciali, nõ [k] directa: & ipsi coloni se petunt in libertatem contraria præiudiciali vtili, non directa. Ideò vtili: quia liberi sunt, non serui: *vt in Authentic. de sanctissimis episcopis. §. adscriptitios. & §. si seruus. collat. ix.* Item ideò præiudiciali: quia parum [l] à seruis distant quo ad seruitia, quæ facere debent: *vt Cod. de agricolis, & censitis. l. ne diutius. lib. xj. 2.* Sed alij dicunt quòd officio iudicis petuntur, & petunt: *vt Co. in quibus causis coloni censiti domi. accusare possunt. l. j. lib. xij.* Sed certè officium [m] iudicis non potest locum habere ad futuras præstationes: *vt ff. de vsur. l. j.* Alij dixerunt habere locum negatoriam, & confessoriam vtilem: & quæ detur directa in seruitutibus aliis, hæc vtilis hîc detur: quod nihil est. ¶ Item si quis ad aliqua annua [a] seruitia teneatur: quo iure petitur vt condemnetur, vt præster in posterum, & ipse quo iure petit absolui? Respond. satis puto quòd iudicis officio hoc fiat, siue [b] promissa fuerint hæc seruitia, siue ex consuetudine habeantur hæc seruitia, siue ipsa præstita longo tempore ex promissione petuntur: *vt ff. de vsuris. l. cùm de in rem verso.* quæ promissio probabitur [c] ex longo vsu, vt ibi.

ADDITIO. ¶ Et not. quòd verba sententiæ, Condemno te ad soluendum par caponum tali domino omni anno, secundùm quod tui antecessores fecêre: nullam penitùs conditionem faciũt; sed cõdemnatus simpliciter tenetur: *vt per Bart. in l. eum, qui. §. Iulianus. ij. ff. de constitu. pecun. & in Extrauagant. ad reprimendam. in verſic. prout.*

[1] Hanc §. probant omnes: quia pluralis locutio non potest esse contenta minori numero, quàm duobus. *l. vbi numerus. ff. de vsibus.*

[b] Hæc Gl. communiter approbatur: licet postea sic sibi contraria: ibi, *item quo iure adscriptitij*, &c.

[c] Prætudiciales actiones quare dicantur.

[d] Hæc opinio secundum Ias. nõ est vera: quia quocunque modo proponantur, semper sunt præiudiciales.

[e] Hæc opinio reputatur à docto de risoria.

[f] Aptitudo rei spectatur.

[g] Præiudiciales actiones plures tribus non sunt: si præiudicialem intelligimus & accipimus quæ personæ præiudicat.

[h] Adscriptitij coloni censiti vtili præiudiciali, non directa, aut officio iudicis petuntur: *vt hîc*: quidam tamen putant etiam officio iudicis eos peti: alij negatoria, & confessoria vtili.

[i] Præiudicialium actionum aliæ directæ.

[k] Actionem directam, & contrariam nunquam oriri ex contractu feudi, nisi in casibus in iure expressis, hinc colligit Caccialu. *tract. de feudi cognit. art. 3. reg. 1. adde Gl. l. omnino. ff. de impensis.*

[l] Adscriptitij, coloni censiti parum à seruis differunt, quod ad seruitia attinet, quæ facere debent.

[m] Officium iudicis locum nõ habet in futuris præstationibus, nisi ratione præsentis iuris.

toris iurisdictione substantiam capiunt.

Eam rem, quæ nostra est, actione personali non adsequimur. ineptè igitur agit, qui rem suam sibi dari petit: cùm dare sit dominium transferre.

[a] Seruitia annua, officio iudicis petuntur.

[b] Seruitia debentur ex promissione, consuetudine, præstatione diuturna.

[c] Probatur promissio seruitij ex longo vsu.

[a] ¶ *Vel libertus sit.* Interpretes addidêre, *an seruus*, quod superfluũ est. Addidêre & alia præiudiciorum exempla. ipse tria hæc dũtaxat agnosco. Nam quod ait l. iij. *ff. de lib. agnos.* locum esse præiudicio, si disceptetur, an vxor fuerit, eò pertinet, vt in præiudicio de agnoscendo, illa quæstio disceptetur, an vxor fuerit. & in *l. Impp. de priuil. cred.* non, *præiudicio; sed per iudicem.* rectiùs in aliis codicibus legitur hoc sensu: frustrà desiderari per principem rescindi venditionem, cùm per iudicem experiri liceat. Legendum enim etiam est, *per principem*: quanquam Flore. duntaxat legatur, *principem.* CVIACIVS.

[a] ¶ *Ex quibus.* scilicet tribus præiudicialibus quæstionibus. ACVRSIVS.

[b] ¶ *Ferè.* ferè ideò dicit: quia in ciuilibus quæstionibus quatuor considerantur. scilicet actor, reus, iudex, & ipsa res. Hic autem est idem, qui conuenit, & conuenitur, & res. Vel ideò: quia prætor introduxit de partu agnoscendo. & à senatusconsulto confirmatur.

[β] ¶ *Ex quibus fere.* Quid cod. *ex quibus ferè*; malim, *ex quibus certè.* fuitque iam olim similis error in *l. quidquid. de verbo. oblig.* Huius autem sententiæ ratio ea meo iudicio verior est, quam Placentinus tradit *in lib. Actionum.* CVIAC.

[c] ¶ *Legitimam.* scilicet de iure ciuili.

[d] ¶ *Liber sit.* subaudi, vel seruus.

Sic itaque.] Aduerte diligenter quòd hic §. difficilis sic clarè potest summari [d]. Actor pro re sua non potest intentare actionem personalem ad dandum contra aliquos, nisi contra fures: contra quos omnis condictio degenerat. Sic declaro: quia condictio non competit nisi quando dominium est translatum: sed in furem dominium rei subtractæ non transfertur, & tamen condictione furtiua ipse tenetur. igitur condictio degenerat. Ex hoc habes quòd nemo potest condicere rem suam præterquàm à fure. Vel sic, & clarissimè summatur. Qui debet intentare personalem, cùm sint distinctæ. hoc dicit. ¶ Et diuiditur [e] iste §. principaliter in tres partes. Primò ponit regulam generalem illarum ex præcedentibus, secundùm glos. sed secundùm doctores, epilogatiuam. Secundò ponit vnam fallentiam ibi, *Planè.* Tertiò, naturam actionum realium, & personalium, & earum differentias, ibi, *Appellamus.* Itẽ prima subdiuiditur: quia primò ponitur quędam illatio, seu epilogatio ex supradictis. Secundò ponit rationes. Secunda ibi; *Nec enim.* CASVS. Inter omnes principales diuisiones actionum, hæc principalior est: scilicet quòd actiones aut sunt in rem, aut in personam. Hæc enim diuisio locum habet in iure ciuili, & in iure prætorio. Cùm igitur superiùs dictum sit quòd actiones quædam sunt in rem: & quædam in personam, & etiam quędam sunt reales, & quædam personales: & hoc siue sint ciuiles, siue prætoriæ: sic itaque discretis, & diuisis actionibus, scilicet quòd quædam sunt in personam: necessarium est naturam vtriusque videre. Natura autem actionis realis est, vt per eam petat aliquis rem suam sibi restitui. Ista autem natura realis non tangitur hîc nisi in fi. §. quasi incidenter, vbi dicitur qualis sit aduersus eos hæc in rem actio, per quam aliquis rẽ suam petat. Natura autem actionis personalis est, vt per eam petat quis rem alienam sibi dari. Certum est ergo aliquem non posse petere rem suam per actionem personalem, per quam personalem dicat aduersarium dare oportere: quia quod meum est, meum amplius fieri non potest: sed dare est accipientis facere: quare non potest aliquis agere ad rem suam petendam actione personali: quia intendit aduersarium suum dare oportere. Hoc verum est communiter loquendo: in quibusdam tamen casibus possum petere rem meam per actionem personalem. vt patet in condictione furtiua. quanquam enim hoc regulariter sit verum, quòd actione personali non possit quis rem suam petere: in odium tamen furti est statutum contrarium in hoc casu: vt scilicet contra fures actio ad petitionem dupli, si quidem sit furtũ non manifestum: vel ad quadruplum, si sit manifestum, competat domino ad rem suam recuperandam condictio furti: quæ est personalis actio: nõ obstante

[d] Summarium

[e] Diuisio.

stante quòd dominus rei est,& eam potest vindicare. Franciſc.

Libellus in condictione certi generali.

Hîc tãgitur de condictione, & primò dicendum est, quòd est quædam condictio certi generalis, quæ datur pro omni eo, quod debetur: *vt ff. si certum petatur.l.certi.* & in ea forma sic libellũ: Dico ego t, contra l, quòd ipse mihi debet equum ex causa empt. vnde proponendo cõtra ipsum condic. certi, peto eundem l, ad traditionem equi ex causa præmissa mihi condemnari. Eodem modo forma libellum in ista generali condictione, si ex aliqua alia causa tibi certum debeatur.

Libellus in condictione certi speciali.

Itẽ sunt aliæ condictiones speciales: vt cõdictio certi ex mutuo, condi. certi ex stipu. condi indebit. sine causa, & similes, in quibus formatur libellus sicut in generali condictione: sed tantummodò in condictionibus generalibus adsignatur causa: quia alicui non datur aliqua condictio ex re sua: sed tantùm pro eo, quòd debetur ex causa alia, nisi ex causa furtiua. Illa enim pro re sua tantummodò datur contra furem, & eius hæredem: & est speciale in ea, vt pluribus actionibus teneatur fur: *vt in hoc §. sic itaque. & ff. vsufru. quemad. ca. l. fi.*

a ¶ *Sic itaque.* formatur hoc itaque ex illa diuisione, quæ fit ẽ. eo. §. i. q. d. dictum est quæ sunt in rem actiones, & quæ in personã: itaque sic eis discretis, id est separatis, & diuisis, patet quòd hæc regula est vera: quia personalis actio, quæ competit ad dãdum non competit pro re sua alicui, vt hic. Ideò dixi, *ad dandum*: quia [a] ad tradendum bene potest dari actio personalis: vt commodati, depositi, & similes, & ita est vis inter dare & tradere: vt hîc subiicit, & *ff. de act. empt. l. ex empto. in principio. & ff. de verborum obligat. l. vbi autem. in fin. & l. si rem tradi. & l. nemo.* & quod subiicit, *si apparet*: id est quia apparet eum dare oportere. & ita agitur in personam, vt aliquid detur. Sed quidam dicunt, vt P. quòd hæc verba, *si apparet eum dare oportere.* sunt nomina cuiusdam actionis. Accvrsivs. ADDITIO. Dic quòd istud, quòd hîc dicit glos. secundùm Pla. nihil est dicere: sed textus vult dicere, si apparet, id est si agat dare oportere: quia medium concludendi non debet esse istud: sed ad tradendum, vel constituendum, vt dicit glos. Angel.

b ¶ *Oportet.* id est oportet quòd non detur. est enim impossibile quòd detur, vt subiicit: quia dare est accipientis facere: vt subiicit, nec res, quæ, &c.

c ¶ *Magis.* Sed opponitur pluries deberi potest: *vt ff. de except. rei iudic. l. & an eadem. §. actiones. in fi. §.* ergo pluries dominium potest fieri meum. Sed non sequitur. nam licèt pluries debeatur: tamen semel facta sua, non debet plus fieri sua: vt ibidem dicitur: *& ff. de acquir. poss. l. iij. §. ex pluribus. & sup. de leg. §. sed & si rem legatarij.* nisi iterum desineret esse sua: *vt ff. de verb. obliga. l. si rem meam.*

d ¶ *Planè odio.* Sed in quo vertitur istud odium? Respon. [b] quia in condictione furtiua quis de facto infamatur apud bonos & graues viros: *vt ff. de obsequiis à lib. & eo. liber. l. honori.* licèt non infamia iuris: *vt ff. de actionibus, & obligationibus. l. cessat.* Sed in rei vindicatione, neque de facto, neque de iure infamatur. Item multa veniunt in condictione furtiua, quæ non veniunt in rei vindicatione: vt quia interitu rei non liberatur [c], sed in rei vindicatione sic: *vt ff. de condict. furt. l. in re.* & ideò malum est furi quòd etiam hac actione teneatur. Item sicut prodest alicui plures habere reos debitores: *vt ff. de lib. lega. l. si quis decedens. §. finali.* & habere plures actiones: *vt ff. de legat. ij. l. cùm filius. §. variis.* ita econtrà debet ei nocere si pluribus teneatur actionibus, licèt etiam nulla alia sit vtilitas. Item nunquid vna tollitur per aliam? Dic quòd sic: *vt ff. de condict. fur. l. si pro fure. §. furti.* Accvrs.

e ¶ *Si apparet.* id est quia apparet eos, &c. id est dicere, actione in personam. ¶ Sed videtur hoc stare non posse: nam certum est eum, qui agit, dominum fuisse, ergo & nunc est: quia sine facto suo dominium ab eo discedere non potuit: *vt ff. de regulis iuris. l. id, quod nostrum. & C. de probationibus. l. siue possidetis.* ergo non potest agere vt sibi detur quod est suum: & tamẽ hîc dicit quòd sic. Sed dic relationem esse faciendam ad genus, non ad speciẽ: quasi dicat, ea actione, per quam aliàs agitur ad dandum: scilicet personali: sed non ad dandum intenditur. Et ita est mirabile, quòd rem meam per personalem actionem peto restitui, aliàs contra: *vt ff. quemadmodum vsufruct. ca. l. fi. & ff. de condictione indebiti. l. si vrbana.* Sed est speciale, vt hîc dicitur. 2. Vel dic

ferre: excepta tamen condictione furtiua, quæ aduersus furem competit.

14. ¶ Sic itaque [a] discretis actionibus, certum est non posse actorem suam rem ita ab aliquo petere, si apparet eum dare oportere. Nec enim quod actoris est, id ei dari oportet [b]: quia scilicet dari cuiquam id intelligitur, quod ita datur, vt eius fiat: nec res, quæ iam actoris est, magis [c] † eius fieri potest. Planè odio [d] furum, quò magis pluribus actionibus teneantur, effectum est, vt extra pœnam dupli aut quadrupli rei recipiendæ

nomine fures etiam hac actione teneantur, si apparet [e] eos dare oportere: quamuis sit aduersus eos etiam hæc in rem actio [f], per quam rem suam quis esse petit.

Reales actiones ad vindicandum dantur: personales verò, quas etiam abusiuè condictiones appellamus, ad dandum, vel faciendum competunt.

15. ¶ Appellamus autem in rem quidem actiones, vindicationes [g]: in personam verò actiones, quib. [h] dare, aut facere oportere intenditur, condictiones [i]. Condicere enim est denunciare [k] «, prisca lingua [β]. agi etiam ad dandum: scilicet possessionem dandam: quam amiseram per furtum [a]: *vt ff. de acquirenda possessione. l. rem, quæ nobis. & ff. de condict. tri. l. ij.*

f ¶ *In rem actio.* id est rei vindicatio, quæ pro dominio de iure ciuili, vel gentium quæsito intenditur: *vt ff. de rei vindicat. l. in rem actio.* ¶ Item not. quòd hic §. locum habet in quolibet malę fidei possessore alienæ rei, non solùm in fure: *vt supr. de rerum diuisione. §. si tamen. & ff. de cond. triti. l. j. in fine. & l. ij. in princip.* [b] Interdum etiam contra bonæ fidei possessorem datur condictio ratione possessionis: *vt ff. de cond. indebit. §. sed & si nummi.*

Sed nunquid etiam rem suam potest quis à non fure per cõdictionem sine causa condicere: *vt ff. de condic. sine cau. per totum.* Resp. secundùm quosdam, ibi dicitur condictio actio personalis: non tamen talis, per quam intendatur vt aliquid detur. Alij dicunt, quòd si alicubi inueniatur condictio sine causa pro re sua competere: de vtili intelligendum est. ADDITIO. Dic secundùm Ioannem Fab quòd prima est verior: nam per eam non agit dominus ad dandum, nisi contra furem, supple & malæ fidei possessorem, *vt hic in gloss.* sed ad restituendum, vel fortè ad possessionem agi debet, secundùm Angelum.

Appellamus autem.] Casvs Iam dicta est natura realium actionum, & personalium: quia realis datur ad rem suam persequendam: personalis autem ad debitum. Modò quia de realibus, & personalibus dixerat actionibus dominus Iustinianus, ad vberiorem eorum doctrinam plus de illis in litera præsenti determinat: & dicit quòd appellamus actiones in rem, vindicationes: & ideò vbi in C. & ff. tractatur de realibus actionibus ab illis, qui erant legum compositores, intitulatur titul. *De rei vindicatione.* Actiones autem in personam, quibus dare, vel facere oportere aliquid intendimus, vocamus condictiones. Et ita omnes actiones personales de mundo condictiones possunt dici. & hoc erat olim cõsonum effectui actionis in personam: sed hodie non est ita. In actionibus enim personalibus olim fiebant denuntiationes, quæ fiebant per verba solennia in actione personali tantùm: & quicunque cadebat à syllaba, cadebat à causa. Aliis modis exponitur ista denuntiatio in notula. Sed hodie cessant istæ denunciationes: & propterea vocantur abusiuè actiones in personam. hoc dicit. Franciscus.

g ¶ *Vindicationes.* siue rerum corporalium, de quibus est, C. *de rei vind. per totum. & ff. de rei vindi. per totum.* siue rerum incorporalium, *de quibus est. ff. si vsufru. petatur. per totum. & ff. si ser. vin. per totum.* siue sint directæ, siue vtiles istę vindicationes: *vt ff. de Pub. per totum. & ff. si ager vectig. per totum.*

h ¶ *Quibus.* ideò dicit, *quibus*: quia sunt & aliæ [c], quibus non intendimus dare facere: sed restitui: vt commodati actio, & depositi & similes: & istæ non appellantur condictiones in stricta significatione accepto vocabulo, vt hîc dicitur [d]. 2. Vel dic quòd etiam in actione commodati, & depositi, & similibus intenditur dari [e], vel fieri, scilicet ipsa detentio rei, quasi ipsum factum possit quis in stipulationem deducere: *vt ff. de verborum obligationibus. l. vbi autem nõ apparet. §. quis.* id. quod non fieret, nisi aliquid daretur: cùm suæ rei nulla sit stipulatio, sed alienæ tantùm: *vt supr. de inutil. stipulation. §. j.* Accvrs.

i ¶ *Condictiones.* scilicet appellamus.

k ¶ *Denunciare.* Dicunt quidam, quòd qui volebant alium conuenire, primò sibi denuntiare debebant: *vt ar. ff. de serui. vrb. prædi. l. quidam.* Sed hæc non placet: quia ex voluntate, aut bonitate, vel vrbanitate hoc fit, non necessitate. ¶ Sed dic [f] quòd hęc denunciatio fiebat per magistratus, cùm actiones constituebant, vel dabant: *vt ff. de origin. iur. l. ij. §. omnium.* quod est hodie sublatum: *vt in fine huius. §. dicitur. & Cod. de form. l. j. & ij.*

« ¶ *Denuntiare.* Denunciationem sequebatur actio in personã. Terentius, *Ego te cognatum dicam, & tibi scribam dicam*: vbi Donatus, A denunciatione, inquit, in personam, ne diceret, non mihi denuntiasti. Cvias.

β ¶ *Prisca lingua.* In iure augurali condictio est denunciatio, cùm denunciatur, vt ante diem tertium quis ad inauguran-

dum

† *Concord. cum hoc text. c. inter dilectos. ante fin. ibi, cùm iura legum. cum Gloss. super verò quod meum. extra de fi. instru. & Glo. in c. si diligenti. super ver. iustitii. post princ. ibi, & quod meum est. extra de præscrip.*

a Actio ad dandum: & ad tradendum differunt.

b Hanc Glo. sequitur Iason: & est de mente aliorum.

c Odio furis: quia semper fur dicitur in mora: & moro sus interitu rei non liberatur, *Ias.*

a Hæ solutiones reprobantur à docto. vide hîc per eos.

b Dic secundũ Ioa. Fab. quòd Gl. procedit in malæ fidei possessore contrectante rem mobilem: qui sciẽter contrectando committit furtum. *C. quod cum eo. l. si liberum. & de fur. l. si alienum.* sed ego intelligo generaliter in omni malę fid. posse qui rem aliquam detinet scienter contra voluntatem domini: quia contra eũ potest condici, & agi ad dãdum. *l. si quis nec causam. §. i. ff. de reb. creditis.* Angel.

c Hanc Glo tenent Ioa Fab. Placen. Angel. & Ias.

d Hanc approbant docto. quia hîc semper loquitur solum de actionibus, quæ cõpetunt ad dandum: sed istæ, de quibus in Gl. comm. etunt ad reddendum, seu restituendum. *l. j. §. si rediita. & l. si vt certo §. rem tibi dedi ff. commo.*

e Nihil est. *Fab. Plac. Aug. & Ias. Fab Pla.*

f Idem Io n. Fab Pla. Aug. & Ias & est singul. secundum Ang. & Ias.

dum odsit:auctore Seruio in Virgilium.CYIAC.

a ¶ *Abusiuè.*verè abusiuè dicitur condictio;id est actio in personam:quia non bene consonat nomen rei,quam signat:quod fieri debet:*vt supr.de dona.§.est & aliud.*

Sequens.] Iste §.vsque ad §. *Quædam.* diuiditur in duas partes. Primò ponit vnam sententiam principalium actionum.Secundò declarat eam per exempla.Secunda ibi;*Rei persequēdæ.* CASVS. Dicit glossator, & malè, quòd hîc ponitur quarta diuisio. Si enim loquamur de principalibus diuisionibus, quæ traduntur à prædecessoribus nostris,non est nisi tertia principalis. Prima enim fuit hæc; Actionum quædā sunt in rem, & quædam in personam.Secunda fuit hæc; Actionum quædā sunt ciuiles,& quædam prætoriæ.Tertia autem principalis est diuisio ista.. Connumerando autem subdiuisiones præhabitas cum principalibus diuisionibus, hæc est quarta diuisio Prima enim fuit hæc, quòd omnis actio aut est in rem, aut in personam.Secunda hæc est,omnis actio aut est ciuilis, aut est prætoria. Tertia hæc est:prætoriarum alia in rem, alia in personam.Quarta hæc est,omnis actio personalis prætoria, aut est pœnalis,aut non pœnalis.Quinta hæc est,prętoria in rem,aut est præiudicialis,aut non præiudicialis. Et hæc, de qua agimus in præsenti,est sexta. Supponendo ergo quòd sit tertia diuisio principalis: venio ad casum, in hunc modum: Post duas diuisiones principales, de quibus suprà dictum est, ponit hîc Iustinianus tertiam diuisionem principalem: & erit talis diuisio: Inter omnes actiones de mundo,quædam sunt inuentæ causa rei persequendæ,& quædam causa persequendæ pœnæ, & quædam mixtæ,tam gratia rei persequendæ,quàm pœnæ Rei persecundæ causa inuentæ sunt omnes reales actiones,& ferè omnes personales,quæ ex contractibus nascuntur: veluti cùm aliquis pecuniam mutuam,vel in stipulatum deductam petit. & de hoc etiam potes habere exemplum in commodato,& mandato, etiam pro socio,& in actione ex empto,& vendito: ex locato, & conducto. Personales,quæ ex contractibus nascuntur, ideò dixi, ad differentiam illarum,quæ ex delictis nascuntur. *Ferè* autem ideò dixi propter quandam actionem personalem, quæ ex contractu procedit:& tamen in quatuor casibus est pesecutoria rei, & pœnæ. Hæc autem est actio depositi.Si enim rem meam penes te deposuerim causa incendij,vel ruinæ,vel tumultus, vel naufragij: & postea non vis mihi eam restituere,vel dolum in ea feceris:conueniri potes in duplū,hoc dicit.Videtur quòd ista diuisio sit eadē cum diuisione superiùs habita,quæ est quòd actionum prætoriarum personalium quædam est non pœnalis,& quædam pœnalis. Frater, non est eadem. Hæc enim diuisio est in contractu ciuilium. vnde hîc dicitur quòd ciuiles quædam sunt pœnales, & quædam non.Prior autem fuit in contractu prætoriarum, & sic non est vna,& eadem cum altera. Item scire debes, quòd actiones mixtæ dicuntur duobus modis. Vno modo dicitur actio mixta, quæ continet rem, & pœnam, & de tali mixtione loquitur hîc.Alia enim mixtura est:quòd quædam actiones dicuntur mixtæ,quia sunt in rem,& in personam. Et de illa mixtione habes *infr.eo.§.quædam.*hoc dicit. Franciscus.

b ¶ *Sequens.*Hæc est tertia diuisio actionum in hoc tit. ACCVR.

c ¶ *Comparatæ.*id est adinuentæ.

d ¶ *Mixtæ.*Sed nonne quædam sunt,quæ nullum horum habēt: vt si ago ne quid fiat in loco sacro,vel sancto:vel si factum est,vt tollatur:& aliæ similes,quæ neque ad rem,neque ad pœnam, neque mixtim se habent:sed vel ad rei reuerentiam, vel ad publicam vtilitatem dantur?Respond.satis ad rei persecutionem:scilicet diuinæ,vel reipublicæ pertinent: cuius nomine agere video, vel etiam meo nomine [a], cùm cuilibet interfit Deum venerari; *vt C.de hæret.l.iiij.* ACCVRS.

a Probatur hęc Glossa ab omnibus.

Rei persequenda.] Iste §.diuiditur in quinque partes. Nam primò ponit de actionibus rei persecutoriis.Secundò de actionibus mixtis ex contractu descendētibus.Tertiò ponit vnam regulam, vel summulam in actionibus ex maleficio descendētibus Quartò illud per exempla declarat.Primò ponendo de actionibus pœnalibus Secundò de actionibus mixtis Secunda principalis est in versic.*plane.*Tertia in §.*ex maleficus.*Quarta in §.*pœna.*Quinta in vers.*sed & lege.*

Libellus in actione ex stipulatu.

Hîc tangitur de actione ex stipulatu:& hæc datur quando aliquid incertum promittitur:*vt supr.de verb.obliga. in princip.*& formatur sic libel Dico ego a,contra b,quòd ipse promisit mihi facere domum per stipulationem: & quia non fecit, propono contra ipsum actio. ex stipulatu, & peto ipsum ad interesse meum (quod æstimo x.) mihi condemnari. Istius libelli formatio potest elici *ex l.si quis ab alio. §. si quis.ff. de re iudic.* Et licèt nomen act. non ponatur in libello; sufficit tamē ponere causam, hanc scilicet: quia domum per stipulationē mihi facere promisit, & non fecit.

Libellus in actione commodati.

Item in actione cōmodati,de qua hîc,formatur sic libellus: Dico ego m, contra a, quòd ego commodaui sibi codicem meum ad scribendum: vnde propono act. commodati cōtra eum finito vsu, ad quem codex fuit commodatus: & peto eundem a, ad restitutionem codicis mihi condemnari. Et erit causa in ista actio.qua sufficit proponere, hæc: Quia commodaui sibi codicem meum ad scribendum:& vsus finitus est.

Libellus in actione depositi.

Item in actione depositi, de qua etiam hîc,formatur sic libellus:Dico ego t,contra l,quòd ego deposui penes eum Digestum meum vnde proponendo contra eundem,actionem depositi,peto ipsum ad restitutionem Digesti mihi condemnari.& erit causa in ista act.quam sufficit proponere,talis, quia deposui. Et aduerte quòd datur in simplum act.depositi,nisi in his casibus, scil. quando depositum est causa incendij,tumultus,ruinæ,& naufragij:in quibus casibus si depositarius inficietur, tenetur ad duplū: *vt hic versi.planè.& ff.depos.l.j.* & formatur sic libellus : Propono ego l,contra t,quòd ego ob timorem incendij Digest. meum apud ipsum deposui : & quia inficiatur depositum, proponendo contra ipsum act.depositi,peto eundem t, mihi in duplum condemnari.Et erit causa in hac act.quia deposui apud ipsum rem,& ipse inficiatus est. Item eodem modo forma libellum quando petitur in aliis quatuor casibus,sc.quando causa tumultus,incendij, ruinæ, & naufragij depositum est.

Libellus in actione mandati.

Item in actione mandati,de qua etiam hîc, formatur sic libellus:Dico ego t,contra s,quòd ego sibi mandaui vt emeret mihi equum:& ille suscepit mandatum:sed ille non impleuit: propter quod damnificatus sum ad valorem decem librarum: & tantum æstimo interesse meum.vnde proponendo contra ipsum act.mādati,peto eundem s, in x.libras nomine interesse mihi condemnari.Ista enim actio tunc demùm competit, quando recipit interesse.ad interesse enim datur:*vt ff.manda.l.si procuratorem.§. mandati actio.*

Libellus in actione pro socio.

Est & actio pro socio,de qua etiam in hoc §. & habet locum, quando societas inter aliquos contrahitur consensu: *vt ff.pro soc. l.vt sit.*& nascitur finita societate:*vt Cod. eo. l.tamdiu.*& formatur libellus sic: Dico ego t,quòd s,& ego iniuimus societatē emendi vinum vsque ad centum libras.vnde cùm ipse socius nomine societatis tantum de vino emerit, peto partē vini deducto capitali mihi adiudicari,& ad restitutionem dictę partis ipsum condemnari.Et erit causa in ista actione talis: quia contraximus societatem.& similiter datur propter dolum, vel culpam socij:*vt ff. pro soc.l.nemo.l.seq.& C.eo.l.iiij.*

Libellus in actione ex empto.

Item etiam hîc agitur de actione ex empto: in qua sic forma libellum:Dico ego t, contra s, quòd ego emi equum ab eo pro x.libris.vnde proponendo contra ipsum actio.ex empto,peto eūdem ad restitutionem equi mihi condemnari.Ex parte autē venditoris petitur sic:Dico ego s,contra t,quòd ipse debet mihi decem ex venditione talis equi, quem sibi vendidi,& tradidi.vnde proponendo contra ipsum action.ex vendito,peto ipsum t,in illis x.libris mihi cōdemnari.Et erit causa in hac actio.talis:Quia vendidi,& tradidi.

Libellus in actione locati.

Est & finaliter actio locati,de qua hîc:in qua sic forma libellū; Dico ego b, contra c, quòd ego locaui sibi domum talem vsque ad an

ad annum pro mercede decem librarũ constitutа mihi. & promissa ab eodem c: vnde proponendo contra ipsum act. locati: peto ipsum in decem libras mihi condemnari. Et econtrà conductor proponet hoc modo: Dic ego c. contra b, quòd ego cõduxi talem domum ab eo pro mercede decem librarum sibi promissarum, vnde pro ponẽdo contra ipsum actio. ex conducto, peto eundem b, vt domũ conductam ad habitãdum mihi tradat, condemnari.

sa cõparatæ sunt omnes in rem actiones [a]. Earum verò actionum, quæ in personam sunt, eæ quidem, quæ ex contractu nascuntur, ferè [b] omnes rei persequendæ causa comparatæ videntur: veluti quibus mutuam pecuniam, vel in stipulatum deductam petit actor [c]: item commodati, depositi, mandati, pro socio, ex empto, vendito, locato, conducto [d]. Planè si depositi agatur eo nomine, quòd tumultus, incendij, ruinæ, naufragij causa depositum sit: in duplum [e] actionem prætor reddet, si modò cum ipso, apud quem depositum sit, aut cum hærede eius de dolo ipsius [f] agitur: quo casu mixta est actio.

Actionum descendentium ex maleficiis quædam sunt persecutoriæ pœnæ tantum, quædam mixtæ tam rei, quàm pœnæ. primum per vnum: vltimum per tria exempla declarat. Aretinus.

18. ¶ Ex maleficiis verò proditæ actiones, aliæ tantùm pœnæ persequendæ causa comparatæ sunt, aliæ tam pœnæ, quàm rei persequendæ, & ob id mixtæ sunt. Pœnam tantùm persequitur quis actione furti. siue enim manifesti agatur agatur actione furti manifesti ad quadruplum, siue non manifesti ad duplum: totum duplum, vel quadruplum est pœna: quia propter istam actionẽ competit domino rei vindicatio ad rem suã vindicandam, siue ille fur rem suam possideat, siue aliquis alius: & præter hoc datur cõdictio furtiua contra furem. & sum in versicu. *Vi autem bonorũ rapto.* In superioribus dictum est de actionibus descendentibus ex delicto, quæ persequuntur pœnam tantùm: modò videndum est de illis actionibus, quę proficiscuntur ex delictis, & sunt mixtæ tam rei, quàm pœnæ. Et de hoc ponit duo exempla. Primum est in actione vi bo. rapt. quæ datur intra annum ad quadruplum: & ita est mixta, & continet rem, & pœnam. Secundum exemplum est in actione leg. Aquil. quæ quando datur contra inficiantem, est in duplum: & vnum simplum est pœna, & aliud pro rei persecutione: & ita similiter est mixta: quia continet rem, & pœnam contra inficiantem. Et etiam potest esse mixta actio. leg. Aquil. veluti si quis seruum meum occidit, qui tempore, quo occidebatur, luscus fuit, vel aliter fuit ita deterioratus, quòd vilis pretij erat: in anno tamen retro magnæ æstimationis, vel magni pretij fuerat: & tunc condemnabitur occisor quanti plurimi fuit in anno retrò. Ex primo capite, in versic. *item mixta* casus est talis: Vidistis supra de realibus actionibus, quæ sunt rei persecutoriæ tantùm: & etiam de personalibus quæ descendunt ex contractu: quæ sunt reales ferè omnes: & de actionibus personalibus, quæ descendunt ex delictis, quæ sunt mixtæ: modò intendo dicere de quadam actione personali, quæ non descendit ex quasi contractu nec ex delicto, sed est personalis mixta, quæ descendit ex quasi contractu: & est mixta tam rei, quàm culpæ: & de hac venio ad tale exemplum: Quidam testator fecit testamentum: ipse aliquid reliquit alicui Ecclesiæ, vel alicui venerabili loco. hęres testatoris distulit soluere id legatum, donec in iudiciũ vocaretur. ille hæres conuentus actione ex testamento, quæ descendit ex quasi contractu, condẽnandus est in duplũ. & hoc dicit. Frater, actio ista ex testamẽto, de qua fit mentio in isto §. descendit ex quasi contractu: *vt supr. de oblig. quæ ex quasi contractu nascuntur.* Alij voluerunt dicere quòd prosequitur hoc modo materiam suam inchoatam: & quod hic tractatur de delictis & propter delictum est hoc, quòd condemnatur ad duplum, videlicet quia distulit soluere donec in iudicium euocaretur. sed dico quòd ex procrastinatione. & pro mora sua condemnatur in duplum vnde dico quòd descendit actio ista ex quasi contractu. h. d. Franc. de Aret.

Libellus in actione furti manifesti.

Ex maleficiis.] Hic tangiter de actione furti manifesti, in qua sic forma libellum: Dico ego a, contra b, quòd ipse palam surripuit equum meum: vnde proponendo contra ipsum actio. furti manifesti, peto eundem in quadam summa pecuniæ nomine pœnæ mihi condemnari. Et erit causa in hac actione, quam sufficit proponere talis: Quia furtum fecit manifestum. Et eodem modo forma libellum in act. furti non manifesti. sed hæc est differentia: quia in prima actio. quadruplum est pœna vltra rei restitutionem: vt in hoc §. in secũda verò, scilicet furti non manifesti, duplum est pœna vltra rei persecutionem.

Libellus in actione vi bonorum raptorum.

Vi autem bonorum] In actione autem vi bonorum raptorum, de qua hic, sic formatur libellus: Dico ego c, cõtra b, quòd ipse è manibus meis talem rem vi rapuit: vnde contra ipsum actio. vi bonorum raptorum proponens, peto eundem b, in quadruplum (re in ipso quadruplo cõputata) mihi condemnari: *vt hic. in §. vi autem bonor. rapto. & supr. vi bonorum raptorum. §. quadruplum.* In furto autem manifesto totum quadruplum est pœna. Et erit causa in ista actione sicut dictum est. Quia talem rem tapuit de manibus meis.

Libellus

---

a Actiones in rem decem numero sunt.

b Iuramentum in litem præstatur in actionibus realibus.

c Idem Angel. & Ias.

d Depositi actio quatuor casibus ab initio rei est persecutoria: & tamen quia ex contumacia crescit, pœnalis est.

e Quia ibi loquitur de pœna conuentionali: hic de legali. Angel. & Ias.

f Glo. sequuntur Ang. & Ia.

g Dic quòd illud interesse non venit iure actionis, sed officio iudicis. Fab. Angel. & Ias.

h Magistralis Gl. secundum Angel. hic.

i Hanc Gloss. impugnant Ioan. Fab. & Ias. hic. Est enim ridiculum quòd actiones hic enumeratæ, & cæteræ bo. fid propterea quod in eis iuretur in litem, sint pœnales: per ea quæ habentur *supr. in d. §. pœnales. in Gl. magna. in verb. autem ad uersus.*

a ¶ *In rem actiones* scilic. [a] quæ decem sunt: vt diximus *supr. eodem. §. item Seruiana.* Sed certè videtur quòd sũt omnes pœnales. nam in [b] eis iuratur in litem: *vt ff. de rei vindic. l. qui restituere. & ff. de in lit. iurand. l. in actionib.* ¶ Sed dic quòd illud, scil. iuramentum in litem non fit iure actionis sed officio iudicis: *vt infr. eod. §. præterea. in fi. §.* vnde non dicuntur pœnales. [c] Alij tamen dicebant quòd ideò non dicebantur pœnales: quia non originaliter illud fit, quòd crescant per sacramentum in litem: sed ex contumacia: *vt ff. de in lit. iurand. l. j.* & ideò magis attendebant quod naturaliter erat, quàm quod incidenter. Sed certè actio [d] depositi quatuor casibus ab initio est rei persecutoria: & tamen dicitur pœnalis inspecto quòd crescit ex contumacia: *vt infr. proxi. & infr. eod. §. quadrupli. aliàs §. at ille.* vnde primam responsionem approbo. ADDITIO. Secundùm doct. hæc gloss. videtur aduersari gl. magnæ positæ in *§. pœnales, in versic. item aduersus. in prin. supr. eod.* quæ videtur concludere, quòd ibi illa actio dicatur pœnalis: quia iuratur in litem. & tamen secundùm eos constat quòd illud iuramentum venit offic. iudic. sicut in qualibet alia actione: & dicunt hanc gloss. esse veriorem.

b ¶ *Ferè.* ferè dicit propter actionem ex stipulatu, per quam pœna petitur: nec inspicitur quid interfit: *vt supr. de inuti. stipu. §. alter.* secundùm quosdam. quod est falsum [e]: imò propter actionem depositi in quatuor casibus: *vt infr. subiicit.* Item propter actionem redhibitoriam, quæ datur in duplum aduersus venditorem, qui neque pretium, neque accessiones soluit: *vt ff. de ædil. edi. l. redhibitoria.*

c ¶ *Petit actor.* ad vtramque autem [f], scilicet ad mutuum, & ad eam pecuniam, quæ in stipulatum deducta est, certi condictio datur: *vt ff. si cer. pet. l. si quis certum. & suprà, de verbo. obliga. in princ.* ita quòd ad mutuum detur condictio specialis de mutuo: *vt supr. quib. mo. re con. oblig. in princip.* ad pecuniam deductam in stipulationem detur condictio certi generalis, si certum sit: *vt supr. de verborum. obligation. in princip.*

d ¶ *Conducto.* sed nonne omnes istæ dantur ad interesse, etiam quod est extra rem: *vt ff. de act. emp. l. j. in prin.* ego peto aliquid, quod tibi non abest: ergo sunt pœnales. [g] ¶ Sed dic tribus modis dici actionem pœnalem [h]. Primò illa, quæ hincinde est pœnalis: vt furti, & similes: quando peto quod mihi non abest, & quod tibi non abest, & hoc modo acceptæ dicuntur hîc istæ non pœnales. Secundò quando est pœnalis ex parte vna: scilicet ex parte rei tantùm: quod est vbicunque actoris interesse excedit id, quod reo adest: & in hac significatione actiones istæ dicuntur pœnales: scilicet ex empto, & similes: & etiã rei vindicatio, quando inlitem iuratur. Et quòd inspecta persona rei tantùm pœnales dicantur, probatur *ff. de eo, per quem fac. erit. l. j. §. si plures. & l. fin. & supr. eo. §. pœnales.* [i] Tertiò dicitur pœnalis inspecta persona actoris tantùm: vt si accepisti ab aliquo aliquid vt me accusares per calumniam. nam repeto, licèt nihil mihi absit, à te scilicet, cui est: vt probatur, *ff. de calum. l. generaliter. §. illud erit notandum.*

e ¶ *In duplum.* scilicet si reus inficietur: *vt infrà, eodem. §. sed furti.* ACCVRSIVS.

f ¶ *Ipsius.* sci. hæredis. ex dolo enim defuncti in simplum tantùm: *vt ff. depos. l. j. §. j.* Et ratio quare in his quatuor casibus datur in duplum, & in aliis in simplum, est. quia, hîc ex necessitate deponitur: nec potuit prouidere, apud quem deponeret: *vt ff. de po. l. j. §. meritò.*

Ex maleficiis,] CASVS. Iam vidistis vnam diuisionem, in qua cauetur quòd actiones aut sunt introductæ rei persequendæ causa, aut pœnæ tantùm, aut sunt mixtæ: & de illis, quæ sunt introductæ tantum rei persequendæ causa, iam habuistis: quæ sunt omnes reales actiones. & ferè omnes personales, quæ descendunt ex contractibus: modò vult tractare de actionib. procedentibus ex delictis: quarum quædam sunt pœnæ persecutoriæ tantùm, & quædam rei tantùm, & quædam mixtæ tam pœnæ, quàm rei: & sic prosequitur partes illas primæ diuisionis hîc positæ in *§. sequens illa diuisio.* Et primò tractat de actionibus ex maleficiis procedentibus, pœnam tantùm persequentibus, & de hoc ponit vnum exemplum: scilicet in actione furti. Si enim

Libellus in actione legis Aquiliæ.

Sed & legis Aquiliæ.] Item in actione legis Aquiliæ sic forma libellum contra negantem: Dico ego c, contra b, quòd ipse per culpam suam occidit seruum meum, quem æstimo decẽ, & si negat se ipsum occidisse, proponendo cõtra eum act. legis Aquiliæ, peto eundum b, in duplum, scilicet in xx. mihi condemnari, vt vnum simplum sit pro damno dato, & aliud pro pœna, quia negauit. Contra confitentem autem formatur libellus similiter sicut dictum est suprà proxim. sed simplum petitur. Erit autẽ causa in priori actione talis; scilicet quia damnum dedit, & sic erit in primo casu pœna: in secundo verò non. Preterea in alio casu est pœnalis: quia si agitur ex primo capite legis Aquiliæ, æstimabitur res quanti plurimi fuerit retrò intra annum. Si verò agatur ex tertio capite, tunc æstimabitur res quanti plurimi retrò fuerit intra xxx. dies: *vt* §. *ad leg. Aqui.* §. j. j. *resp. & ex hoc tamen capite. & §. de act.* §. *sed & legis Aquilia.* & tunc in ea sic forma libellum. Dico ego c, contra k, quòd ipse occidit seruum meum, qui valet x. sed hoc anno valuit xxx. vnde proponẽdo contra ipsum actio. legis Aqui, quia debet mihi fieri æstimatio serui occisi quanti retro plurimi fuerit intra annum, peto eundem mihi in triginta condemnari. Eodem modo forma libellum si agatur ex tertio capite; sed non fiet æstimatio nisi quanti plurimi retrò fuerit intra xxx. dies.

quadrupli a, siue non manifesti dupli: de sola pœna agitur. Nam ipsam rem propria actione persequitur quis; id est, suam esse petens b, siue fur ipse rem possideat, siue alius quilibet c. Eo amplius aduersus furem etiã condictio d est rei.

19. ¶ Vi autem bonorum raptorum actio mixta est: quin in quadruplo e rei persecutio cõtinetur: pœna autem tripli est. Sed & legis Aquiliæ actio de damno iniuria dato, mixta est non solùm si aduersus inficiantem in duplum agatur: sed interdum, & si in simplum f quis agat: veluti si quis hominẽ claudum, aut luscum occiderit, qui in eo anno integer, & magni pretij fuerit. tanti enim damnatur, quanti is homo in eo anno plurimi † fuerit, secundùm iam traditam g diuisionem.

¶ Item mixta h est actio contra eos i, qui relicta sacrosanctis Ecclesiis, vel aliis venerabilibus locis i, legati, vel fideicommissi nomine, dare distulerint k; vsque adeò, vt etiam in iudicium l vocarentur. tunc enim & ipsam rem vel pecuniã, quæ relicta est, dare compelluntur, & aliud tãtum pro pœna m: & ideò in duplum eius fit condemnatio.

Aliæ quoque sunt actiones mixtam causam tam in rem, quàm in personam habentes: cuiusmodi sunt diuisoria iudicia: in quibus quotiens res, quæ commodam diuisionem accipere nequit, occurrit: permittitur iuuendi. l. illud. ¶ Item quid si non inficietur; sed dicat non valere: vel aliam proponat rationabilem causam? Resp. quidam, quòd puniuntur: ne inueniatur via, per quam negantes suam exerceant auaritiam: *vt sup. vi bonorum rap.* §. *quia tamen.* Alij contra. quod f verum puto: *vt infr. eodem.* §. *at illæ.* Item nunquid hoc in legato generali, & speciali locum habet? Resp. sic, secundùm Ioann. cùm vtrumque sit legatum: *vt supr. de fideicommiss. here.* §. *fi. & Co. de fideicommiss. l. in principio.* ¶ Item quid si duplum non potest soluere? Resp. luat in corpore: *vt ff. de pœn. l.* j. § *generaliter. & C. de seruis fug. iuis. l. quicunque.* §. *quod si. & in glo. castigatio. & ff. de in ius vocando. l. pe. & fi.*

l ¶ *In iudicium.* Quid si in iudicium non vocantur; sed aliàs sunt in mora? Resp. quidam ad hoc idem, vt dupletur g. sed hîc lex contradicit. Item in dubijs pœnæ sunt molliendæ: *vt ff. de pœnis. l. interpretatione.* Sed dicam currere vsuras, & fructus deberi ex mora o: & ipsa re, id est sine interpretatione dicam moram committi ad instar minorum, quibus legata debentur: *vt Cod. in quib. caus. in integ. rest. non est ne. l. in minorum.* ¶ Item quid si reipublicæ, vel fisco relinquatur? Videtur quòd idem sit, quòd hîc dicitur, cùm ius diuinum, & publicum simile sit: *vt C. de sacrosanct. Eccle. l. fin. & in Auth. de non alie.* §. *si minus. coll. ij.* Sed dico contrà l: quia pœnæ sunt molliendæ, vt diximus: *vt ff. de pœnis. in pen.* ¶ Item quid in redemptione captiuorum? Videtur idem, quasi sic rei venerabili sit relictum. Sed certè k non l exrendam, scilicet id, quod dicitur in hoc §. ad hunc casum: cùm sit pœna. ¶ Item quid si Deo, vel alicui sancto, vel administratori, quæ idem valent: *vt in Authent. de Eccle. tit.* §. *si quis in in nomine. coll. ix. & ff. ad leg. Fal. l.* j. §. *si quis, &* §. *ad municipium.* Resp. locum habet hic §. quia venerabili loco est relictum: *vt ff. de annu. lega. l. annua,* §. *à Titia.*

ADDITIO. Not. ex hac gloss. quòd in pœnalibus non fit extensio de similibus ad similia, quando pœnæ imponuntur, habito respectu ad priuilegium alicuius personę, etiamsi ipsi casus essent à iure æquiparati: vt pulchrè per Iaſ. hîc, qui allegat duas glossas iuris can. contrarias. vide per eum.

m ¶ *Pro pœna.* si hæc est ratio vt sit mixta, patet m quòd condictio ex lege illa *si quis in tantam* sit mixta: *vt C. vnde vi. l. si quis in tantam.* Item & illa condictio, quæ datur ex lege Constantini: *vt Co. finium regund. l. si constiterit.* & omnes illæ actiones: vbi & res, aliquid pro pœna petitur. quod verum est.

Quædam actiones.] Diuiditur in tres partes. Primò ponit dictum generale. Secundò illud per exempla declarat. Tertiò ponit quæ possunt esse partes iudicis in istis actionibus. Secũda ibi; *Qualis est.* Tertia ibi; *In quibus tribus,* &c. Aretinus. CASVS. Dictum est suprà de quibusdam actio. quæ mixtæ sunt tam rei, quam pœnæ, ponit modò de quibusdam mixtis, quæ sunt tam in rem, quàm in personam. Et scitote quòd posset dici, quòd hîc adiicitur tertium membrum illius diuisionis, quam habuistis *supr. eod. in primo.* vbi dicitur quòd actionum quædam sunt in rem: & quædam in personam. Et ibi posset addi tertium membrum, quod hîc ponitur, scilicet quòd quædam sunt mixtæ, vt ibi dictũ est de actione hac, quæ est mixta in rem, & personam. Ponit hîc dominus Iustinianus mihi tria exempla. Primum exemplum est in actione in factum, quæ competit cohæredibus de diuidenda hære-

a Clandestina an grauius, an verò mitius puniantur, quàm quæ palam facta sunt. *adde Glos. l. 2. §. & generaliter. ff. vi bonorum raptorum vbi dixi.*

b Hoc verum in his quæ sunt de genere prohibitorum: secus in his quæ possũt esse licita Nic. Bald. Ioa. Fab. Plac. Angel. & Iaſ.

c Cõdictio furtiua datur soli domino, cuiusve hæredi aduersus furem, eiusve hæredem.

d *Idem Nic. & Iaſ.* & est de mente aliorũ.

e *Idem Dy. Ioa. Fab. & Angel.*

f Cum opinio istius Gl. transeunt indistincte doctor. hic

g *Idem Nic. Fab. Pl. Ang. & Ia.*

non alie. §. *nos igitur. coll. ij.*

a *Idem predic. scrib.*

b *Idem Nic. Fa. Plac. & Iaſ.*

† *al.* plurimi & magni pretij fuerit.

c Non est opus litis contestatione. secundũ Iaſ.

d Hoc verum quando ecclesia vellet vti confessione, & per eam probare legatum: aliàs secus. *Nico. Fab. Pla. & Iaſ.*

e Hãc conclusionem, & precedentem limita, nisi interueniret iustus error: quia forte excusaretur. *vide Ioan. Fab. hic.*

f *Hanc Gl. vide ad fi. sequentes Nic. Fab. Pla. & Iaſ.*

g Hoc verum si negatur citatio requiritur vocatio in iudicium.

h Hæc Glo. est sing. secun. Iaſ

i Et bene. *Ange. & Iaſ.*

k *De hæc vide Bal. in l. cum negantem, C. ad leg. Aquil.*

l Imo secundum *Fab. Angel. & Iaſ.*

m Condictio ex lege *si quis in tantam*, & ex *l. si constiterit C. finium regund.* est sæpè mixta.

a Et malè *Fab. Ang* Iaſ.

b Familia hæreditat

c Erciscer diuidere.

d Actio f liæ erciscu eur mixt catur.

e Actio f liæ erciscu diuersa r ne realis, sa persona

f Præscrib actioni f liæ erciscu triginta a & hoc qui cùm alter tum possi aliàs dur communic nõ currit scriptio. *Glo. l. 3. §. ad Cod. de ac except. Bal tract. de pra parte 4. q. 13*

g Commun liquid esse societate sect.

hæreditate. Secundum exemplum est in iudicio communi diuidundo: quod redditur inter eos, inter quos aliquid est cõmune sine societate, vt diuidatur. Tertium exemplum est in actio. finium regundorum, quæ habet locum inter eos, qui confines agros habent. Et in his tribus iudiciis licebit iudici ex bono, & æquo vni rem adiudicare, & illum, cui res est adiudicata, in certa summa pecuniæ alij condemnare. hoc d. Franciscus.

Libellus in actione familiæ erciscundæ.

Hîc tangitur de actione familiæ erciscundæ quæ habet locum inter cohæredes: & nascitur ex quasi contractu: *vt supr. de oblig. quæ ex quasi contractu nascũt. §. idem iuris.* dum tamen ambo possideant, vel confiteantur se hæredes. & fortè in ea formatur libellus sic: Dico ego g, contra s, quòd fuimus cohæredes in tali hæreditate, vnde proponendo act. famil. erciscun. contra illum, peto illam hæreditatem diuidi. Et dico quòd in ista actione, & duabus sequentibus permittitur iudici rem vni adiudicare, & illum alteri in certa summa pecuniæ condemnare, prout ipsi videbitur. & erit causa in hac actione, Quia fuimus cohæredes.

Libellus in actione communi diuidundo.

Item simili modo formabis libellum in actio. communi diuidundo: quæ habet locum inter eos, quibus est aliqua res communis sine societate, veluti legata, vel donata, vnde oritur ex quasi contractu: *vt ff. de oblig. quæ ex quasi contractu. §. item si inter aliquos.*

Libellus in actione finium regundorum.

Est actio finium regundorum, de qua hîc loquitur: in qua ita formatur libellus: Dico ego b, cõtrac, quòd inter me, & ipsum habemus duos fundos: ipse vnum, & ego alium, adeò confines, quòd vix possint agrorum fines discerni. vnde proponendo cõtra ipsum actionem finium regundorum, dico ego, & peto vt fines diuidantur, & merè discernantur, sic vt finalis iurgij quæstio sine controuersia inter nos sopiatur.

a Et malè Bal. Fab. Angel. & Ias.

b Familia pro hæreditate.

c Erciscere pro diuidere.

d Actio familiæ erciscundæ dicitur mixta dicatur.

e Actio familiæ erciscundæ diuersa ratione realis, diuersa personalis.

f Præscribitur actioni familiæ erciscundæ triginta annis, & hoc quidem cùm alter tantum possidet, aliàs durante communione nõ currit præscriptio. *adde Glo. l. 1. §. ad hoc. Cod. de annali except. Balbum tract. de præsc. 4. parte 4. q. 13.*

g Commune aliquid esse fine societate potest.

a ¶ *Quædam actiones.* hîc adiicitur secundùm quosdam [a] tertium membrum illi diuisioni, quam habes *supr. eo. §. j.* vt ibi diximus.

a ¶ *Erciscundæ.* Sex. Pomp. Erctum scitum, quod fit inter consortes, vt in libris legum Romanarum legitur. Erctum à coercendo dictum est. Vnde erciscundæ, & ercisci. Sunt autem eæ tres actiones ex XII. tabul. quod & ipsæ actionum appellationes indicant, quæ sunt antiquæ: *vt l. 1. famil. erciscun. l. vlti. fin. reg.* CVIACIVS.

b ¶ *Familiæ erciscundæ actio.* ista ideò sic dicitur, quia familia [b] pro hæreditate ponuntur: & erciscundæ. id est [c] diuidendæ. nã erciscо, cis, id est diuido, diuidis, quasi dicat actio diuidendæ hæreditatis. ¶ Item ideò dicitur [d] mixta. 1. Quia in qualibet re mihi adiudicata partem habeo iure meo: & quo [e] ad hoc est in rem. Item partem vice consortis, & vt ab eo quia portio mea erat sua, & quo ad hoc est personalis. 2. Vel ideò dicitur mixta, quia in ea petuntur dominia rerum corporalium non dari, sed tradi, vel adsignari pro parte sua: & in hoc dicitur realis. Item petuntur fructus: si alter tantùm eos perceperit: vel ipse solus impensas fecit: & hæc petuntur dari: id est vt fiant sui, cui dantur. & propter hoc dicitur personalis: *vt ff. fam. erciscun. l. item Labeo. §. familiæ. & supr. de oblig. ex quasi contractu. §. item si inter. & supra eodem. §. sic itaque.* ¶ Sed quanto [f] tempore durat? Respond. xxx. annis. inspecto potiùs quòd sit personalis: *vt Cod. de anna. except. l. j.* ¶ Item quæro ex quo nascitur? Respo. secundùm Mar. ex voluntate agentium: *vt ff. famil. erciscund. l. j.* Sed certè imò ex quasi contractu: *vt supr. de obliga. quæ ex quasi contractu. §. item si inter. in fi.* ACCVRSIVS.

c ¶ *Communi diuidundo.* quæ sunt hîc loco realium præstationum, & quæ loco realium, dic eodem modo vt proximè diximus in actione familiæ erciscundæ: & idem in proximo casu. *& facit ad hunc §. ff. communi diuidund. l. per hoc iudicium. §. sicut.*

d ¶ *Aliquid commune.* sc. [g] sine societate, vel cum societate: *vt ff. pro socio. l. quibus. & l. si actum. & supr. de oblig. ex quasi contractu. §. item si inter.*

e ¶ *Item finium regundorum.* scili. est mixta: *vt hîc, & ff. finium regun. l. sed & loci. §. in iudicio.*

f ¶ *Confines.* Quid si domos habent conuicinas? Resp. non habet locum. si hincinde sint domus [a]: *vt ff. si. regun. l. iij. in fi. § hoc iudicium* [b]. vbi ponitur differentia inter confinium, & viciniũ. Si autem ex altera parte tantùm sit domus, ex altera fundus: tunc locum habet vtile iudicium finium regundorum: *vt ff. fin. regund. l. ij. in princip.* Et adiunge his tribus actionibus mixtis quãdam aliam scilicet hæreditatis petitionem [c]: *vt C. de petit. hared. l. hæreditatis. & ff. de peti. hared. l. si bonæ fidei. §. fi.* [d] Item quid de omnibus noxalibus actionibus? Videtur enim quòd sint in rem: quia contra quemlibet possidẽtem seruum dantur: *vt infr. de noxa. act. §. omnis autem.* ¶ Item quid de actione de tigno iniuncto: nam & hæc datur contra quemlibet possidentem: *vt ff. de tigno iniuncto. l. j. in fi.* ¶ Item quid de actione, quòd metus causa, nam & hæc quemlibet possidentem perquirit: *vt ff. quòd metus causa. l. si cum exceptione. §. Padius.* ¶ Item quid de actione in factum, quæ datur contra eum, qui aliquid habet in loco publico positum: *vt ff. ne quid in loco publico. l. vj. §. antepenult.* ¶ Item quid de actione in factum, siue interdicto, quod vi, aut clam. Nam & hæc contra possidentem datur: *vt ff. quod vi, aut clam. l. competit. in fine.* ¶ Item quid de actione ad exhibendum: nam & illa possidentem persequitur, sicut & cæteræ superiores: vnde videntur omnes in rem: *vt ff. de actio. & obl. l. actionũ genera?* Quidã dicunt eas anomalas: id est nec in rem, nec in personam. Sed dic omnes esse personales [e]: vt patet in actione ad exhibendum: *vt ff. ad exhi. l. iij. §. est autẽ personalis hæc actio.* ADDITIO. Dicunt doct. quòd omnes actiones, de quibus in gl. sunt personales in rem scriptæ: *vt in dicta l. iij. §. est autem personalis. vbi gl. j.* quæ est magistralis.

g ¶ *Tribus.* scilicet famil. erciscun. communi diuidun. finium regund.

h ¶ *Permittitur.* à lege. ACCVRS.

i ¶ *Adiudicare.* & quod adiudicatur, statim fit eius, cui adiudicatur: *vt infr. de offic. iudi. §. fi.*

Omnes autem.] Hîc ponitur quarta diuisio actionum, vt dicitur in glo. quia quædam dantur ad simplum, quædam ad duplũ, & triplum, & quadruplum. Et diuiditur in tres partes. Primò ponit dictum generale. Secundò illud per multa exempla in quolibet membro declarat. Tertiò ponit aliquas differentias inter ista exempla. Secũda ibi; *In simplum agitur.* Tertia ibi, *Sed furti quidem. h. t.* Aret. CASVS. Post alias diuisiones superiùs positas ponit hîc vnam aliam diuisionem dominus Iustin. quæ talis est. Omnes actiones siue sint in rem: siue in personam, sunt in simplum, aut in duplum, aut in triplum, aut in quadruplum: vltra autem quadruplum nulla actio pœnalis debet extendi. Et sciendum est, quòd si diuisio posita *suprà, in illo §. sequens diuisio,* esset quarta, secundum quod malè inuenitur scriptum in omnibus libris communiter, tunc esset hæc quinta diuisio, prout ferè in omnibus libris reperies: sed sicut supr. dixi in illo §. *sequens illa diuisio.* ponitur tertia diuisio: & hæc est quarta: *vt in fin. gl. signata super illo verbo, actionis.* Addere etiam potes, quòd quidam dicunt, quòd multum refert an aliquis stipuletur pœnam per verba respectiua significantia, vel designantia qualitatem: & huiusmodi verba sunt, duplum, vel triplum: vel per verba simplicia, putà promittis mihi c. nomine pœnæ, vel ducenta, vel mille. In primo enim casu non potest esse vltra quadruplũ. In secundo casu bene potest esse etiam vltra quadruplum. & sum in versic. *In simplum.* &c. Dictum est suprà quòd omnes actiones aut sunt in simplum, aut in duplum, aut in triplũ, aut in quadruplum: modò videamus quæ sunt istæ actiones, quibus agitur in simplum tantùm. & enumerat eas in litera. hoc dicit. Franciscus.

k ¶ *Omnes autem.* hæc est quarta [f] diuisio, quæ fit in hoc titulo.

l ¶ *Vlteriùs.* scilicet vltra quadruplum. ¶ Sed contra in lege Aquilia: vbi occasione vilis serui interfecti agitur ad vnam hereditatem perditam, quæ valet centũ marcas [g]: *vt §. ad leg. Aqui. §. illud.* ¶ Item contra eum, qui vtilem clauum de naui abstulit, quare tota nauis periit. nam ad totum damnum tenetur: quod etiam in quadruplum, & vltra excedit: *vt ff. de incen. rui. nau. l. iij. §. senatusco.* ¶ Item aliud contrà in actione ex empto, vbi occasione pecoris morbosi totius meus grex contaminatus est: vel occasione tigni vitiosi tota domus corruit: *vt ff. de actio. empt. l. Iulianus. in princip.* Sed certè his tri. contrarijs non agitur ad aliquid, quod sit pœna, inspecta persona agẽtis [h]: sed totum est suum

a Hanc Gl. sequuntur Fab. & Angel.

b Dic *& l. 2. in prin. eo. tit.* & est ratio: quia in agris faciliter turbantur confinia, non sic in vrbanis: idcò rusticis in specie fuit prouisum. *Angel.*

c Imò est realis origine, licèt habeat quasdam personales præstationes. *Ang. & Ias.*

d Aliàs est lex; *l. sed & si lege. §. petitio.*

e In rem scriptas. *Angel. & Ias.*

f Potest sustentari quinta. *Ias.*

g Octo vnciæ faciunt marcam. *Ias.*

h Istam sequitur Dyn. Nice. Fa. Ang. & Ias.

est suum interesse Nam hunc §. intelligo quando pœnalis est actio ex vtraque parte. ¶ Item contrà in eo, qui manumisit seruum alienum in præsentia principis. tam duo mancipia domino,& tria similia dat fisco,& ita in quintuplum damnatur: *vt Co. de his,qui à non do.man.l.fin.* ¶ Item contrà in eo, quod dicit lex: si dedi tibi pecuniam ne mihi calumniam faceres,& ab alio accepisti vt calumniam faceres:in octuplum mihi teneris: *vt ff. de calū. l.& generaliter.§.fin.* Sed certè primo casu præstatur pœna diuersis,nō vni [a]: nec est ibi aliqua præstatio vltra quadruplum. In secūdo autem casu non vna actione habeo octuplū; sed duabus. ¶ Item cōtrà in eo, quod dicitur: si dedisti pecuniam ne mihi fieret calumnia: nam tu repetis quod dedisti, & ego in quadruplum prosequor, *vt ff. de calumn. l. si quis ab alio.in princip.* Sed certè duobus fit præstatio, & neutri vltra quadruplū. ¶ Item contra in eo, quòd dicit seruū manumissum in seruitutem reuocari occasione leuis offensæ,& ita pœna in immensum excedit: *vt Cod. de lib. & eorum.lib.l.si manumissus.* Sed dic quòd illa est accusatio, non actio. 2. Vel dic quòd non præstatur pœna habito respectu ad rem. ¶ Item contrà in eo,qui surripuit seruum fiscalem. nam damnatur in xij.li argenti,& seruo restituendo. *Cod.de ser.fugit. l. si quis seruum.* Sed ibi non fit relatio ad ipsam rem,vel ad simplum. Est enim hic §.intelligendus [b] quando actio est pœnalis:& in pœna ad ipsam rem habetur respectus [c]. ¶ Item contrà *supr.de inutil. stipul.§.alteri.* Nam ibi non inspicitur quanta sit pœna: sed tota exigitur,sed ibi non habetur respectus ad ipsam rem. Vel dic aliud in pœna conuentionali, vt ibi; quàm in legali, vt hîc. ¶ Item contrà in eo,quòd dicitur,eum qui emit administrationem.Nam qui accepit pecuniam ab electo,quadruplum reddet, & sua bona confiscantur,& cingulo priuatur: *vt in authent.vt iudi. sine quoquo suf.§.sic igitur.in fin.coll.y.* Sed illud fit per accusationem, non per actionem.

In duplum.] CASVS. Dictum est iam quæ sunt actiones, quæ dantur ad simplum,modò videndum est quæ sunt actiones, quæ dantur ad duplum. Et de hoc ponit Iustinianus quinque exempla.Primum est actio furti non manifesti. Secundum actio leg. Aquil.Tertium actio depositi in quatuor casibus : scilicet incendio,ruina,naufragio,& tumultu. Quartum est actio serui corrupti,quæ competit contra eum,cuius hortatu seruus alienus quolibet modo deterior factus sit.Quintum est actio ex testamento, quæ datur alicui pro venerabili loco relicto, quod quidem legatum hæres distulit soluere donec in iudicium vocaretur. & hoc dicit. ¶ Et nota quòd magna est differentia inter ista quinque exempla : quanquam hîc coniungantur tanquam essent actiones similes. Duæ enim actiones,furti non manifesti,& serui corrupti, à principio sunt pœnales:aliæ duæ scilicet actio leg. Aquil.& depositi,in quatuor casibus non , nisi per inficiationem. Tertium autem habet singularem fultum : quia pœnalis est per inficiationem,& per nimiam procrastinationem. & ad istam differentiam manifestandam habetis *supr.eo.§.sed furti.* Franc.

Libellus in actione serui corrupti.

Hîc tangitur de actio.serui corrupti:& illa datur contra eum, qui seruum alienum hortatu , vel consilio corrupit in animo : *vt supr.de oblig.quæ ex maleſi.§.vnde illud quæsitum.& Cod.de furt. & ser.corrup.l.si quis seruo alieno suaserit.& ff.de ser.corrup.l.j.§.persuadere.& quasi per totum titul.* Vnde in hac actione sic formatur libellus:Dico ego a , contra b , quòd ipse persuasit seruo meo vt aufugeret,& aufugit:& sic eum corrupit.vnde proponēdo actionem serui corrupti,peto ipsum b ,in duplum,scilicet pro deteriorratione in decem,& pro pœna in aliis decem mihi condemnari. Et erit causa in hac actione talis,scilicet : Quia seruum corrupit quam sufficit proponere loco actionis.

a ¶ *Furti nec manifesti* vt *supr.de obligatio. quæ ex delict.nascuntur. §.pœna.*

b ¶ *Ex lege Aquilia.* putà per inficiationem : *vt infrà , eodem. §. at illa.*

c ¶ *Ex quibusdam causis.* veluti quod tumultus,incendij , ruinæ, naufragij causa depositum est: *vt supr.eo.§.rei persequendæ.*

d ¶ *Deterior factus sit.*scilicet in mente.nam si in corpore, locum habet lex Aquil. *vt suprà,de leg. Aquil.in princip.*& hoc siue fiat de bono malus,siue de malo deterior: *vt ff.de ser.corrup.l.j. §. persuadere.vsque in fi.& l.seq.* ADDITIO. ¶Nota differentiam inter istam actionem serui corrupti , & actionem legis Aquiliæ pro seruo:quia illa competit quotiens in moribus seruus est deterioratus : sed lex Aquilia habet locum quando mores non mutantur, sed corpus læditur : vt ibi.Angel.

a Bene dicit Gl. Nam secùs esset si vni : *vt ff.de actio. & obligat. l cum ex pro.* Possunt enim plures actiones ex eodem crimine acquiri diuersis *suprà, de iniur. §. patitur.* nec vna remissa,altera tollitur; *vt ff. de iniur.l.1.& fi.* facit pro prædictis, *ff de actio. & obli.l.quoties.*

b Idem Nic Fa.& Ang. dicit tamen Ias. quòd præcedēs solutio cū verior etiam ad istud contrarium.

c Hæc solutio pluries reprobatur per Ias. quamuis placeat Fab. Pla & Iac.

locato,cōducto,mandato,& denique ex aliis quamplurimis causis.

Quinque actiones hîc posita dātur ad duplum.h.d. Aret.

23. ¶In duplum agimus : veluti furti nec manifesti [a], damni iniuriç,ex lege Aquilia [b],depositi ex quibusdam causis [c]. Item serui corrupti : quæ competit in eum , cuius hortatu, consilióve seruus alienus fugerit, aut contumax aduersus dominum factus est, aut luxuriosè viuere cœperit , aut denique quolibet modo deterior factus sit [d]. In qua actione earum rerum , quas fugiendo seruus abstulerit , æstimatio deducitur [e]. Item ex legato , quod venerabilibus locis relictum est:secundùm ea , quæ suprà diximus [f].

Quia maiorem summam ideò in libello complexus fuit,vt reus maioribus grauaretur sportulis,eius damni,quod reus ob ea passus est,triplum præstare cogitur : in quo tamen inest ipsius damni persecutio.

24. ¶Tripli [α] verò agimus, cùm quidam [g] maiorem veræ æstimationis † quantitatem in libello [h] conuentionis inserat lex Aquil. *vt suprà,de leg. Aquil.in princip.*& hoc siue fiat de bono malus,siue de malo deterior: *vt ff.de ser.corrup.l.j. §. persuadere.vsque in fi.& l.seq.* ADDITIO. ¶Nota differentiam inter istam actionem serui corrupti , & actionem legis Aquiliæ pro seruo:quia illa competit quotiens in moribus seruus est deterioratus : sed lex Aquilia habet locum quando mores non mutantur, sed corpus læditur : vt ibi.Angel.

e ¶ *Æstimatio deducitur.* vt omne cum ipsa re damnum [a] dupletur, siue peruenerit res, quā secum seruus portauerat,ad ipsum solicitatorem, siue ad alium : *vt ff.de ser.corrupto.l.in hoc iudicio.* ¶ Sed nunquid iure actionis fit hæc æstimatio:vel iudicis officio?Respon. fit iudicis officio,secundùm Ir. ita fit in actione quod metus causa. *ff. quod me. cau. l. si cum exceptione. §.j.& §.quadruplatur* [b]. ¶ Sed pro [c] filio corrupto, vel pro filia qualiter agitur?Respond.habet vtilem actionem: *vt ff.de ser.corrupt.l.vt tantum,§.j.* vnde dicunt quòd veniet interesse patris consistens in operis filij , quia non vult operari: & cùm sit corruptus,aliud, quàm opera non poterit æstimari : quia liberum corpus non recipit æstimationem: *vt ff.de his,qui deiec.vel effu.l.fi.* habet enim istam vtilem,ac si esset in bonis:& erit in eam , scilicet summam,quam ipse æstimauerit suo iureiurando:vt de actione iniuriarum dicitur: *vt suprà , de iniur. §.pœna.& ff.de iniur. l. in constitutionibus.* 2. Vel dic quòd primò æstimat iudex summam, ad quam competit: *vt arg.ff.de cust.reorum.l.si quis reum.*

f ¶ *Diximus.*supr.eo.§.*item mixta.* d

a Scilicet tunc illatum,& æstimatum : secùs in eo quod postea sequitur, quod facit vt ille,qui corrupit virginem, aut persuasit alicui vt semel vnum malum faceret:vt non teneatur de fornicationibus cum aliis viris,vel cæteris malis postea commissis: *Io.Fab.& Angel.hic.*

¶ Vera æstimatione.

b Hoc impugnant cōmuniter doct. hic, imò totum vertit iure actionis.

c *Sequuntur hîc Gl.Nico.Fa.Angel.& Ias.*& idē in marito pro vxore, *secundum eosdem.*

d *Versic. vltimo §.ex malitiosa.*

Tripli verò.] CASVS. Dixi vobis exempla illarum actionum, quibus agitur in simplum, & illarum , quibus agitur in duplum: modò ponam vobis exemplum de quadam actione , quæ vocatur condictio ex l.noua:& ista datur in triplum. Scire autē debetis,quòd olim erat consuetudo,quòd viatores,& nuntij iudicum, qui citationes faciebant,exigebant nomine sportularum magis, aut minùs à reis in iudicium conuentis, secundùm quod maior, vel minor quantitas erat petita.Quidam ergo ad hoc vt me reum grauaret in sportulis præstandis,executori maiorem quantitatem in libello suo inseruit:dicitur in l.quicquid damni reus passus est per malitiam actoris in isto casu:triplum consequetur ab actore. Sed domine,qua actione?Frater,condictione ex quadam leg.noua,quæ in nostro Cod.refulget.Et sciatis quia illam nouam inueni hîc:& fortè fuit in Cod.veteri,quem non habemus: & constitutio ista siue l. noua leg condictitia emanauit. Erat enim lex condictitia olim,sub qua erant multæ constitutiones Sportulæ [e] autem dicuntur salaria,quæ dantur nuntiis iudicis: & sic vocatur illud,quod datur,pro eo,in quo datur,sportula Sporta enim , vel sportæ, vel sportula est quoddam genus vasis. De istis sportulis habetis specialem rubricam in principio tertij. *Cod. de sportu.* Franciscus.

e Sportulæ quid.

Libellus in actione ex lege condictitia.

Hîc tangitur de condictione ex lege,quæ nascitur ex lege cōdictitia:& datur ad triplum cōtra eum,qui maiorem summam in libello conuentionali,quàm deberet,inseruit, vt aduersarius eius in præstatione sportularum grauaretur:vt in hoc §. *tripli.* & in ea sic formatur libellus:Dico ego a , contra b , quòd ipse in libello conuentionali contra me porrecto , maiorem summam , quàm deberet,inseruit, vt ob hoc me grauaret in præstatione sportularum : occasione cuius maioris quantitatis damnificatus sum in decem solidis: vnde proponendo contra ipsum b , condictionem ex lege,peto eum in triplum scilicet in xxx solidos (videlicet in x.nomine damni dati,& in xx nomine pœnæ)mihi condemnari. Et condictione ex eadem lege agitur contra executorem pro eo, quòd exegit maiores sportulas à reo , quàm deberet secundùm quantitatem in libello comprehensam: & formatur libellus mutatis mutandis: *vt supr prox.scripsi.*

f Libellus in omni causa requiritur,exceptis quatuor casibus.

g Melius allegasset *Gloss.§. Sanctimus.in Authent.de exhibē. Fab.Pla.Angel. & Ias.*

h In causa ciuili ; secùs in criminali. *Fab. Plac. Angel.& Ias.*

α ¶ *Tripli.*Quid cod. *in triplum:*ab omnibus autem abest,*agimus.* actio furti concepti,furti oblati fuit tripli,dupli.*l.vlt.Cod. de nox. act.* CVIAC.

g ¶ *Cùm quidam.*scilicet actor.

h ¶ *In libello.* Hîc nota duo.¶ Primò quòd libellus [f] est faciendus in causa:quod est verum iure nouo: *vt hic,& Cod. de episcop. & cler. Aut.generaliter.& C.de lit.contest. Aut.offeratur.* nisi in quatuor casibus:quos no *in Auth.de man.prin §.sit tibi.coll.iij.* & Aliud est iure veteri [b] , nam tunc non fiebat nisi ex voluntate : *vt ff. de eden.l.*

eden.l.j. nisi in casu: *vt C.de dig.l.quotiens.lib.xij.* ¶ Item secundò no.quòd quantitas [a] certa est in libello comprehendēda, vel res: & ita etiam in personali actione debet actor certificare reum: *vt hic,& in Authen de liti.§.ad excludendas.coll.viij.& ff.de rei vindica.l.si in rem.§.& si vestimenta.* [b] ¶ Tertiò not.quòd sportulæ [c], vel salaria, quæ dabantur executoribus(id est nuntiis,qui faciunt homines repræsentari : & aliàs qui faciunt huiusmodi citationes) pro suis officiis dabātur secundùm quantitatem petitā, vt hîc dicit. Sed hodie magis secundùm consuetudinem , d vel longitudinem itineris: *vt C.de episcopis, & clericis. Authenti.sed hodie.* Et dicas quod hîc dicitur ex hac causa, esse causatiuè,non consecutiuè dictum. Sed istæ [e] sportulæ,quæ iudicibus dabātur,certæ sunt: nec crescunt:licèt quantitas petita sit magna : nec decrescunt licèt sit parua: [f] *vt in Authentic.de iudi.§.ne autem.colla.vj.* ¶ Item not. quòd reus soluebat huiusmodi sportulas: *vt hic , & C. de episcop.& clericis. Authent. generaliter.* Sed actor ei restituebat,nisi iusta causa eum vocasset: *vt ff.de iudic.l.eum,quem temere.* ¶ Item not. adhuc, quòd huiusmodi sportulæ quibusdam prorsus remittuntur, vt pauperibus: *vt in Authen.de man.prin.§. oportet.coll.ij.* à quibusdā pauciores exigebantur:vt à clericis: *vt C.de episcopis,& clericis.l.cum clericis.& in Authen.ibi posita:sed hodie.* Aliis autem per priuilegium principis viuentis remittuntur in totum , vel pro parte : *vt C. de fru.& lit.expen.l.fin.* ¶ Sed quæro si hæ personæ,quæ habent priuilegium,scilicet de non soluendo sportulas,sportulas soluant,an habeat actionem in triplum? Dicunt quidam quòd sic : ne fauor noceat eis : *vt Cod. de legib.& constitu. l. quod fauore.* Alij dicunt quòd non: quasi suo iuri : id est priuilegio stultè renunciauerint, cùm volentes soluerunt:quod possunt: *vt C.de pac.l.si quis in conscribendo.* quod verius est [g]. Si autem inuiti exacti sunt , in quadruplum contra exactorem, vel executorem agitur: *vt infrà eo.§. quadrupli.* ¶ Sed cùm hodie caueatur de duplo restituendo: *vt in Authen.de execu.§.j.coll. vij.* videtur corrigi quod hîc dicitur. Vnde [h] hodie nulla est actio in triplum:quod verum puto. Sed alij dicunt: si cautio est omissa, habet locum quod hîc dicitur : aliàs habet locum Authen.prædicta. ADDITIO. Hæc communiter reprehenditur: quia ille §.j. *in Authen. de executo. & Authen. libellum.C.de litis contesta.* loquuntur in diuersis tit.à textu nostro. vide hîc per dominum Ias.

m ¶ *Viatores.* Hi sunt , qui in ius vocant , qui iudicata exigunt, quibus imminendi(sic enim legendum est in *l.12. C.de prox.sacr. scrin.*) litibus solicitudo iniuncta est. CVIAC.

a ¶ *Sportularum.* ideò sic dicuntur: quia in sportulis quibusdam oblationes huiusmodi ponebant. Est autem genus vasis sportula, vel sporta.

b ¶ *Reus.* aliæ [i] sportulæ,quæ iudicibus præstabātur,ab vtroque præstabantur : *vt in Authen.vt iudi.sine quoque suffra. §.volumus. colla.ij.* Item istæ sportulæ:quæ dabantur executoribus, dabantur ante litē contesta.id est porrecto libello.istæ aliæ in cōtestatione causæ [k] dabantur iudicibus: *vt in auth.de exhi. §.sancimus. coll.v. & de iud.§.ne autem circa hoc labor. coll. vj.*

c ¶ *Consequetur.* condictione ex hac lege Græca,vt subiicit:quæ erat in alio Codice:non autem est in eo,quem habemus. Et patitur actor hanc pœnā tripli siue sine dolo, siue cum dolo inseruit. & sic causatiuè,vel consecutiuè dicitur [l] .Sed nonne etiā causam amittit: *vt C.de plus pe.l.j.* Sed certè ibi plus deliquit:quia in certamine negotij cautionem de petitis exegit: vnde grauiùs punitur: *vt argu. ff.de officio præsi.l. diuus.*

d ¶ *Codice.* quem non habemus.

e ¶ *Ex lege condictitia.* lex quædam erat , quæ condictitia vocabatur, & sub se quasdam constitutiones habebat: *vt hic , & infrà eod. §. item ex lege condictitia.* ACCVRS.

Quadrupli.] CASVS] Dixi vobis duo exempla illarum actionum,quibus agitur ad simplum,& illarum, quibus agitur ad duplum, & earum, quibus agitur ad triplum : modò videndum est de actionibus,quæ dantur ad quadruplum:& certè ad quadruplū agitur per actionem furti manifesti,& per actionem quod metus causa,& per actionem in factum,quæ descendit ex edicto de calumniatoribus, quæ locum habet quando aliquid datur alicui vt alium calumnosè vexet. Datur enim tunc actio in factum , quæ in hoc data sit , vt is , cui datur, calumniæ causa negotium [l] alicui faceret, vel non faceret.

Annota: Executorem maiores iusto extorquentem sportulas, eorum quadruplum restituere debere.

Item ex lege condictitia [k] † nostra constitutio [l] oritur , in quadruplum [m] condemnationem imponens his executoribus litium , qui contra nostræ constitutionis [n] normam [o] à reis [p] quicquam exegerint.

Furti actio,& serui corrupti,sua origine semper pœnales sunt : actio verò legis Aquiliæ,depositi in quatuor casibus. & quæ pro legatis locis venerabilibus factis competit, ex accidenti pœnales fiunt: hoc est vel inficiatione,aut morosa dilatione:aliàs rei persecutoriæ sunt.

Libellus in actione in factum , quæ descendit ex edicto de calumniatoribus.

Hîc tangitur de actio in factum,quæ descendit ex edicto de calumniatoribus,& datur in quadruplum ad annum, post annum verò † perpetuò in simplum: *vt ff.de calumniator. l.j. in principio.*& habet locum contra ipsum, qui à me aliquid recipit vt me calumniosè non vexet. Et idem si ab alio recepit vt me calumniosè vexet.in vtroque enim nihil datur actio contra eum: *vt ff.de calumnia.l.generaliter. §.si.* Et in ea fic formabis libellum:Dico ego t,cōtra s, quòd ipse accepit decem à Mæuio vt calumniosè me vexaret. vnde proponendo contra ipsum actio. in factum,peto eundem in quadruplum: scilicet in decem,quæ accepit,& in triginta nomine pœnæ mihi cōdemnari. Et erit causa in ista actio. quam sufficit proponere , hæc scilicet. Quia decem à Mæuio accepit vt mihi faceret negotium calumniosè. Si autem à teipso accepit vt te non vexaret calumniosè : sic forma libellum: Dico ego t, contra s , quòd ipse accepit à me decem ne me calumniosè vexaret,& moueret mihi litem. vnde proponendo actio.in factum contra ipsum,peto ipsum in quadruplum:scilicet in decem , quæ accepit à me , & in triginta nomine pœnæ condemnari. Et erit in hac actione causa talis,scilicet: Quia decem à me accepit, ne caluminiosè cōtra me moueret negotium.

f ¶ *Furti.* facit, §. *de oblig.quæ ex delic.nascun.§.pœna.* ACCVRS.

g ¶ *Quod metus.* s.actio, quæ ex contumacia fit in quadruplum: *vt j.eod. §. item actio.* & vsque ad annum tantùm:post annum in simplum: *vt ff.quod metus causa. l.si cum exceptione.§.j* ACCVRS.

h ¶ *Déque ea pecunia.* scilicet actio in factum de calumniatoribus annalis in quadruplum , & perpetua in simplum: *vt ff. de calum.l.j.in prin.& §.j.* quæ locum habet si do alicui aliquid, vt calumniosè a aliquem vexet. datur enim actio in factum ei ob cuius malum data fuit, non autem danti. Item danti quando dedit vt sibi negotium per calumniam non fieret:*vt hic,& ff.de calum. l.j.& l.& generaliter. §. fin.*

i ¶ *Negotium.* scilicet malum.

k ¶ *Lege condictitia.* de qua dic : *vt suprà eodem. §. tripli. in fi. §. diximus.*

l ¶ *Constitutio.* quam non habemus. ACCVRS.

m ¶ *In quadruplum.* cuius quadrupli iure nouo triplum b fisco, simplum damnum passo datur: *vt authen.vt lit.iur.in exor.lit.§.& hoc quoque.coll.ix.* & petitur per condictionem ex hac lege,quam non habemus : cùm non sit cautum quo genere actionis agamus: [c] *vt ff.de condi. ex leg.l.j.*

n ¶ *Constitutionis.* prædicta, quam non habemus.

o ¶ *Normam.* id est formam. certa enim erat forma in constitutione, quam non habemus.

p ¶ *A reis.* conuentis.

Sed furti quidem nec manifesti.] CASVS] Isti duo proximi §§. sunt hîc positi ad veheriorem doctrinam. Quia enim superiùs in isto titu.in §. *in duplum.* posuit quinque actiones in simul,& pro similibus,cùm tamen in multis sint dissimiles: propterea ne propter hoc crederet aliquis actiones illas similes esse omnimodo:ad errorem illum remouendum ponit hîc istos duos §§. In primò ergo §.dat differentiam inter illas quinque actiones pro duplo, quas ponit §.*eod. §. in duplum.* videlicet inter actionem furti non manifesti,& actionem leg Aquil. & actionē depositi in quatuor casibus, & actionem serui corrupti , & actionem ex testamento, quæ datur pro legato relicto alicui loco venerabili.Et dicit quòd istarum quinque actionum duæ sunt, quæ omnimodo sunt pœnales à principio:sed demum inficiatione secuta , videlicet actio depositi,in quatuor casibus,& act:leg. Aquil.Quinta autem actio singulare habet fultum.Et enim pœnalis per inficiationem,& per nimiam procrastinationem. h.d. primus §. Et quòd dicit in litera , omnimodo sunt pœnales, non intelligas quòd per se sint in pœna:sed similiter omnimodo:id est à principio ambæ sūt pœnales : licèt non secuta fuerit inficiatio. Franc.

a Libello certa quantitas contineri debet.

b Hanc secundam partem sequuntur Angel. & Ias.

† Inserunt.

† Vide in hūc locum Alcia. *lib.disiun. 3.c. 17.*

c Sportulæ executorum olim dabantur secundū quantitatem petitam:hodie, secundum consuetudinem, & longitudinem itineris.

d Idem Ias. licèt Fab & Angel. dicant id esse iure.

† Id est,dubiū non est. quidā legunt, *protuldubio cereum est.* quæ lectio mihi non multum arridet. *Angi. Perr.*

e Sportulæ iudicum secundum quantitatem rei petitę, neque crescūt, neque decrescunt.

f Dummodo excedant summam centum aureorum *Fa. Plac. Angel. & Ias.*

g Idē Ia quicquid dicant Plac. & Ang.

h Actio nulla hodie datur in triplum.

i Sportulæ iudicum,dabantur ab vtroque litigatore.

k Quo ad medietatem: alia medietas in fine causæ. *Ang. & Ias.*

l Hæc Gl. dicit contrarium eius,quod suprà dixerat : & ideò reprobatur.

a In iudicio: secùs si extra iudicium.Fab. licèt Ias. contradicat.

b Imò totum applicatur parti Ang. & Ias. licèt Fa.cōtra.

c Hanc Gl sequuntur communiter doct.

a ¶ *Omnimodo.* [2] De actione furti constat quòd semper est in duplum: *vt hic, & §. de obligatio. quæ ex delic. nascuntur. § pœna autem.* Item de actione serui corrupti, nisi in casib. vt quando marito in vxorem datur, & econtrà: *vt hic, & ff. de ser. cor. l. doli verbum. §. hæc actio. & l. si.* 2. Vel dic omnimodo, id est siue neget, sine non: non autem in omni persona. ACCVRS.

b ¶ *Depositi.* aliàs est in litera de dolo depositi: & tunc dic actionem depositi propter dolum. Nam vtraque non potest habere locum simul, scilicet de dolo actio, & depositi: *vt ff. de dolo. l. j. §. j.* aliàs non est de dolo. & tunc plana est litera.

c ¶ *Duplicantur.* scilicet si legitimis probationibus, non iureiurando conuincantur: *vt C. ad leg. Aquil. l. contra. & ff. de iureiur. l. eum, qui.* ADDITIO. Et sic probatio [b] per iuramentum non censetur legitima. Adde aliam glo. *in l. cùm de indebito. in prin. in verbo, legitimis. ff. de proba.* Iason.

d ¶ *Sed illa.* scilicet actio ex testamento. Et construe, sed illa actio scilicet ex testamento, quæ scilicet actio competit de his, quæ sunt re. ve. lo. duplicatur non solùm, &c. ACCVRS.

e ¶ *Inficiatione.* bene dicit, inficiatione: quia si confitentur, non tenentur: vel si iusiurandum detulerit actori, qui exonerat eum à probatione: *vt ff. de iureiuran. l. eum, qui.* ACCVRS.

Item actio, &c.] CASVS. Tu iam vidisti qualiter se purgauit primo vitio: modò in isto §. purgat se à secundo vitio: ponens differentiam inter quatuor actiones in quadruplum, quas posuit quasi similes, *suprà eod. §. quadrupli.* dic quòd actio quod metus causa est in quadruplum, verum est non à principio: sed ita demùm si iste fuerit contumax, & noluerit rem restituere obediendo primæ sententiæ. tunc enim debet sequi sententia secunda, quæ est in quadruplum. Aliæ autem omnes ab initio sunt in quadruplum. Franc.

Libellus in actione quod metus causa.

Hìc tangitur de actione, quod metus causa: & illa datur contra eum, qui metum intulit, & contra quemlibet possessorem: *vt ff. quod metus causa l. si cum exceptione. §. in hac actione.* In qua sic forma libellum: Dico ego Titius cõtra Sempronium, quòd ipse detinet rem mihi per metum ablatam: vnde proponendo act. quod metus causa contra ipsum, peto eundem ad restitutionem rei mihi condemnari. Et tunc iudex condemnabit eum ad restitutionem rei. & si restituere non vult, petetur ab eo quadruplum, in quo quadruplo ipsa res continetur: *vt ff. quod metus causa l. si cum exceptione. §. hæc autem actio.* & tunc forma hoc modo libellum: Dico ego Titius contra Sempronium, quòd ipse rem mihi per metum ablatam detinens, istam non vult restituere, licèt sit super hoc condemnatus: vnde proponendo contra ipsum actionẽ quod metus causa, peto ipsum in quadruplum: id est ad rei restitutionem, & in triplum nomine pœnæ mihi condemnari. Et aduerte, quòd si vult restituere ante sententiam, liberabitur à pœna tripli: *vt in hoc §. item actio.* Et erit causa in hac actio. quam proponere sufficit, hæc: scilicet, Vnde cùm per metum res ista sit mihi ablata, peto, &c. Et datur hæc actio vsque ad annum tantum in quadruplum: post annum verò in simplum: *vt ff. quod metus causa. l. si cum exceptione. §. j. & ij.*

f ¶ *Simul.* cautè ponit illud, *simul*: id est vnà cum eis, de quibus aliàs dixi: *vt supra eo. §. quadrupli.*

g ¶ *Restituat.* vsque ad definitiuam sententiam [c], quod intellige de secunda sententia. Nam in actione quod metus causa, duæ feruntur sententiæ. Prima de restituenda re: alia de dando quadruplo, re computanda in eo: *vt ff. quod met. caus. l. si cum exceptione. §. hæc autem.* ¶ Sed nunquid vtraque est definitiua? Dic quòd sic: quia vtraque definit controuersiam: *vt ff. de re iud. l. j.* Alij esse dicunt admonitionem quandam primam sententiam: *vt in auth. de hæred. & Fal. §. si quis autem nõ. coll. j.* & ex eo, quòd per primam sententiam admonetur, & tandiu expectatur, qui metum intulit, dicitur hæc actio arbitraria: *vt infrà eod. §. præterea* [d].

h ¶ *Absoluatur.* scilicet à præstatione quadrupli.

i ¶ *In cæteris casibus.* qui enumerantur *suprà eodem §. quadrupli.* ACCVRS.

Actionum.] Diuiditur in tres partes. Nam primò ponit regulam generalem. Secundò in specie ponit quæ sunt actiones bonæ fidei. Tertiò, quòd licet olim esset dubitatio: tamen hodie clarum est, quòd petitio hæreditatis est bonæ fidei. Secunda ibi; *Bonæ fidei.* Tertia ibi; *Quamuis.* Aret. CASVS Multas diuisiones actionum habuistis suprà, & post illas, de quibus dictũ est suprà, ponitur hîc quædã alia diuisio. Et hoc est quod dicit dominus Ias. Diuisio est hæc per se, nõ pendens ex præcedentibus. Et tractat iste §. vt dicit Ioa. de iustitia positiua: vbi non redditur alia ratio, nisi quia ita placuit iuris conditoribus. Est quippé diuisio, quam hîc ponit, talis: Actionum quædam sunt bonæ fidei, quædam stricti iuris. & enumerat hîc septemdecim actiones bonæ fidei. Prima est actio ex empto, secunda ex vendito: & sic de aliis. Est & hæreditatis peti. de qua semper ante tẽpora Iustin. magna fuit dubitatio, vtrum esset bonæ fidei, vel stricti iuris. Nostra tamen cõstitutio (dicit) quam habes, *C. de peti. hære. l. vltima.* disposuit eam esse bonę fidei. De xvij. actionibus tractat in sequenti §. Notare autem debes in principio, quòd duplex est bona fides. Vna, quæ est contraria dolo, & fraudi. & hoc modo omnes contractus bonæ fidei sunt: in omnibus enim debet abesse dolus & fraus. Est & alia bona fides, quæ antonomaticè vocatur bona fides propter exuberantem fidem, quæ est in ea. Ab ista bona fide dicuntur contractus in isto §. enumerati, ho si. Sed domine, quæ est exuberantia fidei, quæ est in ista, siue in istis actionibus? Respon, Frater, ex hoc, quod in eis multa veniunt ex bono, & æquo, de quibus non fuit actum inter partes. In contractibus autem stricti iuris solùm veniunt ea, de quibus actum est inter partes vt venirent De act. depo. quando ipsa sit bonæ fidei, nemini venit in dubium quantum ad aliquid. De ipsa tamen dixerunt quidam antiqui, quòd simpliciter est bonæ fidei: in quatuor tamen casibus, putà tumultus, incendij, ruinæ, naufragij. Dominus autem Ia. dicit quòd actione depo. bonæ fidei est. Franc.

Actionum.] Hæc est quinta diuisio actionum. Sed quare actionum dicit, & non contractuum? Respondeo quia generalius, & pleniùs loquitur dicendo actionum, quàm cõtractuum. ACCVRS.

a ¶ *Quadam stricti iuris.* The. legit, *quadam stricte*: sed non malè etiam stricti iuris dicuntur. *l. vnica. §. sed & si non ignoramus. Cod. de rei vxor. act.* Bona fides & syncera fides dicitur in *l. 2. Cod. si prop. pub. pensit.* Bonæ fidei clausula arbitro liberum arbitrium tribuit. doli, pacti, in factum actionem, exceptionemque, & omnia condictionum genera complectitur. Strictum iudicium neque bonæ fidei, neque arbitrij clausulam habet, ea re dolus stricto iudicio non vindicatur, neque vlla cum eo condictio concurrit, neque iudici liberum est absoluere, aut quanti velit litem æstimare. CVIAC.

k ¶ *Bonæ fidei sunt.* hæ scilicet xvij. [a] actiones, quæ enumerantur in hoc §. & sequenti. bonæ fidei sunt [b]: aliæ autem omnes sunt stricti iuris. Nam quamcunque [c] hîc non inueniam, stricti iuris eam iudicabo: quia posito vno de contrariis, & omnia alia intelligenda sunt: *vt suprà, de his, qui sui, vel alie. iur. sunt. §. videamus.* ¶ Sed quare [d] magis hæ dicuntur bonæ fidei, quàm aliæ? nunquid ideò: quia possit esse mala fides in aliis? Respon. non: quia in omni contractu debet bona fides interuenire: *vt Cod. de act. & oblig. l. bonam fidem.* Imò si interueniat dolus in contractu bonæ fidei, qui det causam contractui, non valet ipso iure: *vt ff. de dolo. l. & eleganter. in principio.* Sed in contractu stricti iuris purgatur per actionem, vel per exceptionem doli: *vt Cod. de instit. stip. l. dolo.* Si verò incidit in contractum bonæ fidei, purgatur per actionem ex eo contractu: *vt ff. de act. emp. & vendi. l. Iulianus. §. si venditor.* Sed in stricti iuris de dolo agit. vel excipitur, vt dictum est: *vt ff. de dolo. l. & eleganter. §. non solum. & ff. de verborum obli. l. si quis cùm aliter.* [e] Cùm ergo dolus vbique puniatur, vel mala fides: ad quid bonæ fidei istæ dicuntur? Respon. aliæ stricti iuris dicuntur [f], quia non venit in eis, nisi quod strictè exigit natura actionis. Vnde non veniunt vsuræ ex mora in contractibus stricti iuris; *vt ff. de negotiis gestis. l. quia tantumdem. & hoc §.*

26.¶ Sed furti quidem nec manifesti actio, & serui corrupti, à cæteris, de quibus simul locuti sumus, eo differunt, quòd hæ actiones omnimodo [a] dupli sunt: at illæ; id est damni iniuriæ ex lege Aquilia, & interdũ depositi [b], inficiatione duplicantur [c]: in confitentem autem in simplum dantur. Sed illa [d], quæ de his competit, quæ relicta venerabilibus locis sunt, non solùm inficiatione [e] duplicantur: sed etiam si distulerit relicti solutionem, quousque iussu magistratuum nostrorum conueniatur. In confitentem verò, & antequàm iussu magistratuum conueniatur, soluentem simpli redditur.

Qui illato metu quicquam ab altero extorserit, si illud iubente iudice restituat metum passo, pœnam quadrupli euitat, quam non parendo incurrisset: & in hoc à cæteris, quæ in quadruplum dantur, differt quod metus causa actio.

27.¶ Item actio de eo, quod metus causa factum sit, à cæteris, de quibus simul [f] locuti sumus, eo differt, quòd eius natura tacitè continetur, vt qui iudicis iussu ipsam rem actori restituat [g], absoluatur [h]. quod in cæteris casibus [i] non est ita: sed omnimodò quisque in quadruplum condemnatur: quod est & in furti manifesti actione.

Accipe quintam actionum sectionem: & quamcunque hîc enumeratam non inueneris, stricti iuris eam iudicato.

28.¶ Actionum autem quędã bonæ fidei sunt, quædam stricti iuris. Bonæ fidei sunt [k] hæ:

a Actiones bonæ fidei septẽdecim.

b Imò sunt 25. computatis actionibus contrariis, quæ eodem modo sunt bonæ fidei. Ang. & Ias. hic.

c Glos. procedit in directis actionibus: non in cõtrariis bo. fid. *secundum Io. Fab. & Angel. hic.*

d Actiones bonæ fidei cur non omnes sint actiones.

e Sed si contractus sit duplex (putà quia in contractu bonæ fidei intercessit stipulatio) tunc dolus dans causam contractui, vel lum reddit cõtractum ipso iure: *vt* [illegible] *Bald. in d. l. dolo.*

f Hæc Glosia non respondet ad quæsitum: scilicet quare quædam actiones bonæ fidei potiùs dicantur, quàm aliæ. ideò dic vt per Ias. *in 2. notabili.*

a De vi huius dictionis *omnimodo*, habetur in *l. si cum exceptione. §. quæritur. & ibi Bar. ff. quod metus cau. & in l. Græc. §. illud. ff. de fideiussor.* Denotat etiã perpetuitatem actus: *vt not. Gl. 1. & ibi Petrus de Anc. in cle. 1. de vi. & hon. cle.* Ang.

b Probatio per iuramẽtũ nõ censetur legitima probatio.

c Dic non esse necessariã nisi vnã sententiã: quamuis duæ possint ferri. Ang. Sed Bart. ibi, *quem cõmuniter de sequuntur*, tenet non esse necesse ferri nisi vnã.

d Tu dic cenferi definitiuam: quia definit negociũ: sed alio respectu potest potius dici executio primæ sententiæ, quã noua sententia definitiua: *secund. Bar. in l. Titia ff. de accu.*

C. de vſur. l. iij. & de condi. inde. l j. Sed in contractibus bonæ fidei ſic: *vt ff. de act. emp. l. Iulianus. §. ex vendito. & ff. de vſu. l. mora. §. in bonæ fidei.* Item in actionibus ſtricti iuris fructus non veniunt ex mora, ſi petam quod non fuit meum, niſi à tempore litis conteſtatæ: tunc enim incipiunt venire fructus ex mora. Sed ſi petam quod aliquando fuit meum, veniũt fructus ex mora: ſecùs in bonæ fidei iudiciis: *vt ff. de vſur. l. videamus. §. ſi actionem.* Item non venit intereſſe, ſi rem dari eſt in obligatione: ſecùs ſi rem tradi, vel factum: *vt ff. de verb. oblig. l vbi autem. §. fi. & l. ſi fundum. & ff. de re iudi. l ſi quis ab alio. §. fi.* quæ veniunt in bonæ fidei iudiciis: *vt ff. de actio. emp. l.* j. *in prin.* Iſta ergo omnia, quæ vicem obtinent acceſſionum: non veniunt in contractibus ſtricti iuris, niſi vt dictum eſt. ¶ Nec obſtat quòd veniunt iſta in arbitrariis, quæ ſunt ſtricti iuris: quia iudicis officio veniunt, non iure actionis: *vt infrà eo. § præterea. & §. ſed iſta. in fi.* Sed in bonæ fidei iure actionis [a] veniunt, præter vſuram, quæ venit ex mora officio iudicis: *vt C. depo. l. iij. & ff. de neg. geſt. l. quia tantundem.* Item in bonæ fidei iudic. veniunt ea, de quibus nec actum, nec cogitatum eſt? [b] vt ruta cæſa, & ſimilia: *vt ff. de act. empt. l. fundi. § ſi ruta. & C. de actio. emp. & vend. per totum.* Item ex hoc §. nota quandam differentiam circa compenſationem: quam dic: *vt infrà eod. §. in bonæ fidei.* patet ergo quòd exuberantius, & pinguius Iudex officium ſuum ad ea, quæ bonæ fidei ſunt, extendit, quàm in contractibus ſtricti iuris: *& facit ſuprà de obliga. quæ ex conſenſu. in fi.* & ideò dicuntur bonæ fidei: & aliæ ſtricti iuris [c]. vnde de talibus dantur tales verſus:

Empti, conducti, mandati, depoſitique,
Pignora, ciſcunda, communi, pro ſocióque,
Dotis, & haredis, tutelæ, commoda, geſtor,
Præſcriptis verbis, ſi mutat, ſiue licetur.
Iſta bonæ fidei: ſtricti ſunt cætera iuris.

ADDITIO. Vide glo. ferè ſimilem *in c. cùm venerabilis. extrà de except.*

a ¶ *Depoſiti.* hanc actionem dicunt quidam eſſe ſtricti iuris in iiij. caſibus, qui enumerantur, *ff. depoſ. l.* j. §. j. Sed Ioan. cõtra. [d] Et datur in duplum contra eum, qui depoſitum ſuſcepit, de eo, quod dolo fecit: ſed in hæredem defuncti, ex dolo defuncti datur in ſimplum. Sed hæres ex dolo ſuo tenetur in duplum: *vt in d.* §. j. aliàs ſemper tenetur in ſimplum, qui depoſitum ſuſcepit. Et eſt ratio quare plus puniatur in prædictis quatuor caſibus, qui enumerantur, *ff. depoſ.* quia grauius eſt fidèm fallere ei, qui ex neceſſitate deponit, quàm qui ex voluntate: *vt d. l.* j. *ff. depo. §. meritò.* Sed nunquid in his caſibus eſt bonæ fidei? Dicunt quidam quòd non: *ar. ff. de preca. l.* j. Nos contrà: & dicimus quòd ſit bonæ fidei. nam cùm lex non diſtinguat, nec nos diſtinguere debemus.

b ¶ *Pro ſocio.* quæ eſt vtrique directa ab vtraque parte: *vt infrà de pæ. te. liti. §. ex quibuſdam.*

c ¶ *Tutelæ.* Sed cùm iſtæ tam contrariæ, quàm directæ inueniantur, nunquid omnes ſunt bonæ fidei? Reſpon. ſic in dubio, cùm fauor ſit extendendus: *vt ff. de liberis & poſthum. l. cùm quidam.* ADDITIO. Not. quòd actio tutelæ eſt bonæ fidei. & idem dicas in actione protutelæ directa, & contraria: vtputà in eo, qui geſſit vt tutor, cùm non eſſet: vt not Bar. Dy. & Bal. *in l.* j. §. *pro tutore. ff. de eo, qui pro tuto. vel curat.* Angelus.

d ¶ *Pignoratitia.* tam [e] directa [f], quæ debitori datur ſoluto debito: *vt ſuprà quib. mod. re contrahi. obli. §. fi.* quàm contraria, quæ datur creditori: *vt ff. de pigno. actio. l. tutor. §. contrariam.* ADDITIO. Quæ pignoratitia datur debitori contra creditorem ad repetendum pignus traditum, & naſcitur tempore ſolutionis vel ſatisfactionis crediti, quomodocunque de voluntate ipſius creditoris factæ: *vt l. ſi rem. §. omnis.* & ibi glo. Bar. & doc. *ff. de pig. actio.* licet naſcatur ex contractu dudum facto, & in ito: *vt* ꝫ. *quib. mo. re contrahitur obli. §. fi.* ſecũdùm Ang.

e ¶ *Familiæ erciſcundæ.* quæ [g] inter cohæredes datur: *vt ff. fami. erciſc. l. ij. &* ꝫ. *de obliga. quæ ex quaſi contra. §. idem iuris.*

f ¶ *Communi dividundo.* quæ [h] datur inter eos, qui habent rem communem cum ſocietate, vel ſine, vt diuidatur: *vt* ꝫ. *de obligat. quæ ex quaſi contractu. §. item ſi inter aliquos. & not. ſuprà eod. §. quædam.* ¶ Sed quid de [i] actione finium regundorum? Reſpon. quidam, idem propter ſimilitudinem, quam habet cum his duabus: *vt ſuprà eod. §. quædam actiones.* Sed contradico [k]: cùm hic de ea non inueniam. & poteſt eſſe ratio quare ſecus ſit in iſta, quàm in aliis duabus: quia in iſta in quod purè eſt meum, poteſt alteri adiudicari: *vt ff. finium regun. l. ij. in fi.* Sed in aliis duabus cõmunis res, nõ propria adiudicatur: *vt* ꝫ. *de of. iudi. §. fi.*

Iuſtitut.

tis petitio eſſet, an non: noſtra tamen conſtitutio [m] apertè eam eſſe bonæ fidei diſpoſuit.

Rei vxoriæ actione ſublata, hodie dotis exigendæ, vel recuperãdæ cauſa, ex ſtipulatu actio competit, quæ illius in locum ſubrogata, & bonæ fidei eſt, & tacitæ hypothecæ priuilegio ſuffulta: vſque adèo vt in ea mulier reliquis creditoribus ſimili hypotheca vtentibus, longo interuallo præferatur.

g ¶ *De æſtimato.* vt ſi tibi rem meam do, & æſtimo tibi eam decem: vt aut rem, aut decem reddas: ſi verò plus vendas, tuũ ſit: & eſt [a] tunc periculum accipientis indiſtinctè: *vt hic, & ff. de æſti. act. l.* j. *in fi.* Si verò ſic dixi: rem, aut æſtimationem reddas: tunc diſtinguitur quis rogauerit, vtrùm ego te de vendendo, an tu me de tradẽdo: vt ſit periculum rogantis: *vt ff. de præſcrip. verbis. l. ſi gratuitam. §.* j.

h ¶ *Et ea.* ſ. actio præſcriptis verbis.

i ¶ *Ex permutatione.* quæ [b] naſcitur re demùm ab altera parte ſecuta: & tunc non ex traditione rei: ſed ex pacto dudum appoſito ſcilicet naſcitur: *vt C. de rerum permutatione. l. ex placito.* ¶ Sed cùm iſtis duobus caſibus ſit bonæ fidei: quæro vbi ſtricti iuris erit? Reſpond. vbi datur ex pacto incontinenti appoſito, quod euenit: *vt ff. de pact. l. iuriſgentium. §. ſed cùm nulla. & §. quinimò.* & eſt ratio: quia non inuenio quòd ſit bonæ fidei, niſi in duobus caſibus. Item in contractibus tribus innominatis: do vt facias: facio vt facias: & in tertio, de quo diximus, do vt des: quod eſt permutatio. In primis enim duobus præſcriptis verbis actio eſt ſtricti iuris: ſed in tertio eſt bonæ fidei, vt hic dicitur. In quarto contractu innominato, ſcilicet facio vt des, de dolo agitur, non præſcriptis verbis: [c] *vt ff. de præſcri. verb. l. naturale. §. quòd ſi faciam, vt des.* Item in omni contractu vbi eſt incertum de nomine actionis, habet locum hæc actio: & eſt ſtricti iuris: *vt ff. de præſcri. verb. l. ij. iij. & iiij.* ¶ Sed quid de actione in factum? nũquid eſt bonæ fidei? Reſpon. quatuor [d] ſunt genera actionis huius in factum. Vnum, vt detur ex omni edicto, vel interdicto prætoris: vbi non dedit prætor certum actionis nomen: *vt* ꝫ. *de interd. §. fi. & ff. nau. cau. ſta. l. & ita. §. ait prætor. in glo. ex edicto.* Secundò, vbi datur in ſubſidium legis Aquil. *vt* ꝫ. *de leg. Aquil §. fi.* Tertiò, vt detur, vbicunque præſcriptis verbis actio datur: & tunc eadem eſt quod actio præſcriptis verbis: *vt ff. de præſcrip. verb. l.* j. *in fi.* Item quartò dicitur in factum: quæ eſt ex variis figuris cauſarum: *vt C. de ſac. ſanct. Eccle. l. ſancimus.* j. §. *ſmautem.* quod quartum genus non poteſt ſub regula comprehendi, ſicut nec mora: *vt ff. de vſu. l. mora. in prin.* ¶ Nunquid ergo eſt ſtricti iuris ſemper? Reſpond. ſic, cùm non inueniam quòd bonæ fidei ſit. Sed quidam dicunt quòd in tertio caſu: vbi loco præſcriptis verbis datur, quæ cõpeteret ex permutatione, vel æſtimatione, ſit bonæ fidei, quod eſt falſum: quia in omni contractu: vbi certum debetur, habet locum certi condictio: *vt ff. ſi cer. pet. l. certi condictio.* & tamen nemo dicit aliquam cõdictionem eſſe bonæ fidei. ¶ Item quid de [e] actione præſcriptis verbis, quæ pro precario datur? Dicunt quidam quòd bonæ fidei eſt: *vt ff. de preca. l. ij. §. hoc interdictum.* Sed contradico: [f] quia non inuenitur quòd ſit bonæ fidei: *vt ff. de preca. l. ij. §. hoc interdictum.* ACCVRS. ADDITIO Niſi tale pactum ſit æſtimatio, vel permutatio: vt quia in vtraque ſit ſpecies certa præſtanda: quia tunc talis actio præſcriptis verbis eſt bonæ fidei. Iaſ.

k ¶ *Hæreditatis petitio* quæ [g] datur contra poſſidentem pro hærede, vel pro poſſeſſore: *vt ff. de peti. hæred. l. regulariter. & l. ſequ. & l. qui interrogatus.*

α ¶ *Hæreditatis petitio.* Lex ſola bonæ fidei iudicia facit, fuit olim ſtricta ex ſtipulatu actio pro dote: nunc eſt bonæ fidei ex conſtit. Iuſtit. fuit olim petitio hæreditatis ſtricta, nunc eſt bonæ fidei eodem auctore. CVIAC.

l ¶ *Vſque adhuc.* id eſt vſque ad tempora huius legis, vel noſtræ conſtitutionis: de qua ſtatim memoriam facit.

β ¶ *Inter bonæ fidei.* Vet. cod *ſiue inter bonæ fidei iud. cont. hær. pet. eſſet, ſiue non.* ſimilis à me adnotata eſt ſcribendi ratio in §. *pretium. ſup. de empt. & vend.* CVIAC.

m ¶ *Conſtitutio.* vt C. *de peti. hæred. l fi. in fi.*

Fuerat anteà]. CASVS. Domine, intellexi, quòd xvij. ſunt actiones bonæ fidei: quæ enumerantur in proximo ſuperiori §. eſt & xviij. quæ vocatur actio ex ſtipulatu pro dote: de qua in præſenti tractare intendimus: pro Deo dicatis mihi, quæ eſt eius natura? Frater, dicit ipſe, ſcire debes quòd olim erat quædam actio quæ erat bonæ fidei, quæ vocabatur rei vxoriæ actio: quæ competebat mulieribus ad dores ſuas repetendas: & olim numerabatur xvij. ſed quicquid olim erat in actione illa, hodie transfuſum eſt in actionem ex ſtipulatu pro dote: & illa penitùs eſt ſublata. Duo autem bona erant in illa actione, videlicet antiqua: quia erat bon. fid. & etiam tacitã habuit hypothecam: vnde dicimus quòd actio ex ſtipulatu, quanquam ſtricti iuris ſit ex ſui primitiua natura: tamen quia in omnibus ſupplet naturam rei vxoriæ actionis: quando datur pro dote, diximus quòd habet iſta duo: ſcilicet quòd eſt bo. fi. & etiam tacitam habet hypothecam. h d. Franc.

a ¶ *Tuerat*

a Et eſt effectus: quia tunc ſi iudex omittat in ſententia condemnare: nihilominùs poſſent peti iure actionis: ſecus ſi venirent officio iudicis: *vt eſt Glo. in l. non ſolum. In verbo, cauere. ff. de rei vindi.*

b Gloſ. ſequitur Iaſ. licèt diſpliceat Fab. & Plac.

c Hactenus progreditur Accurſij gloſſa.

d Hæc opinio Io. communiter approbatur per doct.

e Pignoratitia actio directa, & contraria bonæ fidei eſt. *vt hic.* hypothecaria ſtricti iuris. vide *Negus. de pignoribus, parte 7. membro 1.*

f Actio pignoratitia eſt duplex, vna directa, alia contraria.

g Actio familiæ erciſcundæ inter quos detur.

h Actio communi dividundo inter quos detur

i Actio finium regundorũ eſt ſtricti iuris.

k Cum iſta opinio, communiter reſeruntur doct.

a Aeſtimatæ rei cuius eſt periculum.

b Actio quando naſcitur ex permutatione.

c Quod verum vbi ex facto meo nihil tibi adeſt: aliàs ſecus: vt per Ia. hic ponentem etiam qualiter ex permutatione plures, & diuerſæ, & ad diuerſa tendentes competant actiones.

d Actionis in factum quatuor genera.

e Actio præſcriptis verbis quæ datur pro precario ſtricti iuris eſt actio.

f Hanc communiter approbant doct. hic.

g Hæreditatis petitio in quos datur.

29. ¶ Fuerat anteà [a] & rei vxoriæ actio [a] vna ex bonæ fidei iudiciis: sed cùm pleniorem esse ex stipulatu [b] actionem inuenientes, omne ius, quod res vxoria antè habebat, cum multis diuisionibus in actionem ex stipulatu, quæ de dotibus exigendis proponitur, transtulerimus [c]: meritò rei vxoriæ actione sublata, ex stipulatu actio, quæ pro ea introducta est, naturam bonæ fidei iudicij tantùm in exactione dotis meruit [d], vt bonæ fidei sit: sed & tacitam [e] ei [f] dedimus hypothecam [g].

Præferri autem aliis creditoribus [h] in hypotheciss tunc cẽ suimus, cùm ipsa [i] mulier de dote sua experiatur: cuius solius [k] prouidentia hoc induximus [l].

Quæ olim inter bonæ fidei iudicia, & stricti iuris circa cõpensatio-

nes fiebat differẽtia (vt scilicet in illis ipso iure: in his opposita doli exceptione fieret compensatio) hodie sublata est. hoc igitur iure vtimur, vt quibuscumque actionibus obiiciatur compensatio, illas statim iure ipso aut perimit, aut minuit: deme depositi actionem, quæ nulla compensationis exceptione tollitur.

30. ¶ In bonæ fidei iudiciis libera potestas permitti videtur iudici ex bono, & æquo æstimãdi quantum actori restitui [m] debeat. In quo [n] & illud continetur, vt si quid inuicẽ præstare [o] actorem oporteat: eo compensato [p], in reliquum is, cum quo actum est, debeat condemnari. Sed & in stricti iuris iudiciis ex rescripto diui Marci opposita doli mali exceptione [q], cõpensatio inducebatur. sed nostra constitutio [r] eas cõpensationes, quæ iure aperto [s] nitũtur, latiùs rit dotem: patri actio, & filiæ simul dabitur: imò aliquantulum habet plus pater, qui agit: & filia semper creditur consentire, nisi habeat iustam causam contradicendi, & contradicat: *vt ff. sol. ma. l. ij. §. fi. & l. non solùm.* & hanc dotem integram debet seruare pater pro filia: nisi clade: id est tempestate, vel vi patrimonium suum fuerit deminutum: *vt in Authen. de æquali. dot. §. quia verò omnia. colla. vij.* ¶ Sed nunquid patri hoc priuilegium dabitur? Videtur quòd non: quia sua actione agit: *vt ff. solu. matri. l. ij. §. voluntate.* Econtrà quòd sic, videtur: quia per hoc filiæ prouidetur, cùm pater hanc reseruare cogatur filiæ, vt dictum est. & hoc verum puto: [a] vt hîc dicitur, cuius prouidentia, &c. k ¶ *Solius.* scilicet mulieris.

l ¶ *Hoc induximus.* scilicet vt aliis præferatur.

In bonæ.] Diuiditur in tres partes. Primò qualiter compensatio fit in bonæ fidei iud. Secundò qualiter olim, & hodie fit in stricti iuris. Tertiò facit quandam exceptionem. Secunda ibi: *Sed in stricti iuris.* Tertia ibi: *Excepta.* CASVS. In superioribus dictum est quæ actiones sunt bo. fid. & etiam per oppositum patet, quæ sunt stricti iuris: quia omnes præter eas, quæ in aliis præcedentibus §§. enumerantur. Modò intendit dominus Iustinianus prosequi quandam largam materiam, quam habet iudex in iudiciis bonæ fidei. Vberius enim, & pinguius exercet iudex officium suum in actio. bonæ fidei, quàm in actio. stricti iuris: adeò quòd ex ista vberantia permittitur iudici ex bono, & æquo in actio. bonæ fidei æstimare quantum per actiones istas actori sit præstandum: in quo iudicis officio continetur, vt si actor, qui petit: putà xv. reo teneatur in aliquo, putà in x. compensato eo, quod actor reo debet, iudex reum in solidos quinque condemnabit. & fiebat ista cõpensatio in iudicio bonæ fidei ipso iure: sed in actio. stricti iuris non potest habere locum compensatio: nisi opposita doli mali exceptione. & hoc erat inductum ex constitutione diui Pij: sed nostra constitutio (dicit Imperator) induxit eandem compẽsationem ipso iure tam in stricti iuris iudiciis, quàm in bo. fi. vsque ad contentam in petitione quantitatem: in omni actione, in qua petitur quantum: dum tamen quantitas ex alia parte sit debita: & hoc siue sit actio in rem, siue in personam: excepta actione depositi: in qua videtur absurdum aliquid compensationis nomine opponi: ne prætextu compensationis aliquis depositarum rerum exactione fraudaretur. h. d. Franc.

m ¶ *Restitui.* largè accipe: siue pro dando, siue pro restituendo: *vt ff. de verborum significatione l. verbum reddendi.* & hoc intelligas siue in vsuris ex mora: *vt ff. de vsur. l. mora. §. in bonæ fidei.* siue in interesse agentis: *vt suprà de oblig. ex consensu.* ACCVRS.

n ¶ *In quo.* scilicet officio iudicis.

o ¶ *Præstare.* scilicet reo.

p ¶ *Eo compensato.* scilicet opposita exceptione compensationis tantùm.

q ¶ *Doli mali exceptione.* quæ exceptio ideò dabatur: quia dolo facit, qui petit: quod restituturus est: *vt ff. de excep. do. l. dolo.* ¶ Et ita not. quantum ad effectum nulla est differentia: sed quantum [b] ad verba, vel rigorem iuris.

r ¶ *Constitutio.* vt C. *de compen. l. fi.*

s ¶ *Iure aperto.* i. [c] vbi quantitas hinc inde debetur. Nam speciei ad speciem, vel speciei ad quantitatem, vel quantitatis ad quãtitatem (si est quantitas vt species) non fit compensatio: quia non patet iure aperto: *vt ff. de pigne. act. l. si conuenerit. j. respon. & ff. de condict. indebi. l. si non sortem. §. si centum. & de impen. in reb. dot. fact. l. quod dicitur. & l. fi. & ff. de pecul. l. si creditor. §. j.*

¶ Sed nõne statim hîc subiicit, quòd actioni [d] in rem potest obiici compensatio? ergo [e] videtur fieri de specie ad quantitatem. Sed dic quòd fit rei vindicatio, quando re nõ restituta iuratur in litem, vel in veram æstimationem: *vt ff. de rei vindica. l. qui*

ADDITIO. Quod verum intellige quantum ad priuilegium tacitæ hypothecæ: secùs quo ad priuilegium prælationis: quia competit mulieri: & est effectus: quia tunc est personale, & non transit ad alium, nisi ad filium: *vt hic in glo. fi.* secùs in primo casu, vt hîc per doctores.

a Actio rei vxoriç.

b Actio ex stipulatu pro dote cõpetit marito, & vxori.

c Not. quòd nõ tantùm vxori ad repetẽdam dotem præsumitur fieri stipulatio: *vt hîc*, sed etiã ex parte viri ad consequendã dotem: & ex vtraque parte inest tacitè hypotheca: *vt est text. in l. 1. §. 1. Co. de rei vxo ac. ibi, stipulationẽ, & hypothecam*, &c. Ang.

d Tacita stipulatio nonnunquam subintelligitur.

e Dotis actione vtrum mulier præferatur anteriorib. creditoribus ex prestam hypothecam habentibus.

f Hoc verum in procuratore simplici: si verò sit procurator in rem suã, distingue: vt per Ias. hîc.

g Scilicet prælationis: habet tamen priuilegium tacitæ hypothecæ: *vt per Ias. hîc in secundo no.*

h Dotis nomine mulier quãdo experiri possit.

i Dotis nomine constãte etiam matrimonio mulier experiri potest marito ad inopiam vergẽte.

k Dos cui reddẽda, ac restituẽda, qui eã sibi reddi stipulatus est

l Dotis profectitiæ nomine an, & quomodo agere filia aduersus maritum, eiúsve hęredes possit.

a Hoc verum intellige quãdo filia esset vna tẽpore, quo pater agit: aliàs secus: *vt hic per doct.*

b Hæc Gl. malè loquitur secundum Ias. cũ leges non verbis, sed rebus imponantur. l. a. *Co. communia de legat.*

c Cõpensationes quæ dicantur iure aperto niti.

d Compensatio actioni in rem obiici potest.

e Cõpensatio speciei ad quãtitatem nõ fit.

l. qui

l.qui restituere. ¶ Item. quid a si hinc inde debitum est in genere: vt debeo tibi hominem, & tu mihi hominem? Respon. fit compensatio: *vt ff. si pars hereditatis pet. l. j. §. item si cum me. & ff. de hæredi. instit. l. qui non multis abat. j. respon. & ff. de lega. ij. l. vnum ex familia. §. sed si vno.* ¶ Item b quid si ab vna parte debitum est confessatum: ab altera negatum? Respon. non patet aperto iure: vnde non fit compensatio: *vt C. de compen. l. fi. §. pen.* ADDITIO. Nisi tale debitum non confessatum posset de proximo liquidari: *vt d. l. fi. C. de compensa.* Quando autem oppositio compensationis requirat altiorem indaginē, & quantum tempus detur ad probandum: vide hîc per docto.

a ¶ *Vt actiones.* accusatiui casus. Est enim sensus, vt cōpensationes minuant actiones.

b ¶ *Ipso iure.* Adeò c vt dixerint quidam non esse necesse voce hominis opponi compensationem, vt hîc. Sed certè imò est necessarium vt opponatur: quod probo tribus rationibus. 1. Nam debeiussor conuentus eligit, vt vel quod sibi, vel d quod reo debetur, compenset: quæ electio sibi non daretur, si ius compensaret: *vt ff. de compen. l. quid.* 2. Item & reus conuentus eligit in quam causam compenset, si debeat ex pluribus causis: *vt ff. de compensa. l. quod Labeo.* 3. Item lex dicit eum malè agere, cui obiici potest compensatio: *vt ff. de compen. l. verum. §. sicut.* sed qui malè agit, habet actionem: sed eluditur exceptione: *vt ff. quando di. vsusfru. leg. ce. l. j. in fin.* ¶ Sed secundùm hanc opinionem quid adiicitur in actione stricti iuris ad id, quod erat olim? Respon. quia d

a ¶ *Non restituat.* vt in rei vindicatione, quæ est arbitraria: cùm primò rem restituendo liberetur: aliàs iudicis arbitrio in litem iuratur: *vt ff. de in li. iu. l. in actionibus. & ff. de rei vindica. l. qui restituere.* Vel hypothecaria: *vt infrà prox.* §. vbi hæc omnia exemplia diligentius dicuntur.

b ¶ *Vel exhibeat,* cùm ad exhibendum agitur.

c ¶ *Vel soluat.* scilicet cùm certo loco soluendum est.

d ¶ *Vel ex noxali.* cùm noxaliter agitur.

e ¶ *Dedat.* id est, det. ACCVRS.

f ¶ *Condemnari.* diuersis modis fiet condemnario: sicut diuersæ sũt istæ arbitrariæ: vt dicemus *infrà proxi.* §. *in fin.*

g ¶ *Sed istæ actiones.* scilicet arbitrariæ.

h ¶ *In rem.* separatim intellige: nam vna, & eadem actio non potest in rem, & in personã esse, nisi in quatuor casibus mixtis: *vt suprà eo.* §. *quædam actiones.*

i ¶ *Publiciana.* de qua habes *suprà eodem.* §. *alia.*

k ¶ *Seruiana.* de his duabus habes *suprà eo.* §. *Seruiana.* ACCVRS.

l ¶ *Metus causa.* licet sit in personam, vt hîc: tamen in rem est scripta: *vt ff. quod met. cau. l. metum.* §. *cùm autem.* & de hac dic: *vt suprà eod.* §. *item actio.*

m ¶ *Dolo malo.* actio de dolo est arbitraria: vt hîc. quod est ideò: quia liberatur dolosus verum interesse præstando, si restituere non possit: aliàs iudicis officio iuratur in litem: *vt ff. de dolo. l. arbitrio. in princip.*

n ¶ *Item cum id.* scilicet pecunia.

o ¶ *Promissum est.* idem etiam si legatum sit relictum certo loco dandum: & idem si mutuum sit datum certo loco reddendum. Nam in his tribus casibus locum habet certi condictio arbitraria: vel ex testamento arbitraria scilicet in promissione, & legato, & mutuo: & aliàs non: *vt ff. de eo, quod certo loco. l. ij* §. *hæc autem. & l. si heres. & l. aut si.* Et quod hîc dicitur, petitur scilicet alibi, quàm vbi fuerat promissum dari: & venit in ea vtilitas tam agentis, quàm rei: *vt infrà eo.* §. *loco.*

p ¶ *Actionibus.* scilicet personalibus, & arbitrariis.

q ¶ *Similibus.* scilicet in rem & sunt decem: de quibus dixerat suprà. 2. Vel dic quòd & aliæ sunt arbitrariæ, quæ hîc non enumerantur: vt ecce actio in factum, quæ datur cõtra nautam, cauponem, stabularium: *vt ff. nau. cau. stab. l. i. in prin.* Sed quidam dicunt eam non esse arbitrariam: quia ibi non feruntur sententiæ duæ. Item est actio in factum, quæ datur contra publicanum: *vt ff. de publi. l. j. in prin.* Item actio finium regund: *vt ff. finium regun. l. ij in fin. & l. iij.* Item actio redhibitoria: *vt ff. de ædil. edict. l. redhibitoria.* item actio ex stipulatu, quæ pro dote repetẽda datur: *vt ff. solu. matr. l. si filiofamilias.* § *maritum.* Sed certe isto casu non ideò iuratur in litem: quia arbitraria sit: sed quia bonæ fidei sit: *vt suprà eo.* §. *fuerat.* Item actio rerum amotarum est arbitraria: *vt ff. rerum amotarum. l. si cum dos. in fin.* ACCVRS.

r ¶ *Naturam.* id est bonitatem: vt dicunt quidam. 2. Vel meliùs id est secundùm naturam actionis arbitrariæ, quæ intenditur.

¶ Nam [e] triplex potest modus condẽnationis deprehendi in arbitrariis. 1. Vnus vt duæ sententiæ ferantur, prima de restituenda re: & nisi restituatur, fiat condemnatio in pœnam. vel interesse per delationem iurisiurandi in litem: vt patet in actione quod metus causa, & in actione de dolo, & rei vindicatione, & in actione ad exhibendum, & similibus. 2. Est & alius modus vt vna feratur sententia: & in ea statim interesse consideretur: vt quando certo loco aliquid dandum est, & hoc est in ista sola. 3. Tertius modus est, vt non in quantitate condemnationis fiat arbitrium: sed in qualitate, vt in actione noxali, in qua arbitratur iudex an liberetur dando seruum pro noxa, quod est quando domino ignorante, vel prohibere non valente deliquit aliàs in solidum tenetur: *vt ff. de noxa. l. ij. in priu. & l. in delictis. in prin.*

[e] Triplex condẽnatio est modus in arbitrariis.

s ¶ *Satisfieri.* Sed nõne hoc idem in bonæ fidei iudiciis fit? Resp. dic quòd triplex [f] est iudicis officium. 1. Primum, quod obtinet actionis vicem: per quod officium perfitur salaria aduocatorum, & restitutiones maiorum, & minorum: *vt ff. de minoribus. l quod minor.* §. *fi.* 2. Aliud est, quod bonæ fidei actionibus inhæret: quòd iure actionis venit: *vt ff. de eo, quod certo loco. l. in bona fidei.* & vnà cum actione perit: *vt ff. depo. l. iiij.* 3. Tertium est, quod inhæret actionibus stricti iuris, quibusdam, scilicet arbitrariis. & hoc ex solo motu iudicis descendit: vt quasi liberum sit ei hoc facere. sed in actionibus bonæ fidei restringitur ad hoc [g]. Item in actionibus bonæ fidei vna fertur sententia: in his autem plerumque duæ, vt modò diligenter notauimus. ADDITIO. Tu dic, secundùm Ia. quòd in actionibus bonæ fidei officium iudicis eis deseruiens prouenit ex natura ipsarum, per quod statim quòd debitor est in mora, potest condemnari ad vsuras, vel interesse: sed in actionibus stricti iuris prouenit ex quodam accidenti extrinseco: putà quia non præstatur res, in qua fuit facta cõdemnatio: & sic istæ actiones sunt arbitrariæ.

[f] Officium iudicis triplex.

[g] a Faber reprehendit hanc glossam: quia in arbitrariis iudex cogitur imperitiæ officium: sed non cogitur ad tale, vel tale: vt *hic per eum.*

Iudex debet ferre sententiam certam etiam super libello incerto, si incertitudo est in potestate iudicis. h. d. Aretinus.

32. ¶ Curare † autem debet iudex, vt omnino quantum possibile [t] ei sit, certæ pecuniæ [u], vel rei [x] sententiam ferat [y], etiam si de incerta [z] quantitate apud eum actum est.

Quisquis olim re, loco, tempore, aut causa plus, quàm sibi debebatur petiisset, totam rem amittebat: sed D. Iustiniani constitutione cautum est, vt qui loco, quãtitate, aut causa, plus iusto petierit, atque ex hoc damni aliquid aduersario inferatur, eius dãni triplum restituat. si autem ante tempus solutionis litem moueat, inducias, quas ex conuentione debitori dederit, vel quæ ex natura actionis indulgentur, in duplum habeat debitor.

Curare.] Diuiditur in tres partes. Primò mandat iudici deferendo certam sententiam. ibi, *Certæ pecuniæ.* Secundò limitat mandatum, si illud est possibile: ibi; *Quãtum.* Tertiò remouet vnum obiectum: ibi; *Etiam si de incerta.* CASVS. Suprà dictæ sunt multæ diuisiones actionum: adhuc ponet plures: sed in præsenti §. dat quendam effectum actionis: & dicit quòd si quædam actio coram iudice proponatur: curare debet iudex vt quantũ possibile est, & in quantum natura actionis hoc patitur, vt certam ferat sententiam. h. d. Franc.

† Concor. c. licet in gloss. super ver. possidere. post princ. extrà de proba. & c. iuuenis. in gloss. 2. post prin. extrà de spon.

t ¶ *Possibile.* hoc ideò dicit: quia interdum [h] non potest certam ferre sententiam. Quid enim si homo in genere promissus petitur, vel sub alternatione: putà Stichum [i], aut Pamphilum: aut damnum emendari, vel seruum pro noxa dari? certè iudici non est possibile ferre certam sententiam: quia natura actionis non patitur: *vt infrà, de offic. iud. in principio.* Idem dico in hæreditatis petitione. nam sicut sufficit in libello proponere vniuersaliter: ita & in sententia: putà sic: Pronuncio te hæredem extitisse ex asse, vel ex semisse: & ideò tibi hæreditatem restituendam.

[h] b Sententia nõ potest semper esse certa.

[i] c Hoc exemplum de seruo communiter reprobatur: quia in causa noxali iudex debet certam ferre sententiam: putà ad emendationẽ damni: cùm illud solum sit in obligatione: *vt hîc per ducis.*

u ¶ *Pecuniæ.* scilicet cùm pecunia petitur.

x ¶ *Vel rei.* quando alia res petitur, quæ in quantitate consistat, vel non: & hoc si certum est petitum: aliàs enim non tenet sententia, nisi in aliqua parte actorum res certa scripta inueniatur: *vt C. de sent. quæ sine cer. quan. l. hæc sententia.* j. si autem est incertum: aut certificari potest, vt si pero interesse, quod debet coram iudice probari, & deduci ad certitudinem: *vt C. de senten. quæ pro eo, quod interest. l. vnica.* §. *ij.* & tunc locum habet hic § aut non potest deduci in certitudinem, vt in homine generaliter petitur, & similibus, quæ modò diximus. & tunc non habet locum iste §. ACCVRS.

y ¶ *Sententiam ferat.* & in [j] scriptis: *vt C. de senten. ex breui recit. l. fi.* nisi in quatuor casibus: *vt in Auth. de man. priu.* §. *sit tibi. coll. ij. & in Authen. vt iud. sine quoquo fiss.* §. *necessitatem. coll. ij. & in Authen. vt ele. apud propri. epi. cõue.* § j. *colla. vj.*

[j] d Sententia est in scriptis ferenda.

z ¶ *De incerta.* vt de interesse.

Si quis agens.] Diuiditur [k] principaliter in duas partes. Primò ponit id, quod erat de iure antiquo quando plus petebatur. Secundò id, quod est de iure nouo. Secunda ibi; *Et hæc quidem.* Item prima subdiuiditur in tres. Nam primò ponit regulam generalem iuris antiqui, qualiter puniatur plus petens. Secundò, quot modis dicatur plus petere. Tertiò exempla vniusquiusque. Secunda ibi; *Plus autem.* Tertia ibi; *Re: veluti.* Aretinus. CASVS. In superioribus dictum est de natura omnium actionum: nunc autem nihil aliud intendit legislator ostendere, nisi qualiter abusores actionum puniantur. Dicit ergo quòd quotiescunque actor plus ponit in intentione sua, quàm sibi debeatur, quocunque genere plus petendi: cadit à causa, hoc est rem, quam petit, amittit. nec succurritur ei de facili à prætore per in integrum restitutionem, nisi fuerit minor. Si enim minor xxv. annis aliqua facilitate lapsus plus petierit, tunc causa cognita succurritur ei: sed maioribus plus petentibus nullo modo succurrebatur, quin à causa caderent: nisi haberent magnam, & iustam causam erroris: tunc enim parcendum erat eis. & de hoc posuit duo exempla. Primum est, quando aliquis maior petebat totum legatum: putà petebat legatum relictum sibi in testamento:

[k] & per

&per errorem, cùm aliqua pars legati, vel fortè ſolida legata in codicillis eſſent adempta: quia tamen ignorauit, ſuccurrebatur ei. Secundum exemplum eſt in maiore, qui integra legata petebat: & tamen tota erant aliis legata: ita quòd locus erat Falcidiæ. Hoc erat olim in quolibet genere plus petendi: ſcilicet quòd cadebat à cauſa, niſi iuſtam cauſam haberet: vt ſuprà dictum eſt: ſed hodie non eſt ita: *vt habetur infrà eodem. §. & hac quidem antèà.* Franciſcus Aret.

a ¶ *Intentione ſua.* i. in libello vbi erat intentio ſua. ACCVRS.

a ¶ *Intentione ſua.* Vet. *in intentione ſua plus complexus fuerit, quàm ei competebat, cauſa cadebat.* & hoc quidem lege XII. tabul. proditum fuiſſe, ſunt qui exiſtiment, quod Cic. in hunc modum ſcribat in *1. de Orat.* Quod alter plus lege agendo petebat, quàm quantum lex in XII. tabul. permiſerat, quibus ipſe non aſſentior: nam de actione tutelæ Cicero loquitur, quæ lege XII. tab. in duplum permiſſa eſt. *l. tres tutores. de adm. tut.* ille autem petitor ea lege agendo plus petierat, quàm quantum lex ipſa permiſiſſet, puta triplum, vel quadruplum: atque ita litem perdiderat. Patronis nota erat lex XII. tab. non tamen illa iuris definitio, qua cauetur formula excidere eum, qui intentione ſua plus complexus fuerit, quàm ei debeatur. CVIAC.

33. ¶ Si quis agés, in intentione ſua [a] plus [b] complexus fuerit, quàm ad eum pertineat, cauſa cadebat: id eſt rem amittebat [c]: nec facilè in integrum reſtituebatur à prætore, niſi minor erat vigintiquinque annis. Huic [d] enim: ſicut aliis in cauſis, cauſa cognita [e] ſuccurrebatur, ſi lapſus iuuentute [f] fuerat: ita & in hac cauſa ſuccurri ſolitum erat. Sanè ſi tam magna cauſa iuſti erroris interueniebat, vt etiam conſtantiſſimus [g] quis labi poſſet: etiam maiori [β] viginti quinque annis ſuccurrebatur: veluti ſi quis totum legatum petierit: poſt deinde prolati fuerint codicilli, quibus [h] aut pars legati adempta ſit, aut quibuſdam aliis [i] legata data ſint, quæ efficiebāt vt plus petiiſſe videretur petitor, quàm dodrantem, atque ideò lege Falcidia legata [k] minuebantur [l].

Summatus eſt iſte §. ſuprà: tamen ſpecialiter hoc habet: Plus petitur quatuor modis: ſcilicet, re, tempore, loco, & cauſa: & primò tres primos modos exemplariter declarat. Ang.

Plus autem quatuor modis [m] petitur: re, tẽpore, loco, & cauſa. Re, veluti ſi quis pro decem aureis, qui ei debebātur, viginti petierit: aut ſi is, cuius ex parte res eſt, totam eam, vel maiorem partem ſuam eſſe intenderit.

Tempore, veluti ſi quis ante diem, vel ante conditionem petierit. Qua enim ratione qui tardiùs ſoluit, quàm ſoluere deberet, minus ſoluere intelligitur: eadem ratione [n] qui præmaturè petit, plus petere [o] videtur. Loco plus petitur, veluti cùm quis id, quod certo loco ſibi dari ſtipulatus eſt, alio loco petit ſine commemoratione [p] illius loci, in quo ſibi dari ſtipulatus eſt: verbi gratia, ſi is, qui ita ſtipulatus fuerit,

Epheſi dare ſpondes? Romæ purè intendat ſibi dari oportere. Ideò autem plus petere intelligitur. quia vtilitatem, quam haberet promiſſor, ſi Epheſi ſolueret, adimit [q] ei pura intentione. Propter quam cauſam alio loco petenti arbitraria [r] actio proponitur [ſ]: in qua ſcilicet ratio habetur vtilitatis, quæ promiſſori [t] competitura fuiſſet, ſi illo loco ſolueret, quo ſe ſoluturum ſpopondit. Quæ vtilitas plerunque in mercibus maxima inuenitur: veluti vino, oleo, frumento, quæ per ſingulas regiones diuerſa habent cet re, & tempore: modò videatis exemplum de eo, qui plus petit loco. & eſt exemplum in eo, qui quod certo loco ſtipulatus eſt ſibi dari: petit in alio loco, nulla facta commemoratione de loco, in quo promiſit promiſſor: vtputà ſi aliquis ſtipulatus fuerit à Titio aliquid ſibi dari Epheſi, & illud petat Romæ ſibi dari: iſte plus petit loco, eò quòd aufert commoditatem, vel vtilitatem promiſſori, quam habuit ratione loci, in quo promiſit. Vnde in iſto caſu habet locum actio arbitraria loci: in qua habebitur ratio vtilitatis, quæ competitura eſſet promiſſori, ſi ſoluiſſet loco illo, in quo promiſit ſe ſoluturum. Et iſta vtilitas in mercibus: veluti in frumento, oleo, vino, & in aliis mercibus bene apparet. Merces enim in diuerſis regionibus diuerſa habent precia. vnde ſi decem modia frumenti promiſi tibi Epheſi, & tu petas ea Romæ: aufers mihi magnam vtilitatem. modium enim, quod non valebat Ephe. niſi x. valet fortè Romæ XV. vel XX. & iſtius vtilitatis habebitur ratio. Sed domine, quid dicetis vos de pecunia? Reſpond. idem dico tibi de pecunia: quia plus expedit promiſſori pecuniam ſoluere in vno loco, quàm in alio, eò quòd in vno loco poteſt pecuniam ſub leuioribus vſuris habere, quàm in alio. Sed quid ſi is, qui alio loco certo ſibi aliquid dari ſtipulatus eſt, in eodem loco pecuniam petat, quo ſibi promiſſa eſt? Reſpond. tunc agit rectè, nec habet locum arbitraria loci: quia loci commoditas eſt ſalua promiſſori.

m ¶ *Plus autem quatuor modis.* vt omnibus his modis à cauſa videatur cadere iure antiquo: vnde iſti quatuor modi plus petendi patent in hoc verſu,

Plus petitur cauſa, vel tempore, réque, locóque.

n ¶ *Ratione.* à ſimili per contrarium.

o ¶ *Petere.* vt hîc, *& ſuprà de fideicommiſ. §. non ſolùm.*

p ¶ *Sine commemoratione.* id eſt ſine vtilitate rei debitæ, vel intereſſe rei. nam eſt habenda ratio eius vtilitatis, ſi ſua interſit in loco deſtinato potiùs conueniri. [a] Vel dic, commemoratione: id eſt mentionem faciente de ipſo loco. nam ipſum locum: vbi erat facienda ſolutio, in libello ponere debet: ſic pero vt x. mihi ſoluas hîc, vel vbi ſoluere promiſiſti: *vt hic, & ff. eodem. quod certo loco. l. ij. §. fin.* poſt hæc niſi ſoluat, poterit eum conuenire vbicunque voluerit, dummodò conuentus habeat ibi forum, non alias: *vt ff. de iudic. l. hæres abſens. in fine.* Sed Pla. dicit quòd ſcilicet vbicunque poterat eum conuenire, poteſt ibi etiam: vbi non habeat forum: & eſt pro eo. *ff. de iud. l. eum, qui. & ff. de conſtitu. pecu. l. ſi duo. §. ſed & certo.* Sed certè quod dictis legibus dicitur, vt quolibet loco poſſit conueniri: verum eſt idoneo, vbi conuentus habeat forum: *vt ff. de mune. & hono. l. vt gradatim §. j.*

q ¶ *Adimit.* id eſt, adimere deſiderat, nõ tamen adimere poteſt.

r ¶ *Arbitraria.* id eſt, vtilis certi condictio ex ſtipulatu: vbi ſtipulatio interceſſit, vt hîc fuit: vel vtilis certi condictio, ex mutuo: vbi mutuum erat datum certo loco reddendum: vel vtilis actio ex teſtamento, vbi legatum eſt dandum certo loco. Nec enim eſt proprium nomen actionis: *vt ff. de eo, quod cer. lo. l. ij. §. hac autem actio. & l. ſi hæres. & l. aut ſi mutua.* ACCVRS.

ſ ¶ *Proponitur.* id eſt, tribuitur, vel datur: *vt ff. de eo, quod certo loco. l. quòd ſi Epheſi.*

t ¶ *Promiſſori.* ſed & actoris vtilitas attenditur: & vtriuſque vtilitas ſimul attenditur: *vt ff. de eo. quod cer. lo. da. opor. l. ij. j. reſpon.* ADDITIO Dic quòd intereſſe rei, ſi conueniatur

a Seruа ibi dici inducias duplicari, neque poſtea cogi litem ſuſcipere, niſi refectis ſibi expenſis: *& idem dicit tex. in c. 3. ex trà de plus peti.* Ang.

b Adde & hoc quòd cum hac Gl. ſ. quòd d. l. *iuſtas.* hodie ſit correcta, tenet Gl in *d. l. iuſtas.* vbi Bar. Nico. de Neap. & Ia. hîc. quãuis contra tenuerit Io. Fa. Io. de Platea, & Ang.

a Quærit Ioan. Fab. ſi eſt notorium, quòd vtilius eſt debitori ſoluere in loco: vbi agitur, quã in loco conuento: nunquid tunc debeat actor mentionem facere de loco cõuento: & dicit quòd ſic: quia petitor ſemper debet narrare formã obligationis: *vt infrà proxi. §. in fi.* Item quia aliquando expedit, & facilius eſt debitori ſoluere, quod damnoſius eſt ſibi. *infrà eo. §. præterea. in fin. igitur.* Ang.

in alio loco, semper æstimatur: sed non actoris, nisi reus fuisset in mora, vel culpa: *vt not. Gl. Bar. & doc. ta d. l. ij. in prin.* Ang.

a ¶ *Pura.* id est non habita mentione, vel ratione loci: vbi erat facienda solutio: *vt diximus suprà eo.* §.

Huic autem.] CASVS. Suprà dictum est, quocunque genere plus petendi olim plus petebatur: cadebat à causa, & rem amittebat plus petens qualiter autem plus petebatur re, vel tempore, vel loco, dictum est suprà. modò dicit dominus Iustinianus, qualiter plus petitur causa: & de hoc ponit duo exempla: vnum in isto §. & aliud in sequenti. Primum exemplum est tale: Si quis est stipulatus Stichum, aut decem, vel viginti aureos, & postea petit Stichum præcisè: plus petere causa videtur. Habuit enim electionem promissor soluendi decem, vel Stichum. vnde cùm præcisè petat vnum, adimere sibi videtur electionem: & ita plus petere causa videtur: & ita olim cadebat à causa. Quid ergo debet facere stipulator? quid petet? Respond. secundùm qualitatem contractus debet facere libellum: & hoc est optimum verbum quotidianum: hoc est eodem modo, quo stipulatus est: vnde quia stipulatus est alternatiuè, & alternatiuè debet libellum suum conficere, vel formare. Et sum in ver. *Præterea si quis.* Tu habes vnum exemplum de eo, qui plus petit causa. Hîc ponit dominus Iustinian aliud exemplum de eodem. Plus enim petit causa illic, cui homo in genere promissus est, si hominem certũ petat. & similiter est in vino, & in purpura, & in aliis. Generaliter enim quandocunque aliquid debetur in genere, si certum quid petatur, plus peti videtur. Videtur enim promissori adimere electionem, vel ad minus hoc facere intendit. Diceret aliquis: hoc verum est, quando aliquid in genere promissum est: & ille, cui promissum est, certum petit: quia tunc si pretiosissimum petat, plus petere causa videtur. Sed quid dicetis, vos domine, si aliquid in genere esset promissum, & ipse præcisè petat illud, quod vilissimum est in illo genere: videturne plus petere? Et respond. quòd sic: quia adhuc electionem soluendi promissori adimere videtur. Sæpè enim accidit vt promissori facilius sit soluere illud, quod maioris pretij est. Omnibus ergo istis modis dicitur plus peti: & quocunque istorum modorum plus petebatur, cadebat plus petens à causa. Hodie non est sic: vt patet in proxi. §. Franc.

b ¶ *Qui causa.* hanc causam, electionem iam vocabit.

c ¶ *Electio.* nisi cùm iam vnum interiit. tunc enim alterum, quod supereſt, præstabit: *vt ff. de eo, quod certo loco. l. non vtique. §. qui Stichum.* & facit ad hunc §. *ff. de iure dotium. l. plerumque. in fine* a.

d ¶ *Eripit.* id est eripere vult.

e ¶ *Facit.* id est facere vult.

f ¶ *Prodita est.* id est data. Et est actio ex stipulatu hoc modo: scilicet alternatiuè proponenda, vt dicitur hîc.

g ¶ *Præterea.* hoc est aliud exemplum qualiter causa plus petitur.

h ¶ *Tollit.* id est tollere vult.

i ¶ *Maioris pretij est.* facit *ad hoc, ff. lo. l. item quæritur. §. j. & ff. de condi. & demon. l. quod traditum est. & l. seq. & ff. de in diem addic. l. si venditor. §. sed si neuter. & ff. de vsu, & habi. l. fin.* b *& ff. de vsufru. l. hactenus. §. fi. & l. sequenti.*

Et hæc quidem.] CASVS. Ab illo §. *si quis agens.* vsque nunc solùm habuistis quòd quatuor sunt modi plus petendi: & quicunque aliquo istorum modorum plus peteret, cadebet à causa sua: propter quod dicit dominus Iustinianus quòd hoc videtur iniquum, & correctione dignum, & dicit, hæc anteà in vsu fuerant: sed posteà lex Zenoniana, & nostra constitutio hoc artauerunt. Et hodie obtinet quòd nullus à causa cadat. scilicet qui plus petit tempore, aut alio modo. Sed si plus petatur tempore: tunc in pœnam petentis plus tempore, duplicabuntur induciæ: ita quòd si illud, quod post annum debebatur, incontinenti perat: non poterit illud petere nisi post biẽnium: & etiam necesse habebit adhuc soluere omnes expensas, quas in lite reus fecerit. Si autem re, vel loco, vel causa plus petat. Respon. Imperator, quòd tunc omne damnum, quod sustinebit reus per pluris petitionem, resarciet sibi actor in triplum. hoc dicit. Sed videtur per hoc, quod dicitur hîc, quod non habebit locum id, C. *de plus peti. l. vnica.* Respon. imò: quia titulus ille in alio casu loquitur: vt patet in apparatu. propter mendacium enim ibi punitur.

k ¶ *Et hæc quidem.* scilicet quæ diximus, vt plus petendo cadat à tota causa: *vt suprà eodem. §. si quis agens.* ADDITIO. Et consulit d. Iaf. ad euadendum istas pœnas, quòd in libello semper adiiciatur illa salutaris clausula: saluo iure superflui, &c.

l ¶ *Lex Zenoniana.* scilicet, Græca, quam non habemus ACCVRS.

m ¶ *Et nostra.* scilicet Græca, quam non habemus.

n ¶ *Constitutio.* scilicet Græca vt diximus: cuius sententia est, vt tempus debeat duplicari conuento, & omnes expensæ sibi restitui: *vt infrà de excep. §. hodie autem.*

o ¶ *Quantitate.* & sic re.

p ¶ *Alio modo.* id est loco, vel causa: *vt suprà §. plus autem.* &c.

q ¶ *Diximus* vt *suprà eod. §. tripli.* & ibi huius nostræ constitutionis Græcæ sententia recitatur. Sed si non solùm petiit: sed etiam cautionem exegit post litem contestatam, amittitur debitum etiam hodie: *vt C. de plus pet. l.*). quæ est huic contraria. Si ante litem contestatam pœniteret, non punitur: quia non petit: sed petere vult: *vt ff. rem ratam haberi. l. amplius non peti. & in d. l. C. de plus pet. l.* j.

r ¶ *Puniatur.* scilicet condictione ex leg. illa Græca, cuius effectum habuimus *suprà, eodem §. tripli. & in hoc §. plus autem.*

Si minus.] Diuiditur in duas partes. Primò quando minus petiit. Secundò, quando aliud pro alio per errorem petiit. Secunda ibi; *Si quis aliud.* Aret. CASVS. Vidistis iam de eo, qui plus petit, qualiter puniebatur olim: & qualiter hodie punitur. Dominus Iustinianus nihil volens dimittere indiscussum, adhuc tractat de eo, qui minus petit, quid iuris sit: & dicit quòd qui minus petit, hoc potest facere sine periculo: & in eodem etiam iudicio plus petere potest: quia ex constitutione bonæ memoriæ Zenonis fuit hoc introductum, quòd ille, qui minus peterat, posset in eodem iudicio plus petere. Et scire debetis quòd hæc materia illius *l. C. de eden. l. edita actio.* & ea, quæ super repetitione illius leg. dicuntur: possunt hîc repeti. Quidam autem per §.

a Idem Fab. Platea & Ang.

b Sequuntur Bald. Fab. Pla. Ang. & Iaf. & est Gloss. similis in c. 1. extrà de plus peti.

a Tu verò pro huius declaratione videto Bart. *in l. Stichum, aut Pamphilum. in prin. col. 2. vers. sed assume ergo. ff. de fol.*

b Hæc lex facit ad propositum: aliæ nihil faciunt. *Iaf.*

per § istum voluerunt dicere quòd emendatio libelli,& mutatio possit fieri vsque ad sententiam definitiuam: quia vsque ad sententiam definitiuam semper manet idem iudicium. Doctores tamen nostri in hoc residem omnes,quòd ante litis contestationē potest fieri emendatio,& mutatio.& literam istam ita intelligũt: in eodem iudicio;id est ante litem cõtestatam. Vel sic, in eodem iudicio:id est apud eundem iudicem,non in eadem instantia iudicij. Vocatur tamen iudiciũ idem propter identitatem iudicis,& causarum. Fran. de Aret.

a ¶ *Intentione.* id est in libello intentionis : & hoc per errorem. si enim scienter , donare præsumitur secundùm quosdam. Sed contrà puto , quòd nunquam donare præsumitur: nisi tunc , quando traditio fieret ab eo, qui donare præsumitur: *vt ff. de regulis iuris. l. cuius per errorem.* hîc autem non erat datio; sed quædam abstinentia. Vnde siue de reliquo sciat, qui agit : siue non, tempore cœpti iudicij : locum habet §. iste. ADDITIO. Ista Glossa in se, & relata ad textum nostrum,est vera: & secũdùm Iasonem vnica,& singularis:non tamen est simpliciter vera in quantum dicit nunquam præsumi donationem , nisi interueniat traditio. Prosequere vt per eum.

† Libello adiicienda sunt hæc verba,saluo iure addendi.&c. *Glossa in c. inter dilectos super ver. addendi.*

b ¶ *In eodem iudicio.* id est quandocunque ante sententiam reliquum petierit sine noua contestatione , secundùm quosdam , vt hîc dicitur:& hoc propter duas rationes falsas. Vna: quia potest emendare libellum quandocunque ante sententiam, vt dicunt. & est pro eis *ff. de noxa. l. in delictis. §. si detracta.* & sic intelligunt, *Co. de edendo. l. edita.* Altera ratio est; quia secundùm eos etiamsi non petat,vel probet hoc actor:tamen iudex si scit , debet secundùm suam conscientiam condemnare reum. & est pro eis ad hanc rationem, *ff. finium regund. l. si irruptione. §. ad officium.* & in hac sententia fuit dominus Mar. sed certè secundùm Ioannem positum est falsum,& duæ rationes malæ. Nam non potest quis immutare [a] libellum,nisi vsque ad litem contestatam: nec etiam hodie post datum libellum [b] , quia sic dicit authentica quòd non habet necesse in primo libello persistere : *vt in Auth. de litig. §. omnem. collat. vij.* Item quia non videtur in iudicium venisse , quod post litis contestationem contingit: *vt ff. de iudic. l. non potest. & ff. de exceptione rei iudicatæ. l. cùm quæritur. & l. ei.* ¶ Nec obstat quod hîc dicitur,& quod dicit, codē iudicio. Nam dic;id est coram eodem iudice, & ab eodem actore,& reo. Nam & propter hanc causam.scilicet propter identitatem personarum, etiam vbi prorsus aliud petitur,tamen dicitur iudicium idem: *vt infr. proxi.* ¶ Item non obstat *ff. de noxa. l. in delictis. §. si detracta.* quia ibi ex eadem causa,& eadem actione , & ad idem agebatur : licèt esset variatio in quodam beneficio , quod dominus habet per legem vt possit pro noxa dare: *vt infr. de noxa. actionibus. §. summa. & ff. de re iudicata. l. miles.* §. j. Item alia ratio non est bona:quia non secũdùm conscientiam:sed [c] secundùm allegata debet iudex iudicare,& pronunciare: *vt ff. de offic. præsid. l. illicitas. §. veritas.* nisi habeat conscientiam vt iudex: *vt in d. l. & ff. finium regundorum. l. si irruptione. §. ad officium.* & hoc in singularibus iudiciis. ¶ Sed quid in vniuersalibus? Resp. potest in eis adiici quandocunque ante sententiam: *vt ff. de petit. hared. l. iiij. & l. si quo tempore.* & sic intelligitur, *Cod. de appella. l. fi. §. fi.*

a Caue ne te Glossa fallat, quæ suprà vsa est verbo, *emēdare*, modo *immutare* , quasi pro eodē quo ad iuris terminos,sumantur: quod falsum est : siquidem habent significationem longè diuersam: *vt l. edita. Co. de edend. ibi, emendari, vel mutari.*

b Contrarium tenent Fab. Plac. Angel. & Ias.

c Iudex, qui supra legem est, vt imperator, vel princeps, cuius dictum habetur pro lege , debet semper secundum conscientiam suam iudicare : qualitercũque eam habeat,siue ex actis, siue non: aliàs peccaret: Item no. quòd executor tenetur exequi sententiam etiam contra propriã conscientiam, nisi in causa criminali , & corporali : quia tunc iudex non debet exequi contra suam conscientiam. *Ias.*

Si quis per errorem aliud pro alio petierit, libellum mutare poterit. Aretinus.

34. ¶ Si minus † intentione [a] sua complexus fuerit actor , quàm ad eum pertineat: veluti si cùm ei decem aurei deberentur , quinque sibi dari oportere intenderit : aut si cùm totus fundus eius esset , partem dimidiam suam esse petierit , sine periculo agit. In reliquum enim nihilominùs iudex aduersarium eodem iudicio [b] ei condemnat , ex constitutione [c] diuæ memoriæ Zenonis.

Qui minus, quàm sibi deberetur, iudicali libello petierit, nihil prohibet quin coram eodem iudice , quod reliqui est, petere possit. idem quoque iuris est in eo , qui errans aliud pro alio sibi deberi intenderit , cui etiam in eadem instantia errorem corrigere conceditur.

35. ¶ Si quis aliud pro alio intenderit [d] , nihil eum periclitari placet : sed in eodem iudicio [e] cognita veritate errorem suum corrigere [f] ei permittitur : veluti si is , qui hominem Stichum petere deberet , Erotem petierit: aut si quis ex testamento dari sibi oportere intenderit [g] , quod ex stipulatu debetur.

Adest sexta, huiusque tractatus nouissima actionum diuisio, vt quædam sint solidi persecutoriæ; quædam verò, quibus non semper solidum cõsequimur : quarum aliquot exempla vsque ad tituli metas subiiciuntur.

36. ¶ Sunt præterea quædam actiones [h] , quibus non semper

f ¶ *Corrigere.* No. quòd permittitur alicui errorem suũ corrigere. Sed nunquid in veteri habet necesse persistere. Respon non.secundùm hanc l. Sed hodie contrà: *vt in Authent. de lit. §. omnem. coll. vij.* & ita intentabit veterem , & nouam: nisi reo absoluto in veteri obiiciatur exceptio rei iudicatæ in noua: vt quia sit eadem causa agendi,& eædem personæ, & eadem res, licèt alia sit actio: *vt ff. de iureiurand. l. duobus. §. exceptio. & ff. de excep. rei iudic. l. si mater. §. eandem. & l. cùm quæritur.* Vel nisi actio prima [a] ita se habeat ad secundam, vt electione tollatur: quod in casibus cõtingit: *vt Cod. de furtis. l. j. & Cod. si seruus exte. emi se mandauerit. l. j. & Cod. de codic. l. final. & Cod. de pact. inter empto. & vendit. l. commissoria. & ff. de tribu. l. quod in hærede. §. eligere. & ff. de legat. ij. l. cùm filius. §. varius.*

a Cumulationis quæstionem aggreditur hîc: de qua vide apud Bar. Bal. Saly & Ia. *in l. edita. Co. de eden.* Ioan Fab. & Ang. hîc.

g ¶ *Intenderit.* scil. sibi debere.

Sunt præterea.] Diuiditur in duas partes. In prima ponit vnum dictum generale, videlicet quòd non omnis actio est persecutoria solidi. Secundò illud per plura exempla probat. Secunda ibi; *Vt ecce.* Item secunda subdiuiditur. nam primò ponit exemplum de peculio. Secundò de dote. Tertiò quando agitur contra patrē, patronum,socium , vel donatarium. Quartò quando agitur per compensationem. Quintò quando agitur contra illum, qui bonis cessit. Secunda ibi; *Item si dote.* Tertia ibi ; *Sed & si quis cũ parente.* Quarta ibi; *Compensationes.* Quinta ibi; *Cum eo quoque.* Legam tamen per particulas, vt clarius vnaquæque materia comprehendatur. Aret. CASVS. Iam vidistis in tit. de actionibus varias,& diuersas diuisiones actionum. Adhuc etiam est alia diuisio actionum,quam innuit nobis Iustinianus , & vsque in finem tit. prosequitur:& est diuisio ista talis : Actionum quædam sunt, quibus persequimur solidum , quædam quibus non solidum , & quædam quibus minus. Et ponit exemplum, dicens quòd per actionem de peculio aliquando persequimur solidum: veluti si tẽpore litis contest. tantum reperiatur in peculio , deducto omni eo,quod de iure deduci debet,quantum nobis debetur & quemadmodum peculium intelligi debeat,suo loco proponemus. Et sum in *§. item si de dote.* Iam vidis exemplum de vna actione,quę quandoque persecutoria est solidi:quandoque non. Modò dabo vobis exemplum de alia actione , quæ quandoque datur in solidum,quandoq; non:& est exemplum de act. de dote , quæ est persecutoria solidi,quando maritus solidum facere potest. Si autem non habeat vnde solidum facere possit:tunc debet condemnari in quantum facere potest.& sumus in ver. *Propter retẽtionem.* Iam vidistis vnum casum,in quo non consequitur mulier solidũ per actionem de dote. Hîc ponit dominus Iustinianus alium casum,putà quando maritus vtitur retentione propter impensas factas in dote. h. d. Franc. de Aret.

h ¶ *Sunt præterea quædam actiones.* Innuit hîc quandam diuisionẽ actionum:scilicet quòd aliæ sunt persecutoriæ in solidum , aliæ non: & hanc prosequitur vsque in finem huius tituli : & non est ista diuisio de duodecim [b] diuisionibus. Nam prima est , quòd aliæ sunt in rem, aliæ in personam: *vt supr. eod. §. omnium.* 2. Secunda est,quòd aliæ sunt ciuiles,aliæ prætoriæ : *vt supr. eodem. §. sed ista quidem actiones sunt.* 3. Tertia fuit *supr. eodem §. sequens.* 4. Quarta, *suprà, eodem. §. omnes autem actiones.* 5. Quinta, *sup. eo. §. actionũ autem quædam sunt.* 6. Sexta est, quòd aliæ sunt temporales, aliæ perpetuæ. 7. Septima, quòd aliæ sunt transitoriæ ad hæredes, aliæ non: *vt j. de perp. & temp. actio. §. non omnes.* 8. Octaua est, quòd aliæ sunt famosæ, aliæ non: *vt inf. de pœ. te. iit. § pen.* 9. Nona quòd aliæ sunt directæ, aliæ vtiles: *vt ff. si qua. paup. fe. dix. penultim.* 10. Decima , quòd aliæ directæ, aliæ contrariæ : *vt suprà , de obligat. quæ ex quasi contractu. §. j. & 9.* 11. Vndecima , quòd aliæ singulares , aliæ vniuersales , aliæ generales : *vt ff. pro socio. l. pro socio*

b Actionum diuisiones sunt 12.

c Potest defendi tertiam diuisionem fuisse in *§. præiudiciales.* & hoc modo diuisio §. seq. erit quarta. *Iason.*

¶Aliis videtur hoc titulo contineri tantùm sex diuisiones. Prima in §. 2. Secunda in §. *sed ista*. Tertia in §. *seq.* Quarta in §. *omnes*. Quinta in §. *actionum*. Sexta hic. Iul. & est de mente aliorum.

b *vide quæ scripsi ad hanc Glo. in Glossa. verum in verbo, exterorum ff. pro socio.*

c Et in hoc debet attendi modus circa duo. Primò circa quantitatem rei, cõsideratis facultatibus, & conditione personæ: vt si possit operari, & habeat officium, vel artificium: sibi computetur: & hæc deductio istarum operum non sit vetò plus expendat, quã rusticus. Secundò circa quantitatem temporis, puta annorũ ipsius mariti. secundum formam *l. hereditatem in principio ff. ad leg. Falc. vt per Ioan. Fab. & Angel. hic.*

d Impensarum aliæ necessariæ, vtiles, & voluptariæ: & quæ illæ sint.

socio arbiter. 12. Duodecima [a] diuisio est, quòd aliæ sunt simplices, aliæ duplices, vt fam erciscund communi diuiden finium regun. & quædam interdictæ: *vt infr. de interd. § tertia diuisio.* Est autem & hæc extrauagans de qua hîc dicitur.

a ¶ *Proponemus.* vt *infr. tit*). §. *cùm autem.*

b ¶ *Maritum.* vel eius hæredes: scilicet filios communes [o]: secùs in extraneis hæredibus: *vt ff. soluto mat. l. etiam filios mulieris. & l. maritum. & l. seq.*

c ¶ *Facultates.* vt tamẽ ipse maritus non egeat [c]: *vt ff. de re iudic. l. inter eos. & ff. de re. iur. l. in condemnatione personarum.* & hoc nisi dolo fecerit maritus, quò minùs possit, cautione exposita ab eodem de solido soluendo si ad meliorem fortunã peruenerit: *vt C. de rei vxo. act. §. cùm autem. & ff. sol. mat. l. etiam filios. §. licet. & ff. pro socio. l. verum est. §. id, quod.* ADDITIO. Item si ni mulier ipsa esset pauper, ita vt ad ipsius victum tota dos esset necessaria. Item si res dotalis, vel alia acquisita ex re dotali, extaret: quia non haberet locum beneficiũ istius textus: vt per doct. hîc.

d ¶ *Impensas.* Dic [d] quòd impensæ aliæ necessariæ sunt, vt quibus non factis res erat peritura, vel deterior futura. Aliæ vtiles, vt quibus non factis res non erat peritura: sed eis factis res est melior futura. Aliæ voluptariæ, quæ tantùm rem exornant: *vt ff. de verborum significatio l. impensa. & ff. de impen. in rebus dota. factis. l. j. & l. quod dicitur. j. §. vtiles. & l. voluptarias autem.*

e Impensæ necessariæ quemadmodum dotem minuant.

¶In [e] primis impensis die quòd minuunt dotem ipso iure, si constat in pecunia, & specie. vt si est fundus & pecunia in dotem data: quia quantum in fundum impenditur, tantum in pecunia ipso iure deberi desinit. Si verò solus fundus in dote sit: tunc si tantum expenditur simul, vel diuersis vicibus, quanti est fundus: tunc ipso iure desinit esse dotalis: nisi mulier intra annum sponte marito impensas obtulerit. Si verò non tantum, non desinit esse dotalis: sed tamdiu totus, vel pro parte retinetur, quamdiu impensæ restituantur: *vt ff. de impen. in rebus do. factis. l. quod dicitur. & ff. de iur. do. l. si quis. §. penul. & fi.* & hoc in necessariis impensis. ¶Si autem vtiles [f] sunt, tunc per act. neg. gest. vel mandati, si mandato mulieris fecit, repetuntur. ¶Voluptariæ [g] non repetuntur, etiam si mãdato mulieris factæ sunt: sed abraduntur sine læsione prioris status: *vt Cod. de rei vxor. act. §. sed nec ob impensas. & ff. de rei vind. l. in fundo.* [h] Et secundùm hanc distinctionem hunc §. intelligas. & quod dicit in litera, *quæst.* non denotat impropriet atem, sed est impensa necessaria, vt dictum est. sed vtilis, vel voluptaria, nullo modo locum habet hic §.

f Impensæ vtiles quemadmodum dotem minuant.

g Impensæ necessariæ quem admodum dotem minuant.

h Et hoc est speciale in vxore: ab alio tamen, cuius voluntate factæ fuissent in re sua, rectè repetuntur *l. 3. alias 4. §. si mutuatus. ff. de in rem verso.*

e ¶*Dos.* in pecunia consistens.

f ¶*Libris.* vt *ff de impen. in re. do. fa per totum tit.* ACCVR.

Sed & si quis.] CASVS Præter actiones iam dictas sunt & aliæ. quibus quandóque persequimur solidum, quandóque non. Eiusmodi sunt illæ, quæ dantur contra parentes. & patronos. & contra socium Idem dico in actionibus, quæ competunt contra eum, qui conuenitur ex sua donatione. h. d. Francis.

g ¶*Sed & si quis.* scilicet filius, vel libertus, qui agût venia impetrata: aliàs puniuntur: *vt supr. eod. §. pœnales, versic. veluti. ibi, & in eum.* ACCVRSIVS.

h ¶*Socio.* & se consitente socium: aliàs non datur ei hoc beneficium: *vt ff. pro socio. l. si vnus. §. vlt.* ADDITIO. Quod verum intellige, si perseueret in negatione vsque ad litem contesta. & negauit specie se esse socium. aliàs secùs, putà si in genere: vt nego narrata prout narrantur. & c. secundum docto. hic.

i ¶ *Potest.* quod semper accipe detracto tanto, quòd possit inde viuere conuentus: *vt ff. de reg. iuris. l. in condemnatione.*

k ¶ *Ex donatione.* id est quando nõ potest soluere, cùm donare promisit. ACCVRS.

l ¶ *Conueniatur.* scilicet condictione ex lege: *vt C. de dona. l. si quis argentum. §. sin autem.*

¶ Et not. quòd hic solus conuenitur in quãtum facere potest deducto ære alieno: *vt ff. de re iudicat. l. inter eos. §. j. & ij. & melius. §. fin.*

Compensationis exceptio obiecta petitionis, efficit vt vltrò, citróque debito compensato, in eo index reum petitori condemnet, quod reliquum tantum debet.

39. ¶ Compensationes quoque oppositæ plerumque [m] efficiunt vt minus quisque consequatur, quàm ei debeatur. Nam ex bono, & æquo habita ratione eius, quod inuicem actorem ex eadem causa [n] præstare oportet: in reliquum eum, cum quo actum est, condemnat: sicut iam dictum est [o].

Qui bonis cessit, quamuis postea pinguior arriserit fortuna, non tamen vlterius, quàm facere potest, conueniendus est.

40. ¶ Cum eo quoque, qui creditoribus [p] suis bonis cessit: si posteà aliquid acquisierit, quod idoneum emolumentum habeat: ex integro [q] in id, quod facere potest, creditores experiuntur. inhumanũ enim [r] erat, *demnatur in quantum facere potest.* Aretinus.

38. ¶ Sed & si quis [g] cum parente suo, patronóve agat, item si socius cum socio [h] iudicio societatis agat, non plus actor cõsequitur, quàm aduersarius eius facere potest [i]. Idem est si quis ex donatione [k] sua conueniatur [l].

m ¶ *Plerumque.* hoc dicit propter actionem depositi. & alias quasdam, in quibus nõ obiicitur compensatio: *vt supr. eo. §. in bona fidei. & Cod. de compen. l. fi.*

n ¶ *Ex eadem causa.* hodie ex quacunque causa, & in quolibet contractu bonæ fidei, vel stricti iuris [a]: *vt §. eo. §. in bona fidei.*

o ¶ *Iam dictum est.* supr. *eo. §. in bona fidei.*

Cum eo quoque.] CASVS. Adhuc ponit dominus Iustinianus nobis aliud exemplum actionis, in quo exemplo non semper persequimur solidum, sed aliquando minus solido. Pone quòd habebam debitorem, qui cessit bonis: deinde tamen ad pinguiorem fortunam deuenit: intento contra eum actionem vtilem, quæ mihi ante bonorum cessionem competebat directa: condemnabitúrne in ista actione secunda in solidum? Respond. quòd non: sed in quantum facere potest. Inhumanum enim esset quòd de posteà acquisitis in solidum condemnaretur. hoc dicit. Franc.

a Hæc Glos. pessimè loquitur, secundum Ia. quem videpleniùs.

p ¶*Creditoribus.* quod fieri non potest antequàm debitum agnoscat. vel in iure confiteatur: *vt ff. de cess. bo. l. pen.* ¶Prodest [b] autem hæc cessio, vt non ducatur debitor in carcerem: *vt C. qui bo. ced. poss. l. j.* & quòd in acquisito posteà conueniatur in quantum facere possit, vt subiicit.

b Cessio bonorum in duobus prodest.

q ¶*Ex integro.* videtur sibi ipsi contraria litera, quòd ex integro, & in quantum facere potest, conueniatur, vt subiicit. Sed sic intelligitur quòd in solidum conueniatur, quandiu potest soluere: hoc tamen est deducto semper ne egeat: *vt ff. de cess. bonorum. l. qui bonis. & ff. de regulis iuris. l. in condemnatione.* ADDITIO Vel dic, & longè faciliùs, ex integro [c]: id est denuò, siue iterùm: vt sit vna dictio: & ita exponunt doctores periti. Et hoc, scilicet quòd qui cessit bonis, potest [d] iterum conueniri, si peruenerat ad pinguiorem fortunam, verum est: nisi pro eo iam sustinuisset pœnas corporales, vel cessionem fecisset culo nudo super lapidem: *de hoc Gl. no. in verbo, si habet. in cap. sicut dignum. §. eos insuper. extrà de homici. & in c. peccatum. de regulis iuris. in vj.*

c Ex integro agere quid.

d Cessione bonorum facta non semper conuenitur, qui cessit, etiãsi ad meliorẽ fortunam peruenerit.

r ¶*Inhumanum enim.* bene dico quòd in quantum facere potest deducto, & c. ne conueniatur inhumanum enim, & c.

QVOD CVM EO, QVI IN ALIENA est potestate, &c.

a Cõtinuatio.

Qualiter [a] *conueniamur ex contractibus, vel furtis nobiscum habitis, dictum est: nũc qualiter conueniamur ex habitis cum his, quos in potestate habemus.*

ACCVRS.

† *aliàs*, quod cum eo cõtractum est, qui in aliena est potestate.

b Diuisio.

Via tamen.] Totus iste [b] titulus diuiditur in sex partes. Primò ponit continuationem rubricæ. Secũdò quòd filius, & seruus æquiparantur. ideò dictum in vno, potest intelligi dictum in alio. Tertiò prosequitur de contractibus seruorũ qualiter, & in quantum eorum dominus teneatur. Quartò illud extẽdit ad filios. Quintò ponit vnum in filio, quod non habet locũ in seruo. Sextò redit ad contractum serui. Secunda ibi, *Et quia*. Tertia ibi, *Si igitur*: Quarta ibi, *Quæ diximus*. Quinta ibi, *Illud propriè*. Sexta ibi, *Illud in summa*.

CASVS. Suprà titulo proximo. §. *sed & si quis cum parente*. tractatum est de actione de peculio, quæ datur contra parentem, vel dominũ pro contractu facto cũ filiofamilias, vel cum seruo: sed non plenè: & propterea dicit in hoc loco quod de ea vberiùs tractare proponit: & occasione inde sumpta, tractat de omni negotio, quod gestum esse dicitur cum eis, qui in nostra potestate sunt. Dicit ergo, siue cum filiofamilias, siue cum seruo negotium gestum sit, quòd in omnibus ferè eadem natura seruatur: & sine dubio in quolibet articulo possemus tractare, & exemplificare de ambobus: quia tamen in his duobus eadem ferè natura intelligitur: ne verbosa fiat disputatio, sermonem nostrum in personam serui, & domini dirigamus, & idem intelligamus in parentibus, & liberis: & de hoc tractabimus *infr. eod. §. illud propriè*. Argum. eius, quod dicitur, opus est vt de hac actione, &c. voluerunt quidam dicere quòd hoc verbum *de peculio*, est proprium nomẽ actionis: nos contra: sed sunt adiectiones: vt notatur in fine huius §. h. d. Franc. de Aret.

a ¶ *Superiùs*. vt *supr. tit. j §. actiones autem. & §. sunt præterea*.

b ¶ *Diligentiùs*. quàm suprà dictum sit. 2. Vel dic diligentiùs: id est diligenter.

c ¶ *Ferè*. hoc dicit propter Macedonianum, quod habet locum in filiis, non in seruis: *vt infr. eo. quæ diximus*. & propter alios casus, quos ibi dicemus. ACCVRS.

c Hæc Gl. non est Acc.

d ¶ *Disputatio* [c]. Not. tamen multos doct. qui legendo, & cõsulendo multa, & inutilia effundunt, cùm paucis vti possint: contra id. quod dicitur quòd gaudent breuitate moderni. nam in multiloquio non deest peccatum: *facit l. ampliorem. §. in refutatoriis. cum ibi no. per Gl. & doct. C. de appel.* Ang.

d Similitudo tamen in vno, non coarguit similitudinem in alio: *vt not. per Ang. in l. ex facto. in not. 6. ff. de vulga. & pupil.*

e ¶ *Idem intellecturi*. Nam similium [d] eadem est disciplina: vt *hic, & ff. de in rem ver. l. ij. § proinde. & §. quotiens*.

f ¶ *In his*. scil parente, & filio.

α ¶ *Seruetur*. Vet. *obseruatur*. vt & initio §. *illud. infr. & in § proxi*. actionem, *quod iussu*, pollicetur CVIACIVS.

g ¶ *Ostendemus*. vt *infr. eo. §. quæ diximus*.

Si igitur iussu domini.] CASVS. Suprà dictum est quòd tractandum erat de actionibus, siue adiectionibus actionum, quæ competunt propter negocia gesta cum seruis, & filiisfamilias. Videamus igitur primò de illa actione, quæ competit propter negotium gestum cum seruo iussu [e] domini. Dicit igitur quòd si aliquis iussu domini cum seruo contrahat, cum domino cõtraxisse videtur. & ideò contra dominum competit ei actio in

e Actio quod iussu.

solidum cum hac adiectione, quod iussu, & in solidum. Fidem enim domini sequi videtur, qui eius iussu cum seruo contrahit. Similiter posset poni exemplum in filio, cum quo iussu patris contractũ est. sed ne verbosa: id est verborum sit disputatio: ide m intelligas in filio, & patre, quod dicit in seruo, & domino. & sum in versic. *Eadẽ ratione prætor, &c.*

¶ Vidistis duas actionum adiectiones in solidum: adhuc præter illas duas adiectiones prætor ponit alias duas: quarum vna vocatur exercitoria, & alia institoria. ¶ Et primò ponit exemplum de [a] exercitoria: dicens quòd tunc competit exercitoria: cùm dominus nauis, siue nauta, qui exercere dicitur, seruum suum magisterio nauis præposuit. & cum seruo illo contractum fuerit. Datur enim tunc contrahenti contra dominum nauis act. exercitoria in solidum, cùm præposuerit eum in solidum. & quanquam littera in seruo suo loquatur: idem tamen intelligas in seruo alieno, vel in libero homine magisterio nauis præposito, si cũ eo contractum fuerit eius rei gratia, ad quam præpositus fuerit: & sic trahit exercitoria nomen suum ab ipso domino nauis, qui alium præposuerit negotio, qui exercitor dicitur. sed institoria econuerso trahit nomen ab eo, qui certo negotio præponitur, qui institor appellatur. & sumus in ver. *Institoria*, &c. ¶ Suprà vidistis quando locum habet exercitoria actio: modò videatis quando locum habet institoria [b]: & certè habet locum, cùm quis præponit seruum tabernæ, aut alicui negotiationi: & cum eo contractum fuerit eius rei gratia, cui præponitur. Tunc enim datur actio contra eum ex contractu, cum hac adiectione, institoria. Qui autem à domino præponitur, institor appellatur. In versic. *Istas tamen duas actiones, &c.* casus est talis: Suprà diximus quòd locum habet exercito siue instito, cùm seruum suum naui, vel tabernæ, vel alteri rei siue certę negotiationi dominus præposuerit. Istas etiam duas actiones prætor reddit, & donat: & si dominus seruum alienũ, vel liberum hominem in alicui negotiationi præposuerit: quia eadem ratio æquitatis in eo casu inuenitur. h. d. Franc.

a Exercitoria actio.

b Institoria actio.

h ¶ *Domini*. scil. volentis cum seruo contrahi, siue dirigat iussũ ad seruum siue ad contrahentem cum seruo, siue subscripsit, siue quocunque modo contractum ratum habuit: *vt ff. quod iussu. l. j. § j. & § sed & si serui chirographo. & §. si ratum*.

i ¶ *Videtur*. vt etiam ab ipso domino debitum condici possit: *vt infr. eo. §. penul*.

k ¶ *Eadem ratione*. quia fidem domini sequi videtur: *vt suprà, prox. §. in fin*.

l ¶ *Exercitoria*. quæ perpetuò datur hæredi, & in hæredem: *vt ff. de exerci. l. tamen §. fin.* [c] Idem in institoria: *vt ff. de instit. l. nouissimè*. Idem etiam de in rem verso: *vt ff. quando de pec. act. anna. est. l. quæsitum. in fin*.

c Dic hoc verum si prima actio datur hæredi, vel cõtra hæredem: quia istæ non sunt propriè actiones: vt habetur in *d. l. si tamen. c. fin. secund.* Ang.

β ¶ *Cùm quis seruum suum*. Vet. non habent, *suũ*. & paulò post habent, *cui præpositus erat*: sic & in versic. *institoria*. Est autem hæc actio quasi quædam institoria. *l. 4. Cod. de institu. act.* sed tamen à prætore ideo seorsim proposita est, quòd in ea præcipua quædã ex vtilitate nauigantium obseruantur. CVIAC.

m ¶ *Eius rei gratia*. bene dicit. *eius rei gratia*. Nam si ob aliam rem, putà negotij sui: vel esset præpositus ad vehendum onus, ipse accepit mutuam pecuniam, non ad vtilitatem nauis, non tenetur dominus: *vt ff. de exerci. l. j §. non autem*.

n ¶ *Quæstus*. i. prouentus siue lucrum. Sed magister appellatur, cui totius nauis anchora. id est gubernatio commendatur: *vt ff. de exer.*

QVOD CVM EO, † QVI in aliena est potestate, negotium gestum esse dicitur.

TITVLVS VII.

Cognito contractu seruorum ad obligãdum dominum, erit cognitum quid de contractu filij ad obligandum patrem.

Via tamẽ † superiùs [a] mentionem habuimus de actione, qua in peculium filiorumfamiliàs, seruorumque agitur: opus est vt de hac actione, & de cæteris, quæ eorundem nomine in parentes, dominósve dari solent, diligentiùs [b] admoneamus. Et quia siue cum seruis negotium gestum sit, siue cum his, qui in potestate parentum sunt, eadem ferè [c] iura seruantur: ne verbosa fiat disputatio [d], dirigamus sermonem in personam serui, dominique, idem intellecturi [e] de liberis quoque, & parentibus, quorum in potestate sunt. Nam si quid in his [f] propriè seruetur [α], separatim ostendemus [g].

Dominus tenetur ex contractu

serui in solidum, si contrahi iusserit: vel si ipsum, vel liberum hominem nauis, vel alicui alij negotiationi præposuerit, actionibus cognominatis quod iussu, & exercitoria, & institoria. Angelus.

1. ¶ Si igitur iussu domini [h] cum seruo negotium gestum erit, in solidum prætor aduersus dominum actionem pollicetur: scilicet quia is, qui ita contrahit, fidem domini sequi videtur [i].

Qui seruum, aut hominem liberum naui, tabernæ, aut cuius negotiationi præfecerit: in id, quod eius rei nomine, cui præpositus fuerit, contractum est, in solidum obligatur.

2. ¶ Eadem ratione [k] prætor duas alias in solidum actiones pollicetur: quarum altera exercitoria [l], altera institoria appellatur. Exercitoria tunc habet locum, cùm quis seruum suum [β] magistrum naui præposuerit, & quid cũ eo eius rei gratia [m], cui præpositus erit, contractum fuerit. Ideò autem exercitoria vocatur: quia exercitor is appellatur, ad quem quotidianus nauis quæstus [n] pertinet. Institoria tũc locum habet,

Hæc Gloss. ssimè loqui r, secundum . quem vide emus.

Cessio bo- rum in duo i prodest.

ex integro re quid. essione bo- um facta semper uenitur, cessit, etiã- d melioré unam per- erit.

do exer.l.j.§.magistrum nauis.

a ¶ *Seruum.* vel liberum: *vt in fin. huius §.*

b ¶ *Vocantur.* nota quòd institoria à præposito: sed exercitoria à præponente vocatur: *vt hic, & supr. prox. §.*

c ¶ *Duas.* per hoc quòd dicit duas, excludit primam, quod iussu.

ACCVRS.

a Ius idem statuatur; vbi est eadem æquitas.

c ¶ *Æquitatis.* Not. [a] quòd vbi eadem est æquitas, idem ius statuendum est: *sic ff. ad leg. Aquil. l. illud. §. cùm enim. in Glo. æstimari. & supr. quib. modis inst. patria potestatis solui. §. pari ratione.*

Introduxit.] CASVS. Præter prædictas actiones quod iussu, exercitoria, & institoria, adinuenit adhuc prætor aliam actionem, quæ vocatur tributoria: & habet locum hæc actio, quando domino sciente, & iubente in mercibus peculiaribus negotiatur seruus: tunc enim si aliquis in illis mercibus cum seruo contrahat, statuit prætor quòd quicquid in illis mercibus cum seruo contractum est, vel inde receptum, quòd torum inter dominum, & creditores tributoria agentes distribuatur. & quia domino permittitur distribuere: si contigerit quòd malè distribuerit dominus, propterea in hoc casu accommodauit prætor hanc actionem, siue adiectionem creditori conquerenti de mala distributione. hoc dicit. Quidam tamen dicunt quòd non habet locum tributoria contra dominum, nisi in eo casu, quando dominus iam malè distribuit. tu dic contra. Franc.

e ¶ *In peculiari merce.* hoc caue dicit, non in dominica: *vt ff. de instit. l. sed & si pupillus. §. pe.*

b Nota ex illo §. pen differentiam: quia institoria habet locum in merce dominica: tributoria in merce peculiari: & si vna egi, & succubui, quia malè intentauit: possum intentare: de quo dic vt ibi per Gl An.

f ¶ *Negotietur.* ad omnem quoque portigitur negotiationem: *vt ff. de tribu. l. illud. & l. j. §. licet.*

g ¶ *Eius rei causa.* not. quod ad hoc vt competat ista actio, oportet quòd sit contractum illarum mercium causa: aliàs non competeret: vt per Ang hîc.

cùm quis tabernæ fortè, aut cuilibet negotiationi seruum [a] suum præposuerit, & quid cum eo eius rei causa, cui præpositus erit, contractum fuerit. Ideò autem institoria appellatur: quia qui negotiationibus præponuntur, institores vocantur [b]. Istas tamen duas [c] actiones prætor reddit: & si liberum quis hominem, aut alienum seruum naui, aut tabernæ, aut cuilibet negotiationi præposuerit: scilicet quia eadem æquitatis [d] ratio etiam eo casu interueniat.

Si seruus in peculiari merce sciente domino negotians, ex contractu quibusdã creditoribus obnoxius fiat, tunc si quid inde etiam domino debeatur, inter eum, cæterósque creditores merces peculiares secundum ratam cuiusque portionem inuicem cõtribuuntur. quòd si cui creditorum minus quàm oporteat, contigerit, actione, quæ tributoria dicitur, aduersus dominum experitur.

3. ¶ Introduxit & aliam prætor actionem, quæ tributoria vocatur. Namque si seruus in peculiari merce [e] sciente domino negotietur [f], & quid cum eo eius rei causa [g] contractum erit: ita prætor ius dicit [a], vt quidquid in his mercibus erit, quódque indè receptum erit, id inter dominum, si quid ei debebitur, & cæteros creditores, pro rata portione distribuatur. Et ideò tributoria vocatur [β]: quia ipsi domino distributionẽ prætor permittit. Nam si quis ex creditoribus queratur quasi minus [h] ei tributum sit, quàm oportuerit: hanc ei actionem adstitoriæ, & tributoriæ: adhuc præter istas sunt inductæ à prætore aliæ actiones, quarum vna vocatur de in rem verso, & alia de peculio: & sunt diuersæ à prædictis: quia supradictæ actiones nunquam habent locum contra dominum pro contractu facto cum seruo, nisi hoc factum fuerit domino volẽte: sed istæ duæ actiones dantur contra dominum pro contractibus factis cum seruo, domino ignorante, & nolente, adeò quòd si sine domini voluntate negotium gestum sit: tamen si quid in eius negotium versum fuerit, id totum præstare tenetur dominus: & ad hoc potest agi actione ex illo contractu cum hac adiectione, de in rem verso. si autem non sit aliquid versum in rem eius, tunc potest dominus cõueniri, quatenus est in peculio. Deinde docet quid videtur versũ in rẽ domini: deinceps q illud videtur versum, quod in rẽ eius necessariò impendit seruus, & de expensis necessariis ponit multa exempla. ¶ Sed pone quòd seruus alicuius, qui sciente domino in negotiis peculiaribus negotiatur, à Titio decem aureos acceperit mutuo: & quinque aureos creditoribus suis soluerit: reliquos verò quinque alio modo consumpserit: pro illis quinque, quos in rem domini conuertit, debet dominus in solidum conueniri: pro aliis verò quinque peculio tenus dominus conuenitur. Si autem omnes decem aurei in rem domini versi fuissent, decem aureos consequetur per actionem de in rẽ verso. Licèt enim vna sit actio. siue adiectio, qua de peculio, & de eo, quod in rem domini versum sit, agitur: tamẽ duas habet condemnationes. Iudex ergo, coram quo de in rem verso agitur, debet inspicere an in rem domini commodat, quæ tributoria appellatur.

Quod ex contractu serui etiam inscio domino inito, in domini vtilitatem versum est, in solidum soluere cogitur. In rem autem versum intelligimus, si quid seruus impenderit quò meliorem rem dominus habeat, aut non deteriorem: vt exemplis aperitur. Quod si versum non fuit, eatenus tantum tenetur dominus, quatenus vires peculij sese extendunt.

4. ¶ Præterea introducta est actio de peculio, déque eo [i] „ quod in rem domini versum erit: vt quamuis sine voluntate domini negotium gestum erit: tamen siue quid in rem eius versum fuerit, id totum præstare debeat: siue quid non sit in rem eius versum, id eatenùs præstare debeat, quatenùs peculium patitur [k]. In rem autem domini versum intelligitur, quicquid necessariò in rem eius impenderit seruus: veluti si mutuatus pecuniam creditoribus eius soluerit, aut ædificia ruentia fulserit, aut familiæ frumentum emerit, vel etiam fundum, aut quamlibet aliam rem necessariam mercatus erit [l]. Itaque si ex decem [m] putà aureis, quos seruus tuus à Titio mutuos accepit, creditori tuo quinque aureos soluerit: reliquos verò quinque quolibet modo consumpserit: pro quinque quidem in solidum damnari debes [n]: pro cæteris verò quinque eatenùs, quatenùs in peculio sit. Ex quo scilicet apparet, si toti decem aurei in rem tuam versi fuerint; totos decem aureos Titium consequi posse. Licèt [o] versum sit, an non. Non enim aliter debet venire ad æstimationẽ peculij, nisi aut nihil in rem domini versum sit, aut non totum. h.d. Franc.

a Actio de peculio, & de in rem verso sunt diuersæ.

a ¶ *Ius dicit.* Quid. cod. *ius reddit.* Theo. δικαιοδοτεῖ. Intelligit autem edictum prætoris, quo tamen veriùs ius prædicitur, quàm dicitur. & adeò non potest edicere is, cui, vt ius diceret, à prætore, aut præside mandatum est. CVIACIVS.

β ¶ *Et ideò Tributoria vocatur.* Hæc verba, *ideò Tributoria vocatur*, non sunt in vet. lib. certè superuacanea sunt: quandoquidem in extremo huius §. quæ. ait, *Tributoria appellatur.* sic autem habent vet. libri, *Et quia ipsi domino distributio promittitur. Nã si quis.* quod delata particula, *nam*, ita corrigendum reor. *Et quia ipsi domino distributio permittitur. si quis, &c.* Apparet ex eo per hãc actionem distributionem non fieri: sed à domino iniquè factam distributionem accusari, quod etiam confirmat *l. 3. §. si seruus. l. procuratoru. in prin. l. illud. §. si cuius. l. quia non. l. vlt. ff. de trib. act. l. 3. quand. ex dol. tut.* CVIAC.

b Actio tributoria.

b ¶ *Minus* hanc actionem tributoriam dicunt quidam non dari nisi dominus primò distribuat: & dicunt quòd cogitur officio iudicis. & hoc intelligitur ex hoc §. quia dicit, *minus.* Sed dico quòd antè. & post competit: quia minus tribuit, qui nihil tribuit: *vt ff. de trib. l. illud. § si cuius dolo. ver. minus. & arg. ff. de ver. sig. l. minus. & l. verbum amplius* secundum Ioan.

Præterea introducta.] CASVS Iam vidistis naturam diuersarum actionum: videlicet actionis quod iussu, exercitoriæ, & in-

a Agens culio, ipso, no mala, c tur actio in rem b Actio culio, & rem vers modo sit actio. c Actio culio qu su duas demnati habere tur.

i ¶ *Déque eo.* caue tibi: quia de duabus actionibus simul dicit, scilicet de peculio, & de in rem verso.

k ¶ *Patitur* facit, *ff. de pec. l. si quis seruum. §. etiam.* & hîc adiunge *§. cæterùm. qui est infrà.*

l ¶ *Mercatus erit.* facit, *ff. de in rem verso. l. iij. § proinde.*

m ¶ *Ex decem.* quia quot sunt consumpti, in tot debet teneri: *vt supr. proxi. §.*

n ¶ *Damnari debes.* facit, *ff. de in rem verso. l. si pro patre. §. idem.*

o ¶ *Licet.* hoc punctum, quod est hîc, ita prauè intelligunt quidam, quòd vbicunque agit de peculio, videtur intentare illã formulã, & agere. sc. de in rem verso: *vt hic, & ff. de in rem ver. l. filius familias. an si. & ff. de pec. l. j. §. est autem.* quæ opinio necessaria esse videtur. ¶ Nam cùm de peculio agitur, debita peculiaria computantur, & ita quod seruus debet domino, & dominus debet seruo naturaliter: quia quod seruus impendit in rem domini, venit in actione de pecul. *vt ff. de pecul. l. quam Tuberonis. §. in peculio, versic. sed & id.* quod nihil aliud est, quàm de in rem verso agi. & ita qui agit de pecu. & de in rem verso agit. Sed Ioan. dicit, quòd diuersæ sunt actiones, & actionum formulæ: nec qui formulam vnius proponit, alterius formulam proponere videtur. ¶ Nec obstat *d. l. de pecu. l. j. §. est autem.* quia licèt ibi videatur sub actione, & edicto

& edicto de peculio actionem de in rem verso proponere:tamen non demonstratur edictum,quod sit de peculio tantùm: sed generale,quod dicit de omni eo,quod sit cum eo, qui in aliena est potestate:*vt in ea.l.* j §.*verba autem.* ¶ Item non ob.*d.l.filiusfami. in fin.*quia quo [a] ad effectum proponit de in rem verso, qui proponit de peculio, non quo ad formulam. ¶ Et eodem [b] modo exponę quòd hîc dicitur:vna est actio de peculio,cõsequitur effectũ actionis de in rem verso. Et quod [c] subiicit, duas habet cõdemnationes, scilicet actio de peculio: vnam scilicet pro suo effectu, & aliâ pro effectu scilicet actionis de in rem verso. Accvrs. Additio. Hæc opin. gloss. quòd sint diuersæ actiones, verior est: quia habent diuersa nomina, & diuersa media concludendi.

a Agens de peculio, effectu ipso, non formula, experitur actione de in rem verso.
b Actio de peculio, & de in rem verso quo modo vnica fit actio.
c Actio de peculio quo sensu duas condemnationes habere dicatur.

[a] ¶ *Licèt enim vna sit.* Vet. *licèt enim vna est.* Actioni de peculio inest adiectio, De in rem verso. nam quodcumque seruo dominus debet,in peculium imputatur Id autem,quod in rẽ domini versum est, seruo dominus debet. *l. r.in fi.l si pro parte.§.versum.& § si domini. de in rem vers.* ergo id etiam in peculium imputatur. Condemnationes tamẽ diuersæ sunt:nam de in rem verso dominus in solidum condemnatur, neque id deduci potest, quod domino seruus debet.*l.quadam.l. seruus si in rem.§.cum Sticho.ff. eodem.* Aut enim in rem versum non est,aut domino nihil seruus debet: propterea quòd si domino quid seruus debeat,aut debere incipiat,iam ob id ipsum in rem versum non est, aut esse desinit.*l.si pro patre. §.si domini.§. idem quærit.l.quidã.ff.eo.* Cùm verò in rem versum non est, de peculio fit condemnatio deducto eo,quod domino debetur. Verùm enim cùm ex his liquidò constet actioni de peculio inesse actionem de in rem verso,quod possit etiam comprobari à *l.r.§.filiusfamiliàs. ff. de in rem ver.l.2.§.apud Iulianum.de her.vend.l.2.quan.de pec.ac.anna.sit.* tunc solùm dicemus necessariam esse actionem de in rem verso, cùm deficit actio de peculio.*l.r.l.si pro patre.§. 1.l.si in rem. l.filiusfamiliàs.ff.de in rem ver.* Cviacivs.

enim vna sit [a] actio, qua de peculio, déque eo, quod in rem domini versum sit,agitur: tamẽ duas habet condemnationes. Itaque iudex, apud quem de ea actione [a] agitur,antè dispicere solet,an in rem domini versum sit:nec aliter ad peculij æstimationem transit,quàm si aut nihil in rem domini versum intelligatur,aut non totum.

In peculio dicitur esse id, quod supereſt deducto eo,quod debetur domino,dummodò non debeatur vicario serui.h.d. Aret.

Cùm autem quæritur quantum in peculio sit: antè deducitur quicquid seruus domino [b], eíve,qui in potestate eius sit,debet:& quod supereſt, id solum peculium intelligitur. Aliquando tamen id, quod ei debet [c] seruus, qui in potestate domini sit, non deducitur ex peculio: veluti si is [d] in ipsius [c] peculio sit. Quod eò pertinet [f], vt si quid vicario suo seruus [g] debeat, id ex peculio eius [h] non deducatur.

Cui competit actio institoria, vel exercitoria,vel quod iussu, competit etiam de peculio:& in actione de peculio,totius eius, quod est in peculio, ratio est habenda:in tributoria solùm eius,circa quod negotiatur Quapropter quandóque expedit agi vna, quandoque alia. Aretinus.

5. ¶ Cæterùm [i] dubium non est,quin is quoque,qui iussu domini contraxerit, cuique institoria,vel exercitoria actio competit:de peculio,déque eo,quod in rem domini versum est, agere possit.Sed erit stultissimus [k], si omissa actione, qua facillimè solidum [l] ex contractu consequi possit, se ad difficultatem perducat probandi in rem domini versum esse, vel habere seruum peculium, & tãtùm habere,vt solidum sibi solui possit.

Hæc inter actionem de peculio,& tributoriam inest differentia,quòd in priori, quod domino debetur, ante omnia deducitur, in posteriori verò, dominus tanquàm extraneus cum cæteris creditoribus in tributum vocatur:item in illa totius peculij ratio habetur: in hac eius tantum, in quo negotiatus est seruus: quo fit vt quãdóque vna, quandóque altera experiri expediat.

Is quoque [m], cui tributoria actio competit: æquè de peculio,& de in rem verso agere potest. Sed sanè huic modò [n] tributoria expedit agere, modò de peculio.& de in rem verso. Tributoria ideò expedit agere:quia in ea domini conditio præcipua non est;id est,quod domino debetur, non deducitur: sed eiusdem iuris est dominus, cuius & cæteri creditores: At in actione de peculio antè deducitur [o], quod reliquum est,creditori dominus condemnatur.Rursus de peculio ideò expedit agere, per quam facilè solidum cõsequi possit,transeat ad difficultatem probandi in rem domini versum, vel probandi quòd tantum sit in peculio,quòd solidum peractiones illas consequatur & sumus in versi. *Is quoque.*Scire debetis,quòd ille etiam,cui competit tributoria,potest agere de peculio,& de in rem verso: & quãdóque expedit plus agere tributoria:quia in tributoria non habet dominus priuilegium deductionis,seu prædeductionis: sed cum aliis creditoribus vocatur in tributum Aliquando(dicit, plus expedit agere de peculio:putà si non fuerit contractum in toto pec.Sed in quadam merce peculiari, quæ est in tertia, vel in quarta parte peculij: maior autem pars peculij non est in merce; sed in prædiis,& mancipiis, & fœnebri pecunia. & tunc si agat tributoria, habebitur non solùm eius merces, in qua negotiatur: sed & id, quod inde receptum est.Si autem de peculio agat: habebitur ratio peculij totius.& propterea debet quis caute prouidere, & eligere illam actionem,quæ magis sibi proficere possit.Sed quicunque potest probare in rem domini versum:de in rem verso agere potest,vel debet.hoc dicit.Franc. de Aret.

b ¶ *Domino.*scilicet debet.Cùm enim inspecto iure naturali seruus liber sit,apparet quòd naturaliter potest obligari etiam domino suo:*vt ff.de condict.inde.l.si id,quod.& ff.de pecu.l.nec seruus. & supr.de fideiuſ.*§.j. Accvr.

c ¶ *Debet.*q.d.& id deducitur, quod debet dare seruus his, qui sunt in potestate:vt cõseruus suis, & filiis domini, & pupillis domini:*vt ff.de pec.l.peculium autem.in princ.*

d ¶ *Si is.* scilicet cui debetur: putà habeo seruum castaldum [a], qui ordinarius dicitur: qui habet sub se alium, qui vicarius dicitur.

¶ Si ordinarius aliquid debet vicario,& conuenior de peculio ordinarij, non deducam quod vicario debetur. & est ratio in promptu: quia si deduco pro vicario, adhuc remanet peculiũ ordinarij: & ita frustrà fieret deductio, cùm semper maneret ordinarij peculium.

a Castaldus is seruus dicitur ab Alci.*in commentario ad l. lecta. ff. de reb. cred. in versi. de domo* cui cassæ, seu domus cura est demandata.

e ¶ *Ipsius.* sci.ordinarij.

f ¶ *Quod eò pertinet.* id est quod modò sub nube dixi obtinet in hoc casu.

g ¶ *Seruus.* scilicet ordinarius.

h ¶ *Eius.*sci.ordinarij. *Cæterùm dubium.*]

Casvs. Dixi Iustinia. Domine, suprà feciſtis mentionem de actionibus:& duas vltimò posuistis: scilicet de peculio, & de in rem verso. sed domine, posuistis eas vltimò propterea, quia non dantur in casibus, in quibus aliæ quatuor dantur: Frater, resp. dominus Iustinia. non:imò nulli dubium est quin ille, qui iussu domini contraxit,possit etiam de peculio, vel de in rem verso agere: sed stultissimus esset, si omissa act. quòd iussu, per quam facilè solidum cõsequi possit,transeat ad difficultatem probandi in rem domini versum, vel probandi quòd tantum sit in peculio,quòd solidum peractiones illas consequatur & sumus in versi. *Is quoque.*Scire debetis,quòd ille etiam,cui competit tributoria,potest agere de peculio,& de in rem verso: & quãdóque expedit plus agere tributoria:quia in tributoria non habet dominus priuilegium deductionis,seu prædeductionis: sed cum aliis creditoribus vocatur in tributum Aliquando(dicit, plus expedit agere de peculio:putà si non fuerit contractum in toto pec.Sed in quadam merce peculiari, quæ est in tertia, vel in quarta parte peculij: maior autem pars peculij non est in merce; sed in prædiis,& mancipiis, & fœnebri pecunia. & tunc si agat tributoria, habebitur non solùm eius merces, in qua negotiatur: sed & id, quod inde receptum est.Si autem de peculio agat: habebitur ratio peculij totius.& propterea debet quis caute prouidere, & eligere illam actionem,quæ magis sibi proficere possit.Sed quicunque potest probare in rem domini versum:de in rem verso agere potest,vel debet.hoc dicit.Franc. de Aret.

i ¶ *Cæterùm.*diximus sup.in illo § *præterea.*quòd is agit de peculio,qui contrahit cum seruo,inuito,vel ignorante domino vnde videtur quòd qui contraxit eo volente,putà iussu suo,non possit agere de peculio sed tamen aliud est:ideò dic,*cæterùm*, pro sed.

k ¶ *Sed erit stultissimus.*Not.quem [b] esse stultum, si eligat malũ, cùm possit eligere bonum:*vt in Auth.quib.mo.nat. effi.fiũt.*§. j. *coll. vj.* ¶ Vnde versus Qui videt vtilius,& sumit deteriora, Absit ei radius luminis absque mora Accvr.

b Electio rei melioris esse debet.

l ¶ *Solidum.* ¶ No.quòd habens [c] duas actiones,vnam, ex qua solidum consequi possit,& aliam cum deminutione, debet intẽtare illam,ex qua solidum consequatur.Angel.

c Actione in solidũ potiùs experiri debemus, quàm ea, quæ partem tantùm nobis tribuit.

m ¶ *Is quoque.*facit,*ff.de tribu.l.aliquando.*

n ¶ *Modò.*id est aliquando.

o ¶ *Antè deducitur.*No.quòd in actione de peculio dominus est priui

priuilegiatus:quia primò sui debiti ratio habetur:*de quo supr. eod. §.praterea.* Angel.

a ¶ *In hac actione.* scil. de pecúlio.

b ¶ *Negotiatur.* & quod inde receptum est:*vt ff. de tribu. l. procuratoris.§.mercis.versi.per hanc.& supr.eo. §. introduxit.* Accvrs.

c ¶ *Eligere.* & postquam [a] elegerit, non variabit:*vt ff. de tribut.l. quod in heredem. §.eligere.* nisi fuerit deceptus quando primam elegit: *vt ff.quod cum eo, qui in alie.pote.l.sed si ex parte. §. fin.*

a Electa actione, qui eligit, variare nó potest.

Quæ diximus.] Casvs. Quæ diximus de illo,quæ contraxit cum seruo,intelligatis & in eo,qui cũ filio, vel filia, nepote, vel nepte contraxit. Item licèt idẽ sit de seruo quo ad dominum,quod in filio quo ad patrem, & econuerso, aliquid tamen speciale est in filio, quod non habet locum in seruo. scilicet senatusc. Maced. quod prohibet filiofam. mutuari: quod non loquitur de seruis. Quare autem senatusc. Macedon. introductum fuerit:melius habetis in litera,quàm in alia parte iuris. h.d. Franc.

d ¶ *Quæ diximus.* à princi. tit. vsque huc.

e ¶ *Eadem.* quantum ad actiones supradictas: sed in [b] quibusdam nõ conueniunt: vt in mutua pecunia, quod dic: *vt infrà, prox.* §. Item filius potest subire iudicium, & arbitrium, & patrem [c] obligat quasi ex contractu de peculio:sed seruus non:*vt ff. de pec. l.iij. §.si seruus. & §. idem scribit.& Cod. de iudi.l.seruus.* Item filius fideiubere potest,& patrem de peculio obligare: *vt ff.de pecul.l.iij.§. si filius.* ¶ Sed seruus nõ. *vt ff. de fideiuss. l. seruus. & l. seq.* & propter hoc dixit *Iaco. supr. eod. §. j.*

b Filius,& seruus nõ in omnibus conueniunt. *Vide hic 11. differentias per Ioan. de Platea.*

c Quemadmodum autẽ fiat executio filio condamnato, habetur *infrà, titu. 1. §. fi.* Angel.

Regulariter tamen filiusfamil. obligari potest,dempta hac mutui causa,& voluntate si non sit soluẽdo,detrudatur in carcerem: *vt l.cùm filius. Co. qui bon. ced.* licet Gl. sentiat contra. Et in hoc non recte: *vt in l.3. §. sed utrum. in verb, conueniri. ff. de nu.* Et adde exceptionem Macedon. omissam post sentẽtiã opponi posse: quod pluribus aliis accidit. *nota in l. tametsi ff. ad Maced. & Co. de iuris, & fact. ignor. l. s.*

d Dic idem si tacitè ratum habuisse dicatur, vt quia receperat literas à filio continẽtes quòd pecunias mutuo acceptas solueret, & non est stetim protestatus de contraria sua voluntate: *vt est text. in l. si filius f. ff. ad Maced.* Angel.

quòd in hac actione [a] totius peculij ratio habetur:at in tributoria eius tantũ,quo negotiatur [b], Et potest quisque tertia fortè parte peculij,aut quarta, vel etiam minima negotiari: maioré autem partem in prædiis, vel mancipiis, aut fœnebri pecunia habere. Prout ergo expedit, ita quisque vel hanc actionem, vel illam eligere [c] debet Certè qui potest probare in rem domini versum esse, de in rem verso agere debet.

Dicta de dominis,& seruis,intelliguntur in parentibus,& liberis.

6. ¶ Quæ diximus [d] de seruo, & domino,eadem [e] intelligimus & de filio,& filia, & nepote,& nepte, & patre, auóve, cuius in potestate sunt.

Qui filiofamiliàs in patria potestate constituto mutuam dederit pecuniam,is neque in patrem, neque in filium etiam postquàm sui iuris effectus est, vllam habet actionem, Senatusconsulto Macedoniano ita constituente.

7. ¶ Illud propriè seruatur in eorum persona, quòd senatusconsultum Macedonianũ prohibuit mutuas pecunias dari eis, qui in potestate parentis sunt:& ei,qui crediderit, denegatur actio tã aduersus ipsum † filium, filiámve; nepotem, neptémve(siue adhuc in potestate sint, siue morte parentis, vel emancipatione suæ potestatis esse cœperint) quàm aduersus patrem [f], auúmve,siue eos habeat adhuc in potestate, siue emancipauerit. Quæ ideò senatus [g] prospexit: quia sæpè onerati ære alieno creditarum pecuniarum,quas in luxuriam cõsumebant, vitæ parentum insidiabantur.

a ¶ *Quòd in hac actione.* totius peculij ratio habetur:at in tributoria eius tantũ,quo negotiatur. Et potest quisque tertia fortè parte peculij,aut quarta, vel etiam minima negotiari: maioré autem partem in prædiis, vel mancipiis, aut fœnebri pecunia habere. Prout ergo expedit, ita quisque vel hanc actionem, vel illam eligere debet Certè qui potest probare in rem domini versum esse, de in rem verso agere debet.

b ¶ *Negotiatur.* & quod inde receptum est:*vt ff. de tribu. l. procuratoris.§.mercis.versi.per hanc.& supr.eo. §. introduxit.* Accvrs.

c ¶ *Eligere.* & postquam elegerit, non variabit:*vt ff. de tribut.l. quod in heredem. §.eligere.* nisi fuerit deceptus quando primam elegit: *vt ff.quod cum eo, qui in alie.pote.l.sed si ex parte. §. fin.*

d ¶ *Quæ diximus.*] Casvs. Quæ diximus de illo,quæ contraxit cum seruo,intelligatis & in eo,qui cũ filio, vel filia, nepote, vel nepte contraxit. Item licèt idẽ sit de seruo quo ad dominum,quod in filio quo ad patrem, & econuerso, aliquid tamen speciale est in filio, quod non habet locum in seruo. scilicet senatusc. Maced. quod prohibet filiofam. mutuari: quod non loquitur de seruis. Quare autem senatusc. Macedon. introductum fuerit:melius habetis in litera,quàm in alia parte iuris. h.d. Franc.

e ¶ *Eadem.* quantum ad actiones supradictas: sed in quibusdam nõ conueniunt: vt in mutua pecunia, quod dic: *vt infrà, prox.* §. Item filius potest subire iudicium, & arbitrium, & patrem obligat quasi ex contractu de peculio:sed seruus non:*vt ff. de pec. l.iij. §.si seruus. & §. idem scribit.& Cod. de iudi.l.seruus.* Item filius fideiubere potest,& patrem de peculio obligare: *vt ff.de pecul.l.iij.§. si filius.* ¶ Sed seruus nõ. *vt ff. de fideiuss. l. seruus. & l. seq.* & propter hoc dixit *Iaco. supr. eod. §. j.*

f ¶ *Aduersus patrem.* etiam de peculio non tenetur pater: *vt hic dicitur.& C. ad senatuscons. Mace. l.si filius.* & cautè colligitur, *C. ne filius pro patre, vel pater pro filio. l. j.*

g ¶ *Senatus.* scilicet senatusconsultum Macedonianum: *vt ff. ad Maced. l. j.* quod cessat in multis casibus. s. xj. Primò si fuerit miles filiusfami. *vt C. ad senatusconsul. Maced. l. fin.* Item si dixerit se patremfami. *vt C. ad senatusc. Maced. l. j.* Item si publicè paterfamil. videbatur: *vt ff. ad senatusconsul. Mace. l. si quis patremfamil.* Item si fuerit in scholis: *vt ff. ad senatusconsul. Maced. l. sed Iulianus. §. quod dicitur.& Co. eo. l. Macedoniani.* Item si alij creditori soluit: *vt ff. ad senatusconsul. Maced. l. sed Iulianus. §. pe.* Item si factus paterfamil debitum primò contractum quocunque modo agnouit: *vt C. eo. l. Zenodorus.* Item si vertit in rem patris: *vt ff. eodem. l. sed Iulianus. §. proinde si acceperit.* Item & si non accepit vt verteret in rem patris:posteà tamen vertit: *vt ff. eod. l. sed Iulianus. §. proinde, versum. sed & si ab initio.* Item cessat quando pater consensit, vel præsens non contradixit: *vt ff. eo. l. sed Iulianus. §. quanquam. & l. si tamen sciente, & C. eo. l. si permittente.* Item si posteà pater ratum habeat [d]: *vt Cod. eod. l. fin. in prine.* Item si paterfamil. factus soluere cœpit: *vt ff. eo l. sed Iulianus. §. fin. & l. seq.* Aliàs autem locum habet, vt non teneatur pater, vel filius. siue pecunia fuerit mutuo data, siue aliud in fraudem senatusconsulti. *vt ff. eo. l. si filiusfa. §. is autem. & l. sed a Iulianus. §. mutui dationem.*

Sin autem per procuratorem.] CASVS Suprà dictum est quòd si aliquis suo nomine conueniatur, quòd nunquam satisdabit de iudi. sol. sed solùm præstabit cautionem vsque ad terminum litis. Sed quid si quis litiget per procuratorem? Frater, per procuratorem potest actor litigare, vel reus. Et primò videamus de illis, qui litigant per procuratorem ex persona actoris. tunc enim necesse est quod caueat de rato, si dubitetur de man

de mandato. Si enim constet de mandato: tunc non tenetur cauere de rato. Sed qualiter poterit constare de mandato procuratoris? Frater tibi dico, de mandato procuratoris constabit, si mandatum est actis insinuatum: vel si dominus litis in iudicio est præsens, & in iudicio procuratoris personam confirmauerit. Idem obseruandum est de tutore, & curatore volente agere per procuratorem: & in aliis quibuscunque personis alienatũ rerum gubernationem habentibus: *vt in glo.* & sum in vers. *Si verò aliquis.* in quo pone casum sic: Iam habuistis quid iuris sit quando lis infertur per procuratorem actoris: modò videamus quid iuris sit quando lis suscipitur per procuratorem rei. Tunc enim potest reus præsens esse fideiussor procuratoris sui coram iudice: vel extra iudicium potest esse fideiussor sui procuratoris pro omnibus clausulis contentis sub illo verbo, iud. sol. ita quòd teneatur per illam satisdationem, & etiã hæres eius. debet etiã cauere procurator rei, quia reus veniet ad iudiciũ tempore sententiæ definitiuæ: vel si non venerit, quòd soluet omnia, quæ in definitiua sententia fuerint: nisi à definitiua ipsa fuerit appellatum. h.d. Hæc tamen vltima cautio in persona rei hodie non habet locum: nec etiam aliæ duæ in persona actoris: scilicet quòd caueat se contestaturum litem intra duos menses: & quòd idem soluet decimam partem litis, si succumbat. vnde quòd satisdetur in lege cauetur: sed in vsu non habetur. Franc.

a ¶ *Mandatum.* extra ius factum.

b ¶ *Insinuatum.* id est, coram iudice demonstratum.

c ¶ *Confirmauerit.* repete non. nam confirmare potest, & tunc satisdare non tenetur: *vt* j. *proxi.* §. aliàs est in litera, *non.* ADDITIO. Nota quòd quãdo procurator agit præsente domino, & confirmante, non potest procurator repelli defectu mandati: vel vbi dominus mittat literas aduersario, vel iudici: *vt l. si procuratorem. ff. de procu.* Angel.

d ¶ *Habiturum.* id est quòd dominus habebit ratum. quę committitur, quando dominus scit, & potest habere ratum, & non habet: *vt ff. rem ra. ha. l. quo enim.* §. j. *& ff. de sol. l. ratum.* [a] vbi dicitur, ratũ autem habere dominus debet, cùm primùm certior factus est. Hic tamen distingue, an sit certum habere mandatũ, & tunc non cauet: *vt hic, & Cod. de satisd. l.* j. Aut certũ est, quòd non habet: & tunc etiam non admittitur: *vt ff. de neg. gest. l. si pupilli.* §. *fin.* Aut dubium est: & tunc secundùm P. est in electione rei vtrùm exigat probationem mandati à procuratore: an satisdationem recipiat: & est pro eo argu. *in Auth. de coll.* §. *eos in fin. coll. ix.* Sed ibi non loquitur de procurat. sed de exactore tributorum. Sed Ioan. contrà Dicit enim in electione procuratoris esse, quod duorum istorum facere velit: quia [b] quotiens ad duo quis alternatiuè tenetur, eius est electio: *vt suprà de act.* §. *huic.* Bul. autem distinguebat vtrùm diceret, nõ habes mandatum: & tunc probet mandatum: an dicat, dubito: & tunc satisdat. Sed Ioan. opinio verior est. Præstat etiam aliam cautionem procurator actoris: scilicet de defendendo eum, pro quo agit: *vt ff. de procu. l. mutuos.* §. *pœna.*

a Dic quòd ista stipulatio rati committitur ad interesse: & sic ad totale, vel particulare interesse: prout ratũ pro parte, vel nullo modo habetur: *vt l. si procurator. ff. rẽ rat hab. & not. Gloss. & Bart. in l. iiij.* §. *Cato. ff. de ver. ob. sibg.*

b Electio est promissorũ in alternatiuis.

e ¶ *Personę.* vt [c] sunt patres in bonis filiorum: *vt C. de bo. ma. l.* j. *& de bo. quæ lib. l. fi.* §. *vbi autem.* 2. Item orphanotrophi, & brephotrophi: *vt C. de epis. & cler. l. orphanotrophos.* 3. Item œconomi, vel actores, vel syndici: *vt ff. quod cuiusque vniuer. no. l.* j. §. *quibus. & l. nulli. & l. item.* §. j. *& C. de sac. sanc. eccl. l. iubemus. ij. circa prin. ibi, nulli œconomo. & C. de epis. & cle. l. omnes, qui vbique.* §. *hoc nihilominus.* 4. Item apocrisiarij: *vt in Auth. quomodo oport. episc.* §. *& illud. col.* j. 5. Item magistratus nomine municipij: [d] *vt C. de tut. propter calum. dan. l. y.* §. j. Isti enim possunt inferre per alium litem: vt hîc subiicit.

c Personæ alienarum rerum gubernationẽ habentes.

d Magistratus municipalis pro sua ciuitate, vel municipio potest agere: *vt est tex. in l. ij.* §. *plane ff. quod vi aut clam. cum ibi ne.* Ang.

f ¶ *Per alium inferunt.* scilicet per procuratorem: quod est intelligendum, si priùs ipsi litem contestentur, & sic litium domini efficiantur: *vt C. de procu. l. neque.* aliàs non: cùm non domini: sed administratores sint: & procurator à domino debet constitui: *vt ff. de procu. l.* j. *in princip.* ¶ Sed si ipsæ supradictæ personæ agunt: nunquid de rato cauent, vel de iudicato soluendo, si conueniuntur? Respon. non: *vt Cod. de admi. tut. l. tutores debita. & l. sancimus. ij.* §. *defensionem.* ¶ Sed tamen in tutore videtur dicere lex contrà, si sit incertum de officio suo: *vt ff. de admi. tut. l. vulgo.* Sed certè ibi nõ dicit quòd debeat de rato cauere: sed quòd reus damnum non subibit propterea quòd iste non sit tutor. ¶ Sed a quæ est ratio: quòd procuratores satisdant: sed supradictæ personæ non? Respon. quia prædictæ personæ quasi domini sunt: *vt ff. pro emp. l. qui fundum.* §. *si tutor. & de epis. & cler. l. orphanotrephos.* sed in procuratoribus secus: quia non sunt domini verè: sed fictè: *vt ff. de procur. l.* j. *in prin.*

a Procuratores satisdant non autem patres orphanotrophi.

g ¶ *Præsens.* præsentem accipe etiam si sit in hortis, vel in continẽtibus ædificiis: *vt ff. de procur. l. præsens. & l. & qui in foro. & l. & ideò*

h ¶ *Potest.* id [b] est debet secundùm quosdam. dicunt enim quòd si dominus est præsens: ipse tantùm debet fideiubere pro procuratore suo. si autem absens est, procurator potest, & debet fideiussores suos dare. & facit pro eis, *ff. de sol. l. si ad defendendum. & ff. de procu. l. qui proprio. in prin.* 2. Vel dici potest, quòd etiam si dominus est præsens, tamen potest procurator dare suos fideiussores: cùm [c] etiam sine mandato quilibet possit alium defendere: *vt C. de satisda. l.* j. *& C. de procu. l. exigendi.* & etiam inuitum: *vt ff. de sol. l. solutionem.* & ita propriè accipitur hoc verbum, *potest.*

b Potest. id est debet.

c Defendit quilibet etiam sine mandato.

i ¶ *Exponere.* actori, vel notario scribenti procurationem: ex cuius stipulatione quæritur actori vtilis actio: *vt ff. rem pupil. sal. fo. l. non quasi.*

k ¶ *Fideiussor existat.* No. quòd [d] dominus etiam extra iudicium potest pro suo procuratore fideiubere, & releuare eum ab omni onere satisdandi, fideiubendo pro eo notario, qui de suo mandato est rogatus: *vt l. si defunctus. in prin. ff. de procur.* Ange.

d Fideiubere pro suo procuratore etiã extra iudicium dominus potest.

l ¶ *Clausulis.* quæ [e] clausulæ tres sunt scilicet de defendendo reo, & de dolo quòd absit, & quod sonat ipsum verbum: *vt ff. iud. sol. l. iudicatum solui. & hic dicitur.*

e Iudicatũ solui tres clausulas habet.

m ¶ *Compellitur.* per iudicem. ACCVRS.

n ¶ *Hæredes eius.* Nam [f] habet naturam hæc stipulatio, vt ad hæredes transeat, sicut [g] illa iudicio sisti: *vt ff. si quis cau. l. si eum.* §. *qui iniuriarum.*

f Iudicatũ solui satisdatio ad hæredes transit.

g Iudicio sisti satisdatio ad hæredes trãsit.

o ¶ *Ipsius.* scilicet rei. ACCVRS.

p ¶ *Exponenda.* à procuratore.

q ¶ *Veniet.* scilicet reus, qui litem priùs contestatus est suo nomine.

r ¶ *Fideiussor.* datus nunc à procuratore.

s ¶ *Continentur.* ergo debet condemnari procurator præsens. *Si verò reus.*] CASVS. Intellexi §. præcedentem in eo, qui præsens erat, & constituit procuratorem ad se defendendum. Si autem reus sit absens: siue conueniatur in rem, siue in personam, procurator eius debet satisdare iud. sol. pro litis æstimatione: nec alio modo admitteretur, quantumcunque bonæ famæ fuerit: quia nemo. &c. Franc.

h Procurator rei siue interueniat ante litem contestatam, siue post, tenetur satisdare.

t ¶ *Præsto.* scilicet post litem contestatam contra reum.

u ¶ *Satisdationem.* Nò. quòd siue [h] interueniat procurator ante lit. contest. *vt suprà eod.* §. *si verò.* debet satisdare: siue postea: *vt hic, & C. de consor. eius. fi. l. ij.* ¶ Nec obstat quod dicitur, quòd debet fieri ante litem contest. *vt ff. de procu. l. Pomponius.* §. *ratihabitionis.* quia ibi interuenit procurator ante lit. contest: vbi autem postea interuenit, & postea [i] satisdat: vt dictum est.

i Et adde huiusmodi satisdationi effectum esse, vt procurator præcisè cogatur ad defendẽdum dominum, & iudiciũ suscipiẽdum. *l. si mulier. & fi. ff. de procur.* Item vt domini morte nõ finiatur mandatum: *vt l. si defuncto. ff. de procur.*

x ¶ *Nemo.* scilicet procurator: *vt ff. de procuratoribus. l. qui proprio.* §. *ij.*

y ¶ *Dictum est.* suprà eod. § *ab eius.*

a ¶ *Regia.*

a ¶ *Regia vrbe.* scilicet Constantinopolitana. 2. Vel dic de veteri Roma. ACCVRS.

b ¶ *Caput. C. de vete. iur. enuel. l. j. §. nulla. vers. sed & si quæ leges.*

c ¶ *Sequi.* imò non videtur inspiciēdum quid ibi fiat: sed quid fieri debeat: *vt ff. de offic. præsi. l. sed licet. qua est contrà.* Sed hæc est intelligenda quando ex certa scientia est consuetudo, vel lex: non per errorem, vt ibi. & facit ad hanc, *ff. de leg. & senatusco. l. de quibus.* ACCVRS.

ADDITIO. Hoc verum quando lex tollit consuetudinem. aliàs vnaquæque ciuitas abundat in sensu suo: & sic obseruare debet suam consuetudinem: & ex generali principis permissu inducere potest particulares consuetudines etiam contra leges, quibus stari debet: *vt habetur in §. ex non scripto. supra de iure natu. gent. & ciui.* Quæro tamen an in fideiussorem de iudicato soluendo fiat executio sine nouo processu? Et communiter doct. dicūt quòd sic: *vt in l. fi. C. de vsu. rei iud. & Bart. in l. j. ff. iud. sol. per text. d. l. fi.* vbi dicitur, *statim*: quia dictio *statim*, importat summariam cognitionem sine ordine iudiciario: *vt l. momentanea. C. vnde vi.* dic vt in dictis iuribus latiùs per do. Ange.

Experientia est rerum magistra. Aretinus.

6. ¶ Quæ omnia apertiùs, & perfectiùs quotidiano iudiciorum vsu in ipsis rerum documentis apparent.

Omnes ciuitates debent sequi cōsuetudinem ciuitatis Romanæ.

7. ¶ Quam formam non solùm in hac regia vrbe [a]: sed etiā in omnibus nostris prouinciis (& si propter imperitiam aliter fortè celebratur) obtinere censemus: cùm necesse sit omnes prouincias, caput [b] omnium nostrarum ciuitatum: id est hanc regiam vrbem, eiúsque obseruantiam sequi [c].

DE PERPETVIS, ET temporalibus actionibus, & quæ

DE PERPETVIS, ET TEMPORALIBVS,

a Continuatio.

Quia de [a] actionibus est dictum: & quædam sunt perpetuæ, & quædam non: ideò de his ponit: vt j. cod. in prin. *Item quia quædam transitoriæ sunt hæredibus, & contra hæredes: & de his ponit* j. eod. §. non autem. ACCVRS.

ADDITIO *Sed melius resideret ista rubrica immediatè post titulum de actio. quia continuatur à remotis nimium, cùm non simus in prin. libri.*

b Diuisio.

De loco.] Totus iste tit. diuiditur in tres partes. Primò ponit regulam, & exceptionem: scilicet quæ actiones sunt perpetuæ. Secundò ponit regulam, & exceptionem: scilicet quę actiones sunt transitoriæ ad hæredes. Tertiò ponit nouum casum. Secunda ibi; *Non autem omnes.* Tertia ibi; *Superest.* CASVS. Scire debetis (dicit Iustinia.) quòd quædam actiones erant olim perpetuæ, hoc est sine temporis præfinitione durabant: sed hodie quædam sunt perpetuæ: id est duratiuæ vsque ad tempus à sacris constitutionibus constitutum, hoc est, vsque ad triginta annos: cuiusmodi sunt illæ actiones, quæ descendunt à legibus, & à sacris constitutionibus Imperatorum, & senatusco. sed prætoriæ regulariter loquendo & olim erant, & hodie sunt annales: quia prætoris imperium & olim erat, & etiam hodie est annale. & hoc dicit. Et caue tibi: quia propter hoc, quòd dicit litera, donec sacræ cōstitutiones tam in rem, quàm in personam, &c. non vult innuere quòd actiones in rem solæ erant perpetuæ: sed hoc ideò dicit: quia tam in realibus, quàm in personalibus dederunt sacræ constitutiones fines certos. & sum in ver. *aliquando.* Suprà proxi. §. dixit Iustin. quòd plerunque sunt annales prætoriæ actiones. Sed domine, quare dicitis vos, *plerunque*? Et respon. ideò; quia non omnes prætoriæ actio. annales sunt: sed aliquando perpetuæ: hoc est vsque ad finem sacris constitutionibus constitutum duratiuæ: vt patet in bono. poss. hæreditatis petitione, quæ datur succedenti de iure prætorio. Hæc enim est prætoria, & tamen perpetua. & idem in fideicommissariis: quia bonorum possessores sunt hæredes de iure prætorio: fideicommissarij verò sunt vtiles loco hæredum: vnde coniunctos immediatè vnum post alium habetis istos tit. in ff. vete. similiter in pœnalibus prætoriis quædam actiones reperiuntur perpetuæ: vt act furti manifesti, quæ à prętoris iurisdictione descendit. Absurdum enim videbatur actionem ita famosam anno finiri. h. d.

d ¶ *Ex lege.* xij. tabularum: vt fami. erciscun. *vt ff. famil. erciscun. l.* j. Item noxalis de pauperie: *vt suprà, ſ quadru. paupe. feciſ. dica. in princip. & ff. ſi quadru. paupe. feciſ. dica. l.* j. *in principio.*

e ¶ *Senatusve consulto.* vt hæreditatis petitio: *vt ff. de peti. hære. l. item veniunt. §. pridie. & C. de pet. her. l. fi. in prin.* Item si quis clauum de naui abstulerit, cuius causa tota nauis periit: *vt ff. de incen. rui. nau. l. iij. §. senatusconsultum.*

f ¶ *Constitutionibus.* vt a condictio ex lege, quæ datur ex cōstitutionibus quibuslibet post leg. xij. tab constitutis: *vt ff. de condic. ex leg. l. vnica. & ff. ad leg. Iul. de adul. l. quod ex his. & Cod. de don. l. ſi quis argentum. §. fin. & ſuprà de act. §. tripli.* Vel ex quacunque alia parte iuris: vt plebiscito: vt patet in lege Aquilia: *vt ſuprà de leg. Aquil. §. caterum. & ff. ad leg. Aquil. l.* j. Nam quinque sunt partes iuris præter prętorium: *vt ſuprà de iu. natu. §. conſtat.* & totum est ius ciuile: *vt ff. de iuſt. & iur. l. ius autem ciuile.* & actiones ex eo descendētes sunt perpetuæ, vt hîc dicit: id est sine præfinitione temporis secundùm antiqua tempora. Sed sacræ constitutiones in b personalibus metas imposuerunt xxx annorum: *vt C. de præſcrip. xxx. vel xl. an. l. ſicut. & l. omnes. & Cod. quibus non obiicitur longi tempo. præſcri l. neque. & C. de annæ. excep. l.* j. *& de cōſt. pecu. l. ij.* In realib. [c] autem imponitur meta per constitutiones: in rebus mobilibus trium annorum: in immobilibus x. an. inter præsentes. xx. inter absentes: & hoc quando [d] titulum habet possessor. aliàs xxx. an. *vt C. de vſuc. transfor. l.* j. *& §. de vſuc. §.* j. In hypothecaria [e] etiā, quæ est in rē, certa statuuntur tempora vel x vel xx. vel xxx. vel xl. an. *vt C. ſi aduer. cred. l. diuturnū. & C. de præſcri. xxx. an. l. cum notiſſimi & de anna. exce. l.* j. ¶ Sed quomodo erat perpetua rei vindicatio secundùm antiqua tempora, imò temporalissima: *vt §. de vſuc. in princ.* Respon. quòd hîc dicit quòd erant perpetuæ scilicet personales: sed meta imponitur tam in realibus, quàm in personalibus. ¶ Item [f] caue tibi: quia duæ personales sunt ciuiles, quæ durant per annum tantum: vna iniuriarum §, quæ descendit ex lege Corn. *vt C. de iniur. l. ſi non conuitij. in fi.* Alia, quæ datur ex leg. Iul. repetundarum: *vt ff. ad leg. Iul. repe. l. ij.*

a Quę actiones ex constitutionibus oriātur. Actiones ex quinque partibus iuris descendētes, sunt ciuiles, & perpetuæ.

b Personales actiones tricēnio præscribuntur.

† De hoc verbo *perpetuo*, quot modis accipiatur, vide Glo. *10. q. 2. c. ea sum. §. perpetua.*

c Reales actiones quę tēpore præscribantur.

d Adde vltra titulū requiri etiā possessionem. nam sine possessione nō inchoatur vsu capio. *d. ſine poſſeſſione. ff. de vſu cap.* licet aliquādo inchoata trahatur ad fi. *vt l. capiā ff. de vſucapo. coniuncta l. 2. §. Sæuola. ff. ſi quis vtila. li. eſſe iuſſ. fu.* Angel.

e Hypothecaria quo tempore præscribatur.

f Quædā personales actiones non sunt perpetuæ.

g Imò hæc actio ciuilis in iuriarū est perpetua. *Gl. in l. ſi non conuicij. 5. in fi. C. de iniurijs.*

Certos fines. Omnium autem celeberrima est constitutio Theodosij de præscriptione xxx. annorum. *l. ſicut. C. de præſc. xxx.* de qua & in Nouel. Th. & Valent. *de xxx. anno. præſc.* & in No. *de epiſ. aud.* Sidonius Apollinaris *lib. 8.* Per ipsum ferè tempus, vt decemuiraliter loquar, lex de præscriptione tricennij fuerat proquiritata, cuius peremptoriis abolita rubricis omnis in sextum tracta quinquennium terminabatur. Intelligit autem Sidonius No. de præscript. *xxx. anno.* nam vt ex eodem auctore apparet Asterio consule ea lex proquiritata (& id quidem decemuirale verbum est) fuit. De hac præscriptione Cassiod. *lib. 5.* Tricennalis, inquit, humano generi patrona præscriptio eo, quo cunctis vobis iure seruabitur: & Suidas in verbo, πρόσκ- ἐμποδὼν ἵστασθαι τὰς μὲν ἄλλας δίκας ἁπάσας ἐς πεντηκοντοῦτιν παραγεφὰν ἄγων, ὀλίγας δέ τινας καὶ τὰς ὑποθηκαείας πάσας μ' ἐνιαυτῶν μάλιστα ἑκκρέων. Quod autem ait de hypothecariis, & præscriptione xl. annorum, in debitoribus locum obtinet. & hæredibus debitorum, & posterioribus creditoribus quamdiu debitor superstes est: alioquin ad hypothecariam sufficit xxx. annorum præscriptio. Addit & in quibusdam aliis causis necessariam esse præscriptionem xl. annorum, quod ex tit. *de præſcript. xxx. vel xl. ann.* colligi potest, nosque id ad maiorem scribendi diligentiam reseruamus, nunc prætermittemus. CVIAC.

TITVLVS XII.

Quæcunque à iure ciuili institutæ fuerunt actiones, olim quidem perpetuæ erant: hodie verò certis sunt finibus limitatæ: prætoriæ autem si pœnales existant, anno perimūtur, dempta furti manifesti actione: sin rei persecutoriæ sunt, perpetuò dātur.

HOc loco admonēdi sumus, eas quidem actiones, quæ ex lege [d], senatúsve consulto [e] siue ex sacris constitutionibus [f] proficiscuntur, perpetuò † solere antiquitùs cōpetere, donec sacræ constitutiones tā in rē, quàm in personā actionib. certos fines [g] dederūt. Eas [3] verò, quę ex propria prętoris iurisdictione pendent, plerūque [h] ad hæredes, & in hæredes transeunt.

g ¶ *Eas.* scilicet pœnales & tunc non est necesse, *plerunque.* vel si habes *plerunque*, expone: *vt infrà.* ACCVRS.

h ¶ *Plerunque.* h. d. propter prætorias rei persecutorias quæ h perpetuæ sunt. 1. Nisi in rescissoria, quæ annalis est: quia contra ius ciuile datur: *vt ff. de act. & oblig. l. in honorariis. §. ſed cū reſciſſa. & ſuprà de ac. §. rurſus. & j. eo. §.* 2. Item nisi in redhibitoriis, quæ dantur ad tempus, licèt rei sint persecutoriæ: *vt ff. de ædil. edi, l. ſciendum. §. fi.* quia dantur contra id, in quod conuenerunt contrahentes. Item fallit dicta regula, *ff. quod fal. tuto. au. l. huius actionis. §. has actiones. & quæ in frau. cre. l. ait prætor. §. ſi debitorem. ver. annus. C. de dolo. l. fi. & ff. de eo, per quem fac. eſt. l.* j. *§. penul.*

h Prætoriæ actiones regulariter perpetuę, quibusdā exceptis: vt sunt rescissoria, redhibitoria, quanto minoris, & de dolo: vide *Balbum tract. de præſcrip. parte 4. quæſt.* 1.

¶ Si autem sunt pœnales [i] prætoriæ, locum habet quod hîc dicitur, vt sint annales: siue pœnales ex vtraque parte, siue ex altera tantùm: *vt ff. de cal. l.* j. *& de in ius vo. l. penul. & ff. de ali. iu. mu. cau. fac. l. vel poſt annum.* ACCVRS.

i Prætoriæ pœnales sunt annales.

Sed secundum An. illa est pœnalis ex vna parte tantùm:

& ideò non videtur bene excipi. Sed Bart. *in l. honorariis. ff. de ac. & obli.* concludit quòd omnes rei persecutoriæ ex vtraque parte sunt perpetuæ. Ex parte autem actoris, rei persecutoriæ: & ex parte rei pœnales, & finiuntur anno.

a ¶ *Intra annum.* scilicet vtilem. Nam de talibus annis prætores loquebantur: *vt patet, ff. de vi, & vi ar. l.* j. §. *quod autem ait prætor. ver. annus. & ff. de ædil. edic. l. sciendum.* §. *fin.* nisi in casu, vbi est inutilis ad sui principium: sed continuus ad sui processum: *vt ff. de calum. l. annus.*

b ¶ *Aliquando.* eccequare dicit, *plerunque.*

c ¶ *Constitutionibus.* de quibus dixit *suprà eod. in princ.*

d ¶ *Bonorum possessori.* id est cuilibet possessori, qui vult succedere de iure prætorio, qui habet hæreditatis petitionem bonorum possessoriã: de qua habes, *ff. de possessoria hared. pet. per totum.* Accvrs.

e ¶ *Hæredis loco sunt.* vt quibus restituta est hæreditas per fidei commissum: quibus datur hæreditatis petitio fideicommissaria: de qua habes, *ff. de fideicom. hare. pet. per totum.* Et hæ duæ sunt rei persecutoriæ. Accvrs.

f ¶ *Proficiscatur.* Nota, a actionem furti manifesti esse prætoriam. sed non manifesti est ciuilis: *vt* §. *de nox.* §. *sunt autem.*

a Furti manifesti actio, prætoria: non manifesti ciuilis.

g ¶ *Existimauit.* scilicet prætor. & idem in qualibet pœnali in eo, quod peruenit ad delinquentem: *vt ff. de vi, & vi arma. l.* j. *in prin. & ff. de dolo. l. Sabinus.*

Non autem omnes.] Casvs. Expediuit iam dominus Iustinianus primam partem rubri. modò incipit tractare de secunda parte, dicens, Non autem omnes, &c. vnde quæsiui, vtrùm omnes actiones dantur hæredibus, & in hæredes? & resp. quòd nõ. Certissima est enim regula iuris, quæ dicit ex maleficio actiones in hæredes non cõpetere; cuiusmodi sunt actio furti, vt bo. ra. iniuriarum, damni iniuriæ. quod intellige lite non conte. contra defunctum: etiam si ad hæredes furtum peruenerit per maleficiũ. & possem cum isto §. coniungere illum § *pœnales actiones*, &c. dicendo quòd pœnales actiones descendentes ex maleficio, lite conte. cum defuncto, competunt, vel dantur hæredibus eorum, qui maleficium passi sunt: excepta actione iniuriarum, & si qua alia similis inueniatur. & sumus in vers. *Aliquando tamen.* Quia propter quandam generalitatem, quam vidistis modò in §. præcedenti vidistis enim quòd certissima iuris regula est, quæ dicit ex maleficio pœnales act. in hæredem non competere. & habetis regulam istam, *ff. de pri. deli.*) videbatur à contrario sensu quòd omnes actio. quæ non sunt pœnales ex maleficio, dentur in hæredes: & sic quòd omnes actiones ex contractu prouenientes dẽtur contra hæredes: ideò contra generalitatem istam sumptam à contrario sensu, ex ista generali regula loquitur litera ista, & dicit: Aliquando tamen actio ex contractu non datur contra hæredem: veluti si dolosè versatus fuerit testator in contractu, & ex dolo testatoris ad hæredem res non peruenerit. Et sum in vers. *Pœnales autem.* Suprà vidistis quòd certissima est iuris regula, quæ dicit ex maleficio petentis pœnales actiones, de quibus suprà dixit, si ab illis principalibus personis in eis lis fuerit contestata, hæredibus dantur: & in hæredes transeunt. h. d. Franciscus.

b Dic quod est verum in quasi delicto omittẽdo commisso: secùs si cõmittendo: *vt l.* 4. §. *fi. ff. de dam. inf.* vel dic vt ibi per Bar. Ang. e Morte quæ crimina, & delicta non extinguantur.

d Iure cũ & in delictis, & in contractibus siue ad hæredẽ quid peruenerit, siue nõ peruenerit, siue cũ defuncto suerit lis contest. siue minimè, semper hæredem teneri in solidum. *16. q. 6. c. si episcopum & 12. q. 2. c. episcopos. vbi Gl. hãc decisionẽ ponit. & de sepul. c. fi. & Inno. c. ex literis. de rapt.* Vnde infertur hæredem vsurati defuncti ad restitutionẽ vsurarũ teneri: *vt in c. tua nos. de vsur. & not in c. quanquam. de vsuris. lib. 6.*

intra annum [a] viuere. Nam & ipsius prætoris intra annum erat imperium. Aliquando [b] tamen & in perpetuum extẽduntur. id est vsque ad finem constitutionibus [c] introductum: quales sunt eæ, quas bonorum possessori [d], cæteriſque qui hæredis loco sunt [e], accommodat. Furti quoque manifesti actio quamuis ex ipsius prætoris iurisdictione proficiscatur [f]: tamen perpetuò datur. absurdum enim esse existimauit [g] anno eam terminari.

Ex maleficiis pœnales actiones quamuis contra hæredes non dentur, hæredibus tamen offensi dantur, excepta actione iniuriarum: actiones autem ex contractu dolo inito aduersum hæredes. si nihil ex eo ad eos peruenerit, minimè competunt. Omnes tamen pœnales actiones lite contestata contra hæredes transeunt.

1. Non autẽ [h] omnes actiones, quæ in aliquem aut ipso iure [i] competunt, aut à prætore dantur: & in hæredem æquè competunt, aut dari solent [k]. Est enim certissima iuris regula, Ex maleficiis [l] pœnales actiones in hæredem rei non competere [m]: veluti furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, damni iniuriæ [n]. Sed hæredibus [o] huiusmodi actiones competunt, nec denegantur, ex cepta iniuriarum actione [p], & si qua alia similis [q] inueniatur [r]. Aliquando tamen etiam ex contractu [r] actio [t] contra hæredem non competit: veluti cùm testator [s] dolosè [t] versatus sit, & ad hæredem [u] eius nihil ex eo dolo peruenit. Pœnales autem actiones, quas suprà diximus [x], si ab ipsis principalibus personis fuerint contestatæ [y]: & hæredibus aliquid adest: vnde idem iuris est, quod & in ista: vt est actio in factum: quæ datur contra libertum vocantem patronum in ius sine venia, in quinquaginta aureos: vel in filium vocantem patrem: *vt infrà de pœna teme. lit.* §. *fin. & ff. de in ius vo. l. pen.* Idem in popularibus act. vt si quis habeat positum, vel suspensum: *vt ff. de his, qui deie. vel effu. l. si verò.* §. *quæ autem.* Quidam dicunt idem de actione in factum de calumniatoribus: *vt ff. de calum. l. hæc actio.* Sed certè ibi alia est ratio: quia habet condictionem ob turpem causam: vt ibi dicitur. Item quia abest ibi aliquid actori, & adest aliquid reo; vnde non est simile supradictis.

a Dolus alius dat causam cõtractui, alius in eum indicit.

b Actiones ex contractu descendẽtes quæ non dantur in hæredes.

Non autem omnes. ... *nales. & ff. de act. l. ex iudiciorum. in fi.* Item nisi aliquid ad hæredem peruenerit: tunc enim tenetur: *vt ff. de calum. l. in hæredem. & ff. quod me. caus. l. videamus.* ¶ In duobus tamen casibus est contra: vt in actione vi bonæ rapto. quæ non datur in hæredem, licèt ad hæredem aliquid peruenerit: sed furtiua datur condicti: *vt ff. vi bo. rapt. l.* ij. §. *fin.* Item in interdicto vnde vi: quod non datur in hæredem: sed in factum actio: *vt ff. de vi, & vi ar. l.* ij. §. *fi.*

n ¶ *Damni iniuriæ.* legis Aquiliæ actio.

o ¶ *Sed hæredibus.* id est hæredibus eorum, qui passi sunt hæc maleficia.

p ¶ *Iniuriarum actione.* Nam hæc non datur hæredi nisi lis contestetur. hoc ideò: quia non est in bonis nostris ante lit. contest. *vt ff. de iniur. l. iniuriarum. ij. & l. iniuriarum.* j. *in principio & in glo. ij.* Est & alia ratio: quia nihil mihi de patrimonio abest: nec reo adest: *vt ff. de col. bo. l. cùm emancipati.* §. *emancipatus.* Sunt & aliæ similes ei, vt subiicit, in quibus nec actori aliquid de patrimonio abest, nec reo

α ¶ *Et si qua alia similis.* Huic similis fuit actio de moribus. *l. vlt C. Th. de inc. nupt.* Cvias.

q ¶ *Inueniatur.* hîc continuatur ille §. qui est infrà *eo.* §. *pœnales.*

r ¶ *Etiam ex contractu.* non solùm ex delicto.

s ¶ *Actio.* scilicet de dolo, nata propter dolum adhibitum in contrahendo. Namsi [a] dedit dolus causam contractui, non agitur actione ex eo contractu, cùm nullus sit: sed de dolo: *vt hîc. & ff. de dolo. l. & eleganter. in prin.* Si enim esset incidens: ageretur actione ex eo contractu, vt purgaretur dolus: *vt ff. de act. empt. l. Iulianus.* §. *si venditor.* & daretur in hæredes: *vt ff. de act. & oblig. l. ex contractibus.* 2. Vel pone casum quòd dolus fuit incidens, vel superueniens, & remanet contractus: & non agitur contra hæredem, nisi peruenerit aliquid ad eum: vt in actione depositi, quæ datur in duplum contra eum, qui dolum commisit in depositio causa tumultus, vel incendij, vel ruinæ, vel naufragij. sed in hæredem non datur in duplum ex dolo defuncti, licèt in simplum detur: *vt ff. depositi. l.* j. §. j. Item qualis est actio in factum, quæ datur contra agrimensorem: non autem aduersus hæredem: *vt ff. si mens. fal. mo. di. l.* ij. §. *penul.* Item in actione ex stipulatu iudicio sisti in eo, qui erat conuentus iniuriarum: *vt ff. si quis cau. l. si eum.* §. *iniuriarum.* Idem est in actione tributoria: *vt ff. de trib. l. illud.* §. *fi.* & de his casibus loquitur hic §. cùm dicit [b], ex contractu in hæredem non dari quandóque. Aliàs autem ex contractu agitur contra hæredem etiam de dolo defuncti regulariter: *vt ff. de actio. & obliga. l. ex contractibus. & l. ex depositi. quæ sunt huic contraria.* & hanc specialitatem, si velis tenere primam opinionem, denotat hæc litera cùm dicit, Aliquando tamen, &c.

β ¶ *Veluti cùm testator.* Nec enim ex omni dolo defuncti tenetur hæres: sed ex eo tantùm, quòd rebus actoris damnum attulit. *l. 1. C. de har. tut.* Cvias.

t ¶ *Dolosè.* dolo dante causam contractui. 2. Vel dic incidenti, vel superuenienti, vt modò diximus. Accvrs.

u ¶ *Ad hæredem.* sed si superuenisset actio in factum: perpetuò contra hæredem, & contra defunctum daretur: *vt ff. de dolo. l. itaque.* Sed de dolo olim intra annum vtilem, hodie intra biennium continuum datur: *vt C. de dolo. l. fi.*

x ¶ *Diximus.* vt *suprà eodem* §. *non autem omnes.*

y ¶ *Contestata.* Imò vt dentur hæredi, sola præparatio sufficit: *vt ff. de inoffic. testamento l. posthumus.* §. *fina.* Ioann. 2. Vel

fine

a Querela etiã non præparata hodie datur hæredi.
b Operæ liberto impositę nõ transeunt ad hæredẽ extraneum.
c Pœnales actiones duobus cæsibus hæredibus dantur.

sine [a] præparatione datur querela hæredi hodie.
a ¶ *Dantur.* nisi [b] in duobus casibus. Primus [c] cùm agitur ad operas contra libertum, & moritur patronus extraneo hærede relicto: ad quem non transeunt operæ etiam lite contestata: *vt ff. de oper. liber. l. si operarum iudicio.* Secundus in patre repetente dotem filiæ, quæ à viro diuerterat, si decedat pater extraneo hærede relicto, etiam lite contestata: *vt C. de rei vxo. act. l. vnica §. videamus.* ADDITIO. Nã eo ipso quòd pater moritur, vel aliter filia efficitur sui iuris: statim actio consolidatur in filiam: *vt dicto §. videamus.* licèt pater fuerit litem contestatus: & sic propter hoc non facit transitum in suum hæredem. & sic est speciale in dote: quia est proprium patrimonii filiæ: *vt l. iij. §. sed virùm. in fina. ff. de minor. & facit l. Pomponius Philadelphus. ff. fami. erciscun.* Angel.

d Pœnales actiones duobus cæsibus contra hæredes dantur.

b ¶ *Transeunt.* nisi [d] in duobus casibus. Primus in actione de dolo. *vt C. de dolo. l. fin.* Secundus in retractatione alicuius in seruitutem, vel libertinitatem, qui per collusionem pronunciatus fuerat ingenuus: *vt ff. ne de stat. defunct. l.* j. *§. sed interdum.*

Supereſt.] CASVS. Omnia, quæ iam dixi à princip. tit. vsque nunc, in duobus consistunt, scilic. in vita, & transitu actionum. Modò vult dicere de officio iudicis: & parum defecit quòd non posuit hunc totum ti. de offi. iud. sed residuum seruet vsque ad tit. specialem de offi. iud. dicit ergo Iust. Volo quòd vos sciatis, quòd si ille, qui conuenitur, ante condemnationem satisfaciat: offi. iud. conuenit eum absoluere, licèt erat talis, qui debebant condemnari. Et licèt istud iudicium de sui natura debebat esse condemnatorium: per solutionem tamen ante condemnationem factum sit absolutorium. & hoc est quod vulgò dicitur, omnia iudicia esse absolutoria Franc.

e Continuat dicta dicendis.

c ¶ *Supereſt.* Hæc [e] de vita, & transitu actionum, secũdum quod in rubrica promisit, dicta sunt: nunc de iudicis officio dicit: quod cum exponere debeat: iam pauca, vt modicum respiret, deliberat: nam conceptum sermonem quis retinere potest? quia igitur iam concepit in animo tractare de offi. iudi. quomodo poterit tacere, quin dicat aliquid hîc?

d ¶ *Absoluere.* s. ab obseruatione iudicij. nam principalis causa est sublata solutione. *vt supr. quib. mo. tol. oblig. in princip.*

DE EXCEPTIONIBVS.

TITVLVS XIII.

Institutæ idcircò fuerunt exceptiones, vt qui ipso iure obnoxij sunt, iniquas petitorum actiones excludant: quod exemplis aperitur.

SEquitur vt de exceptionibus dispiciamus. Comparatæ [e] autem sunt exceptiones defendendorum eorum [f] gratia, cum quibus agitur. Sæpè enim accidit, vt licèt ipsa persecutio, qua actor experitur, iusta sit ¶ : tamen iniqua sit aduersus dantur [a], & contra hæredes transeunt [b].

Si pendente adhuc iudicio reus satisfecerit, & obseruatione iudicij absoluendus est.

2. ¶ Supereſt [c] vt admoneamus, quòd si ante rem iudicatam is, cum quo actum est, satisfaciat actori; officio iudicis conuenit eum absoluere [d]: licèt in ea causa fuisset iudicij accipiendi tempore, vt damnari deberet. & hoc est quod anteà vũlgò dicebatur, omnia iudicia absolutoria esse.

DE EXCEPTIONIBVS.

f Continuatio.

Quia [f] *exceptio tenet vicem actionis*: vt ff. de exceptio. l. j. *ideò post actiones ponit de exceptionibus. Vel quia de armis actorum vidimus, & de reorum armis videndum est: ideò dicit, vt sequitur.* ACCVRS.

g Diuisio.

Equitur.] Totus iste titulus diuiditur [g] in quinque partes principales. Primò continuat ad præcedentia rubricam. Secundò ponit causam quare fuerint exceptiones inuentæ. Tertiò id demonstrat per exempla tam in actionibus realibus, quàm in personalibus. Quartò ponit duplicem, vel potiùs triplicem diuisionem exceptionum. Quintò id exemplificat. Secunda ibi; *Comparatæ sunt.* Tertia ibi; *Verbi gratia.* Quarta ibi in §. *appellantur.* vel potiùs in §. *alioqui ex quammultis.* Quinta ibi; *perpetuæ, & peremptoriæ.* CASVS. Viso de actionibus, sequitur dicit Iustin.) vt de exceptionibus videamus. Et domine Iustinia. pro Deo instruatis nos competenter materiam de exceptionibus. Frater, dicit ipse

scire debes, quòd inuentæ sunt, seu institutæ exceptiones ad defensiones reorum sunt enim arma reorum. Frequenter enim contingit quòd actio competens actori, prima facie iusta videtur: iniquum tamen esset reum condemnare, vt putà si metu coactus aliquid promisit: & ideò datur reo cõtra actorem exceptio de dolo, vel exceptio quod metus causa. Omnis enim exceptio adinuenta fuit ad actionem impugnandam. h. d. Franc. de Aret.

eum, cum quo agitur.

2. ¶ Verbi gratia, si metu coactus, aut dolo inductus [h], aut errore lapsus, & stipulanti Titio promisisti [i], quod non debueras promittere: palam est iure ciuili te obligatum esse [k]: & actio, qua intenditur dare te oportere, efficax est [l]; sed iniquũ est [m] te condemnari: ideóque datur tibi exceptio, Quòd metus causa [n], aut Doli [o] mali, aut in factum [p] composita « ad impugnandam actionem.

Qui futuræ numerationis spe mutuum recepisse scriptis fassus fuit, exceptione non numeratæ pecuniæ tutus est.

3. ¶ Idem iuris est, si quis quasi credendi causa pecuniam [à te] stipulatus fuerit, neque numerauit. Nam eam pecuniam à te petere posse eum certum est. dare enim te oportet, cùm ex stipulatione tenearis. Sed quia iniquum est eo nomine te condemnari, placet exceptione pecuniæ non numeratæ te defendi debere. Cuius tempora nos (secundùm quod iam superioribus libris scriptum est [q]) constitutione [r] nostra coarctauimus.

Si debitori creditor non petere pactus fuerit, ex pacto præcedens o-

Comparatæ. aliàs inuentæ. ACCVRS.

f ¶ *Eorum.* scilicet reorum. Nam [a] ipsi sunt, cum quibus agitur: *vt ff. de iureiur. l. iij. in prine. & in §. eum.*

a Rei improprie agere dicuntur: cũ ipsi sint, in quos agatur. vnde colligit Angelus, *actoris* verbo in statuto, reum non intelligi.

g ¶ *Iusta sit.* prima facie. ACCVR.

h ¶ *Dolo inductus.* hoc est in stricti iuris iudiciis: in bonæ [b] fidei autem iudiciis ipso iure non tenet contractus: *ff. de dolo. l. & eleganter. in princip.* ACCVRS. ADDITIO. Hoc verum in odium dolosi: sed in sui præiudicium tenet contractus: & ex eo potest conueniri, nisi lex resistat actui: quia tunc ex neutra parte datur actio: *vt est in glo. l. à Diuo Pio. ff. de ritu nuptia. in glo. ij. & Bald. in l.* j. *Cod. plus vale. quod agi.* Angel.

b Dolus dans causam contractui an, & quomodo reddat contractum ipso iure nullũ: *dic vt hac Gl. & in additione.*

i ¶ *Promisisti.* credens te debere, cùm non deberes: *vt hic, & ff. de except. doli. l. ij. §. circa* [c] . .

c Sed secũdum Angel hic tex. non facit ad propositum: quia loquitur quando stipulatio fit sine causa: hic verò secus.

k ¶ *Obligatum esse.* scilicet inspecto iuris rigore: de æquitate obligatus non est: *vt ff. de lib. cau. l. vel obligatus est. §. obligatũ. & ff. de ver. signi. l. si creditor. qua sunt contrà.*

l ¶ *Efficax est.* scilicet in sui substantia. Nam ciuiliter, & naturaliter [d] est obligatus, &

d Quia coacta etiam voluntas, est voluntas. *Angel.* Et tamen Faber notat ciuiliter tantùm obligari, qui coactus promiserit.

purè: sed non est efficax, quantum ad opem exactionis. 2. Vel dic efficax est inspecto genere. nam prima facie condemnatus videtur: sed inspecta qualitate; quia fit dolo facta, & metu, vel simili causa impediatur, est inefficax. & ita expone in seq. casu.

m ¶ *Iniquum est.* ¶ Nota quòd contra iniquitatem: & sic econtrà ex æquitate datur reo exceptio. *l. qui æquitate. ff. de do. ma. except.* Angelus.

e Quis autem metus in hoc requiratur, habes *ex l. metum. cum multis aliis seq. ff. quod. et. causa.* nempe quòd sit vel mortis, vel cor poris cruciatus. Et adde reum post metum cessantem soluentem non posse repetere: quoniam solutio illa vt sponte facta, præcludit viã tũ actioni, tum metus exceptioni. Secus tamen foret, si solutionis tempore is metus duraret, q promissionis tempore fuit. *vt l. 2. & ibidem per Bar. C. quod me. can.*

n ¶ *Metus causa.* hoc quando [e] metu fuit compulsus.

o ¶ *Doli.* hoc quando inductus fuit per dolum.

p ¶ *In factum.* redde singula singulis proposítis causis, secundum Ioan. ¶ Sed nonne hoc tertio casu, scilicet quando per errorem promisit, datur doli exceptio? Certè sic: *vt ff. de do. ma. except. l. ij. §. circa.* Quare dic quòd hæc actio in factum est proponenda in subsidium doli exceptionis, scil. contra patronum, & parentem, contra quos turpes exceptiones non opponuntur: *vt ff. de do. ma. except. l. apud Celsum. §. aduers.* & ita hîc accipitur. ACCVRS.

« ¶ *In factum composita.* Quod ait *composita*, ad solam exceptionẽ in factum referendum est, quæ & in factum concepta dicitur. *l. quod de bonis. ad legem Falcid.* Est autem hæc erroris exceptio. CVIACIVS.

Idem iuris.] CASVS. Iam dixi vobis vnum exemplum, in quo videtur æquum prima facie, vt actor debeat obtinere: iniquum tamen inspecta persona rei: quia competenti excep. potest se defendere Et de hoc eodem recito vobis hîc aliud exemplum, scilicet de eo, qui causa credendi pecuniam, stipulatus est pecuniam sibi reddi: & postea pecuniam non numerauit. vnde si agat stipulator, competit promissori except. non numeratæ pecuniæ. h. d. Franci. de Aret.

q ¶ *Scriptum est.* suprà, *de lit. obli.*

r ¶ *Constitutione.* vt *C. de non nume. pecu. l. in contractibus.*

Præterea si debitor.] CASVS Iam vidistis duo exempla, in quibus prima facie æquum videtur, quòd actor debeat obtinere: iniquum tamen videtur inspecta persona rei: quia competẽti except.

se defendere potest. Modò ponit tertium exemplum: putà cùm creditor fecerit debitori pactum de non petendo; sicut patet in litera.

a ¶ *Peteretur.* ¶ Not. quòd pactum de non petendo tria operatur. Nam tollit naturalem ipso iure: *vt ff. de sol. l. Stichum. §. naturalis.* Item elidit ciuilem: *vt in hoc §.* Item obligat naturaliter paciscentem non petere. Nam & aliàs quis est obligatus naturaliter aliquid non facere: vt nõ facere factum: *vt sup. de obl. quæ ex delicto nascuntur. § j.*

b ¶ *Non omnino.* non ciuilis: sed naturalis tãtùm: *vt ff. de solut. l. Stichum. § naturalis.* In casibus tamen etiam ipso iure vtrumque tollit pactum: vt in maleficiis factis si quis paciscatur, ne [a] agatur. Item in pignore rem. isso per pactum; *vt ff. de pact. l. si tibi. §. quædam actiones. & §. de pignore.*

a Remittens tamen actiones ex maleficio, non videtur remittere damnum, vel interesse: vt per Dy. Barto. Bald & Angel. *in §. quæ iam. in Glo. alleg.* vbi etiam vide an per remissionẽ iniuriarum factam in foro pœnitentiali tollantur istæ actiones ex maleficiis.

c ¶ *Si apparet.* oratio posita loco actionis secundum P. Sed secundum Io. contra: *vt diximus supr. de act. §. sic itaque.* ACCVRS.

Æquè si debitor.] CASVS. Iam vidistis tria exempla, in quibus prima facie videtur æquum quòd actor debeat obtinere: iniquum tamen videtur inspecta persona rei: quia competenti exceptio. se defendere potest. Hic ponit quartum exemplum de eodem: putà in exceptio. iurisiurãdi, cum iuramentum delatum fuerit debitori à vero creditore: & ipse se nihil debere iurauerit: si agat actor cõtra reum, qui iurauit, defendere se potest reus per exceptionem iurisiurandi. & sum in versi. *In his quoque actionibus*, &c. In superioribus habuistis qualiter exceptiones opponuntur contra actiones personales: modò intendit tractare de exceptionibus, quæ opponuntur contra eos, qui agunt actionibus realibus: vt si rem tãquam meam vindicem dicens rem meam esse & verum dico; quia res mea est: tamen iniquum esset quod ipse reus, qui iurauit, condemnetur contra stylũ sui iuramenti. hoc dicit. Franc.

b Iuramentum quibus casibus retractari possit: & de eo queri.

d ¶ *Iniquum est.* ¶ Hîc not. simile, *ff. de in lit. iur. l. fin. & ff. de iureiu. l. nam posteà. § iureiurando dato. & ff. de dolo. l. nam sufficit.* Hoc tamen [b] fallit quotiens est contra leges iuratum: quia [c] non seruatur sacramentum: *vt in Auth. sceni. non solùm. §. non enim si quis. coll. v. qua est, C. de nupt. Auth. quod cu. & ff. de iure patro. l. adigere. & C. de leg. & constit. l. non dubium. in fi.* 2 Item quando veritas [d] aliàs per testimonium potest inueniri: *vt Co. de re. cre. l. fi.* 3. Item quando [e] defertur sacramentum à iudice: *vt ff. de iureiur. l. admonendi.* aliàs autem obtinet, quod hîc dicitur.

b Iuramentum quibus casibus retractari possit: & de eo queri.

c Iuramentum cõtra leges nõ est seruãdum.

d Hoc indulgetur fauore vltimæ voluntatis, vt non in ea falsi aliquid constituatur.

e Iuramenti exceptio non adquiritur reo iuranti: quotiens iuramentum ei delatum est non à parte, aut ab aduersario: sed à iudice.

f Iuro rẽ meã esse: & iuro tuã non esse, differunt.

e ¶ *Exceptionem iureiurandi.* Defendi etiam potest per exceptionem pacti. *l. sed & si seruus. ff. de iureiur.* Nam iusiurandum ex actione venit. Ex hac etiam exceptione & aliis omnibus oritur generalis exceptio doli. *l. ij. §. & generaliter. ff. de doli except.* CVIAC.

f ¶ *Rem suam esse.* Distinguitur [f] tamen vtrum iuret suam rem esse, vel petitoris non esse: quia si iuret suam esse, datur sibi actio, & exceptio. Sed si iuret prætoris non esse, nascitur sibi exceptio contra petitorem tantùm: *vt ff. de iureiur. l. sed & si possessori. j. & ij. respon. ibi, non enim.*

Item si in iudicio.] CASVS. Adhuc præter exceptiones illas, de quibus suprà dictum est, quædam alia est exceptio, per quam potest reus se tueri: veluti si verus debitor per sententiam iudicis fuerit absolutus sententialiter. Licèt enim per imperitiam vetus debitor absoluatur; naturaliter tamen manet debitor; sed contra creditorem agentem poterit se tueri except. rei iudic. & hoc dicit. Sed quid est, quod hîc dicitur: quòd ex sola naturali obligatione possit agi? Frater, dicit Iustinianus, ex sola naturali à principio nõ agitur: sed quando naturalis, & ciuilis fuerint coniunctæ à principio, si tollatur vna ipsarum, ipso iure ex altera potest agi, licèt agenti obstet exceptio. Franc. de Aretio.

Fraterea debitor, si pactus fuerit cum creditore ne à se pecunia peteretur [a]: nihilominùs obligatus manet; quia pacto conuẽto obligationes non omnino [b] dissoluuntur: qua de causa efficax est aduersus eum actio, quam actor intendit, si apparet [c] eum dare oportere. Sed quia iniquum est contra pactionem eum condemnari: defenditur per exceptionem pacti conuenti.

Qui iureiurando delato se nihil debere asserit, ipso iure liberatus non est: sed exceptione iurisiurandi munitus, æquè si quis in rem conuentus, rem petitam suam esse iurauerit, non propterea actor dominus esse desinit; verùm exceptio iurisiurandi sibi posteà vindicanti obstabit.

4. ¶ Æquè si debitor creditore deferente iurauerit nihil se dare oportere, adhuc obligatus permanet. sed quia iniquũ est [d] de periurio queri, defenditur per exceptionem iurisiurandi [e]. In his quoque actionibus, quibus in rem agitur, æquè necessariæ sunt exceptiones: veluti si petitore deferente possessor iurauerit eam rem suam esse [f], & nihilominùs petitor eãdem rem vindicet. Licèt enim verum sit, quod intendit; id est rem eius esse: iniquum tamen est possessorem condemnari.

Absolutio rei conuenti primæuã obligationem minimè tollit: absolutio tamen rei iudicatæ exceptionem acquirit,

5. ¶ Item si in iudicio tecum actum fuerit [f], siue in personam: nihilominus obligatio durat [g]: & ideò ipso iure de eadem re posteà aduersus te agi potest; sed debes per exceptionem rei iudicatæ adiudicari.

6. ¶ Hæc exempli causa retulisse sufficiat.

Hæc prior est exceptionum diuisio, vt quædam ciuiles sint, quædam prætoriæ.

Alioqui ex quàm multis, variisque causis exceptiones necessariæ sint, ex latioribus Digestorum, seu Pandectarum libris intelligi potest.

7. ¶ Quarum quædam ex legibus [h], vel ex his, quæ legis vicem obtinent [i], vel ex ipsius prætoris iurisdictione [k] substantiam capiunt.

Iam adest posterior exceptionum sectio: vt quædam perpetuæ, & peremptoriæ sint: quædam temporales, & dilatoriæ. Perpetuæ, & peremptoriæ sunt, quæ & semper locum habẽt: & causam principalem perimunt, dilatoriæ verò sunt, quæ ad tempus nocent, & actionem in tempus differre solent, vt exceptio pacti ne intra certum tempus petatur, & similes, quæ olim ante tempus agenti oppositæ, actionem omnino consumebant: hodie verò duplum induciarum debitori tribuũt. item finito tempore nõ anteà actor audiendus est, quàm expensas litis refuderit.

8. ¶ Appellãtur autem exceptiones aliæ perpetuæ, & peremptoriæ; aliæ temporales, & dilatoriæ,

a Obligatio naturalis tollitur per pactum, & iuramentum: ciuilis per sententiam.

b Sententia est de iure ciuili.

f ¶ *Actum fuerit.* subaudi, & fuerit absolutus: sicut hîc loquitur. ADDITIO. Intelligas istum textum cum ista glossa, quòd reus fuit absolutus: vt infrà patet. Angel.

g ¶ *Obligatio durat.* f. si primò erat obligatus. vnde si soluat, non repetit, cùm debitũ soluat: *vt ff. de condi. indebi. l. Iulianus. & l. iudex.* Et caue tibi: quia [a] per iusiurandum, & per pactum naturalis tollitur obligatio, & remanet ciuilis: *vt ff. de iureiur. l. si. in princ. & ff. de solut. l. Stichum, aut Pamphilum. §. naturalis.* ¶ Sed per sententiam tollitur ciuilis, & remanet naturalis: *vt ff. de condic. inde. l. Iulianus.* ¶ Sed cùm actionem inducat res iudicata, vbi nulla omnino erat: *vt C. de reb. creditis. l. actori.* quare non tollit vt ibi? Resp. res [b] iudicata de iure ciuili est: & ideò tollit, & inducit ea, quæ sunt de iure ciuili: & ita obligationem ciuilem tollit: & actionem (quæ est de iure ciuili) inducit: *vt ff. de orig. iur. l. ij. §. deinde ex his.* Ea autem, quæ sunt iuris naturalis, non tollit: vt obligationem naturalem: *vt arg. suprà de legat. agnat. §. fin.* ADDITIO. Istam glossam intellige de iuramento voluntario, & sic delato à parte parti: non autem de necessario: quia illud habet eandem vim: sicut res iudicata: *vt l. ij. ff. de iureiur.*

h ¶ *Ex legibus.* vt ne quis conueniatur, nisi coram suo iudice: *vt C. de except. l. fina.*

i ¶ *Legis vicem obtinent.* vt [c] senatusconsulta: *vt supr. tit. j. in princ.* sicut est exceptio Macedoniani, & Velleiani: *vt ff. ad Macedon. & Velleia. per totum titulum.* ACCVRS.

c Senatusconsulta legis vicem obtinent.

k ¶ *Prætoris iurisdictione.* vt de dolo malo, & metus causa: *vt ff. de except. do. per totum.* Item pacti: *vt ff. de pact. l. iurisgentium. §. prætor ait.* ACCVRSIVS.

Appellantur.] Diuiditur [d] principaliter in tres partes. Primò ponit duplicem distinctionem exceptionum: quia quædam sunt perpetuæ, & quædam temporales. Item quædam sunt peremptoriæ, & quædam dilatoriæ. Secundò ponit exempla cuiuslibet. Tertiò ponit quã pœnam olim patiebatur, & quam hodie patitur, qui pendente dilatione legali, vel lata ab homine, ante dilationem finitam egerit. Secunda ibi; *Perpetuæ, & peremptoriæ.* Tertia ibi; *Alioqui.* Aret. CASVS. Suprà vidistis multa de exceptionibus: adhuc autem circa naturam exceptionum scire debetis, quòd quædam exceptiones dicuntur perpetuæ, & peremptoriæ: videlicet illæ, quæ semper agentibus obstant, & semper rem perimunt, de qua agitur: sicut est exemplum de exceptione doli mali. & de exceptio. pacti conuenti, quando conuenit ne omnino pecunia peteretur id est sine temporis præfinitione. & illud est, quod semper dicunt canonistæ, Ecclesiam debere semper restitui. & sum in ver. *Temporales.* Tu vidisti exemplum de exceptionibus peremptoriis, modò

d Diuisio.

modò videamus exemplum de temporalibus dilatoriis, quæ & tempore nocent: vtputà si sit pactum factum de non petendo vsque ad tempus (& hîc habes aliquid de materia plus petitionis.) Si enim aliquis creditor debitori suo fecerit pactum de non petendo vsque ad quinquennium, propterea actionem suam non perdit; sed intra quinquennium olim suam causam perdebat, nec amplius agere poterat: sed non vult dominus Iustinia. quod hoc hodie ita strictè procedat: sed vult in casu isto, quòd loci habeat constitutio Zenoniana, de qua facta est suprà mẽtio *de actio.* sed hęc quidem scil quòd debeant induciæ duplicari: & post quinquẽnium duplicatum adhuc nõ auditur, nisi omnes expẽsas, quas reus in litem fecerit eò, quod præmaturè eum conuenerit, reo soluat. & hoc ideò constitutum est, vt tali pœna perterriti actores tempora litium doceantur obseruare.

a ¶ *Semper.* id est sine [a] præfinitione temporis: *vt ff. de do. exceptio. l. purè. §. fin.* ita tamen, si ante sententiam opponãtur: *vt Co. sententiam rescindi non pos. l. peremptorias.* nisi [c] in septem casibus, in quibus etiam opponi possunt post sententiam. 1. Vt ratione [d] ætatis: *vt Co. sent. rescin. non poss. l. peremptorias. & ff. de minor. l. minor xxv. ann. omissam.* 2. Item miles: *vt Cod. de iur. & fact. ignor. l. j.* 3. Item in Macedoniano, & Velleiano: *vt ff. ad Mace. l. tametsi.* 4 Item in donatore, qui opponit vt conueniatur in quantum facere potest, etiam post sententiam. *vt ff. de re iudica. l. Nesennius. §. fin.* 5. Item exceptio falsi procuratoris: *vt C. de procurat. l. licèt.* Secùs si ratione personæ procuratoris opponantur exceptio. vt quia sit miles, vel mulier: quia talis exceptio est dilatoria: *vt inf. eo. § præterea.* 6. Item vbicũque dicerem nullum fuisse iudicium, vt quia sit venalis sententia, vel falsis testibus, vel instrumentis iudicata: *vt Cod. quando prouoc. non est necesse. l. venales.* vel cum iudex sit non suus: *vt Cod. si à non comp. iudi. per totum* [e]. 7. Item si iniquè à iudice compulsus est eo [f] tempore, quo compelli non debuit: *vt ff. de fer. l. j.* ¶ Sed dilatoria [g] proponitur ante litem contestatam: sed probatur postquam actor monstrauerit quod adseuerat: *vt Cod. de proba. l. exceptionem. & C. eo. de except. l. si quidem.* Secus in exceptione fori: quia ante litem contestatam opponi, & probari debet secundum quosdam: *vt ff. eod. l. pen.* ¶ Sed quid de exceptione [h] non numeratæ pecuniæ nunquid est perpetua, vel temporalis? Respond. quædam anomalam eam esse. Nos dicimus quod est temporalis: biennij sc. vel xxx. dierum: *vt sup. de lit. oblig. § fin. & Cod. de non nu. per. l. in contractibus. §. j. & § super ceteris.* ¶ Sed in hoc potest dici anomala, quòd cùm alias probet qui excipit: hîc tamen non probat: *vt C. de non nu. per. l. si ex cautione tua.* ¶ Idem quære in exceptione non numeratæ dotis: & eo. modo solue: *vt C. de do. cau. non nu. l. final. & Auth. ibi posita.* ¶ Item quid de ea, quæ opponitur vt quis conueniatur in quantum facere potest? Respond. eam esse temporalem: quia præsumo quod aliqua acquiret, & sic postea poterit soluere: *vt C. arbi. tu. l. si defunctus.* Nam non repetitur quod soluitur: licèt facere non possit commodè: *vt ff. de cond. indeb. l. nam & maritus.* quod fieret, si esset perpetua, cùm sit fauorabilis: *vt ff. de cond. inde. l. qui exceptionem.* Et circa hoc vide quod notatur in *l. j. Co. de iuris, & facti igno.*

a Peremptoria exceptio opponitur sine præfinitione temporis: sed tamẽ ante sententiam: *vt hîc* (probatur autem ante publicationem attestationum: *Authent. atqui simul Co. de probat.*) nisi septẽ casibus.

b *Similis Glo. in l. j. C. de iuris ignor.*

c Exceptio peremptoria septẽ casibus potest opponi etiam post sententiã d Id est si exceptio opponatur à minore.

e Hoc verum intellige quando post sententiã opponitur tale. ex quo apparet dictum iudicem non habuisse iurisdictionem, saltem in causa, de qua iudicauit: nec fuit facta prorogatio tacitè, vel expressè: vt latè per Angel. hîc.

f Ea est declinatoria temporis: non peremptoria.

g Dilatoriæ exceptiones opponuntur ante litis contestationem: probãtur verò post quã actor non strauit intentionem suam.

h Exceptio nõ numeratæ pecuniæ, vel non numeratæ dotis, an sit peremptoria, vel dilatoria: *vide Bart. Nouell. de duob. reis præmittendi.*

i At huiusmodi pœna locũ in petitione hæredi non obtinebit, quæ generalis, in eaque actiones temporales, & conditionales continentur. *l. quod si in dim. ff. de pet. hæred.* nisi post in specie peteret à debitore temporali, vel cõditionali: *vt hîc. Quod facit ad intell. Glo. in ver. in duplum.* Idẽ non videtur habere locum in sola libelli oblatione: scilicet dum descendi tur ad litis cõtest. vt apparet ex littera, quæ ait litem inferre. quod tamẽ intelligitur dũ lis cõtestatur: *vt in c. ex parte. extra de ver. sig. & per Bar. in l. litem. C. de transact. & quod vt. in l. amplius. ff. rem. ra. habe.*

9. ¶ Perpetuæ, & peremptoriæ sunt, quæ semper [a] agentibus obstant, & semper rem, de qua agitur, perimunt: qualis est exceptio doli mali, & quod metus causa factum est, & pacti conuenti, cùm ita conuenerit, ne omnino pecunia peteretur.

10. ¶ Temporales, atque dilatoriæ sunt, quæ ad tempus nocent, & temporis dilationem tribuunt: qualis est pacti conuẽti [b], cùm ita conuenerit, ne intra certum tempus ageretur, veluti intra quinquẽnium. Nam finito eo tempore non impeditur actor rem exequi. Ergo hi, quibus intra certum tempus agere volentibus obiicitur exceptio aut pacti conuenti [c], aut alia similis [d]: differre debent actionem, & post tempus agere. Ideò enim & dilatoriæ istæ exceptiones appellantur.

Alioqui si intra tempus egerint, obiectáque sit exceptio: neque eo iudicio quicquam consequebantur propter exceptionem: neque post tempus olim agere poterant, cùm temerè [a] rem in iudicium deducebant, & consumebant: qua ratione rem amittebant [e].

Hodie si actor plus petat tempore, siue pendente dilatione, reo inducię duplicantur: & idem reo actor in expensis factis in causa damnabitur: ante quarum refusionem super principali negotio audientia denegabitur. Aretinus.

Hodie autem non ita strictè hoc procedere volumus: sed eũ, qui ante tempus pactionis, vel obligationis litem inferre ausus sit, Zenonianæ constitutioni [f] subiacere censemus, quam sacratissimus legislator de his, qui tempore plus petierint, protulit: vt & inducias, quas ipse actor sponte indulserit, vel quas natura actionis continet [g], si consumpserit, in duplum [h] habeant hi, qui talem iniuriam [i] passi sunt: & post eas finitas non aliter litem suscipiant, nisi omnes expensas litis anteà acceperint: vt actores tali pœna perterriti [k] tempora litium doceantur obseruare.

Exceptionum tertium genus est: quia quædam vocatur dilatoria iudicij personalem respiciens, vt exceptio incompetentis procuratoris, & similis. Aret.

11. ¶ Prætereà etiam ex persona sunt dilatorię exceptiones, quales sunt procuratoriæ: veluti si per militem, aut mulierem [l] agere quis velit. Nam militibus nec pro patre, vel matre [m], vel

a ¶ *Cùm temerè.* Quia obstabat exceptio rei iam antè in iudiciũ temerè deductæ, & consumptæ; id est, exceptio rei iudicatæ: atque ita obstabat ante tempus dilatoria, post tempus peremptoria exceptio, ideò rem amittebãt. Vt verò res in iudicium illud priùs deducta videatur, necesse est actorem egisse purè, sibi dari oportere: namque si egerit sub exceptione hac, Cuius pecuniæ dies fuerit, & reus iudici probauerit eius pecuniæ diem nondum esse, nec malè egisse, nec rem in iudicium deduxisse, & consumpsisse videtur. Quamobrem à Q. Põpeio Prætore, vt M. Tullius refert *in 1. de Orat.* cùm petitor ante diem puram actionem sibi dari postularet, rei patronus perquàm stultè contendebat, sine illa exceptione actionem dari non oportere: neque intelligebat, si purè actum esset, litem eum amissurum: si sub exceptione, post tempus eũ denuò rectissimè acturum. Similis fuit imperitia Hypsæi, & Octauij, quæ à me fuit explicata in §. *si quis agẽs. suprà, de actionibus.* Est de tutela ex xii. tabul. actio rationibus distrahendis in duplum. Hypsæus pro pupillo à M. Crasso prętore postulabat, vt sibi liceret in triplum agere. Octauius pro tutore non nisi in duplum actionem dari oportere contendebat, neque intelligebat si in triplum actionem impetrari siuisset, hoc solo se tutelæ actione liberatum iri.

e ¶ *Rem amittebant.* facit *suprà, de act. §. si quis agens. & ff. de liber. legat. l. non solum. §. fi. & de iure fisc. l. iustas. lib. x.*

f ¶ *Zenoniana constitutioni.* S. Græcæ. cuius meminit *supr. de actio. §. sed hæc quidem.*

g ¶ *Continet.* quod dic vt modò dixi *per l. interdum. ff. de verbo. obligat.*

h ¶ *In duplum.* sed videtur quòd nullam patitur pœnam: *vt ff. de peti. hæredi. l. quòd si in diem. in princip. quæ est huic contraria.* Sed dic illam corrigi. vel meliùs, speciale est ibi; quia ad hoc solum agebatur, vt eodem iure penes agentem haberetur, quo erat apud defunctum: vnde non fuit plus petitum.

i ¶ *Iniuriam.* non tamen talem, propter quam agere possent.

k ¶ *Tali pœna perterriti.* facit, C. *ad leg. Iuliam repe. l. j. & ff. de pœnis. l. capitalium. §. penul. & C. de inoffic. testa. l. si quis in suo. in fi. j. respon.*

Prætereà etiam ex persona.] Casvs. Scire debetis quòd quædam exceptiones dilatoriæ sunt, quæ quidem ex lege, vel ex natura rei dantur. quædam sunt dilatoriæ, quæ ex persona dantur: veluti si aliquis per mulierem agere velit. Mulier enim non potest esse procurator, nisi pro patre. similiter miles non potest esse prorator patris, vel matris, vel alicuius alterius, etiam si hoc per rescriptum imperiale sibi fuerit indultum. Quod intelligo, nisi in rescripto inseratur clausula: Hoc non obstante, &c. Pro causa tamẽ sua, vel iure suo, sine offensa disciplinæ suæ bene potest esse procurator, & agere. Et illud verbum ita intellexerunt quidam, quòd miles suis propriis negotiis interesse potest, si per hoc non impediatur officium disciplinæ suæ: aliter nõ. de hoc plenè habes glos. Franc.

l ¶ *Mulierem* quæ [a] pro alio agere non potest, nisi pro parentibus si morbus, aut ætas eos impediat, nec sit, qui eorum nomine agat: *vt ff. de procur. l. fœminas.* Accvr. Additio Mater tamen non admitteretur pro filio minore, etiam ad defendendum, nisi in causa appellationis. & est ratio: quia est maioris præiudicij, quàm principalis. Angel.

m ¶ *Nec pro patre, vel matre.* nisi pro eorum libertate: *vt ff. de li. cau. l. iij.* quæ est contra. secundum Ioan. Additio. Dic quòd in isto casu dicitur defendere causam propriam pro suo interesse: *vt*

a Mulier pro parentibus an, & quomodo agat.

BIBLIOTECA DNIVERSIT

l.j.ij.iij.& iiij ff.de libe.eau.facit l.non tantùm.ff.de appell.

a ¶ *Sine offensa.*i.si hoc fit sine offensa disciplinæ. non autem sic intelligitur, vt hoc non possit fieri, si disciplina; id est exercitium militare offendatur. Sed siue offensa datur, siue non, præsumitur non offendi: *vt hic.& C.de procu.l.qui stipendia.*

Eas verò exceptiones] Casvs. Iste §. tota die in iudicio frequentatur ad probandum quòd infamis a potest esse procurator, quamuis non possit esse aduocatus. & rationem diuersitatis reddunt quidam: quia procuratio est tantum onus; aduocatio autem est onus cum honore. his præmissis venio ad casum in hunc modum: Olim ita erat, quòd si tu eras procurator Petri contra me: te potui repellere propter infamiam tuam, vel propter infamiam Petri: sed hodie non vult Iustinia. quòd istæ exceptiones infamiæ in iudiciis frequẽtentur: ne dum super eis altercatum fuerit, ipsius principalis negotij disceptatio proteletur. Franciscus.

a Procurator esse potest, qui infamis: at non aduocatus.

b ¶ *Conquiescere.* Sed contrà, *ff. de postu.l.j. §. secundo loco. & in §. hoc edicto.* Solu ibi de maxima infamia: hîc de parua. Vel illud de aduocato, qui b emolumẽtum tantùm habet: hîc in procuratore, qui tãtùm habet onus.

b Aduocatus lucrum: procurator onus habet.

DE REPLICATIONIBVS.

TITVLVS XIV.

Quemadmodum exceptio actionem excludit: ita exceptionem replicatio, & replicationem duplicatio, rursus triplicatio duplicationem, & deinceps vlteriores defensiones multiplicatis nominibus, vbi opus fuerit, proponi possunt.

DE REPLICATIONIBVS.

c Cõtinuatio. *Quia* c *exceptio per replicationem eliditur, ideò per consequens de replicatione dicit:* vt infrà, eod. in prin. & ff. de excep l.ij. §. replicatio.

d Diuisio. *Nterdum.*] Totus iste ti. diuiditur d in duas partes principaliter. Primò ponitur de replicatione, quæ prodest actori, & quæ non. Secundò quæ exceptiones competentes reo principali, prosunt fideiussori, & quæ non prosunt. Secunda ibi; *Exceptiones autem.* Casvs. In superioribus dictum est quia illud, quod videtur iustum prima facie ex parte actoris, videtur iniquum inspecta persona rei petentis se defendere per exceptionem legitimam. & ad similitudinem illius scire debes naturam replicationis. Sæpiùs enim contingit, quod reus prima facie habeat exceptionem: sed forsan actor habet replicationem contra suam exceptionem: quia iniquum esset quòd sua exceptio posset nocere actori, cùm exceptionem rei per suam replicationem possit elidere. Et de hoc ponit hîc exemplum faciendo mentionem eius, quod dicitur in § *pactus ne peteret.* & sum in versicu. *rursus interdum, &c.* Supra habuistis, quòd replicatio datur propriè actori contra exceptionem rei. Sed quandoque contingit quòd replicatio actoris aliquando prima facie videtur iusta: sed inspecta rei persona, qui se per duplicationem competentem potest defendere, videtur iniusta. Iniquum enim esset quòd actoris replicatio ei noceret: & propterea datur ipsi reo contra replicationem actoris duplicatio: & sic vlterius potest varietas negotiorum ista nomina multiplicare. Contra enim duplicationem rei datur actori replicatio: & contra triplicationem actoris datur reo contra actorem quadruplicatio. Tunc enim plerumque infringit suum propositũ præcedens & si naturam istarum omnium actionum plenè velitis videre, hoc ex latioribus Digestorum voluminibus facere poteritis *ff. de excepti. l.ij.* Franc.

Nterdum euenit, vt exceptio, quæ prima facie iusta videtur, iniquè noceat e. quod cùm accidit, alia allegatione opus est adiuuandi actoris gratia: quæ replicatio vocatur: quia per eam replicatur, atque resoluitur ius exceptionis: veluti cũ pactus est aliquis cum debitore suo, ne ab eo pecuniam petat: deinde posteà in contrarium pacti sunt; id est vt creditori petere liceat: si creditor agat, & excipiat debitor, vt ita demùm condemnetur, si non conuenerit ne eam pecuniam petitor petat: nocet ei exceptio. Conuenit d enim ita, nãque nihilominùs hoc verũ manet: licèt posteà in contrariũ pacti sint. Sed quia iniquum est creditorem excludi c, replicatio ei dabitur ex posteriore pacto conuento.

c ¶ *Noceat.*i. non prosit. Vel dic propiè scilicet actori. Accvr.

d ¶ *Conuenit.*i.ita fuit conuentum.

e ¶ *Excludi.*s.per exceptionem Accvrs.

f ¶ *Noceat.*i non prosit. Accvrs.

a Nocet impropriè, quod non prodest.

1. ¶ Rursus interdum euenit, vt replicatio, quæ prima facie iusta est, iniquè noceat f. quod cùm accidit, alia allegatione opus est adiuuandi rei gratia: quæ duplicatio vocatur.

2. ¶ Et si rursus ea g prima facie iusta videatur: sed propter aliquam causam actori iniquè noceat, rursus alia allegatione opus est, qua actor adiuuetur: quæ dicitur triplicatio.

3. ¶ Quarum omnium exceptionum vsum interdum vltetiùs, quàm diximus, varietas negotiorum introducit: quas omnes apertiùs ex Digestorũ h latiore volumine facile est cognoscere.

In rem defensiones debitori competentes (vt pacti de non petendo) fideiussoribus etiam competunt: quia si quid fideiussores pro reo soluerunt, id actione mandati ab eo repetunt. exceptiones verò in personam) vt cessionis bonorum, & id genus aliæ) ad fideiussores non porriguntur.

4. ¶ Exceptiones i autem, quibus debitor defenditur, plerumque accommodari solent etiam fideiussoribus k eius, & rectè: quia quod ab his l petitur, id ab ipso debitore peti videtur: quia mandati iudicio redditurus est eis, quod hi pro eo soluerint. Qua ratione m & si exceptio rei competens gratia suæ personæ (vt quia sit minor) fideiussori non competit: *vt ff. de minor l. in causa.* j. *in princ. & ff. de exceptio. l. exceptiones. ij. in fin.* 2. Item si est damnatus in omnibus bonis suis ratione sui delicti: *vt Cod. de fideiussoribus. l.* j. 3. Vel si cessit bonis: vnde personaliter ei subuenitur, ne in plus conueniatur, quàm in quantum facere potest: *vt suprà, de actio. §. fin. & infrà, eodem. in fin.* 4. Idem vbicunque quis in quantum facere potest, condemnatur. nam fideiussori non datur exceptio d: *vt ff. pro socio. l. verum.* §. j. *& ff. solu. matrimo. l. alia.* Vbi autem exceptiones cohærent e rei, & non personæ, vt pacti conuenti, & rei iudicatæ, fideiussoribus competunt: vt hîc, etiam inuito reo: *vt Cod. de excep. l. desponsiones. & ff. de excep. l. omnes.* Addition. Dic *vt in l. pen. & in l. tam mandatori. Cod. de non numera. pec.* Angelus.

g ¶ *Ea* scil. duplicatio. Accvrsivs.

h ¶ *Digestorum.* vt *ff. de excep. l.ij.*

i ¶ *Exceptiones.* videtur quòd hic §. deberet esse in fine superioris tituli. Sed certè cum & replicatio sit exceptio, bene ponitur hîc; generaliter tam ad exceptiones quàm ad replicationes pertinens. Accvrs.

k ¶ *Fideiussoribus.* Appellatione b *fideiussoris* omnem accessorem accipe: siue sit mandator, siue fideiussor, siue alius: ex eo dictus fideiussor, quòd pro alio fidem suam adstrinxerit. ¶ Et nota quòd dicit, *plerumque*: quia c

b Fideiussor est nomen generale: & dicitur a fide.

c Fideiussori competit exceptio rei competens fauore eius personæ. d *Vt ff. de re iudicat. & si fideiussor. in princip.* nisi fideiussor vt defensor conueniatur: tunc enim vt defensori, non vt fideiussori datur.

e Exceptiones reo competentes gratia personæ, fideiussori non competunt: sed si rei cohærent.

a ¶ *Quis.*s.creditor. ACCVRS.
b ¶ *Illis quoque.*s.fideiussoribus,& similibus.
c ¶ *Per exceptionem.* propter hunc casum dixit *supr. plerumque.* & propter alios, vt diximus.
d ¶ *Maximè.*facit *supr. de fideiussoribus. in prine.*

DE INTERDICTIS.

a Continuatio.

Quia [a] *interdicta vicem sustinent, seu obtinẽt actionum, ideò post actiones de interdictis proponitur.* vt infrà, eodem. in princ. ACCVRS. ADDITIO Sed ista rubrica congruentiùs posita fuisset ante titulum de except. vt fecit Iurisconsul. in Digestis: quia ante titul. de except. posuit istum ti. sed in hoc non est vis.

a ¶ *Interdictis.* Actionis verbo continentur interdicta. *l. actiones. ff. de obligat. & act.* Cicer. *pro Cæcin.* Vtrùm hanc actionem habetis, qua nos vsi sumus. Cæterũ hoc inter se distat quòd actioni addatur iudex, interdicto non item. CVIACIVS.

b Diuisio.

Sequitur.] Totus iste tit. diuiditur in quatuor [b] partes. Primò ponit quid olim erant interdicta. Secundò ponit vnam diuisionem interdictorũ. Tertiò ponit aliã diuisionẽ. Quartò ponit vnam aliam diuisionem interdictorum. Secunda ibi; *Summa autem.* Tertia ibi; *Sequens.* Quarta ibi; *Tertia diuisio.* CASVS. Dicit Iustinia. Domine, bene video quod vultis tractare de interdictis: quæro, quæ sunt interdicta? Frater, dicit ipse: olim interdicta erant quædã solemnis conceptio verborum, per quam volebat prætor aliquid fieri, vel prohibebat: & maximè hoc faciebat quando disceptabatur de possessione, vel quasi. h.d Franc.

c ¶ *Actionibus.*sc.in factum: *vt infr.eod.§. fin.*

c Cõceptiones verborũ in interdictis quid.

f ¶ *Conceptiones verborum.*id est dicere, verba concepta, & formata à prætore proponente interdicta. ¶ Sed secũdum [d] hoc quæ erat differẽtia olim inter interdicta, & actiones: cum & actio erat formula: *vt ff. de origine iuris. l. ij. §. deinde ex his.* Resp. quidam, vt præceptor meus Azo, quod interdicta formabãtur in persona volentium ea intentare tantum loquendo eis: vnde interdicta inter duos dicuntur reddi à prætore loquente duobus, *vt infr. eod. §. exhibitoria.* & hoc etiam colligitur, *ff. sub multis titulis in tractatu de interdictis.* Sic enim dicitur, vnde vi illum deiecisti, &c. *vt ff. de vi, & vi arma. l. j. in prin.* Item vti ædes, de quibus, &c. *vt ff. vti poss. l. j. in princ.* & sic de aliis. Sed actiones generaliter & in persona omnium formabantur: vt quicunque emerit, ex empto agat: & sic de cæteris: quod colligitur, *ff. de origine iuris. l. ij. §. omnium. & §. de his.* 2. Vel dic breuiter differentiam talem fuisse: quia interdicta à prætoribus sed actiones à cæteris magistratibus formabantur: vt patet ex eo, quòd omnia interdicta sunt prætoria: *vt ff. de interdict. per totum librum.* Sed hodie [e] nihil aliud est interdictum, quàm actio prætoria in factum: *vt infrà, eod. §. fin.* ADDITIO. Dic secundum Ioannem Fab. imò est aliud, & potest agi vel interdicto, vel actione in factum ad electionem actoris: *vt ff. ne vis fiat ei. l. si quis missus. §. cum prætor. ff. vti possid. l. j. §. restituenda. & not. ff. de vi & vi arma. l. j. §. fi.* licèt glos. not. idem, quod hîc in rub. *ff. eo.* Sed Dy. reprehendit glo. & hoc est verum. Ang.

e Interdictum hodie nihil aliud est, quàm actio prætoria in factum.

g ¶ *Iubebat.* quod est in interdictis restitutoriis, & exhibitoriis: *vt infr. eo. §. restitutoria. & §. exhibitoria.*

h ¶ *Prohibebat.* quod facit in prohibitoriis interdictis. *vt infr. eo. §. prohibitoria.*

f Interdicti quandóque litigatur super proprietate: quandóque super proprietate, & possessione.

i ¶ *Maximè.* hoc ideò dicit: quia quandóque [f] per interdicta nõ super possessione: sed super iure rei contenditur: vt patet in interdicto de mortuo inferendo, vbi licet inferre: & sepulchro inædificando, vbi licet inædificare: *vi ff. de mor. infer. l. j. in princ. & §. prætor ait.* 2. Item quandóque proprietatis, & possessionis simul: *vt ff. de aqua quoti. & æsti. l. j. §. fin. & ff. eodem. l. interdictorum. §. quadam.* ¶ Sed nunquid [g] alio modo, quàm per interdicta. id est de iure ciuili agitur de possessione? Respond. sic vt per condictionem indebiti: *vt ff. de cond. inde. l. indebiti. §. sed & si nummi.* 2. Item per triticariam: *vt ff. de cond. tritic. l. j. in fin. & l. ij.* 3. Item per condictionem ex lege: *vt C. de acquir. possess. l. j. in fi. & ff. de rei vind. l. fin. & C. loca. l. si quis.* ACCVRS.

g Possessio potest peti sine interdictis.

k ¶ *Possessione.*siue retinenda, siue recuperanda, siue adipiscenda: *vt infr. eod. §. sequens diuisio.*

l ¶ *Quasi possessione.* vt cùm contenditur de possessione rerum incorporalium: vt viæ, & itineris, & actus, & aquæ ductus: vbi non est vera possessio: sed [a] quasi: *vt ff. de acquir. re. do. l. seruus. §. incorporales.* Sed tamen est ibi quædam quasi possessio: & de ea retinenda competũt interdicta de itinere, & actu, & via, & aqua, quando contendo me esse in quasi possessione prædictorum iurium: *vt ff. de iti. actúque priu. per to. & ff. de aqua quoti. & æsti. per totum. & ff. de ser. l. pen. & ff. si serui. vind. l. sicuti. §. Aristo.*

a Res incorporales quasi possidentur.

Summa autem.] CASVS. Dixi vobis quòd olim erant interdicta quædam solemnis conceptio verborum, per quam, &c. Modò volo quòd sciatis primam diuisionem interdictorum: & est trimembris. Interdicta enim aut sũt prohibitoria, aut restitutoria, aut exhibitoria. Interdicta prohibitoria appellantur ab effectu prohibitionis: vtputà cùm aliquis sine vitio iussu iudicis, vel alioquo alio legitimo modo possidet: prohibet prætor ei vim fieri. Item prohibet ædificari aliquid in loco publico, vel in itinere solito. Item prohibet aliquid poni in flumine publico, ripávo eius, quò peius per flumen nauigetur. & sum in versicul. *Restitutoria sunt*, &c. Item vidistis quæ sunt interdicta prohibitoria: modò videatis quæ sunt restitutoria. ¶ Et dicuntur restitutoria ab effectu restituendi: videlicet cùm prætor iubet interdicto alicui restitui. Verbi gratia; Si ego sum bonorum possessor de iure prætor. prætor iubet mihi restitui quicquid aliquis de hæreditate illa vel pro herede, vel pro possessore possidet: & illud competit mihi per interdictum *quorum bonorum.* ¶ Et not. quòd cùm dicitur quòd interdictum *quorum bonorum* est restitutorium: sumitur hoc verbum, *restituere*, impropriè: scilicet pro eo, quod est per se dandi: sicut & verbum *reddẽdi* significationem per se dandi habet. 2. Vel potes dicere quòd propriè dicitur hoc verbum *restituere*, habito respectu ad personam defuncti, qui res ipsas possedit: & hæres cẽsetur eadem persona cum persona defuncti. Sed diceret aliquis: Domine, qualiter potest interdictum *quorum bonorum* esse interdictum recuperandæ possessionis: cùm sit interdictum adipiscendæ? Frater, verbum *restituendi* sumitur impropriè: vt iam dictum est. & sumus in versicul. *Exhibitoria*, &c. Iam vidistis quæ sunt interdicta prohibitoria, & restitutoria: modò videatis quæ sunt exhibitoria: & vocantur exhibitoria interdicta ab effectu exhibendi: cùm scilicet prætor iubet aliquid exhiberi mihi. Et de hoc pronuntur tria exempla in litera, quæ satis patent. In versicul. *sunt tamen.* scire debetis, quòd tam prohibitoria, quàm restitutoria, & etiam exhibitoria, interdicta vocantur: sunt tamen qui putãt quòd solummodò prohibitoria, interdicta debeant dici: & quòd magis debeant dici decreta, quàm interdicta. Nos autem (dicit Iustinia.) dicimus quòd omnia debent dici interdicta: quasi inter duos dicta: non habendo respectum ad hoc, quòd interdictum resonat prohibitionem. h.d Franc.

DE INTERDICTIS.

TITVLVS XV.

Interdicta olim nihil aliud erãt, nisi certæ conceptiones verborum, latæ a prætore, interdictum interponente, cum inter duos de possessione agebatur. Aret.

SEquitur vt dispiciamus de interdictis, seu actionibus [c], quæ pro his exercentur. Erant autem interdicta, formæ, atque conceptiones verborum [f] quibus prætor aut iubebat [g] aliquid fieri, aut fieri prohibebat [h]. Quod tũc maximè [i] fiebat, cùm de possessione [k], aut quasi possessione [l] inter aliquos contendebatur.

Prima interdictorum diuisio hæc est, quòd quædam prohibitoria sunt: vt interdictum ne vis fiat ei, de mortuo inferendo, & similia. quædam restitutoria: vt interdictum quorum bonorum, vnde vi, & id genus alia. quædam exhibitoria, vt de libero homine exhibendo, de liberis exhibendis, & huiusmodi.

1. ¶ Summa [m] autem diuisio interdictorum hæc est: quòd aut prohibitoria sunt, aut restitutoria [n], aut exhibitoria. Prohibitoria sunt, quibus prætor vetat aut aliquid fieri, veluti vim [ß] possidet: prohibet prætor ei vim fieri. Item prohibet ædificari aliquid in loco publico, vel in itinere solito. Item prohibet aliquid poni in flumine publico, ripávo eius, quò peius per flumen naui getur. & sum in versicul. *Restitutoria sunt*, &c. Item vidistis quæ sunt interdicta prohibitoria: modò videatis quæ sunt restitutoria. ¶ Et dicuntur restitutoria ab effectu restituendi: videlicet cùm prætor iubet interdicto alicui restitui. Verbi gratia; Si ego sum bonorum possessor de iure prætor. prætor iubet mihi restitui quicquid aliquis de hæreditate illa vel pro herede, vel pro possessore possidet: & illud competit mihi per interdictum *quorum bonorum.* ¶ Et not. quòd cùm dicitur quòd interdictum *quorum bonorum* est restitutorium: sumitur hoc verbum, *restituere*, impropriè: scilicet pro eo, quod est per se dandi: sicut & verbum *reddẽdi* significationem per se dandi habet. 2. Vel potes dicere quòd propriè dicitur hoc verbum *restituere*, habito respectu ad personam defuncti, qui res ipsas possedit: & hæres cẽsetur eadem persona cum persona defuncti. Sed diceret aliquis: Domine, qualiter potest interdictum *quorum bonorum* esse interdictum recuperandæ possessionis: cùm sit interdictum adipiscendæ? Frater, verbum *restituendi* sumitur impropriè: vt iam dictum est. & sumus in versicul. *Exhibitoria*, &c. Iam vidistis quæ sunt interdicta prohibitoria, & restitutoria: modò videatis quæ sunt exhibitoria: & vocantur exhibitoria interdicta ab effectu exhibendi: cùm scilicet prætor iubet aliquid exhiberi mihi. Et de hoc pronuntur tria exempla in litera, quæ satis patent. In versicul. *sunt tamen.* scire debetis, quòd tam prohibitoria, quàm restitutoria, & etiam exhibitoria, interdicta vocantur: sunt tamen qui putãt quòd solummodò prohibitoria, interdicta debeant dici: & quòd magis debeant dici decreta, quàm interdicta. Nos autem (dicit Iustinia.) dicimus quòd omnia debent dici interdicta: quasi inter duos dicta: non habendo respectum ad hoc, quòd interdictum resonat prohibitionem. h.d Franc.

m ¶ *Summa.* i. prima, non minima: quia & de duobus membris aliqua inuenitur: *vt infr. eod. §. tertia.*

n ¶ *Restitutoria.* quandóque tamen quædam inueniuntur mixta tam prohibitoria, quàm exhibitoria: *vt ff. eo. l. j. §. interdictorum. & ff. de lib. ho. exhiben. l. j.* Nam petitur exhiberi, & prohibetur inuitus retineri. ADDITIO. Vide gl. in dicto *§. interdictorum* quæ pleniùs loquitur. Angel.

ß ¶ *Veluti vim.* Vti interdicto Vti possidetis, & de superficiebus. ADVERSVS EA VIM FIERI VETO: quod & in *l. 1. ff. vti poss.* & ex Ælio Gallo integrum ab Sext. Pomp. proponitur

tur, vbi quid sit possessio definit. CVIACIVS.

a ¶ *Possidenti.* vt si quis missus in possessionem iussu prætoris: *vt ff. ne vis fiat ei, qui in poss. miss. est l. j. in princ.* Nam iustè possidet, & sine vitio, qui auctore prætore possidet: *vt ff. de acquirend. poss. l. iustè.* ACCVRSIVS.

b ¶ *Inferendi.* quod interdictum est, *ff. de mor. infer. l. j. in prin. & §. hoc interdictum.*

c ¶ *Ædificari.* quod interdictum habes, *ff. ne quid in loco sa. l. j. in prin.* ACCVRS.

d ¶ *Vel in flumine.* & hoc habes, *ff. de flu. l. j. in princ. & ff. ne quid in flumi. pub. l. j. in fi.*

e ¶ *Bonorum possessori.* non rerum: sed iuris, id est succedendi de iure prætorio tantùm: vt filio emancipato, vel cognato: qui [a] dicuntur bonorum possessores ex bonorum possessione edictali, & decretali. Nam statim habet hoc interdictum directũ [b], vt [c] consequantur possessionem hæreditatis: quod appellatur *quorũ bonorum: vt infrà, eodem. §. adipiscenda.* Vtile [d] verò datur illi, qui succedit de iure ciuili vel ab intestato: *vt ff. quorũ bono. l. j. in princi. & Cod. quorum bonor. l. j.* ¶ Sed econtrà est in hæreditatis petitione. Nam directa [e] datur hæredi de iure ciuili: vtilis verò ei, qui succedit de iure prætorio: *vt ff. de possessoria hared. pe. l. j.* ¶ Est & aliud nouum auxiliũ per nouam constitutionem inuẽtum, per quod petitur possessio hæreditatis, si testamentum apparet non vitiatum, vel vituperatum in aliqua sui parte: *vt Cod. de edi. diui Hadria. tol. l. fin.* ¶ Sed quare dicitur hoc restitutorium: cùm nunquam hîc bonorum possessor habuerit possessionem? Respond. impropriè [f] dicitur *restituere* pro *dare*: *vt ff. de verb. signific. l. verbum reddendi. & ff. de leg. ij. l. cùm quidã. 2.* Vel dic [g] quòd inspecta persona defuncti dicitur restitutorium: sed natura sui dicitur adipiscendæ possessionis: *vt ff. quorum bonorum, l. j. §. fin.*

a Bonorũ possessor quis dicatur.
b Interdictum quorum bonorũ est duplex. sc. directum, & vtile.
c Interdicto quorum bonorum directo quid consequamur.
d Interdictum quorum bonorum vtile ad quid detur.

† *Legit quidã,* quia interim dicuntur.
e Hæreditatis petitio est duplex: alia directa: alia vtilis.

f *Restituere* quãdóque sumitur pro *dare.*
g Hæc vltima verior: quia licèt vera possessio nõ transferatur ad hæredem: *vt l. cum hæredes. ff. de acquirend. possess. in princip.* fingitur tamen transferri: præsertim decretalis bonorum possessor. & hoc respectu, & hoc attento dicitur restitutorium: inspecta tamẽ veritate adipiscẽdæ & saluo iure ipse tex. ibi, vbi dicitur *adipiscẽda.* Angel.

Iam secundam interdictorum diuisionem aggreditur. Quorum bonorum interdictum adipiscendæ possessionis gratia comparatum est: quod iure prætorio succedenti conceditur, pro adipiscenda scilicet possessione hæreditariarum rerum, quæ apud eũ sunt, qui pro hærede, vel pro possessore possidet. Interdictum quoque Saluianum causa adipiscendæ possessionis rerum per colonum fundo illatarum (quæ tacitè pro mercede hypothecatæ sunt) contra quoscunque possessores datur.

h Successionũ duæ viæ aliæ fic iure ciuili: aliæ prætorio.
i Successio iuris ciuilis cõtinet possessorium, & petitorium.
k Successio iuris prætorij continet possessorium, & petitorium.

2. ¶ Sequens diuisio interdictorum hæc est: quòd quędam adipiscendæ possessionis causa comparata sunt, quædam retinendæ, quædam recuperandæ.

3. ¶ Adipiscendæ possessionis causa interdictum accommodatur bonorum possessori, quod appellatur *Quorum bonorum*, eiúsque vis, & potestas hæc est, vt quod ex his [p] bonis quisque, quorum possessio [q] alicui data est [r], pro hærede [s], aut pro possessore possideat: id ei, cui bonorum possessio [t] data est, restituere debeat. Pro hærede [u] autem possidere videtur, qui putat se hæredem esse. Pro possessore is possidet, qui nullo iure rem hæreditariam, sciẽns [x] ad se non pertinere, possidet. Ideò autem adipiscendæ possessionis vocatur interdictum; quia ei tantùm vtile est, qui nunc primùm conatur adipisci rei possessionẽ. Itaque si quis adeptus magis interdictum recuperandæ possessionis. & sumus in versic. *Interdictum quoque*, &c. Iam habuistis vnum exemplum de interdicto adipiscendæ possessionis: adhuc dicam vobis aliud exemplum de eodem. Interdictũ enim Saluianum locum habet ad adipiscendam possessionem omnium rerum, quas possedit colonus tempore illo, quo fundum meum conduxit: quæ quidem res pro mercedibus fundi tacitè mihi erant obligatæ. & competit mihi hoc interdictum vtile contra quemlibet extraneum possidentem: vt sunt res, quas colonus tempore conductionis possedit. contra colonum autem possidentem res illas, datur mihi istud interdictum directum. hoc dicit. Franciscus.

l ¶ *Iubet.* scilicet prætor.
k ¶ *Libertate.* vt quia liber homo detinetur inuitus, quod interdictum habes, *ff. de lib. ho. exhi. l. j.*
l ¶ *Indicere velit.* id est iniunctas operas dicere velit. vel conuentas iniungere quo casu ageret de libero homine exhibendo: *vt ff. de lib. ho. exhi. l. fi.*
m ¶ *Parenti* in hoc casu duo sunt interdicta: vnum de liberis exhibendis: alterum de liberis deducendis: *vt ff. de libe. ho. exhib. l. j. j. respon. & l. iiij. j. respon. in prine.*
n ¶ *Obtinuit.* inter sapientes.

o ¶ *Quia inter duos.* Sic constanter habent omnes libr. script. *non quia interim.* Isidorus tamen, & Anianus *in Notis ad Paulum libr. 5. sentent.* interdictum definierunt, sententiam interim dictam. CVIACIVS.

p ¶ *Inter duos dicuntur.* id est à prætore formantur: *vt no. supr. circa princip.*

Sequens diuisio, &c.] CASVS. Suprà vidistis vnam diuisionem interdictorum, hîc sequitur alia. & est hæc, scilicet quòd quædam sunt interdicta adipiscendæ possessionis gratia prodita, vel etiam inuenta: & quædam etiam retinendæ possessionis gratia: & quædam recuperandæ. Adipiscendæ possessionis gratia inuentum est interdictum *quorum bonorum. & quorum legatorũ.* quamuis de eo non fiat hîc mentio. & Saluianũ interdictum. Per interdictum enim *quorum bonorum*, potest ille, cui bonorum poss. data est, petere pos. omnium rerum hæreditariarum. ab eo, qui pro hærede, vel pro possessore possidet. & sum in versicul. *Pro hærede autem, &c.* Dixistis quòd interdictum *quorum bonorum*, appellatur interdictum *adipiscendæ possessionis.* Sed domine Iustin. pro Deo dicatis mihi, quare sic appellatur? Frater, dicit ipse: tantum vult hoc dicere, quòd nunc primùm velit adipisci possessionem bonorum, quorum possessio. nunquam habuit. Vnde si aliquis habuit possessi. bonorum, & posteà eã amiserit, non competit ei hoc interdictum: sed

p ¶ *Quod ex his.* Innuitur hîc quòd hoc [a] interdictum etiam pro vna re competat. Sed contrà videtur quòd sit vniuersale: *vt ff. quorum bonorum. l. j. §. fin.* Sed certè nihilominùs est vniuersale; licèt ad vnam rem detur. sic enim est in hæreditatis petitione: *vt ff. de pe. hære. l. regulariter. & l. licet.* quam constat vniuersalem esse: *vt ff. de rei vind. l. j. j. respon.*

a Interdictum *quorũ bonorum, & petitio hæreditatis* pro vna sola re possunt competere.

q ¶ *Possessio.* scilicet decretalis.
r ¶ *Data est.* scilicet à voce prætoris viui: vel hodie coram quolibet iudice: *vt Co. qui admit. ad bo. possess. l. fina.* ADDITIO Dic quod non est necesse quòd iudex, siue prætor, siue alius iudex bonorum possessionem concedat, secundum Angel.
s ¶ *Pro hærede.* sed nunquid hi tit. sunt? Respond. non: *vt C. in qui. cau. cess. long. temp. præscript. l. hæreditatem.* ergo vsucapio non potest procedere. Sed contrà, *quorum bonorum. l. j. j. respon.* Sed illud expone vt ibi.
t ¶ *Bonorum possessio.* scilicet decretalis ACCVRS.
u ¶ *Pro hærede* [b], hæc oratio quandóque accipitur pro vero titulo: *vt ff. pro hærede. per totum.* quandóque pro falso; vt quia credebat se hæredem, cùm non sit: & ita hîc accipitur, & quandocunque agitur petitione hæreditatis: *vt ff. de petit. hæreditat. l. pro hærede.*
x ¶ *Sciens,* vnde si quæritur ab eo quare possideat, dicit, quia possideo, vel si dicat pro hærede: tamen falsum scienter dicit: *vt ff. de petit. hæred. l. qui interrogatus.*

b Oportet tamen vt non sit hæres pro quota: sed (si hæres alter sit) habeatur pro legatario: *vt l. quatuor. C. de hæred. inst. cum ibi not.* Angel.

a ¶ *Possessionem.* quæ est facti. Accvr.
b ¶ *Eam* scilicet possessionem, quæ est facti.
c ¶ *Inutile est.* Sed aget amodò rei vendicatione, cùm sit dominus. Accvr.
d ¶ *Comparatum est.* contra colonum directum, contra extraneos vtile: *vt C. de Saluiano interdicto. l. j. & ff. de Saluia. interdi. l. j.*
e ¶ *Pro mercedibus.* Item & pro domino si quod contulit in eodem: *vt ff. de Saluiano interdicto. l. j. & arg. ff. in quibus causis pig. vel hypothe. ta. contra. l. y. versi. non solum.*
f ¶ *Pepigisset.* scilicet tacitè: *vt C. de loc. & condu. l. certi iuris.*

a Interdicti Saluiani, & actionis Seruianæ differentia.

¶ Sed quid a interest inter hoc interdictũ, & Seruianam actionem? Respon. In Seruiana oportet locatorẽ probare colonũ fuisse dominum tempore obligationis: *vt ff. de pigno. l. j. §. cùm prædium. in fin. & l. quæ nondum sunt. §. quod dicitur.* Sed in interdicto isto sufficit si probet ipsum possedisse: *vt ff. de Saluiano interdict. l. j.* Accvr.

Retinendæ possessionis, &c.] Casvs. Supra vidistis exemplum de interdicto adipiscendę possessionis: modò videatis de interdicto retinendæ possess. Retinendæ autem possessionis causa adinuenta sunt duo interdicta: scilicet interdictum *Vti possidetis*, & *Vtrobi*. Sed domine pro Deo. quãdo habent locum hæc interdicta? Frater, dicit Dominus Iustinianus, quãdo ab vtraque parte de proprietate alicuius rei quæritur: & etiam quando de possessione eiusdem rei est contentio: quia quilibet eorum dicit se possidere, vt aduersarium ad onera probationis compellat. Tunc enim datur hoc interdictum ad hoc, vt appareat vter eorum possideat, quia non potest apparere quis rem possidet. Quandiu enim quis rem detinet, eam petere non potest: sed quia longè commodius est rem possidere, quàm petere: propterea super possessione frequenter magna contentio existit. Sed domine, pro Deo dicatis mihi, quod est illud commodum possess. Frater, dicit ipse, magnum. quanquam enim ille, qui possidet, non sit dominus rei: tamen si ille, qui petit rem, non potest probare rem illam suam esse, remanebit res illa penes possidentem. est etiam aliud: quia in dubio si iura possessoris, & petitoris sunt dubia, pro possessore iudicari solet. Franc.

† Facit ad hũc §. quod dicitur in c licet. in Gloss. super verb. tiuum. ibi, sed hoc nõ est verũ. extra de probati. & in Gl. super ver. possideatur. ante fin. ibi, item interdictum. extra de probat.

Aliàs *vtrubi*, vt in manuscriptis exemplaribus, & quibusdam impressis legitur.

g ¶ *Vti possidetis.* quod de rebus immobilibus dicit. sed *Vtrobi* de mobilibus: *vt infrà eo. §. sed interdicto.* Accvr.
h ¶ *Proprietate.* ob hoc quidem comparatum est: sed & sine hac controuersia proprietatis dabitur, vt si de sola possessione contendatur, secundum Ioannem.
i ¶ *Vter petere debeat.* id est, vter sit actor, & vter reus.
k ¶ *Vtrius eorum possessio sit.* id est, vter possideat.
l ¶ *Non potest. vt ff. de iudi. l. inter litigantes.* Accvr.
m ¶ *Ciuilis.* vt quia parit actionem in rem aduersarium: *vt C. de ali. iudic. mut. tau. fa. l.*
n ¶ *Naturalis.* vt quia nemo à seipso posset petere secundũ naturam: *vt ff. de recep. arbi. l. pe.* & facit ad hoc bene. *ff. vti poss. l. i. §. hoc interdictum. & ff. de acquirenda possessione. l. exitus.*
o ¶ *Ingens.* i. magna. & hæc eadem contentio & in aliis interdictis retinendæ possessionis est: vt in illo de superficiebus: *vt ff. de superficieb. l. j. j. respon.* Item in illo de itinere, actúque priuato. & via priua. *vt ff. de itinere, actúque priua. l. j. j. respon.* Item de aqua quotid. & æsti. Item inter eos, qui a ducunt aquam per eundem riuum: qui corriuales dicuntur. Item inter eos, qui ex eodem castello: *vt ff. de aqua quoti. & æstiua. l. j. j. respon. & §. si inter corriuales. & §. ait prætor, quo ex castello.* In his enim omnibus interdictis vbi de incorporalium quasi possessione agitur, est idem modus agendi, qui in duobus istis: vnde in Digesto nouo continuè post illum titulum, *Vti possi.* illi superdicti ponuntur per ordinem.

a Corriuales dicuntur, qui aquam per eũdem riuum ducunt.

p ¶ *Possessione.* not. quòd maximè lites sunt in possessorio: quia, vt sequitur in textu, est maximum commodũ possidere. Ang.

† Quia facilior res iumus ad absoluendum, quàm ad condemnandum. concor. *c. v't. in fin. cum Gl. super verbo, hominem. extra de transact.*

q ¶ *Remanet.* facit. *C. de eden. l. qui accusare. in fi. & C. de rei vindicatione. l. res quæ est l. fi. & ff. si vsufruct. peta. l. vti frui.*

Sed interdicto, &c.] Casvs. Iam habuistis de interdictis *Vti possidetis.* & *Vtrobi* quando locum habent. sed domine Iustiniane, quę est differentia inter interdictum *Vti possidetis*, & *Vtrobi*? Frater, dicit ipse, scire debes quòd olim erant duæ differentiæ inter ista duo interdicta: quarum vna adhuc remanet, & alia est sublata. olim autem. & hodie est differentia, quòd quando de possessione immobilium tractatur inter duos, veluti de possessione fundi, vel ęnium, tunc locum habet interdictum *Vti possid.* Pro possessione rerum mobilium datur interdictum *Vtrobi.* Sed domine, quæ olim fuit differentia, quæ hodie non est in vsu? Respõdet, differẽtia fuit ista, olim in interdicto *Vti possidetis* vincebat ille, qui tempore iudicij: id est tempore litis contestatæ, comperiebatur possidere non vi, non clam, non precario ab aduersario. Dicit autem Iustinianus, quòd ipse vult, quòd hodie quantum ad possessionem retinendam adæquata sint hæc iura. hodie igitur in vtroque modo obtinebit ille, qui se probauerit possidere tempore litis contestatæ, non vi, non clam, non precario ab aduersario. hoc dicit, Franciscus.

r ¶ *Vel adium. ff. vti possideris. l. j. j. respon.* Accvr.
s ¶ *Vtrobi.* Hoc dicitur ab b vtrum, & vbi: vt *vtrum* c ponatur pro *ad* vel *apud*: *vbi*, ponatur pro *quem*: quasi dicat, apud quem est, apud eum sit. Non sit autem mentio hîc possessionis, cum d mobilia propriè non possideantur: sed immobilia tantùm: cùm dicatur possessio, quasi e pedum positio: *vt ff. de acquirend. possessione. l. j. in principio.* Abusiuè tamen tam mobilia, quàm immobilia dicuntur possideri. Accvr.

b Vtrobi interdictum vnde dicatur.
c *Vtrum* pro *ad* vel *vbi.*
d Possessio non est propriè de mobilibus
e Possessio vnde dicitur.

t ¶ *Quorum* sci. duorum interdictorum.
u ¶ *Interdicti tempore.* id est, tempore quo proponitur interdictum.
x ¶ *Alium.* dummodò non aduersarium.
y ¶ *Maiore.* sc. quàm aduersarius: *vt ff. de verbor. significa. l. maiore parte.*
z ¶ *Possidebat.* & sic citiùs vincebat in *vti possidetis*, quàm in *vtrobi* f & erat fortè ratio; quia citiùs mobilia transferuntur, quam immobilia: *vt ff. commoda. l. j. & ff. de re iudica. l.*

f *Legendum* in vtrubi, quam in vti possidetis.

iudicem.l.à diuo Pio.§.j.& ff.de acquirenda possessione.l.si rem.

a Vti possidetis,& vtrubi in possessionis etrectu non est differentia : in respectu verò ipsarum rerũ differentia est.

a ¶ *Quantum ad possessionem.* ¶ No. quantum a ad possessionẽ. nam quantum ad alia remansit differentia: vt olim. vt *Vti possidetis* in reb. immobilib. & *Vtrobi* in mobilibus locum habeat: *vt hic dicitur,& suprà §.proxi.*

b Violentiæ multa genera.

b ¶ *Nec clam.* Cum multa b sint genera violentiarum, quæ ad præsens omitto : de hac vi, quæ inquietatiua dicitur, quæ parit hoc interdictum: vt si me arare, vel ædificare, vel aliquid in meo me facere prohibes, contendens te possidere, habet locum hoc interdictum: *vt ff.de vi,& vi arma. l. vim facit. & ff. quod vi, aut clam. l.j.§. quid sit.* ¶ Quid si ille non contendat se possidere; sed solum iniuriatur mihi? Resp. adhuc locum habet hoc interdictum : *vt ff. vti possid.l.si duo.§ si vicinus,* Sed & actione iniuriarum mihi tenetur: *vt ff. de action. empt.l.qui pendentem.* ¶ Quid si nec possessionis ratione, nec iniuriæ : sed quia seruitutem se habere contendit? Respon. si possidet, intentabo negatoriam : si ego possideo, intentabo hoc interdictum : *vt ff.si ser. vin.l.ij.§.j.*

c Vis inquietatiua, quæ parit interdictũ quòd vi, aut clam, qualiter fit.

d Clam possidere.

¶ Clam d autẽ possidet, qui clauculo me absente sibi possidere volẽs ingreditur fundum meum, quem ego possideo : nec tamen suspicor me posse repelli : & ita me absente, & inuito sæpissimè facit: *vt ff. quod vi, aut clam. l. ij. §. fin. & de acquir. possessione l. clam. in prin.* Ille e enim, qui ingreditur, habet naturalem per introitum suum, & ego ciuilem. 2. Vel dic quòd ego retineo naturalem ciuiliter, ingrediens naturalem naturaliter. ¶ Sed nónne etiam naturalem perdit statim, cùm de fundo exit, & ad iudicium venit, vel etiam aliàs iret? Respon. non, imò animo retinet eam naturalem : vt facit fructuarius, qui solam naturalem habet. 3. Vel dic quòd si amittit eam, non tamen nocet : quia adhuc hoc interdicto tenetur. licèt ego possideam tantum, *vt diximus per l. ff. vti possid. l. si duo. §. si vicimus.* ¶ Precario f autem possidet aduersarius à me, si precib. suis motus, concessi sibi precario : *vt ff.de preca.l.j.in princip.& §.j.* & distingue in precario: quia aut agitur vt omnis possessio in accipientem transferatur, quod fieri potest : *vt ff. de precario. l. in rebus. & ff. de acquirenda possessione. l. Pomponius.§.si is, qui.* aut vt nulla. & hoc valet: *vt ff. de preca.l.certè.§.is,qui.* Aut vt habeat naturalem tantùm qui accipit, & hoc valet: *vt ff.de preca.l.& habet.§.eum* g. Sed nunquid in omni precario vinco habentem à me per hoc interdictum, scilicet *Vti possidetis*? Respon. non illum, qui habet omnem possessionem : cùm hoc interdictum possessionem tueatur : *vt ff.vti possid.l.j.§.j.& ij.* ergo vinco supradictos. etiam si ego habebam possessionem ab alio vi, vel clàm, vel precario : *vt hic, & ff.vti possidetis.l.j.§.fi.& l.ij.* Accvr.

e Possessor clã destitutus habet naturalẽ possessionem, dejectus ciuilem.

f Precaria possessio.

g Præsumitur in dubio naturalis tantummodo possessio translata: *vt no.Gl.Bar.& Ang. in d.§.eã.*

Possidere autem.] Casvs Iam habuistis quòd tam in interdicto *Vtrobi*, quàm in interdicto, *Vti possidetis*, quæ sunt interdicta retinendæ possessionis, ille vincit, qui in possessione inuenitur tempore litis contestatæ. Sed domine, pro Deo dicatis mihi qualiter aliquis dicatur possidere? & ipse respondet: Frater, dicit ipse, non solùm dicitur quis possidere, si per se hoc, & si corpore suo possideat : sed etiam si corpore alterius possideat: quamuis eius iuri non sit subiectus : dum tamen nomine suo possideat, sicut per colonum, & inquilinum, & depositarium, & commodatarium. & hoc est quod communiter dicit, aliquem retinere posse possessionem per quemlibet, qui eius nomine est in possessione. & non solùm per corpus suum, & per corpus alterius, qui eius nomine possidet, potest aliquis possidere, siue possessionem retinere, sed etiam solo animo potest aliquis possidere, seu possessionem retinere. licet ipse non sit in possessione, vel aliquis eius nomine : dum tamen non animo deserendæ possessionis eam deseruerit; sed posteà reuersurus sit ad illam. hoc dicit. Franc.

ε ¶ *In possessione sit.* cautè dicit: *vt ff.de acquirend pos.l.si quis animo alius* : tamen si non relinquendæ possessionis animo : sed posteà reuersurus inde discesserit, retinere possessionem vi deatur. Adipisci verò possessionem per quos aliquis potest, secundo libro exposuimus 5. Nec vlla dubitatio a est quin animo solo adipisci possessionem nemo possit.

Etiam qui vi, clam, vel precario ab spoliatore immobilem rem possidebat, interdicto Vnde vi, *quod recuperandæ possessionis est, eius rei possessionem, a qua eiectus fuit, consequitur : quinimò qui rem suam penes alium constitutam, violenter inuaserit, à dominio cadet: sin autem aliena sit, rem deiecto restituet, illiúsque æstimationem præterea præstabit. Ad hæc crimnis leg. Iuliæ de vi publica, vel priuata rens sit.*

6. ¶ Recuperandæ possessionis causa solet interdici, si quis ex possessione fundi, vel ædium h vi deiectus fuerit. nam ei proponitur i interdictum, *Vnde vi* k : per

a Colonus, & inquilinus nec ciuiliter, nec naturaliter possident.

b Possessio quomodo adquiratur, ac perdatur: quid item ea sit, ac quotuplex, quóve iure inducta: numve factũ sit, an ius vide, ac dic: vt *Bart.in l.1. ff.de acqui.poss.*

d ¶ *Colonus.* f. in villa: sed inquilinus in ciuitate : *vt ff.de acquirenda possessione.l. re pignoris.*

e ¶ *Possidere videtur.* si ergo per alium possidet, ergo non possidet: *vt ff. de acquirem. pos. l. quod meo.* licèt quidã dixerint eos naturaliter possidere, sicut & colonum : vt superiori casu diximus.

f ¶ *Retinere.* Licèt animo b retineatur: nõ tamen animo quæritur: *vt ff.de acquirenda possessione.l.quemadmodum & C.de acquiren.pos.l.licet. & infrà proxi.* Accvr.

g ¶ *Expositum.* suprà *per quas perso.no. ac.§.ex his* Accvr.

a ¶ *Nec vlla dubitatio.* Possessio nudo animo retinetur, nudo animo amittitur, nudo animo non acquiritur. Sũt qui contẽdant nudo quoque animo possessionem non amitti ex l. *quemadmodum. ff.de acquirend. possess.* sed ea lex, vt apparet ex inscriptionũ similitudine, conferenda est cum *l.ferè.ff.de diuers. reg.iur.* in qua meritò additur *ferè.* nec enim omnino vt acquiritur: ita etiam amittitur possessio. nam etsi nõ amittatur solo corpore, propterea quod solo animo retinetur, solo tamen animo amittitur. nec est alia ratio, propter quam videatur additus ille articulus *.fere.* fuit autem hæc Ioannis sententia, quam his verbis interpretes Græci exprimunt. καλῶς οὖν, τὸ σχεδὸν, καὶ ἐπὶ τούτῳ τῷ δίκαιος προσκεῖται ᾧ δὲ τρόπῳ δυνάμεθα κτήσεως μὴ γουῦν τινος πράγματος, ἁπλῶς τῶν τοιούτων καὶ ἀποκτώμεθα. Cviac.

c Vnde vi, cõcernit res immobiles: vt bonorum raptorum res mobiles.

Recuperandæ possessionis.] Casvs Vidistis suprà per exẽpla de interdicto *adipiscendæ possessionis*: & etiã de interdictis *retinendæ possessionis*: modò videndũ est de interdictis *recuperãdæ possessionis*. Recuperandæ autẽ possessionis interdictũ, est interdictũ *Vnde vi*, per quod cogitur deiciens vi deiectũ restituere: f. in illã possessionem, à qua ipsum deiecit: licèt deiectus a deiicière vi vel clã, vel precariò possederit. quod videtur mixtũ: in gloss tamen habes hoc expeditũ vno verbo, f. illud verbum ex interuallo. & hæc erat pœna violẽti secundũ iura antiqua: sed alio modo punitur hodie violẽtus iste per nouas cõstitutiones, *per l.si quis in tantã.C.vnde vi.* cuius effectus talis est: si quis tẽ mobilẽ, vel immobilẽ inuaserit violẽter: si dominus erat illius rei, quã inuasit violẽter dominiũ illius rei amittit: si autẽ non erat dominus illius rei, cõpellitur restituere, & soluere ẽstimationẽ rei per violentiã possessæ. & omnes pœnę istæ imponuntur nõ solũ per actionẽ ciuilẽ: sed etiã per actionẽ criminalem. Potest enim qui aliũ vi de possessione deiecit, accusari lege Iulia de vi priuata, si sine armis: si verò cum armis, de vi publica Sed domine, quid appellatis vos arma? Sunt enim quidam, qui solũmodò credunt cum armis deiicere eũ, qui loricatus, & cũ gladio, & scuto, & lancea, & cõsimilibus armis aliquẽ deiecit. Frater: nõ est ita armorũ enim appellatione non solùm scuta, gladios, & etiã cætera arma appellari volumus: sed etiam fustes, & lapides. Franc.

h ¶ *Aedium.* aliud c in rebus mobilibus. nã pro his cõperit vi bonorum raptorum actio: *vt ff de vi ar.l.j.§. hoc interdictum.& §. illud.& §.planè.* nisi mobilia cum immobilibus petantur hoc interdicto: *vt ff.de vi,& vi ar.l.j.§.qui autem.* Accvr.

i ¶ *Proponitur* i. datur.

k ¶ *Interdictum vnde vi.* Hoc est momenti interdictũ, quod & celeris reformatio dicitur. De eo tractatur in titu. *Vnde vi,& de vi armata.* sic enim legendũ est. meo iudicio: idque indicat *l.2.§. vlt.de interd.ff.* M. etiã Tullius *in orat.pro Cecinna*, duo interdicta facit: interdictũ, Vnde vi, & interdictum, de vi armata, siue de vi hominibus armatis, aut de hominibus armatis. Cviac.

k ¶ *Vnde vi.* Sed quare dicitur vnde vi? Resp. quia talia erant verba

verba prætoris: vnde illum vi deiecisti, &c. & ita à principio verborum prætoris sumpsit denominationem: sicut & alia, vt quorum bonorum, & similia: *vt ff. de vi, & vi arma. l. j. in prin.*

a ¶ *Is.* scilicet deiectus: vt quia hodie expoliauit te: vel quia cœpi possidere rem tuam clam, vel vi [illegible]: in sequenti verò die me expulisti: nam teneris mihi hoc interdicto: secùs si incontinenti me deiicis: *vt ff. de vi & vi arm. l. iij. §. eũ igitur. in glo. fin. & l. qui possessionem.* Quod incõtinenti accipe, antequã ad alios actus extraneos diuertat: *vt ff. de duobus reis stipul. l. duos reos.*

a Incontinenti dicitur eadem die: *vt in hac gl. & vide text. in l. continuus in prin ff. de verbo. oblig.* Angel.

b ¶ *Constitutionibus.* vt *C. vnde vi. l. si quis in tãtam.*

c ¶ *Suprà diximus.* vt *suprà, vi bon. rap. §. quia tamen.*

d ¶ *Rei.* sc. proprietatis: sed interdicto *vti possidetis*, possessio æstimatur: *vt ff. vti possid. l. pen. §. fin.* Accvrs. Additio. Dic secundùm Io. Fab. quòd imò Dy. tenet quòd in hoc interdicto fiat æstimatio possessionis, sicut in interdicto *vti possidetis.* sed ipse Ioan. Fab. dicit quoad proprietatẽ, & ad possessionem potest fieri æstimatio: secundùm quod concludit Ange.

e ¶ *De vi priuata.* pœna autem huiusmodi legis est tertiæ partis bonorum publicatio, si sine armis: & relegatio si cum armis: *vt infrà, de pub. iudi. §. item lex Iulia, de vi publica. & C. ad leg. Iuliam, de vi pub. l. quoniam. & l. ij. & ff. de accusa. l. hos accusare. §. omnibus.* Vnde versus:

Vis priuata reum deponit ab ordine rerum:
Sed deportatur, si vis armata probatur.

Vide *cap. ij. extrà de ordine cogni. in glo.*

œ ¶ *De vi publica.* Omnis vis armata, est publica: non tamen omnis vis publica est armata. nam & sine armis offendi potest Respublica: vt in specie *l. 7. l. 8. qui dolo. l. vlt. ff. de vi publica.* Cviac.

† An pariter quæcumque apta, nataque sunt ad nocendũ, quò fit ex sententia Bar. & Ang. vt gladius panis incisorius: vel ad calamos tẽperandos comparatus pro armis nõ habeatur, veluti nec dentes, nec vini amphora, vrceus, aut cyathus, & huiusmodi similia: vnde fit vt dẽte premẽs, impetensque in statuti pœnam de armis percutiente non incidat: vt hic per Io. de Pla. quem videto.

f ¶ *Et lapides.* facit *infrà de publicis iudic. §. item lex. & ff. de vi, & vi arma. l. iij. in prin. & ff. de verb. sign. l. armorum.* ¶ Sed nũquid b debet aliquis expectare se primò percuti, quàm percutiat? Dicunt quidam quòd sic: *argu. C. vnde vi. l. j. & ff. ad leg. Aquil. l. si ex plagis. §. tabernarius.* Nos contrà, sed sufficit iustus timor: *vt ff. ad leg. Aquil. l. sed & si quemcunque. & ff. ad leg. Corn. de sica. l. is, qui. & ff. de vi, & vi arma. l. iij §. qui armati.* Aduerte tamen quòd aliquando c vis infertur personæ, aliquando rebus: *vt not. glo. fi. in cap. significasti. ij. de homi.* & ibi vide qualiter intelligitur illud commune dictum: Vim vi repellere licet cum moderamine inculpatæ tutelæ.

b Percutiẽtem aut percutere volẽtem licet anteuertere.

c Vim rebus nostris etiam illatã propulsare possumus.

Tertia diuisio, &c. Casvs. Positis duabus diuisionibus interdictorum, quarum vtraque est bimembris: hîc ponit dominus Iustinianus tertiam: & est talis, quod interdictorum quædam sunt simplicia, & quædam duplicia. Simplicia autem sunt illa, in quibus non reperitur nisi vnus reus, & vnus actor: cuiusmodi sunt omnia restitutoria, & exhibitoria. Duplicia sunt illa, in quibus quilibet reperitur reus, & actor. Sed interdictorum quædam sunt prohibitoria: & istorum quædam sunt simplicia, quædam duplicia. Simplicia sunt, veluti cum prohibet prætor in loco sacro, vel in flumine publico, ripáve eius aliquid fieri. Duplicia sunt, veluti interdictum *Vti possidetis*, & *Vtrubi.* & hæc ideo vocantur duplicia: quia in eis vnusquisque tam rei, quàm actoris vicem sustinet. h. d. Franc. Accurs.

d Actionum quædam sunt simplices, quædam duplices.

g ¶ *Duplicia.* similis potest fieri diuisio actionum ciuilium. Nam d quædam duplices sunt, vt familiæ erciscundæ, finium regundorum, & communi diuidundo: *vt ff. de iudicijs. l. in triuio.*

h ¶ *In loco sacro.* vt *ff. ne quid in loco sacro. l. j.* Accvrs.

Institut.

i ¶ *Publico.* vt *ff. ne quid in flumine publico. per totum.*

k ¶ *Vtrubi.* item interdictum de superficiebus: *vt ff. de superficiebus. l. j. §. proponitur.* & dic, *vt ff. eo. §. retinendæ.* Accvrs.

De ordine, & veteri, &c. Casvs. Dixi Iustiniano: Domine, quare non recitatis vos totam naturam, & solennitatem antiquorum interdictorum? Frater, dicit ipse, superuacuum esset hodie de ordine, & solẽnitate antiqua interdictorum dicere. Nam quotiescumque extra ordinem, id est solennitatem antiquam ius dicitur (quod hodie fit in omnibus iudiciis) non est necesse interponere interdictum. Domine, bene dicitis, sed bene dimitterem solennitatem interdictorum, si loco interdictorum essent mihi actiones proditæ à prætore. Frater, dicit Iustinianus, sic poteris illas hodie proponere sine aliqua solennitate, sicut posses si eam tibi dedisset prætor hodie. Similiter quando dat tibi prætor hoc interdictum, poteris hodie loco illius interdicti actionem in factũ vtilem proponere, perinde ac si istam actionem vtilem prætor tibi accommodasset. h. d. Franc.

De ordine.] id est, de antiqua solennitate, cum qua proponebantur interdicta sub certis formis: *vt diximus suprà eo. in prin.*

l ¶ *Exitu interdictorũ.* scilicet cũ antiqua solennitate: sine ea tamẽ reddi potest, & proponi: *vt ff. de oper. no. nunc. l. prætor ait. §. nonnulli.*

Vel etiam in factum actio loco cuiuslibet interdicti, quæ vtilis vocatur, vt subijcit.

m ¶ *Extra ordinem.* id a est, extra antiquam solennitatem: quod semper fieri videtur, vt subijcit: *vt suprà de succes. sub. in princ. & ff. de negot. gest. l. actio. in fine lit. & C. de formu. & imp. actio. subla. l. j. & ij.*

a Extra ordinem fieri pro extra antiquã solennitatem.

n ¶ *Sine interdictis.* scilicet solennibus.

o ¶ *Vtilis actio.* s. in factũ, quæ datur loco cuiuslibet interdicti.

¶ Et nota quatuor b esse genera actionis in factum. 1. Vna est, quæ ex omni edicto, vel interdicto prætoris datur, vbi specialis actio non datur, vt hîc. 2. Alia est legis Aquiliæ subsidiaria, quando damnum datur de non corpore in non corpus: *vt suprà ad legem Aquil. §. fin.* quæ & ipsa & prætoria est: *vt ff. de præscript. verb. l. quia actionum. in fin.* 3. Tertium genus est extraordinarium: quod ex variis figuris causarum est introductũ, quotiens æquum est actionem dari: *vt C. de sacrosanctis Ecclesiis. l sancimus.* 4. Quartum genus est, quod æquiparatur actioni præscriptis verbis: quæ actio præscriptis verbis vnà cùm ista in factum ciuilis dicitur: *vt ff. de præscriptis verbis. l. j. in fin.* & habet c locum in tribus generibus negotiorum. 1. Primò in cõtractibus innominatis tribus, do vt des, do vt facias, & facio vt facias: *vt ff. de præscr. verb. l. naturalis. §. j. ij. & iij.* Sed in quarto innominato contractu, scilicet facio vt des, habet locum actio de dolo: *vt ff. de præscr. l. naturalis. §. quòd si faciat.* 2. Item in secũdo genere habet locum præscriptis verbis ex omni pacto incõtinenti antè, vel post appositio iuxta aliquem contractum: *vt C. de pactis inter emptorem, & venditorem. l. ij. & C. de pactis. l. petens.* 3. Item in tertio genere vbicumque dubitatur de nomine contractus, vt patet in exemplis: *vt ff. de æsti. act. l. j. & ff. de præscr. ver. l. j. per totum. & l. iij.* ¶ Quid d sit actio in factum, & ad quid cõpetat, textus cum glo. est *in l. quotiens. ff. de præscrip. verb. & in l. in factum. cum ibi notatis. ff. de act. & oblig.* Acc. Additio. Not. per hanc glo. quot sunt actiones in factum, & ad quid vnaquæque competat: & adde gl. *in l. quotiens. ff. de præscrip. verb. & text. in l. in factum. & ibi glo. ff. de actio. & oblig.* Ange.

b Actionis in factũ quatuor sunt genera.

c Actio præscriptis verbis in tribus generibus negotiorum habet locum.

d Actio in factum quid, & ad quid detur.

p ¶ *Reddita.* scilicet ab illo eodem prætore.

DE POENA TEMERE LITIGANTIVM.

a Cõtinuatio. *Vsque* a *nunc de propositione actionum dictum est, sed quia contingit eas interdum temerè proponi, nunc de pœna temerè proponentium dicit.* Aretin.

Vnc admonendi.] Totus iste titulus diuiditur b in tres partes. Primò cõtinuat rubricam ad præcedẽtia. Secundò ponit tres pœnas, quæ temerè litigantem coërcẽt. Tertiò dictas pœnas sigillatim per exempla declarat. Secunda ibi, *Idque eo maximè.* Tertia ibi; *Ecce enim.*

b Diuisio.

CASVS. Dixi Iusti. domine, tot, & tanta audiuimus, quòd tædio affecti sumus: & vos estis nobis tędiosus factus. Pro Deo dicatis nobis quid ampliusvos intenditis dicere? Frater, dicit Iust. scire debes quòd multum studuerũt magistratus antiqui, quòd non de facili litigaretur calumniosè: & nos similiter circa hoc studeamus: quia hoc maximè fiet si temeritas litigãtium tam actorum, quã reorum aliquo de trib. mod. s. vel pœna pecuniaria, vel iureiur. vel metu infamiæ puniatur. h d. Fran.

a ¶ *Sustinebant.* sc magistratus, qui iura reddebant: *vt ff. de origine iuris. l. ij. §. post originem.*

b ¶ *Maximè.* i. certè.

c ¶ *Modo.* i. aliquando: & ita cõmuniter exponitur quãdo bis aut ter repetitur: *vt §. quod cum eo. §. aterũ. ver. sed sanè.*

d ¶ *Pecuniaria pœna.* vt j. eo. §. fi. ACCVR.

e ¶ *Iurisiurandi* s. calũniæ: *vt j. proxi §.* ¶ Sed quando? c Respon. in futuro seculo: licet non in isto: *vt C. de iureiurand. l. ij.* d

c Periurij pœna diuina in futuro sæculo.

d Die vt habetur *in l. 4. & ibi Bart. ff. de crim. stel. in d. l. 2. C. de iureiuran.* Angel.

f ¶ *Infamia. j. eo. §. ex quibusdam.*

Ecce enim.] CASVS. Domine, vos iam dixistis quòd temeritas litigantium modis plurib. coërcetur. Pro Deo dicatis, si vobis placet, qualiter debeat primò coërceri? Frater, dicit ipse, primò debet per iuramentum coërceri: quia omnibus litigatoribus præcipitur quòd iurent de calumnia. Franc.

g ¶ *Constitutione. C. de iureiuran. propter calum. dan. l. ij. in prin.*

h ¶ *Nisi priùs* Non dicit quòd priùs reus, quàm actor e iuret: sed priusquàm audiatur: actor autem priusquàm reus iuret: *vt C. de iur. propter calum. dan. l. ij. in prin. quæ est contra.*

i ¶ *Ad contradicendum.* Nota diligenter capitula huius sacramenti. Actor f enim iurat quod bona instantia venit ad agendum: *vt C. de iur. propter calum. dan. l. ij. in prin.* Item quòd non dabit, vel dedit aliquid iudici, vt proferatur pro se sententia: *vt in authen vt liti. iurent in exordio litis. coll ix* Item quòd nullam exiget, vel faciet probationem calumniosam: *vt in Authent. de hi, qui ingre. ad appellatio. §. fin. coll. v.* Econtrà reus g iurat hæc eadem, nisi quòd in primo capitulo iurat se vti bona contradictione. h ¶ Quid i continere debeat iuramentum calumniæ, notat glo. *in cap. j. extrà de iura. calum.* vnde versus:

Illud iuretur, quòd lis sibi iusta videtur.
Et si quaratur, verum non inficietur.
Nil promittetur, vt falsa probatio detur.
Vt lis tardetur, dilatio nulla petetur.

At aduersus, &c.] CASVS. Domine, bene vidimus qualiter iuramenti religione litigatorum temeritas coërcetur: modò dicere debetis, si vobis placet, qualiter pœna pecuniaria compescatur. Certè, dicit ipse, bene verum est quòd pœna pecuniaria litigatorum temeritas coërcetur, quia quandoque

e Iuramentum de calumnia præstatur tam ab actore, quã à reo. A reo post iuramentum ipsius actoris, & priusquam actor audiatur.

f Iurare actor quæ teneatur.

g Iurare quæ eus teneatur.

h Hactenus procedit Glo. Acc.

i Iuramento calumniæ quid contineatur.

DE POENA TEMERE litigantium.

TITVLVS XVI.

Litigatorum temeritas triplici pœna coercetur: periurij scilicet, pecuniaria, & infamiæ, siue ignominiæ: quarum singulas partes vsque ad tituli calcem persequitur.

NVnc admonendi sumus magnam curam egisse eos, qui iura sustinebant a, ne facilè homines ad litigandũ procederẽt, quod & nobis studio est. Idque eo maximè b fieri potest, q temeritas tam agentium, quàm eorũ, cũ quibus agitur, modò c pecuniaria pœna d, modò iurisiurandi e religione, modò infamiæ f metu coërcetur.

Reus, actor, nec nõ vtriusque partis aduocati, iurisiurandi religione propter calumniam, seu cauillationem euitandam introducti, sese adstringere debent: alioqui non procedet iudicium.

Annota; Negantium mendacia pœna quandóque dupli, quandóque tripli puniri.

1. ¶ Ecce enim iusiurandum omnibus, qui conueniuntur, ex constitutione g nostra defertur. Nam reus non aliter suis allegationibus vtitur, nisi priùs h iurauerit quòd putans se bona instantia vti, ad contradicendum i peruenit.

Negans id, quod debet, aliquando in duplo punitur. Aretinus.

¶ At aduersus inficiantes, ex quibusdam causis dupli, vel tripli k a actio constituitur: veluti si damni iniuriæ, aut legatorum locis venerabilibus relictorum nomine agatur l.

Reus in certis casibus, siue neget, siue fateatur, vltra simplum condemnatur.

¶ Statim autem ab initio pluris, quàm simpli est actio m: veluti furti manifesti quadrupli, nec manifesti dupli. Nam ex his, & aliis quibusdam causis (siue quis neget, siue fateatur) pluris, quàm simpli est actio.

Actor de calumnia iurare tenetur. Aretinus.

¶ Item actoris n quoque calumnia coërcetur. Nam etiam actor pro calumnia iurare cogitur ex nostra constitutione o.

Aduocati actoris, & rei de calumnia iurare debent. Aretinus.

¶ Vtriusque etiam partis aduocati iusiurandum subeunt p: quod alia nostra constitutione comprehensum est.

Reiecta multa decimæ partis litis, quæ olim improbis litigatoribus irrogabatur, hodie quisquis iniquè litigabit, periurium incurret, & damnum, impensásque omnes vltrici parti inferre cogetur.

¶ Hæc autem P omnia pro veteri calũniæ actione q intropecuniariam rei temeritas coarctatur: sed de actore quid dicetis? Certè, dicit ipse, non solùm reus, secundum quod superiùs diximus, sed & actor compellitur subire calum. iuramentum. Imò plus adhuc dico tibi, quòd non solum reus, & actor iurãt, sicut diximus: sed etiam vtriusque partis aduocati iusiurandum subeunt: secundum quod est in alia nostra constitutione prouisum. & hæc omnia introducta sunt loco actionis veteris calumniæ, quæ in desuetudinem abiit, qua tenebatur actor, qui temerè litigabat, in decimam partem litis: quod nusquam in uentum est factum esse, vt hic dicitur: sed pro his introductum est iusiurandum, & vt in expensis, & damnis litis puniatur improbus litigator hoc dicit.

k ¶ *Tripli.* vt §. *de actio. §. tripli.* vbi quis per mẽdacium, aut dolum plus petens, quàm debeat, in tripium condemnatur. Alij deponunt de libris illud. vel tripli, eò quòd subiecta exempla nõ sunt huic versicu. apta

a aliàs pecuniaria pœna, cùm aduersus inficiantes, vt, a Mendacium facit quem puniri.

l ¶ *Vel tripli.* Absunt hæc à ver. lib & meritò: nulla enim est in inficiantem tripli actio. CVIAC.

m ¶ *Agatur.* item alibi; *vt C. de non nume. pec. Auth. contra qui propriã.* Item alibi: vt si creditor negat sibi debitum solutum. Nam posteà quòd sit debitum, probare cogitur; *vt ff. de proba. l. cùm de indebito.* Item possessor negans se possidere: si probatur, perdit possessionẽ: *vt ff. de rei vindic. l. fi. & in Authen. de trien. & se. §. illud. & ibi glo. in verbo. possessio. coll. iij.* Item aliàs: *vt ff. de iudi. l. eum.* ADDITIO. ¶ Not. pœnas aliquas, quas patitur calumniosè negãs. & maximè not. quando aliquis possidet, & negat interrogatus se possidere, quod perdit possessionem, si de mẽdacio conuincatur: *vt l. fi. ff. de rei vin.* Ang.

n ¶ *Est actio.* etiam à principio, non solùm inficiatione: *vt hic, & §. de actio. §. at illa.* ACCVRSIVS.

Item actoris quoque.] CASVS. Dixi Iustiniano, Domine, vidimus supra qualiter per iuramentum, & pœnã iuramenti religione litigatorum temeritas coërcetur: modò dicere debetis, si vobis placet, qualiter pœna pecuniaria compescatur. Certè, dicit ipse, bene verum est quòd pœna pecuniaria litigatorum temeritas coërcetur, quia quandoque

o ¶ *Subeunt.* scilicet quòd b iustum, & fidele patrocinium præstent, vt in constitutione dicitur. Sed tamen in consuetudine non habetur, quòd iuretur, licèt lege caueatur: *vt C. de iudi. l. rem non nouam. § patroni. & facit in auth. de testi. § fi. coll. viij.*

b Iurare aduocati partiũ an, & quando debeant.

p ¶ *Hæc autem.* s. quæ de sacramento calumniæ dicta sunt §. *eo. § j. & §. eo. § item actoris. & §. proxi.*

q ¶ *Actione.* actio enim quædam erat, qua tenebatur actor, qui per calũniam litigabat, in decimã partẽ litis: quod hodie corrigitur. Sed & hoc hodie iure authent. in antiquũ rediit statũ: licèt non iure

noa iure illius actionis, sed per iudicis officium: *vt in auth. de litigio. §. ad excludendas. coll. vij.* ¶ Et not. ex hoc §. *& ex d. auth. de litig.* & ex *l. ff. de reg. iur. l. qui in ius. §. nemo.* & ex *l. illud. ff. de petit. hæred.* quòd nisi improbè, & calumniosè litigauerit, non debeat condemnari in expensis: *vt ff. de iud. l. eum, quem.* & C. *de fruct. & li. expen. l. non ignoret.* licèt in C. *de iu. l. properandum. §. sinautè.* indistinctè dicat victũ condemnari victori in expensis. Sed est intelligẽdum cum iam dicta determinatione, si calumniosè agit: *vt in auth. de iud. §. oportet. col. vj.* ADDITIO. Nota ex glos. quòd licèt vna lex generaliter loquatur, tamẽ per alias leges patitur limitationes, & restrictiones: & sic lex patitur interpretationem passiuam: *vt l. j. §. lex Falcidia. ff. ad leg. Falcid.*

a Die *vt ibi per Gl. & Ang. & vide text. & gl. Bart. Cy. Bal. & Sali in auth. generaliter. Co. de epis. & cler. sed vt dicit supra de satisda. §. sed hodie. & Bart. in d. auth. generaliter.* Hodie huiusmodi satisdatio de lite prosequẽda, & decima parte litis, & c nõ est in vsu. *Ange.*

Ex quibusdam iudiciis.] CASVS. Viso qualiter iureiu. & pœna pecuniaria litigatorum proteruitas compescatur: videndũ est qualiter metu infamiæ refrænetur. & certè quædam sunt iudicia, siue act. in quibus si quis fuerit damnatus, infamis efficitur, quas actio. litera enumerat. & hoc intellige quando directè intentantur: quia tunc, & non aliter damnatus in illis efficitur infamis. In actio. autem pro socio, quæ directa est ab vtraque parte hoc est tam à patre intentantis, quàm à patre eius, cõtra quem intentatur, secus est: & ideò quicũque sociorum in actio pro socio fuerit cõdemnatus, infamis efficitur. Sed tamen scire debes, quòd differentia est inter actiones hîc notatas descendentes ex contractu, vel quasi: quia non solùm illi, qui damnati sunt in actione, descendentibus ex delicto hîc notatis, sunt infames, sed etiam illi, qui in istis action. transigunt: quia crimen videtur confiteri, qui transigit. in actionibus autem hîc nominatis descendentibus ex contractu, vel quasi, solùm damnati sunt infames: non autem illi, qui transigunt. h. d. Franc. de Aretio.

ducta sunt, quæ in desuetudinem abiit: quia in partem decimam litis actores mulctabat: quod nusquam factum esse inuenimus. sed pro his introductum est & præfatum iusiurandũ, & vt improbus litigator & damnum, & impensas litis inferre aduersario suo cogatur.

Condemnatus, vel pactus ex criminibus, quæ hic enumerantur, vel condemnatus actionibus directis, nõ contrarys, descendentibus ex cõtractibus hic enumeratis, erit infamis.

Annota: Directæ dicũtur, quæ pupillo aduersus tutorem, mandanti aduersus mandatarium, depositori aduersus depositarium competunt: & non è regione.

Annotato etiam, pactione infamiam contrahi. nam quicumque ex delicto obnoxius, precio dato pacisci tur, ignominiosus fit.

2. ¶ Ex quibusdam iudiciis damnati [a], ignominiosi fiunt: veluti furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo: item tutelæ, mandati, depositi, directis [b], non contrariis actionibus. Item pro socio, quæ ab vtraque parte directa est: & ob id quilibet ex sociis eo iudicio damnatus, ignominia notatur. Sed furti quidem, aut vi bonorum raptorum, aut iniuriarum, aut de dolo, non solùm damnati notantur ignominia, sed & pacti [c]: & rectè. Plurimum enim interest, vtrũ ex delicto aliquis, an ex contractu debitor sit [d].

a ¶ *Damnati.* scilicet suo nomine, nisi procurauerint non si procuratorio: *vt ff. de his, qui notan. infa. l. furti. §. si quis.* & hoc si à iudice ordinario, vel delegato sit condemnatus, secùs si ab arbitro: *vt ff de his qui notan. infa. l. quid ergo. §. cùm autem. versic. ex compromisso.*

b ¶ *Directis.* & ob id tutor conuentus à pupillo, & damnatus, infamatur. Idem [b] in aliis directis. secùs si econtrà tutor pupillum faciat condemnari. *vt hic, & ff. de his qui notan. infam. l.* ¶ Et not. quòd in casu etiam contrario infamat: *vt ff. de his qui notan. infa. l. furti. §. mandati.* ¶ Item not. quòd quatuor [c] hîc ponuntur exempla de maleficiis: & quatuor de contractibus, vel quasi [d]. Et ista continentur his versibus:

Iudice damnatos infames reddit vbique.
Quod vi diripitur, iniuria, furta, dolique.
Actio mandati, tutelæ, depositique.
Directo, si pro socio, communis vtrique.

c ¶ *Sed & pacti.* scilicet pretio æris sine iussu prætoris: *vt ff. de his qui not. infa. l. in actionibus. & l. furti. §. pactus.* ACCVRS.

d ¶ *Debitor sit.* vt *ff. de infa. l. furti. §. fin.*

Omnium autem actionum.] CASVS. In proximo § tractauit dominus Iustin. qualiter puniatur temeritas litigantium metu infamiæ: hîc tractat qualiter punitur temeritas litigantiũ metu pœnæ pecuniariæ. Vel sic potest continuari: Temeritas quandoque consistit in perseuerando improbè litigando: quandoq; autem consistit temeritas in ius vocando. Cum ergo suprà dixerit dominus Iustin. qualiter punitur temeritas litigantium in perseuerando improbè litigando: modò dicitur qualiter punitur litigantis temeritas, quæ est in ius vocando. Dicitur ergo quòd principium instituendarum actionum ab edicto de in ius vocando proficiscitur: & explanat seipsum in textu, dicens quòd in primis debet aduersarius in ius vocari coram iudice. sed quo ad istam vocationem in ius, satis abundè prospexit prætor, parentibus, & patronis. Statuit enim quòd non liceret liberis, & libertis parentes, vel patronos in ius vocare, antequam à prætore hoc postulassent, & etiam impetrassent: & sic non sufficit postulare: sed necesse est quòd obtineant, antequàm eos in ius vocẽt. Si quis autem eorum aliter eos in ius vocaret, statuit in eum pœnã quinquaginta solidorum. h. d. Franc.

c ¶ *Edicit.* i. edictum proponit de in ius vocãdo: *vt ff. de in ius vocando. l. ij. §. prætor. & per totum tit.* ACCVR.

f ¶ *Dicturus sit.* vt *ff. de in ius vocan. l. j.*

g ¶ *Honorem.* ¶ Nota quòd patribus, & patronis est honor præstandus, & reuerentia: *vt hic, & l. honori. ff. de obseq. à lib. & liber. parẽtibus & patro. præstand. & habetur in l. vt vim. ff. de iustitia & iure.* ANGEL.

h ¶ *Solidorum quinquaginta.* aliàs quasi [a] inofficiosus castigatur si præ inopia pœnam soluere non possit: *vt ff. de in ius vocand. l. pen. & fin.* Et intellige hoc in emancipatis filiis, aliàs non posset esse iudicium inter patrem & filium: *vt C. de in ius vocan. l. fi. & diximus suprà de act. §. in eum quoque. aliàs est vers. & in eum. §. pœnales quoque.* ¶ Item nota hîc, quòd aureus [b] pro solido accipitur, cum, *ff. de in ius vocan. l. si libertus. & l. in eum.* dicat quinquaginta aureorum, & hîc dicit solidorum. ¶ Item nota quòd septuaginta [c] duo aurei faciunt libram auri: *vt C. de susceptor. & arca. l. quotiescunque. lib. x.*

a Luat in corpore, qui non habet in ære.

b Aureus pro solido sumitur
c Libra auri continet 72. aureos.

DE OFFICIO IVDICIS. TITVLVS XVII.

Iudex debet iudicare secundùm ius scriptum, vel consuetudinarium: & sententiam suam secundùm naturam actionis propositæ ferre: quod primò ostenditur in noxali actione. Aretin.

Vpereſt.] Totus iste titulus diuiditur [e] in sex partes. Primò ponit generaliter quid spectat ad officium iudicis, circa sententiam. Secundò quid ad ipsum pertinet circa condemnationem malorum seruorum. Tertiò quid in actione in rem. Quartò quid in actionibus vniuersalibus. Quintò quid in personalibus. Sextò quid in iudiciis diuisoriis. Secunda ibi, *Ideóque.* Tertia ibi, *Et si in rem.* Quarta ibi, *Et si hæreditas.* Quinta ibi, *Si ad exhibendũ.* Sexta ibi, *Si familiæ erciscundæ.* CASVS. Viso de actionibus quomodo intentantur ab actoribus contra reos: superest vt de officio iudicis dispiciamus & in primis scire debes quòd iudex tenetur ad hoc vt ipse iudicet secundùm leges, vel secundùm constitutiones, vel secundùm mores: hoc est secundùm consuetudinem. Et sumus in versic. *Ideóque si noxali.* Dixi vobis suprà, quòd iudex debet pronuntiare secundùm leges: & ita patet quòd dominum cõuentum actione noxali condemnari debeat pro delicto serui: & debet eum condemnare in hunc modum. Lucium Titium dominum talis

e Diuisio.

DE OFFICIO IVDICIS

Ista rubrica [d] *continuatur secundùm Ioan. Fab. Quia visum est suprà de actionibus: & quia officium iudicis loco actionis aliquando habetur:* vt l. actionis verbo. ff. de act. & oblig. *ideò post actiones ponit de officio iudicis. Vel potest continuari, quòd iudicium consistit ex tribus personis, videlicet ex persona actoris, rei & iudicis:* vt ca. forus. extrà de verb. signifi. *sed suprà dictum est de actionibus, & sic de persona actoris: de excep. & sic de reo: sequitur necessario videre de tertio: & sic de iudice, & de eius officio. Et istam continuationem infert glo. hic in nigro.*

d Continuatio rubricæ dupliciter.

† Citatio non tantum est de processu, sed est primus actus processus, & quid de litis contestatione, & libello, vide Lanfr. *in pravi. can. c. in prima.*
† *Facit ad hunc c. clem. j. nisi la Glo. super verbo, citationis. in fin. de iudi.*

serui Publio Mæuio in x. solidos condemno, aut noxam dare permitto. quia leges volunt quòd dominus damnum datum à seruo debeat resarcire, vel quòd possit liberari si velit seruum dare pro noxa. Sic enim vult lex, quòd damni æstimatio sit in condemnationem: licèt noxæ deditio sit in solutionem.

a ¶ *Supereſt.* sed vnde supereſt? Respon. quia de actoribus diximus, & de reis, sequitur vt & de iudice (qui sedet in medio) dicamus, & eius officio circa quæ versatur. ACCVRS.

b ¶ *In primis.* id est, & in principalibus, vel inter principalia. Nã [a] primò libellus dandus est: *vt C. de lite contesta. authen. offeratur.* & causæ [b] examinatio præcedere debet hanc obseruantiam, quæ circa sententiam adhibetur: *vt C. de iudic. l. iudicem* 2. Vel dic in primis, sc. obseruandis adhibẽdis. Nam & alia sunt obseruanda: sc. quòd [c] detur in scriptis: *vt C. de senten. ex breui. reci. l. fin.* & sedendo: *vt in authen. vt ab illustri. & qui super. §. sancimus. coll. v.* Sed hoc est principale, quòd secundùm leges iudicet, vt hîc dicitur. ACCVRS.

c ¶ *Constitutionibus.* sc. Imperatorum.

d ¶ *Moribus.* id est, consuetudine, quæ pro lege seruatur: *vt suprà, de iure naturali. §. ex non scripto.* ¶ Sed quid si vnum eorum alteri contradicit? Respon. constitutio [d] legi antiquæ præiudicat: *vt ff. de legi. & senatusconsult. l. non est nouum.* & [e] consuetudo præiudicat vtrique, siue sit generalis: *vt ff. de leg. & senatusco. l. de quibus. in fi.* siue sit specialis, in illo loco. sc. tantum præiudicat vtrique: *vt ff. communia prædio. l. venditor. §. consistat.* ACCVRS.

e ¶ *Noxali.* id est, super. ACCVRS.

f ¶ *Aditus est,* scilicet iudex.

g ¶ *Aditus est.* Legendum *additus, vel addictus est*: vt in *l. cùm furiosus. l. iudex. l. si in iudicis. ff. de iudic. l. quod si Ephesi. ff. de eo, quod certo loco. l. si qua. l. fi. ij. C. famil. ercisc. l. debitor. §. vlt. ff. ad Trebel.* iudex additur actioni in hunc modum: L. TITIVS IVDEX ESTO, SI PARET PRIMVM SECVNDO C. EX TESTAMENTO DARE OPORTERE, TVM PRIMVS DAMNETVR: idque ex Cicer. intelligi potest in 4. *Act. in Verr.*

g ¶ *Noxam dedere.* scilicet permitto: nam damni æstimatio tantum est in condemnatione: *vt ff. de re iudicata. l. miles.* §. j. & ij. aliàs esset incerta sententia, quod esse non debet: *vt suprà, de actionibus. §. curare.* ADDITIO. De hoc an iudex debeat ferre sententiam certam, & an valeat sententia incerta, dic vt per Angel. *in d. §. curare.*

h ¶ *Noxam dedere.* Sic in *l. j. ff. de his, qui effud. vel deiec.* CVIA. *Et si. in rem.*] CASVS. Vidistis qualiter iudex debeat formare verba sententiæ in actione noxali. Sed domine, pro Deo, dicatis si placet, quale debeat esse officium iudicantis inter aliquos in actione realis? Frater, dicit ipse, libenter. Nam aut videt iudex quòd ferenda est sententia contra petitorem: & tunc nihil aliud incumbit ei, nisi quòd absoluat possessorem. aut videt quòd est ferenda sententia contra possessorem: & tunc debet condemnare possessorem. vt rem cum fructibus petitori restituat. & tenetur condemnatus in ista actione realis incontinẽti rem cum fructibus restituere. sed in actione personali non tenetur incontinenti rem restituere: sed habet inducias à lege. Sed domine, quid si dixerit possessor condemnatus, quòd non possit rem restituere incontinenti, & petat tempus restituendi? Frater, si videat iudex quòd calumniosus sit, & tempus petat frustratoriè, non dabit ei tempus: & si in rem restituerit, iurabitur contra eum in litem. si verò frustratoriè non petat tempus, bene dabit ei iudex tempus, intra quod restituat, secũdùm quod sibi videbitur: ita tamen, quòd caueat per bonos fideiussores, quòd si intra tempus, quod sibi datum est, non restituat, quòd æstimationem litis soluet. h. d. Franc.

h ¶ *Et.* scilicet possessori.

i ¶ *Vt rem ipsam.* idem & si in personam [f]: vt si res petatur vi possessa, per actionẽ quod metus causa. vel ex stipulatu ad rem tradendam. Si autem quantitas, vel in genere aliquid petatur: tunc à petitione actoris absoluitur. vel condẽnatur in re petita.

k ¶ *Cum fructibus.* Sed de quibus fructibus loquitur hîc? Nunquid de naturalibus [a], vt de pomis, & cerasis, & similibus [b]: an verò de industrialib[a]? Respõ. de naturalibus non: quia illi aut extãt, & tunc per rei vindicationem petuntur, sicut res ipsa: cùm nullus, etiam bonæ fidei possessor faciat suos: *vt ff. de vsur. l. fructus.* Aut non extant, & tũc non tenetur: cùm non habeat, nec dolo fecerit quò minùs haberet, sed condictione sine causa æstimatio debetur: *vt ff. si certum pet. l. si me.* & vtroque casu cessat officium iudicis de quo hîc agitur, cùm iure actionis petantur. Item de industrialibus nõ, si à bonæ fidei possessore percepti sunt, quia percipiendo eos, & separando à solo, suos facit, & lucratur: *vt suprà de rer. diuis. §. si quis à non domino.* siue habeat titulum, siue non. *vt ff. quib. mo. vsusfruct. amit. l. si vsufructuarius. & ff. si. re. l. iiij. §. post litem.* Si autem non separauit, adhuc ipsius fundi sunt: *vt ff. de rei vin. l. fructus.* Sed dic de industrialibus hîc loqui, qui sunt percepti: sed non consumpti à bonæ fidei possessore. nam cùm sunt facti possessoris, non rei vindicatione, sed iudicis officio petuntur: *vt hic, & C. de rei vindica. l. certum. §. bona fidei.* Si autem malæ [c] fidei sit, de consumptis tenebitur condictione sine causa: de extantibus rei vindicatione: non dico eadem rei vindicatione, qua petitur res, sed alia omnino: licèt in petitione hæreditatis sit secus: *vt C. de rei vindic. l. certum. j. respon.* De percipiẽdis autem tenetur officio iudicis: *vt* ĩ *eod. §. j. vers. illorum. & ff. de rei vin. l. si nauis §. fin.* Si verò malæ fidei possessor titulum habeat. de consumptis tenetur condictione sine causa: de extantibus rei vindicatione: à percipiendis propter titulum excusatur: *vt C. de rei vindi. l. si fundum.* nisi in quatuor casibus, vbi de percipiendis tenetur, qui habet titulum: quos dic: *vt suprà diximus de rerum diuisione. §. si quis à non domino.*

l ¶ *In præsenti.* Nota in [d] actione in rem incontinenti fieri executionem, secùs in personalibus, quia quatuor mensiũ spatium datur: *vt C. de vsu. rei iudi. l. ij. & iij. & fin.* Et in criminali statim sententia est executioni mandanda: *vt C. de pœnis. l. cum reis.* ADDITIO. Nisi in casibus, qui notantur, xj. *quæst. iij. cùm apud glo. in c. quærenti. extrà de offi. deleg. in glo. quadrimestre.* Primus casus est quando quis est confessus de crimine: differtur executio, donec appareat an velit in confessione perseuerare. Secundus est, cùm sententia lata est contra mulierem prægnãtem: differtur executio vsque ad tempus partus. Tertius casus est, quando princeps ex iracundia tulit sententiam: tunc enim differtur executio vsque ad xxx. dies, ad videndum si princeps illam relaxabit. Quartus est, quando insula est assignanda à principe, ad quam debeat malefactor deportari. Quintus est, si sententia est in seruum lata: quia differtur executio, donec rationicinia reddiderit domino. Vnde versus:

In personali, post menses quatuor: in re
Protinus est omnis sententia perficienda.
Sic in criminibus: sed casus excipe quinque,
Confessus, prægnans, iratus, & insula, seruus.

Et si hæreditas.] CASVS. Iam dixi vobis quale sit officium iudicis cùm aditur iudex in actione in rem, modò videamus quod est officium iudicis quando aditur iudex in actione mixta, tam in rem, quàm in personam, vt in petitione hæreditatis: & quid debet iudex tunc facere. Et dico quòd idem debet facere in petitione hæreditatis quod in rei vindic. quæ datur pro singularum rerum petitione ad differentiam petit. hæredita. in qua multæ res petuntur. h. d. Et quicquid dicat litera, non est per omnia idem: *vt infrà videbitis.* Et sum in verbo, *Illorum autem fructuum.* Dixi Iustin. Iam bene vidi quòd tam in rei vind. quàm in petit. hæredit. veniunt fructus percepti iudic. officio, quia

---

a Libellus initio iudicij dãdus est, vel ita, Citanda initio iudicij, seu litis pars est. Est enim citatio iudicij, siue litis fundamẽtum.

† aliàs non habetur *quod.*

b Sententiam causæ examinatio præcedere debet.

c Sententia in scriptis, & sedendo ferenda est.

† *In l. mil. §. j. ff. de re iudicata.* non legitur, noxam dedere: sed *noxæ dedere.*

d Constitutio legem, constitutionem, & legem consuetudo vincit.

e Consuetudo alia generalis, alia specialis.

f *Subaudi* agatur, non solùm si in rem.

a Fructus alij naturales, alij industriales.

b Quid de oliua, & sylua? an dicantur fructus naturales, vel industriales? dic quòd dicitur industriales, sicut leges: *vt est textus l. si seruus seruum. §. si oliuã. ff. ad leg. Aquil. & ibi do. Ang.*

a Petit redita realis, sonali

b Fr na fi pci a dei p licèt re n aut iudi poss con ne c

c Possessor mala fidei quo iure tenetur fructus restituere.

d Sententia in, & quibus in actionibus statim executioni mandanda sit.

quia debet iubere rem restitui cũ fructibus. Sed domine, quid dicemus de fructibus percipiendis in eo, qui condemnatur petit. hæredita. vel rei vindic. Frater, dicit Iustin. aut fuit bonæ fidei poss. aut malæ fidei. si fuit malæ fidei poss. tunc ferè idem est in rei vindic. & petit. hæred. vt eodem modo teneatur malæ fidei poss. de fructibus, quos per culpam suam nõ percepit in rei vindic. sicut in petitio. hęred. si autem fuit bonæ fidei poss. non tenetur de consumptis, nec de percipiendis, nisi post litis contest. sicut prædo tenetur de fructibus culpa sua, scilicet possessoris non perceptis, vel perceptis, & consumptis. h. d. Franc.

a ¶ *Et si hæreditas petita sit.* id est, si hæreditatis petitione actum sit, & condemnatio secuta. Nam & a ipsa est in rem, & in personam: *vt suprà de actio. §. quadam.*

b ¶ *Petitione.* vt restituantur fructus cum re: *vt suprà proxi. §.*

c ¶ *Non perceperit.* sc. qui tit. non habebat, aliàs ab istis percipiendis excusatur: vt modò diximus.

d ¶ *In vtraque actione.* sc. in rem, & petitione hæreditatis. Accvrs.

e ¶ *Penè.* penè dicit, quia in petitione hęreditatis veniunt eadem actione. qua res: sed in rei vindicatione alia p re, alia pro fructibus.

f ¶ *Non habetur ratio.* hoc est verum per rei vindicationem, vel per iudicis officium, sed b per condictionem sine causa sic, cùm bonum, & æquũ sit: *vt ff. si cert. peta. l. si & me.* secundùm quosdam.

g ¶ *Ratio habetur.* nisi infans, vel pupillus fuerit possessor: *vt ff. de rei vin. l. quod infans. §. j.*

Si ad exhibendum.] Casvs. Domine, pro Deo dicatis, si placet, quale sit officium iudicis in actione ad exhibendum, quæ personalis est, licèt sit in rẽ scripta? Frater, dicit ipse, in actione ad exhibẽdum debet iudex iubere quòd res exhibeatur. & non sufficit quòd exhibeatur, nisi in eadem causa exhibeatur, in qua causa esset, si à princ. faisset exhibita. vnde si ille, qui iussus est exhibere rem, eam exhibere distulerit, & per eius moram fuerit res exhibenda à possessore vsucapta, nihilominùs condemnatur ille, qui iussus fuerit exhibere. Item rationem fructuum medij tẽporis: id est, eius temporis, quod intercessit post litem contest. & rem iudicatam, debet habere iudex. Item incõtinenti debet exhibere ille, qui rem exhibere iussus est: sicuti in reali cõdemnatus debet rem restituere incontinenti. & sic hæc actio ad exhibendum personalis est: *vt ff. ad exhibend. l. ij.* tamen dicitur scripta in rem, quia in multis habet naturam realis actionis. Sed domine, quid si condemnatus in actione ad exhibendum, dicat quòd incontinenti non potest rem exhibere? Frater, dicit ipse, si videat iudex quòd sine frustratione petat tempus, intra quod rem exhibeat, debet ei dare tempus: sic tamen vt ipse careat per bonum fideiussorem se rem exhibiturum. si autem nec iussu iudicis rem exhibere velit, nec cauere se postea rem exhibiturum, tunc debet condemnari actori quanti sua interest non exhibitam rem fuisse. h. d. Franc.

In iudicio vniuersali ita fructus veniunt, sicut in singulari: & in vtroque iudicio malæ fidei possessor de non perceptis tenetur: secus in bonæ fidei possessore, nisi post litem contestatam. Aretin.

Et si hæreditas petita sit a, eadem circa fructus interueniunt, quæ diximus interuenire de singularum rerum petitione b. illorum autem fructuum, quos culpa sua possessor non perceperit c, siue illorum, quos perceperit: in vtraque actione d eadem ratio penè e habetur, si prædo fuerit. Si verò bonę fidei possessor fuerit, non habetur ratio f neque consumptorum, neque non perceptorum. Post inchoatam autem petitionem, etiam illorum fructuum ratio habetur g, qui culpa possessoris percepti non sunt, vel percepti consumpti sunt.

Conuento ad exhibendum actione, rem vtcumque exhibere non sat est, vt liberationem consequatur: sed in eum causæ statum exhibenda est, in quo cœpti iudicij tempore erat: ideo pendẽte iudicio vsucaptam exhibendo non liberatur: fructus quoque medio tempore perceptos restituere cogitur. si tamen rei statim exhibẽdæ facultatem non habeat reus, dilationem consequetur, cautione scilicet priùs præstita, quòd si iussus à iudice exhibere, non exhibeat, aut se intra tempora exhibiturum non caueat, in id, quod aduersarij interest, damnabitur.

3. ¶ Si ad exhibendum actum fuerit, non sufficit si exhibeat rem is, cum quo actum est: sed opus est vt etiam rei causam debeat exhibere, id est, vt eam causam habeat actor, quam habiturus esset, si cùm primùm ad exhibendum egisset, exhibita res fuisset. ideóque si inter moras exhibendi vsucapta sit h res à possessore, nihilominùs condemnabitur. Prętereà fructuum medij tẽporis, id est eius, quod post acceptum ad exhibendum iudicium ante rem iudicatam interesserit, rationem debet habere iudex. Quòd si neget reus, cum quo ad exhibendum actum est, in præsenti se exhibere posse, & tempus exhibendi causa petat, idque sine fruſtratione postulare videatur, dari ei debet: vt tamen caueat k se restituturum. Quòd si neque statim iussu iudicis rem exhibeat, neque posteà exhibiturum se caueat: condemnandus l sit in id, quod actoris intereat, si ab initio res exhibita esset.

Nunc quid iudici faciendum incumbat in diuisoriis iudiciis, paucis accipe. Si igitur familiæ erciscundæ iudicium inter duos, pluręsve vertatur, iudicis est singulas res singulis hæredibus adiudicare: & si vnius res præualeat, eundem pro eo, quod pluris est, certa pecunia cohæredi cõdemnare. Item si vnus cohæredum fructus ex re hæreditaria perceperit, aut malè in ea versatus fuerit, eo nomine cohæredibus condemnandus est. Idem per omnia in iudicio communi diuidundo dicito, etiam si de vna re tantùm lis sit, modò commodam diuisionem patiatur, quam si non patiatur, permittitur iudici, alteri ex litigatoribus rem etiam totã adiudicare, atque eundem alteri certa pecunia in rei locum inuicem condemnare.

4. ¶ Si familiæ erciscundæ iudicio actum sit, singulas res singulis hæredibus adiudicare debet: & si in alterius persona prægrauare videatur adiudicatio, debet m hunc inuicem cohæredi certa pecunia (sicut iam dictum est n) condemnare. Eo quoque nomine o cohæredi quisque suo condemnãdus est, quòd solus fructus hæreditarij fundi perceperit, aut rem hæreditariam corruperit p, aut consumpserit p. Quæ quidem similiter inter plures quoque, quàm duos cohæredes subsequuntur.

In actione communi diuidundo si sint plures res communes, singulas singulariter iudex adiudicabit: & si vna plus valeat, quàm altera, in pe-

a Petitio hæreditatis est realis, & personalis.

b Fructus bona fide cõsumpti à bonæ fidei possessore, licèt vindicare nõ possint, aut per officiũ iudicis peti: possunt tamen condictione sine causa peti.

a Vsucapio rerum mobiliũ non interrumpitur per litis contestationẽ.

Si ergò frustratorie petat concedi à iudice nõ debet: *vt de dila. l. sine pœna.* Nam præsumitur aduersus eũ, qui dilationibus subterfugit iudicium: *vt in ca. nullus dubitat. de præsumpt.* Debetque pro huiusmodi dilationibus frustratoris puniri in expẽsis: sicut & qui frustratorie appellat: *vt in cle. si ante de do. & contu.* Quinetiã vsuræ excurrunt: *l. fi. ff. de vsur.* & punitur extraordinariè. *l. eius. §. ne temerè de appel.*

b Vsucapio in rebus immobilibus (quia est merè fauorabilis) non interrũpitur ex iudicio moto, siue per litis contestationẽ: *vt hic.* Merè odiosa, sola citatione interrumpitur. *l. cũ notissimi. Cod. de præscr. 30. annor.* vt & mixta 10. vel 20 annor. *l. motæ. C. de rei vindic.*

c Aut potiùs quãtam interest rem non fuisse exhibitã: non autem in tota re: quia in tota re non interest sua. *l. Iulianus. in fin. ff. de exhib.*

cohæredes, vel quatuor, pluréśve: sicut inter duos. Fran. Aret.

m ¶ *Debet.* sc. iudex. Accvrs.

n ¶ *Dictum est suprà de actio. § quædam actiones.*

o ¶ *Eo quoque nomine.* Et cæ quidem sunt præstationes personales: *vt & in §. vlt. infrà.* Cvias.

p ¶ *Corruperit.* Nota quod cohæres, qui corrupit, deuastauit, vel maculauit, vel consumpsit rem communem, tenetur alteri cohæredi isto iudicio. Angel

p ¶ *Consumpserit.* vt *hic, & ff. fam. ercisc. l. & puto. §. sed & si dolo.*

Eadem interueniunt.] Casvs. Iam habuistis de officio iudicis in iudicio famil. ercisc. Sed domine, pro Deo dicatis, quod est officium iudicis in iudicio communi diuidundo? Frater, dicit Iustin. eodem modo debet se habere in iudicio cõmuni diuidun

diuidundo iudex, sicut in iudicio familiæ erciscundæ: quia si aliqui, quibus plures res sunt communes, intendant iudicium communi diuidundo inter se, debet iudex, si plures res sint cõmunes, vni vnam, alteri alteram adiudicare. Si autem de vna re agant, quæ commodè diuidi possit: eam diuidere debet, & vni vnam partem, & alteri alteram partem adiudicare. Et si pars vni assignata melior sit, quàm altera, quę alteri assignatur: tũc debet iudex eũ, cui meliorem partem assignauit, alteri in quadam summa pecuniæ, secũdùm quòd sibi visum fuerit, condemnare. Si autem res cõmodè diuidi non possit, tũc poterit iudex eam totam adiudicare vni, & eum alteri in certa summa pecuniæ condemnare. hoc dicit.

a ¶ *Eadem interueniũt.* sc. vt fiat adiudicatio rerum, & pecuniæ: *vt ff.eo.§.si familiæ.* aut circa dãna data in rebus: *vt suprà eo.§ proxi.& ff. cõmuni diuid l.ij. & iij.*

b ¶ *Non possit.* No. nõ a posse fieri, quod sine cõmoditate fit: *vt hic, & ff.de verb.sign. l.nepos Proculo.* ¶ Item nota corp° b aliud diuiduũ: vt fundus, qui diuiditur secundùm voluntatem patrisfa. *vt ff. de leg.j l. quod in rerum natura.§. ij.* Aliud indiuiduum, vt homo: *vt hic, & ff. de vsucap. l. rerum mixtura. in prin.*

Si finium regundorũ.] Casvs. Iam vidistis offic. iudic. circa iudicium famil. erciscũ. & communi diuidundo: modò videatis qualiter se debet habere iudex in iud cio finium regundorum: scil. coram quo est controuersia. Et dicit Iustin. quòd iudex in isto casu debet inspicere an necessaria sit adiudicatio: quod contingit in vno casu: videlicet quando fines in tali loco erant positi, quòd propter loci naturam sæpiùs fit cõtentio super terminis: veluti si locus fuerit humidus, vel morbosus. Debet enim iudex tũc in alio loco firmo, & solido ponere fines: ita quòd ampliùs super finibus non possit esse contentio: & ita ex agro alterius partem aliquam adiudicare alteri, & eum, cui de alterius agro partem adiudicauerit, in certa summa pecuniæ condemnare. Et sum in versic. *Eo quoque nomine.* Scire debes quòd in iudicio finium regundorum si circa fines aliquid malitiosè fecerit criminaliter potest conueniri Propter cõtumaciam etiam debet quis in iudicio isto condemnari quantum visum fuerit iudicãti: veluti si iudex iussit agros mensurari, vt fines ponantur: & aliquos agros metiri non fuerit passus, & sum in versi. *Quod autem istis.* Iam vidistis quòd in istis iudiciis duplicib. fãm. erciscũ. communi diui. finium regun sæpè illud, quod erat vnius, adiudicatur alteri, & alter in quadam summa pecuniæ condemnatur: modò scire debetis, quòd quicquid in iudiciis istis alicui adiudicatur, incontinenti fit illius, cui adiudicatur. h. d Franc.

c ¶ *Si finium regundorum.* quo c iudicio agitur, vt agris confinibus termini ponantur, sed d pro domibus vicinis hoc iudicio non agitur. Si e autem sit domus in prædium rusticum, agitur vtili finium regundorum, non directa: *vt ff. fin. regun. l.ij. in prin. & l. sed & loci. § fin.*

d ¶ *Dispicere.* hoc scilicet quod sequitur, si euidentioribus, &c. Accvrs.

e ¶ *Adiudicatio.* facit *ff. finium regund. l.ij. §. fin. & l.iij. & iiij. in principio.*

f ¶ *Furatus est.* Ad f quid damnabitur? Resp. quanti in litem iurauerit actor. Potest etiam criminaliter puniri in quinquaginta aureis ex lege agraria, pro qualibet vice. quæ applicatur fisco: *vt ff. de ter mo. l. agraria.* Nec ciuilis tollitur per criminalem: cum & ad rei persecutionem altera detur: *vt C. quando ciui. actio prætu. crimi. l.j.* nisi interim donec altera exerceretur: *vt ff. de publi. iudi. l. is, qui.*

g ¶ *Condemnatur.* scilicet ad interesse delato iureiurando in litem. Accvrs.

h ¶ *Metiri.* Nota quòd a ille, qui non paritur metiri fundum suum ad mandatum iudicis, vt contumax, & inobediens potest puniri. Aretin.

cessaria est, si euidentioribus finibus distingui agros commodius sit, quàm olim fuissent distincti. Nam tunc necesse est ex alterius agro partem aliquã alterius agri domino adiudicari. quo casu cõueniens est, vt is alteri certa pecunia debeat condemnari. Eo quoq; nomine cõdemnandus est quisque hoc iudicio, quòd fortè circa fines aliquid malitiosè commisit: verbi gratia, quia lapides finales furatus est f, vel arbores finales excidit. Contumacię quoq; nomine quisque iudicio condemnatur g: veluti si quis iubẽte iudice metiri h agros pass° nõ fuerit.

7. ¶ Quod autẽ istis iudiciis alicui adiudicatũ fuerit, id statim eius fit i, cui adiudicatum est.

i ¶ *Eius fit.* Not. ex b sentẽtia iudicis dominium transferri: sic est in missione, quæ fit ex secundo decreto: *vt ff. de acq. poss. l.iij. §. fin. & ff. si ex noxa. cau. agatur. l.ij. in fin. & ff. communi diuid. l. sed si res.* quę sic accipe, si fuerit facta missio per ipsum prætorem. Nam sola sententia non facit dominum, sed traditio: *vt C. de pact. l. traditio. & ff. de rer. diui. § per traditionẽ. & ff. de acqui. pos. l. iustè.*

Sed quid in rei vind. si res est aliena, & mea pronuncietur, & ex ea causa mihi traditur? Resp. idem. cum enim Publiciana mihi detur, quãdo à domino mihi adiudicatur, & traditur: *vt ff. de Publ. l.iij. in fin.* ergo vbi dominus est, debet ex sententia, traditione me dominũ facere: *vt ff. de Publ. l. quæcũque.* Præterea lex videtur expressa: *vt ff. de procu. l. Pomponius. §. sed & is. & ff. de excep. rei iudic. l. si inter. in fin.*

¶ Nec obst. quòd ibi sit error, ex quo videatur dominiũ non transire, quia hic error iam reprobari non potest iudicis sentẽtia purgatus. à qua non fuit appellatum ¶ Item nec obstat quòd sentẽtia lata in actione personali reo absoluto remanet debitor: *vt ff. de cond. indeb. l. Iulianus.* quia illud habet locum in obligatione, quæ est res incorporalis: hic autem dicimus de dominio rei corporalis, quod c facilè, & prorsus potest separari ab vno, & aliis dari: sed non sic in incorporali: *vt ff. pro socio. l. ea verò.* d

a Pœna consuetudinaria is, ne quę patiendi sit vndum suum meiri, arbitraria est.

b Sententia secuta millione, & secundum decretũ trãslerunt dominium.

c Dominium rei corporalis facilius perditur, quam incorporalis.

d Adde huic Glossæ aliam contrariam in *l. exceptio ff. de excep. rei iudi.* quam sequitur Iaco. & Petr. de Bel. Per. l.j. *§. subtilius. ff. de cond. ob rau.* Sed glo. hãc approbat hic Bal. ex sententia Barto. *in l. Pomponius. §. si iussu. ff. de acq. poss. ff.* idque per respon. Glo. quã reddit de *§. subtilius.* & adde speciem huius gl. esse deciam per *Authen. rei iu. esth. pro hac gl. in l. statulib. 6. j. ff. de statulib.*

DE PVBLICIS iudiciis.

TITVLVS XVIII.

Iudicia ex edictis publicis descẽdentia in multis ab actionibus differunt. Et quia vnicuique permittitur accusatio, ideo dicũtur publica: quorum pœna aliquando est corporalis: aliquando irrogat infamiam cum pœna pecuniaria. Aretin.

PVblica iudicia neque per actiones k ordinantur, ne-

DE PVBLICIS IVDICIIS.

Quia ciuilia iudicia dicta sunt vsque huc, & etiam quædam criminalia, scilicet circa priuata delicta, vt suprà in principio huius quarti libri vsque ad titulum de actionibus: *ideo nunc ponit de publicis accusationibus, siue iudiciis.*

Pvblica.] Totus iste titulus diuiditur in quatuor partes. Primò ponit quòd publica iudicia non habent conformitatem cum priuatis. Secundò, vnde dicta sunt publica iudicia. Tertiò ponit in genere quę pœna sit in publicis iudiciis. Quartò singillatim demonstrat publica iudicia, & pœnas vniuscuiusque. Secunda ibi, *Publica autem dicta.* Tertia ibi, *Publicorum iudiciorum.* Quarta ibi, *Publica autem iudicia.* Casvs. Quæsiui à legislatore vtrùm publica iudicia, id est, publica crimina ordinentur, & constituantur, seu exerceantur per ciuiles actiones, de quibus dictum est. Et ipse respondet & dicit: Charissimi scire debetis quòd alio modo instituuntur, & alio modo exercentur publica iudicia, quàm actiones. Et dicit aliquis: Domine, quare dicuntur publica iudicia? Frater (dicit ipse) propter hoc: quia cuilibet de populo datur eorum executio: & hoc intelligẽdum est, dum tamen sit habilis ad accusandum. & sum in versic. *Publicorum,* &c. Scire debetis quòd publicorum iudiciorum quædam sunt capitalia, & quædam non capitalia. Capitalia dicuntur illa, per quæ infligitur mors, vel exilium perpetuum, vel ignis, & aquæ interdictio, vel in metallum damnario. Publica autem & non capitalia sunt, quæ irrogant infamiam cum damno pecuniario. Franc.

k ¶ *Neque per actiones.* imò per accusationes. Additio. Nota quòd actio significat ad vtilitatem partis priuatæ, & ciuiliter.

e Finium regũdorũ iudicio ad id agimus, vt agris confinibus termini ponantur.

d Finium regũdorũ iudicio non agitur pro ędibus vicinis.

e Finiũ regundorum iudicio vtili agitur pro domo in prædio rustico posita.

f Pœna terminales lapides furantis, in litẽ iuramẽtum, & criminalis.

g Actio ciuilis per criminalẽ non tollitur, quoties earum altera rei persecutionẽ conducit.

a Posse facere id non videmur, quod non possumus, nisi incommodè.

b Corpus est duplex.

ciuiliter. facit quod not. Batt. *in l. agraria ff. de termi. mo.* Ange.

a ¶ *Nec omnino quicquam simile.* Hoc a verbum nimis largè positum sic intellige: quia in ciuilibus agitur vt aliquid detur actori: in istis autem non vt aliquid detur, sed vt puniatur accusatus: & ita considerata petitione conquerentis, nihil habent simile inspecto fine, nec in principio (cùm vnum per actionē, alterum per accusationem instituatur) nec in exercitio: cum in ciuilibus probet actor tantum: *vt C. de edēn. l. qui accusare.* sed in criminalibus actor, & reus quandóque: *vt C. de abolit. fallaciter. & C. ad leg. Corn. de fal. l. vbi.* In aliis autem multa sunt similia nam in vtrisque fit libellus: *vt C. de lit. contest. Authent. offeratur. & ff. de accu. l. libellorū.* Item in vtrisque de calumnia iuratur: *vt C. de iureiurā. l. j. in prin. & C. de fid. instr. l. vlt.* licèt quidam dixerunt contra: *vt argu. ff. de bo. eorum. l. j.*

a Publicorum iudiciorum ab aliis iudiciis differentia, & cum isdem similitudo.

† Non ea tamen omnia publica iudicia sunt, in quibus crimen vertitur, sed ea tantùm, quæ ex legibus publicorum iudiciorum vertuntur, vt Iulia maie. de adult. lex Corne. de sicar. & venef. Pompe. de parri. Cornel. de test. *vt infrà videbitis.*

b ¶ *Et in instituendis.* Sed qualiter b formatur libellus? Respond. Sic vt contineat nomē accusantis & accusati, & crimen, & mensem, quo commissum fuit crimen: & locum, vbi fuit commissum: & cōsules, sub quibus est admissum. Item dies dati libelli debet inseri. Sed dies commissi criminis, vel hora non est necesse: *vt ff. de accusation. l. libellorum. in prin. & in Authen. de exhib. reis. §. susceptо. collat. v.* & habet hoc locum in publico, & in priuato crimine, quando criminaliter agit: *vt ff. de priua. delic. l. fin.* Et ista possunt haberi his versibus:

Consule, mense, die, coram pratore professus,
Te deferre reum, crimen, loca, pone sodalem.
Et licèt hora, dies, non tempus pretereatur.

b Libellus accusationis qua forma concipiendus sit.

c. tua. extrà de procuratoribus.] Quandóque tamen hæc solennitas non est necessaria: vt in leui crimine, & notorio: *vt ff. de accus. l. leuia. & C. de accusa. l. ea quidem, quæ.* Et idem in casibus in quibus sine accusatore quis damnari potest: qui scilicet casus his legibus notantur: *ff. ad legem Iuliam, de adulterijs. l. j. §. si publica. & C. de testib. l. nullum. & C. de probationib. l. pen. & ff. de suspectis tutoribus. l. tutor. §. pratereà. & C. de calum. l. j. & ff. de bon. lib. l. qui cùm maior. §. si libertus.* & idem in notorio crimine: vt diximus per *l. C. de accusa. l. ea quidem, quæ.* & idem in crimine falsi, secundùm B *vt C. ad legem Cornel. de fal. l. vbi.* Sed Io. contrà. & dicit quòd ibi principaliter fuit accusatio falsi instituta.

c ¶ *Publica.* hæc d est ratio quare dicantur publica: scilicet quasi populi: *sic suprà, de suspect. tuto. §. consequens.* Et intellige quòd alias possit esse habilis ad accusandum: aliàs non: *vt ff. de accu. l. qui accusare.*

d Publica iudicia cur dicantur.

a ¶ *Quod cuiuis ex populo.* Publica ergo iudicia inde nomen trahunt, quòd patent omnibus. *l. quamuis. ij. C. ad legem Iuliam de adulteriis. l. lege Cornelia testamentaria. ff. ad legem Corneliam, de falsis.* Eadem ratione popularia iudicia sunt publica. *l. eum, qui. §. in popularibus. ff. de iurisdi.* ex quo efficitur vt alia sint iudicia publica ciuilia, alia criminalia. Cvias.

d ¶ *Plerumque.* hoc ideò dicit, quia quandóque e est publica accusatio, & tamen non competit cuilibet ius accusandi: vt crimen suppositi partus. vbi accusant soli parentes: *vt ff. ad legem Corneliam, de falsis. l. lege Cornelia. §. j.* Item propter accusationem adulterij, quæ primò defertur certis personis: *vt C. ad legem Iuliam, de adulterijs. l. quamuis. ij.* Accvr.

e Partus suppositi, & adulterij accusatio non omnibus conceditur.

β ¶ *Plerumque.* Id est, nisi si cui lege aliqua agendi publico iudicia non est potestas. *l. palam. §. senatus. ff. de ritu nuptiar.* Cvias.

c ¶ *Publicorum.* facit *ff. eo. l. ij.* Accvrs.

f ¶ *Vltimo supplicio.* quod interpretamur mortem: *vt ff. de pœnis. l. vlti.*

g ¶ *Interdictione.* quæ est mors ciuilis: *vt ff. de contra tab. l. j. in fine.*

h ¶ *Deportatione, vel metallo.* has pœnas expone: vt diximus suprà, *quibus modis ius patria potest. solui. §. cùm autem.*

i ¶ *Infamiam. vt in lege Iulia de vi priuata: vt suprà eo. §. item lex Iulia de vi publica.*

k ¶ *Capitalia.* & ista appellantur relegationes: *vt ff. eodem. l. ij. in § fin.*

Publica autem iudicia.] Casvs. Domine, pro Deo ponatis nobis exempla de publicis iudiciis, & capitalibus Frater. dicit ipse, libenter. vnde dicit ipse: Publicū iudiciū, & capitale est lex Iulia maiestatis, per quam puniuntur illi, qui cōtrà Imperatorem, vel Rempublicam aliquid moliti sunt. Per legem enim Iuliam maiestatis puniuntur tales vltimo supplicio: & etiā eorum memoria damnatur, qui contra principem aliquid moliti sunt. Franc.

l ¶ *Rempublicam.* scil. Romanorum. Accvr.

m ¶ *Moliti sunt.* cum effectu: tamen sola voluntas sufficit: *vt C. ad leg. Iul. maie. l. quisquis.*

n ¶ *Anima.* id est animati corporis. nam anima a non in hominis, sed in potestate Dei consistit: *sic C. de sacr. Eccl. l. sanctimus. j. in fin. & in glo. pen.*

a Anima non in hominis, sed in Dei potestate est.

o ¶ *Sustinet.* id est, infert. Accvr.

p ¶ *Et memoria.* id est, dicere, etiā post mortem potest accusari: vt bona deferantur in fiscum, & auferantur hęredibus tanquam indignis: *vt C. ad leg. Iul. maiest. l. quisquis. & l. sequen.* ¶ Et quod dixi, post mortem accusari, intelligas in duobus b capitulis illius legis: hoc est cum contra principem, vel contra Rempublicam Romanarum est machinatus: id est, nisus ad malum. aliàs finitur morte, vt cætera crimina: *vt ff. ad leg. Iul. maiest. l. fin.*

b Morte quæ crimina non tollantur.

Item lex Iulia.] Casvs. Vidistis iam vnum publicum iudicium, hîc ponit dominus Iustinianus exemplum de quodam alio iudicio publico: scilicet de lege Iulia de adulteriis, quæ punit temeratores alienarum nuptiarum vltimo supplicio, & illos, qui cum masculis rem nefandam committunt. & non solùm puniuntur illi, qui adulterium committunt lege Iulia, de adulteriis, sed etiam qui sine vi virginem, vel viduam honestè viuentem stuprauerint. Si enim honestus cum honesta muliere fornicatur, patietur publicationem dimidię partis bonorum: si autem humilis sit, relegabitur.

q ¶ *Item lex Iulia.* sc. inter publica iudicia numeratur.

r ¶ *Quæ.* scilicet lex Iulia de adul. Accvrs.

y ¶ *Temeratores.* Sacrilegos in l. *quamuis. 2. C. ad legem Iul. de adult. l. 4. C. Theo. quor. app. non recip.* Cvias.

ϑ ¶ *Gladio.* Legis Iuliæ pœna relegatio fuit. Quod igitur ait, *gladio*, non est ex rogatione Iulia, sed abrogatione. Cvias.

ſ ¶ *Gladio punit.* sacrilegos enim nuptiarum gladio c feriti oportet: *vt C. de adul. l. quamuis. ij. in fine.*

c Dic quòd in adulterio pœna mortis fuit hodie inuēta, quæ non erat olim tempore Digestorū, *vt not. glo. in l. qui cum vno. §. adulterum. ff. de re milit* & dic q in talibus delictis etiā per viam inquisitionis potest procedi: *vt l. ij. §. si publico. ff. de adult.* Ang.

t ¶ *Cum masculis.* nam in hoc casu armantur iura, vt gladio feriantur: *vt C. ad legem Iuliam, de adul. l. cùm vir nubit.*

u ¶ *Lege Iulia.* scilicet de adulteriis. nam habet hæc lex multa capitula: *vt ff. de minō. l. auxilium. §. sed vt ad legē. & ff. ad legem Iul. de adult. l. capite quinto.*

x ¶ *Sine vi.* quid si vi? habetur *infrà eo. §. sin autem per vim.*

y ¶ *Viduam.* adicias, vel puerum, & dic de vidua, & de virgine, nisi sint meretrices, vel licitæ concubinæ: vt hîc subiicit, honestè. &c. *& ff. de adult. l. stuprum. j. resp. &* § j. ADDITIO. Dic quòd hoc procedit de iure ciuili, sed de iure canonico non est permissum: *vt clem. ad nostrum. de haret. §. septimo. & ibi Glo. ij. iguur, &c.* Angel.

z ¶ *Stupratoribus.* Omnes vet. lib. *peccatoribus.* vt in §. *item lex Iulia, de vi. infrà peccatores.* Cvias.

a ¶ *Humiles.* qui sint humiles, vel honesti: dic *vt C. de incestis nuptiis. l. humilem.*

a ¶ *Cum relegatione.* Hæc distinctio penè fallit in tribus casibus, in quibus committitur stuprum, & tamen maior d pœna imponitur. Primus est, si quis in puerum committit, quia tunc gladio feritur: *vt suprà eodem. §. item.* & quando tutor stupraverit eam, cuius est tutor: *vt C. si tut. pup. suam. l. j.* Item si fuerit stuprata

d Stupri pœna tribus casibus grauior est, quàm in aliis, & qui illi casui sint.

stuprata aliqua à suo proprio seruo: *vt C.de mu.qua ser. propr. sit iunx.l.j.* ¶ Et nota pœnam [a] stupri esse quinquennalem: nisi quando per vim committitur: tunc enim sine præfinitione temporis potest institui: *vt ff. ad legem Iuliam de adult. l.mariti. §. quinquennium. & §.fin.*

a Stupri pœna est quinquennalis.

Item lex Cornelia.] CASVS. Suprà vidistis duo exempla publicarum actionũ adhuc dabo vobis vnum exemplum: videlicet *in l. Corne. de sicar.* quæ homicidas punit, & etiam eos, qui cum telo ambulant hominis interficiendi causa. Sed quæsiui à domino Iustinian. Domine, quid est telum? Frater, dicit ipse, strictè accipiendo telum est quod ab arcu emittitur: largè tamen loquendo dicitur telum quidquid emittitur vel de manu, vel de arcu, dum tamen nocere possit: & ponit in litera multa Græca nomina. & sum in versic. *Sicarij*, &c. Domine Iustiniane, vnde dicuntur sicarij? Frater, à sica, quod est cultrum ferreũ vtrobique scindens. In versic. *Eadem lege.* iam vidistis vnam leg. Corne. quæ tractauit de sica modò videamus aliam, quę tractat de venefici. & lege ista tenentur omnes illi, qui artibus odiosis, vel venenis, vel susurris homines occiderunt: & etiam qui mala medicamina publicè vẽdiderunt. h.d. Franc.

¶ *Concor. ca. si persuadens. sũcta glo. supra verbo, text. extrà, de homi.*

† lib. 5. ἀναφάτους. id est, & rela cominus affrebantur, hastæ, sagittæ, fundæ, & lapides plurimi.

a ¶ *Item lex Cornelia.* scil. computatur inter publica iudicia.

b ¶ *De sicariis.* quare sic dicantur, dic *vt infr. eo. §. sicarij.* ACCVR.

c ¶ *Persequitur.* id est, persequitur eos, qui homicidium fecerunt cũ ferro. nec enim per hãc legem occiditur occidens, sed deportatur, & omnia bona sua publicantur: *vt ff. ad legem Corn. de sicar. l. eiusdem. §. legis. & l. pen.* 2. Vel dic quòd persequitur homicidas ferro: quia eos hodie occidimus: *vt l. eiusdem. § fi.* ADDITIO. Dic quòd pœna legis Corneliæ de sicariis est mors: *vt not. in l. j. & l. is, qui cum telo. ff. de sica.* Ange.

d ¶ *Cum telo ambulant.* licèt eos non occidant: *vt C. ad legem Cornel. de sica. l. is, qui cum telo.* ¶ Et not. capitula, ex quibus aliquis hac lege tenetur: *vt ff. ad legem Corn. de sica. l.*). ACCVR.

e ¶ *Lapis.* facit *suprà de interdict. §. qui autem.*

b Hæc Glo. nõ est Accurs.

f ¶ *Græca.* [b] Significat enim telou, idem quod longè. Nisi fortè malis substituere telothen, quasi dicas, de longinquo. quod & Neb. placuit in lexico suo iur. ciui. in dictione, *telum.* & Bud. in codice suo Instit. annotauit. Nos tamen quod propius accedit, elegimus, quando & ita legit Sypontinus, & post eum Ambrosius Calepinus dictione *telum.*

α ¶ *A Græca voce.* Vel. *à Græca voce figuratum, ἀπὸ τῆ τηλε.* vt in l. *si caluitur. de verb. sign.* malè Theop. *ἀπὸ τῆ βέλους.* CVIA.

β ¶ *Admonet.* Indubitatè legendum hoc in loco est ita, vt in l. *si caluitur. & apud Theophilum.* CVIAC.

γ ¶ *Sicarij.* Suidas σικάριοι λῃστὰι γένος, σίκλας ἢ τὰ ἰσχιάμενα ξίφη μαχαίρας καλοῦσιν. CVIAC.

g ¶ *A sica.* vnde videbatur quòd tantum qui cum sica occiderent, hac lege tenerentur. Sed tamen generalius hodie accipitur sica, & telum per interpretationem: *vt suprà proxi. §.*

c Sica quid.

Est [c] autem sica (vt subiicit) cultellus vtrinque scindẽs, quem portant peregrini quandóque in baculo quodam, ita quòd non apparet. vnde versus:

Mucro latens sica, sicarius inde vocatur.

quod manu emittitur, occidens: vel cum telo causa occidendi persequẽs, lege Cornelia, de sicariis punitur, qua lege castigabitur veneficus, vel arte magica hominem occidens, vel malo medicamento publicè occidens.

5. ¶ Item lex Cornelia [a] de sicariis [b], quæ homicidas vltore ferro persequitur [c], vel eos, qui hominis occidendi causa cum telo ambulant [d]. Telum autem (vt Caius noster ex interpretatione legum duodecim tabularum scriptum reliquit) vulgò quidem id appellatur, quod arcu mittitur †: sed & omne significat, quod manu cuiusque iacitur. Sequitur ergo, vt lignum, & lapis [e], & ferrum hoc nomine contineantur, dictum ab eo, quod in lõginquum mittitur, à Græca [f] voce [α] τηλε figuratum. Et sic hanc significationem inuenire possumus & in Græco nomine. Nam quod nos telum appellamus, illi βέλος appellant, ἀπὸ τῆ βάλλειν. Admonet [β] nos Xenophon. † nam ita scribit *, κἀγὼ τὰ βέλη ὁμόσε ἐφέρετο, λόγχαι, τοξεύματα, σφενδόναι, πλέονες ἢ χάλαζα. Sicarij [γ] autem appellantur à sica [g], quod significat ferreum cultrum. Eadem lege [h] & venefici [i] capite damnãtur, qui artibus odiosis [k], tam venenis, quàm susurris [l] magicis homines occiderint [m], vel mala medicamenta publicè vendiderint.

† Sic emenda ui ex consilio Cõstantini, cuius sententia parricidæ mortem maiorũ, nõ Cornelia, aut Pompeia lege coërcentur. *Cuiacius.*

Lex Pompeia de parricidis, qua cauetur, quòd occidens parentes, vel alios, de quibus hic, singulari pœna plectatur, est publici iudicij. Et cõmittens delictum in se, plus punitur, quàm committens in alio. Aret.

6. ¶ Alia deinde lex asperrimum crimen noua pœna persequitur, quæ Pompeia de parricidiis vocatur, qua cauetur, vt si quis parentis [n], aut filij, aut omnino affectionis eius, quæ nuncupatione parricidij † continẽtur [o], fata præparauerit [p], siue clam, siue palam id ausus fuerit: nécnon is, cuius dolo malo id factum est, vel conscius criminis extitit, licèt extraneus [q] sit, pœna parricidij puniatur: & neque gladio, neque ignibus, neque vlli alij solenni pœnæ subiiciatur, sed insutus culeo cum cane, & gallo gallinaceo, & vipera, & simia, & inter eas ferales angustias comprehensus, secundùm quod regionis qualitas tulerit, vel in vicinum mare, vel in amnem [r] proiiciatur: vt omnium elemẽtorũ vsu viuus carere incipiat: & ei cœlum superstiti, & terra mortuo auferatur. Si quis autem alias, quàm cognatione, vel affinitate coniunctas sibi personas necauerit, pœnam legis Corneliæ de sicariis sustinebit [s].

† Sic emenda ui ex consilio Cõstantini, cuius sententia parricidæ mortem maiorũ, nõ Cornelia, aut Pompeia lege coërcentur. *Cuiacius.*

Publici iudicij crimen lex Cornel de falsi. censetur, qua tenetur quicumque aliquid de his, quæ exprimuntur in textu, commiserit: & pœna eius in seruo est vltimum supplicium: in libero deportatio. Aret.

h ¶ *Eadem lege.* quæ dicitur Cornelia de sicariis.

i ¶ *Venefici.* Nam plus [a] est hominem veneno extinguere, quàm gladio occidere: *vt C. de mathemati. l.j.* ACCVR.

a Veneno hominem extinguere plus est, quàm gladio,

k ¶ *Artibus odiosis.* id est, artificiis odiosis. Nam omnis ars bona est.

b Incantatorũ ars reprobata.

l ¶ *Susurris.* id [b] est, incantationibus. Nam hæc scientia reprobãda est: *vt C. de male. & mathemati. l. eorum.*

m ¶ *Occiderint.* etiam sine dolo: *vt ff. de pœn. l. si quis aliquid. ij. §. qui abortionis.* Secus in Cornelia: quia dolus est necessarius: nec sufficit etiam lata culpa: *vt ff. ad legem Corne. de sica. l. in lege.*

Alia deinde lex.] CASVS. Adhuc est quædam lex, quæ asperrimum crimẽ persequitur noua pœna: quia si quis patrem, vel matrem, vel auum, vel proauum, vel aliquem eorum, de quibus fit mentio in litera, occiderit, debet cædi cum virgis sanguineis: & postmodùm cõsui debet in quodam sacculo: & cum ipso debet poni serpens viuus, & canis, & gallus gallinaceus, & vipera, & simia, & tunc cum illis animalibus brutis debet proiici in vicinum flumen, vel in vicinum mare, secundùm quod regionis qualitas tulerit: vt sic inter ferales angustias deficiat, & omnium elemẽtorum vsu viuus careat: vt ei cœlum superstiti, & terra mortuo auferatur. & sum in versi. *Si quis autem*, &c. Iam vidistis qualiter punitur ille, qui aliquem de linea descendenti, vel ascendenti interfecerit. Sed certè si quis alias personas sibi coniunctas aliqua affinitate, vel cognatione, quã illa, de qua dictum est suprà §. proximo, necauerit, per legem Corneliam de sicariis similiter punitur.

n ¶ *Parentis.* accipe parentes, & filios vsque in infinitum: *vt ff. de in ius vocando. l. quisque. §. fin. & l. sed si hac. §. liberos.* ACCVRS.

o ¶ *Continentur.* Sed c qui sunt hi, qui hac appellatione continentur? Respon. Superiores, & inferiores, vt diximus. Item collaterales, vt fratres, consobrini, & patrueles, & proximiores eis. Item affines quidam, vt vxor, nurus, gener, vitricus, priuignus, socer, & etiam patronus: *vt ff. eo. ad leg. Pompeiam, de parricid. l.j. & l. sed sciendum. & l. cum pater.* ACCVR.

c Parricidium in quas personas admittatur.

p ¶ *Præparauerit.* fortè & si non occiderit, secundùm P. & facit pro eo, *ff. eo. ad leg. Pompeiam de parricid. l.* j. *in fi.* 2. Vel dic illum specialem casum [d].

d Die, primam opin sequitur hic Ioan. Fab. propter atrocitatem criminis. *facit l. fi. C. de sica. & haut tenet glo. in l. vnica. C. eo.* Ang.

q ¶ *Extraneus.* Nota extraneum plus puniri, quàm si ipse occidisset: *vt hic, & ff. eo. l. vtrùm. & l. si sciente.*

r ¶ *Vel in amnem.* id est flumen. vel si hæc vicina non sunt, bestiis subiicitur: *vt ff. eo. l. pen.*

s ¶ *Sustinebit.* Sed nónne & qui superiores personas occidit, hac lege Corn. tenetur? Videtur quòd sic: *vt ff. eo. l.*). *sed contrà. C. eo. l.j.* Dic ergo quòd hac lege Corn. tenetur, sed non accusatur. 2. Vel dic, secundùm Ioan. quòd tenetur eadem pœna, scilicet capitali, sed maior imponitur.

Item lex Cornelia.] CASVS. Iam vidistis multas actio. publicas. adhuc ponit vnã actio. publicã, videlicet si quis falsum instrumentũ, vel testimoniũ scripserit, vel signauerit, vel subiecerit. lege Cornelia de falsis punitur: ita quòd si seruus est, vltimo supplicio affligetur: si verò liber est, deportari debet. Franc.

Testamen

a ¶ *Testamentaria.* ideò sic dicta: quia de testamento falso ibi agitur.

b ¶ *Instrumentū.* Cemptionale, vel alicuius cōtractus. Accvr.

c ¶ *Vel aliud instrumentum.* Hoc adiectum est legi Corneliæ. Lex enim ipsa non nisi de nummis, aut de testamentis falsis promulgata est. Cviac.

c ¶ *Falsum scripserit.* & ita veritatem mutauit, *vt in Authen. de instr.cau. & fi. §.j. in pr. coll.6.*

d ¶ *Recitauerit.* Not. contra illos, qui habēt instrumenta, & scripturas alienas in custodiā, & tamen aliis ostendunt, & recitant, & copiam faciunt: quia incidunt in falsum: *vt hic, & l.j. § it, qui. ff. ad leg. Cor. de fal. coniuncta l. qui testamentum.* Ang.

e ¶ *Signum.* i. [a] sigillum, quod in testa. apponitur: *vt §. de testa. §. posteà.* Item signum [b], quod chartis imponitur, vt quandóque facilius fiat comparatio ex instrumentis: *vt in Authent. de instr. cau. & fi. §. oportet. coll.vj.*

f ¶ *Vltimum supplicium.* quod interpretamur: *vt ff. de pœnis l. vltimum.*

g ¶ *Deportatio.* & omnium bonorum publicatio. & sic not. quòd ex eodem commisso plus serui, quàm liberi puniūtur: *vt hic, & ff. ad leg. Corn. de fal. l.j. §. fi. & ff. si ex noxa. causa agatur. l. pen. & ff. de pœ. l. in seruorum.* imò & inter liberos magis puniūtur minores, quàm maiores; *vt ff. de incen. ruin. nauf. l. Pædius.*

Item lex Iulia.] Casvs. Iam vidistis multas accusationes publicas: adhuc est quædam accusatio publica, per quam punitur violentia, siue sit publica, siue priuata: quia per leg. Iuliam de vi pub. punitur quis de vi ar. quia deportatur. Per leg. autem Iuliam de vi priuata aliquis punitur, qui vim fecit sine armis, quòd tertia pars bonorum suorum publicatur. & sum in ver *Sin autem per vim.* Suprà vidistis de illo, qui commisit stuprum cum vi, vt quia viduam, vel virginem, vel monialem rapuit. vel potes continuare istum §. ad præcedentem sic: In §. proxi. dictum est qualiter punitur ille, qui per vim armatam, vel sine armis aliquid alicui abstulerit: modò autem tractat qualiter punitur ille, qui stuprum committit per vim. Franc.

h ¶ *In tertiam partem.* Nota ex [c] maioritate delicti maiorem pœnam imponi: *vt hic, & C. ad leg. Iul. de vi l.ij. & facit §. de interdict. §. qui autem.* ¶ Item hic damnatus fit infamis: *vt ff. ad leg. Iul. de vi pri. l.j j. respon.* Accvr.

β ¶ *Publicatio.* Addidit Paulus *libr. 5. sent.* relegationem: quod etiam l. *quoniam. & l. seruos C. ad leg. Iul. de vi.* confirmat. Cviac.

ī ¶ *Sin autem.* dixit suprà quando sine vi aliquis commiserit stuprum: *vt suprà eo § sed eadem.* nunc quando vi. vel continua cum superiori proxi. §.

γ ¶ *Tunc & raptores.* Om. vet. lib. *tunc & peccatores.* Cviac.

k ¶ *Constitutionis.* vt C. *de raptoribus virginum l.j.*

Item lex Iulia.] Casvs. Non solùm leges superiores dicuntur accusationes publicę sed etiā accusatio leg. Iul peculatus, dicitur accusatio publica: & hac leg. punitur ille, qui pecuniā Reipub. surripuit: & si fuerit iudex, vel magistratus qui hoc fecerit, pœna capitali punietur, & omnes eius complices. Si autem quis extraneus, qui non fuerit iudex, vel magistratus, pecuniam Reipu. surripuerit, ipse, & eius complices deportari debent. Franc.

7. ¶ Item lex Cornelia de falsis, quæ etiam testamentaria [a] vocatur, pœnam irrogat ei, qui testamentum, vel aliud instrumētū [b] falsum scripserit [c], signauerit, recitauerit [d] subiecerit, vel signū [e] adulterinū fecerit, sculpserit, expresserit sciēs, dolo malo. Eiusq; legis pœna in seruos, vltimū supplicium [f] est, quod etiam in lege de sicariis & veneficis seruatur: in liberos verò deportatio [g].

Vim committens cum armis aliter, quàm virginem rapiendo, deportabitur: si sine armis, tertiæ partis bonorum publicatione damnabitur. Sed per vim virginem, vel monialem rapiens, vel præstans opem, capite punitur. Aret.

8. ¶ Item lex Iulia de vi publica, seu priuata, aduersus eos exoritur, qui vim vel armatam, vel sine armis commiserint. Sed si quidem armata vis arguatur, deportatio ei ex lege Iulia de vi publica irrogatur: si verò sine armis, in tertiam partem [h] bonorum suorum publicatio [i] imponitur. Sin autem [k] per vim raptus virginis, vel viduæ, vel sanctimonialis, vel alterius fuerit perpetratus: tūc & raptores [γ], & hi, qui opem huic flagitio dederunt, capite puniuntur [k] secundùm nostræ constitutionis [l] definitionem: ex qua hoc apertiùs possibile est sci re.

Lex Fabia de plagiariis quandoque pœnam capitis, quandóque leuiorem irrogat, secundùm Ang.

10. ¶ Est & inter publica iudicia lex Fabia † de plagiariis [f], quæ interdum capitis pœnā [t] ex sacris constitutionibus irrogat, interdum leuiorem.

Lex Iulia de ambitu, repetundarum, de annona, & residuis, quæ in diuersis capitulis loquuntur, diuersas pœnas (præterquam mortis) inferunt. Areti.

11. ¶ Sūt præterea publica iudicia, lex Iulia de ambitu [u] †, [3] Termò

a Notarius mutans signum, punitur pœna falsi.

b Signū vtrùm in instrumento adponi debeat à notario, ex hac glossa quidam colligūt. *adde Bart. Nouell. vt præsumatur nomē Imperatorij. numero.9.*

† *Cancer c. peruenit. iuncti. Gl. 1. in fi. extra de adul. & stu.*

c Pœna maior maiori delicto deoetur.

d ¶ *Qui publicam.* Rectiùs vet. libr. *qui pecuniam, vel rem publicam, vel sacram.* Cviac.

l ¶ *Publicam pecuniam.* [c] ciuitatis Romanæ. non alterius: *vt ff. de fur. l. ob pecuniam. & ff. ad leg. Iul. pecu. l. iij. § pen.*

m ¶ *Rem sacram.* vt calices, & thuribula, quæ sacra sunt: *vt §. de rerum diuisione §. nullius.*

Publicam, sacrā, vel religiosam rem furto subtrahens, & talibus opem præstans, ex lege Iul. peculatus, quæ publica est, capite punitur: aliter autem ex ea delictum committens, deportatur. Aret.

9. ¶ Item lex Iulia peculatus eos punit, qui publicam [d] pecuniā, vel rem sacrā [m], vel religiosam [n] furati fuerint [o]. Sed si quidem ipsi iudices tempore administrationis publicas pecunias subtraxerint, capitali † animaduersione puniūtur: & non solùm hi: sed etiam qui ministerium [p] eis ad hoc exhibuerint, vel qui subtractas ab his sciēntes susceperint [q]. Alij verò, qui in hanc legem inciderint, pœnæ deportationis [r] subiugantur.

n ¶ *Religiosam.* vt ornamenta sepulchrorum.

o ¶ *Furati fuerint.* vel etiam immiscuerint, ita quòd damnificauerint rempubl. *vt ff. ad leg. Iul. peculatus. l.j.*

p ¶ *Ministerium.* i. adiutorium.

q ¶ *Susceperint, [e]* ad custodiendum.

r ¶ *Deportationis.* deportantur enim. ¶ Et no. quòd quinquennio durat hæc actio: *vt ad leg. Iul. pecu. l. peculatus.* b Item est speciale in ea, quòd contra hæredes inchoetur: *vt ff. ad leg. Iul. pecu. l fi.* Accvr.

Est & inter.] Casvs. Non solum ista sunt publica iudicia, quæ vos vidistis: sed & lex Fabia de plagiariis, quæ interdum pœnam capitis infligit, & interdū minorem, dicitur publicum iudiciū & habet locum hæc lex, si quis filium alterius surripuerit, & eum vendiderit. Talis enim magnam plagam parentibus infert. Idem est si seruum alienum surripuerit, & distraxerit. Franc.

s ¶ *De plagiariis.* ideò sic dicta: quia orbato patre filio, vel domino seruo, hæc lex punit orbantem, siue talem plagam inferentem, habet enim locum quando aliquis distrahit alienum seruum, vel filium, ita quòd pater, vel dominus non potest rehabere: *vt ff. ad leg. Fab. de pla. l. j. & l. lege. & l. eum. & l. pe. §. fi.* Item tenetur, qui liberum hominem de loco in locum transportat: *vt C. ad leg. Fab. de plag. l. quoniam.* & hoc si dolo facit, non aliter: *vt ff. ad leg. Fab. de plag. l. legis Fabiæ.* Item hac lege tenetur, si quis seruum in fuga constitutum vendat, ita vt emptio statim teneat: *vt C. ad leg. Fab. de plag. l. in fuga.*

t ¶ *Capitis pœnam.* [f] maiorem: aliquando minorem capitalem cùm capitalis aliàs sit minor, aliàs maior. Nam ingenuus nobilis in metallum damnatur: ignobilis gladio feritur: seruus, vel libertus bestiis subiicitur: *vt C. ad leg. Fa. de plag. l. fin. & ff. ad legem Fab. l. fi. in fi.* Item quædam ciuilis pœna olim imponebatur. quæ cessat hodie: *vt ff. eo. l. fi.*

Sunt præterea.] Casvs. Scire debetis, quòd omnia ferè iudicia publica, de quibus tractatū est à principio istius tituli vsq; huc sunt publica, & capitalia. Modò autē est tractaturus Iustinianus de quibusdam iudiciis, quæ sunt publica, sed non capitalia: & enumerata ea in litera. Prima est lex Iul. de ambitu. Secunda est lex Iul. repetundarum. Tertia est lex Iul de annona. Quarta est lex Iul. de residuis. Quando autem, & in quibus casibus locum habeant istæ leges, plenè habes notatum in Gl. ordin. Istæ autem leges minorem pœnam, quàm capitalem inferunt eis, qui præcepta earum, siue earum iudicia neglexerint. Franc.

u ¶ *Lex Iulia de ambitu.* quæ habet locū in quatuor [g] casibus. 1. Primò si quis dederit clam pecuniā, vt aliquē sortiatur honorem non in ciuitate Romana nam ibi cessat hæc lex, cùm princeps ibi eligat: *vt ff. ad leg. Iul. de ambi. l.j. in principi.* Ideò dixi, *clā*, quia palam potest: *d vt ff. de pollicitat. l.j. § j. & ff. de officio præto. l. Barbarius.* 2. Secundò habet locum quando quis stat in magistratu vltra annum: *vt C. ad leg. Iuliam de ambitu. l.j*

† Sic emenda i. ex conciliu. Cōstantini, cuius sententia atricidæ mor amatorū, nō Cornelia, aut Pompeia lege cōercentur. *Iuuenalis.*

† Nota diligēter hunc locū, qui vult iudices ita delinquētes vna cū adiutorib. pœna corporalis, naturalisque mortis plecti. quod vult, & tex. in *l. r. C.* licet Glo. illic exponat pro deportatione, quod pugnat cum hac, & illa litera: *vt hic not. Io. de Plat.*

a Furtum committit, qui scies rem alienā furtiuam custodiendam recipit: *vt hic. adde Capol. in l. 1. C. pro emptore.*

b Dic idem in adulterio & stupro: *vt not. Gl. supra eo. §. 2.* regulariter autem durat per annos xx. *l. querela. cum ibi no. C. de fal.* Ang.

† Phaniam vocant hanc legē Beroaldus, Perottus, Catellianus Cotta: Flauiam verò (id quod magis placet) Pōponius Lætus vir ætatis suæ doctissimus, à Flauio quodā tribuno plebis. Fauiam autem alij.

† Qui est affectati honoris crimen. Distat autē ab ambitione: quòd ambitus in actu sit, ambitio verò in animo. Cæterū quod iura ciuilia pure dicūt: iura cano. simoniam appellāt.

c Ambitus lex quatuor cāsib. locum habet. d Negat Ioan. Fab hoc esse verum: *vt l. in cos. ff. de iure. & in Authen. vt iudi. sine quo. suf. per totum & ff. de mu. & ho. l. existimationem.* Dic itaque pro honore sine administratione ōsequenda rectè dari: non autem cū administratione: *secundum Bar. & Ang.*

3. Tertiò si quis ingreditur domum iudicis cognoscentis de causa criminali: *vt ff. ad leg. Iuliam de amb. l. j.* 4. Item quartò, si quis iudex nouum vectigal instituerit: & est pœna centum aureorum: *vt ff. ad legem Iuliam de ambitu. l.* j. Sed in casu deportatur: quando scilicet bis idem officium continuè est assecutus: *vt C. ad legem Iuliam de ambitu. l.* j. Sed fallit in assessore: *vt C. de assess. l. licet.* Item in proconsule: *vt ff. de offi. proconsulu. l. antepenult.* 1. Vel dic ibi fascibus: id est, sex mensibus, quia tantum durabat eius officium. Accvr.

a ¶ *Lex Iulia repetundarum.* Quæ habet locum quando iudex per pecuniã facit aliquid, vel omittit: *vt ff. ad leg. Iul. repetun. l. j. iij. iiij. v. vj.* & *vij.* Esculentum tamen potest accipere iure veteri: dummodò non nimis magnum: *vt ff. de offic. procon. l. solent. in fin.* Sed iure nouo non, nisi quando deficeret salarium: *vt in Authent. vt iudices sine quoquo suffragio. §. scriptum est exemplar huius versicu. quapropter. ibi, aut si non est. coll. ij.* Pœna autem huius legis est ciuilis in quadruplum: *vt C. ad legem Iul. repetun. l. j.* criminalis extra ordinem: *vt ff. ad legem Iul. repetun. l. lex Iulia. § hodie.*

a ¶ *Repetundarum.* De pecuniis repetundis primus quæstionem constituit L. Piso tribun. pleb. neque adduci possum, vt credam eum, aut plures alias, aut omnes quæstiones publicas constituisse: nam quod ait M. Tullius *in Bruto*, Quæstiones perpetuæ hoc adolescente constitutæ sunt, quæ anteà nullæ fuerunt, mihi valdè à mendo suspectum est: & quia quæstiones perpetuas nusquam legi. & in lib. vet. Sebastianus Conradus, vir eruditissimus ita scriptum esse annotauit, Quæstiones p. Crediderim igitur scriptum initio fuisse. Quæstiones p. rep. quod est pecuniarum repetundarum: alioquin inconsequenter subiicit M Tull. L. enim Piso trib. pleb legem primus de pecuniis repetundis Censorino. & Manlio Coss. tulit. Confirmat etiam me plurimùm quòd idem auctor eisdem penè verbis *in lib ij. offic.* De pecuniis, inquit, repetundis à L. Pisone lata est lex, nulla antea cùm fuisset. Cviac.

b ¶ *Lex Iulia de annona.* Hæc lex locum habet quotiens quis facit vt annona carior sit: & est pœna in eum statuta viginti aureorum: *vt ff. ad leg. Iul. de annona. l. ij.*

a Lex de residuis quid contineat.

c ¶ *Lex Iulia de residuis* Et hæc [a] lex habet locum quãdo aliquid superfuit ex aliqua administratione publica, & ipse in vsum suum conuertit, cui erat illa administratio commissa: *vt ff. ad legem Iul. pecu. l. ij. & iij. §. lege.* Pœna autem huius legis est tertia parte ampliùs, quàm debet. quod Pe. sic dixit, vt esset in quadruplum. 1. Vel dic amplius tertia parte: quia punitur in simplum, & in tertia parte simpli: *vt ff. ad leg. Iul. pecu. l. iij. §. sed & qui pecuniam. in fi.* maximè quia pœnæ restringendæ sunt: *vt ff. de pœn. l. interpretatione.* Addition. ¶ Nota quòd in istam legem incidunt officiales, siue camerarij, qui habent ex administratione publicas pecunias, & finito officio aliquid retinẽt, quia tenentur ista lege, & pœna suprà dicta. Et etiam aduertas quòd ista pœna, & lege tenẽtur officiales, qui vnam collectam impositam in communi, destinatam pro vsu & necessitate communis: ipsi conuertunt dictam pecuniam in aliũ vsum, quia etiam si esset pro necessitate cõmunis: tamen incidũt in istam legem, vt est casus *in l. ij. ff. ad legem Iul. pec.* secundùm Angelum.

d ¶ *Subiiciunt,* scilicet leges prædictæ quatuor. 2. Vel dic, quòd loquitur indefinitè: vt patet in inferioribus.

e ¶ *Earum.* scilicet legum. nam in contractibus, & aliis, quæ debent de iure sortiri effectum, & non sortiuntur, iudicat lex non valere: *vt C. de leg. & con. l. non dubium.* Item [a] in criminalibus variæ constituuntur pœnæ: quarum quædam sunt ordinariæ, quæ scilicet habent certam pœnam aliqua lege inductam, vt patet per multas rubricas. *ff. de publi. iudic. & in sequentib.* Aliæ sunt extraordinariæ: *vt ff. ad senatusc. Turpil. l. & in priuatis. & ff. de extraord. cri. l. j. & in sequentib. usque ad tit. de pub. iudi.*

Sed de publicis iudiciis.] Cassvs. Dixi Iustiniano: Domine, quare tantùm de publicis iudiciis tractastis. & tot exempla de eis posuistis? Frater (respondet dominus Iustinianus) hoc fecimus ad vtilitatem vestram: scilicet vt de eis aliquam notitiam generalem haberetis, siue cognitionem: sed plena eorum cognitio, siue scientia ex latioribus Digestorum libris, Deo propitio, aduentura est. Modò autem sufficiat vobis hæc summo digito, & quasi per indicem tetigisse. Et nota, quòd per duo verba, *aduentura*, & *summo digito*, duo dat nobis intelligere: scilicet profunditatem, per hoc quod dicit, *summo digito*: & beatam spem, per hoc quod dicit, *aduentura*. hoc dicit Franciscus Aretinus.

f ¶ *Summo digito.* id b est longiori digito, cum quo quis tangere potest altiùs, quàm cum aliis, qui dicitur medius. Accvr.

g ¶ *Per indicem.* id est per alium digitum, qui dicitur index, 2. Vel dic, & meliùs, quòd hæc dicta sunt, vt sint index, siue demonstratio aliorum dicendorum: sicut & sub gallina ouum dimittitur, vt sit index ad hoc, vt ibi alia faciat oua, & idem in his, qui aucupantur ad columbas.

h ¶ *Aduentura est* vt *ff. de publicis iudicijs. per totum librum, vsque ad titulum de appellationibus, qui sequitur.* Accvr. Flor. Addition. Velit rex cœlestis nostra crimina omnia & priuata, & publica tollere: ne nos æthereas ad sedes impediant ascendere. Amen.

¶ Summo digito, & quasi per indicẽ, oratio est certè elegans, metaphoricè sumpta, & translata, vt iuuat hic se Iustinia. perstrinxisse, & leuiter attigisse. nã quod leuiter volumus attingere, id summo digito id est, digiti summitate facere solemus, & per indicem quasi per capita, & summatim dixisse videri velit: *vt not. Alcias. ad ff. lib. 4. de verb. sig. mis.*

b Deo propitio, dixit, formula veterib. satis vsitata. Vt enim Deos iratos, infantis. & aduersis rebus imprecabantur: ita Deos propitios, & faciles contrarijs precabãtur: *vt ad hunc locum scribit Ioan. Ramus in suis commentarijs.* Et verò Stoicorum sententia ita fit (quæ apud Ciceronem *in Academicis* extat.

a Pœnæ in criminalibus sunt ordinariæ, & extraordinariæ.

b Summo digito, & per indicem attinget quid sit, Accursius hic ignorat.

INSTITVTIONVM FINIS.

REMIS

REMISSIONES IN INSTITV-TIONES IVSTINIANI.

SVPER has Institutiones vide Anselmum: & doctissimos Iacobi Cuiacij Commentarios: vide Georgij Bernardi diuisiones in his quatuor Institutionum libris. Horum autem Institutionum finis est vt sint prima legum cunabula, & elementa quibus iuuenes instructi ad penetralia iuris accedere facilius possint: sic Græci, vt ait Harmenop. *lib.1.tit.1.§.8.* Latini non modò Iurisconsulti, sed & Theologi Institutiones dixerunt: Lactant. *1.cap.1.*

Proœmium.

§. Imperatoriam.

Pro intellectu huius proœmij, vide Cuiacium *lib.4.obseru. cap. 24.* Constantium Landum *enarrat. in tit. de iusti. & iure.cap. 3.* ex professo Ioānes Rod. Hispanus ad eum §. scripsit.

Princeps Romanus.

Quasi diceret, Imperatorem non ex armis tantùm, sed ex legibus gloriosam sibi victoriam comparare. Nota autem hîc Imperatores Romanos olim dictos fuisse principes, qua de re scribit Tacitus *lib. 1. annalium.* Aristot. *lib. 7. politic. cap. 9 & lib. 2. cap. 8. lib. 1. cap. 3. lib. 7. cap. 14.* Plato *in lib. de Repub.* Cicero *lib. 1. officiorum.* Plato *lib. 5. de Repub. & lib. 2. de legibus.*

§. Quorum vtramque. 1.

Vide Forcatulum *nec yom. dialo. 37.* Contium *lib. 1. lect. successiuar. cap. 7.*

Barbaricæ gentes.

Hi sunt Pagani, non autem Christiani: quas autem barbaras gentes intelligat hîc Iustinianus, pulchrè declarat hîc Hotomanus.

Post tanta temporum spatia.

Quot annos Vandali Africam obtinuerint, declarat Procopius: vide *l. 1. in princi. ff. de offic. præfect. prætorio.*

§. Omnes verò. 2.

Quantum Iustinianus Imperator legibus præstiterit, declaratur hoc §.

Ad immensa veteris prudentiæ.

Vide Duaren. *lib. 2. disput. cap. 6.*

Per medium profundum.

Sic Liuius 31. *Prouideo animo in vastionem me altitudinem, ac velut profundum inuehi.*

§. Cúmque hoc. 3.

Crinitus *lib. 10. de honest. disciplcap. 12.* Alciat. *lib. 4. disput. cap. 3.*

Exquæstore sacri palatij.

Plin. 7. *& 8. epistol.*

Ab antiquis fabulis.

Fabulas appellat leges, quæ non sunt in vsu. Amm. Marcel. *lib. 30.*

§. Igitur post. 4.

Virum excelsum Tribonianum.

De fide Triboniani in iure constituendo, vide Harmenop. *lib. 1. tit. 1. §. 10.* & Suidam.

§. Quas ex omnibus. 5.

Caij nostri.

Caium nostrum appellat, quoniam eo authore præcipuè vsus est: sicut de Scæuola, quo frequenter vtuntur: solent Paulus, & Tryphoninus dicere, Scæuola noster. Hîc autem Caius fuit Adriani Impe. temporib. *l. vtrum. ff. de reb. dubijs. l. nuper. ff. de donatio. inter vir. & vxor.* Anton. Aug. *lib. 3. cap. 7.*

§. Summa itaque. 6.

Ad hunc §. vide Rainaldum Corsum *indagat. lib. 2. cap. 13.*

Liber primus.

In hunc librum primum scripsit Syluester Aldobrandinus: & Cuiacius.

Institut.

Titulus 1.

De iustitia, & iure.

Ad hunc titulum scripsere Vlpianus de Zanis, & Ferdin. Zoazes. Rainaldus Corsus *lib. 1. indagat. cap. 11. & lib. 2. cap. 14.* definitur autem iustitia hîc, constans & perpetua voluntas ius suum vnicuique tribuendi. *l. iustitia. 10. h. t.* vel animi affectio suum cuique tribuens, ac societatem coniunctionis humanæ mirificè, & æquè ruens. Cicero *5. de finibus.* Aristo *lib. 5. Ethic. cap. 1.*

§. Iurisprudentia. 1.

De hoc Alciat. *lib. 2. disput. cap. 8.* Huius autem versiculi sensus verus, ac germanus mihi esse videtur, vt iurisprudentia nos doceat quomodo ius, & leges cognoscamus: per diuinas res intelligimus quæstiones de religione, cæremoniis, & de fide: & per humanas quæstiones intelligimus de Republ. de legibus, de bello, de pace, de vectigalibus. & de iure ciuili. Cicero *lib. 3. de orat. & lib. 2. de legibus, in* Topicis. *& 1. de orator.* Aristot. *lib. 5. Ethic.*

§. His igitur. 2.

Iustinianus expositurus iura populi Romani pollicetur se accommodaturum suas præceptiones ad capacitatem discentium: qua in re imitatur statuarios, qui primùm rude aliquod opus effingunt, deinde paulò diligentiùs exponunt, & ad extremum, supremam manum imponunt: Fab. *in proœmio lib. 8. Instit. orat. lib. 1. cap. 2. & 3.* Cicero *Tuscul. 5.* Aristot. *lib. 5. Ethic.*

§. Iuris præcepta. 3.

Vide Ræuardum *lib. 1. varia. cap. 1.* Mecerium *lib. 2. opinion. cap. 2.* Valtherum *lib. 2. miscellaneor. cap. 7.* Declaratur autem hîc Iurisconsulti triplex officium: qua de re Tull. *lib. 3. officio, & lib. 3. de finibus.* Aristo. *lib. 5. Ethic. cap. 1. & cap. 3.*

§. Huius studij. 4.

Hoc desumptum est ex Vlpia *in l. 1. §. 1. h. t.* Fab. *lib. 2. cap. 4.* sacrum publicum, & priuatum ponit: sed publico continetur sacrum, vt notat Budæus hîc Alciat. *in l. pupillus. §. munus. ff. de verbo. significa.* Aus. *idyl. 15.* Cicero *in partitionibus, & de legibus, l. 5. §. vlt. & leg. seq. ff. de cap. min.*

Titulus 2.

De iure naturali, gentium, & ciuili.

Iuris priuati, quod partim ex naturæ præceptis: partim ex institutis gentium, & partim ex ciuitatis statutis compositum est, tres traduntur hîc species. naturale nempe, gentium, & ciuile. de quibus speciebus ordine nunc disserimus, quæ enumerantur quoque ab Vlpiano, *in l. 1. §. 1. & §. ius naturale. ff. de iustitia & iure.*

Ius naturale est.

Rainaldus Corsus *lib. 1. indagat. cap. 10. & 13.* vide Bart. *in tracta. de testamentis. chart. 151.* qui ponderat hunc textum ibi, & vide in simili Bald. *in l. 1. col. fin, vers. 6. principaliter quaro. circa fin. de rebus dubijs.* Vide declarationem ad illum textum per Hostiens. *in summa, extrà, de sponsal. sub rubr. illa de matrimonijs in 2. colum. in fin.* vide multa conferentia ad materiam iuris *in extrauagant. bonis. incip. rem non nouam. in Glo. quadam magna.*

§. Ius autem ciuile. 1.

In hunc §. Forcatulus *auiarij cap. 2.* Quot, & quibus modis ius ciuile accipiatur, declarat hoc loco Imperator. coniunge autem cum hoc §. *l. 9. ff. de iustitia & iure.*

Partim suo proprio.

Cicero hac de re 1. *de legibus, & in oratione pro Balbo.* Arist. *lib. 5. Ethic. cap. 6. & 7.* Cicero *lib. 3. officiorum.*

Vocatúrque ius ciuile.

Sic Cicero *in Topicis* idem ius sic definit, vt sit æquitas constituta iis, qui eiusdem ciuitatis sunt ad res suas obtinendas.

§. Sed ius quidem 2.

Magius *lib. 1. miscellan. cap. 16.* Zoannetus *rerum quotidia. cap. 60.*

Vel draconis leges.

Perperam hîc Draconem facit legislatorem Lacedæmoniorum, cùm fuerit ἀναγραφεὺς νομοθέτης. Draconis meminit Aristoteles *lib. 2. politic. cap. vlt.* Plutarchus, & Laertius in Solone. Agel. *libro 11. cap. 18.*

Quirites à Quirino.

Varro *lib. 4. de ling. Latin.* Cicero *1. de legib.* Ouid. *2. Fastor.* Dionys. *lib. 2.*

§. Constat autem. 3.

Vide Platonem *8. de repub.* Ræuard. *de auth. prud. cap. 14.* hoc desumptum est ex Vlpiano *in lib. 6. & 7. ff. de iustitia & iure.* Cicero *in Topicis.*

Ius autem gentium.

Ad Glo in verbo *pone, in fine.* vide Bart. eum reprobantem *in l. ex hoc iure. in 6. colum. in 3. num. ff. de iustitia & iure.* Et de hoc vide aliquid in vltima quæst. super §. *quod ferè. eod. tit.*

§. Lex autem. 4.

De lege Hortensia, vide Gellium *lib. 2. cap. 25.* Verùm nota hîc nomen *legis* varias apud auctores nostros significationes habere: primùm enim *legis* appellatione omnes iuris Romani scripti partes: imò etiam aliorum populorum iura scripta comprehenduntur: *vt in l. omnes. ff. de iustitia & iure. & in §. ius autem sit. l. de quibus. ff. de legibus. l. legitima. ff. de pactis.* eáque ratione plebiscita nonnumquam leges appellantur. nam & Aquiliam, & Falcidiam, leges appellamus, cùm plebiscita esse constet: vide Dion. *lib. 48.*

§. Senatusconsultum. 5.

Cùm populus Romanus multum excreuisset, vt difficile conuocaretur gratia ferendarum legum, ad Senatum deuoluta fuit ista summa potestas, ideóque quicquid Senatus decreuisset, pro lege seruabatur. sed hodie apud nos supremi senatus legum authoritatem non habent: quoniam exemplis iudicandum non est: sed legibus, constitutionibus, & moribus.

§. Sed & quod. 6.

Duarenus *lib. 1. disput. cap. 19.* Contius *lib. 2. lect. ca. 8.* Charondas. Longollius post tractatum de seruitutum vsucapione. Hic autem locus descriptus est ex *l. 1. ff. de constit. princip.* obiter tamen hîc notabis, omnia, quæ principi placent, legis vim non habere: quid enim si princeps paciscatur, aut contrahat cum aliquo, an hanc conuentionem ius facere dicemus: pari modo nec quælibet interlocutio, quam protulit in aliquo negotio princeps, ius facit: quia non voluit princeps eam pro lege haberi: veruntamen addendum est ita demùm quòd principi placuit legem esse, si non aduersetur rectæ rationi.

§. Prætorum quoque. 7.

Cuiacius *lib. 8. obseruat. cap. 38.* coniunge cum hoc §. *l. 2. §. 5. ff. de origine iuris.* pertinet etiam hîc quod Tullius a t, edictum prætoris legem esse annuam.

§. Responsa. 8.

Gomesius *lib. 2. variar. lectio. cap. 30.* Cuiacius *lib. 7. obseru. cap. 25.* vide libellum Ræuardi, *de authoritate prudentum.* Iurisconsultorum authoritas quę & quanta fuerit, declarat Cicero *in oratione pro Cæcinna.* Eutropius *lib. 8.* De responsis prudentum, & à quo ius respondendi de iure peteretur, vide *l. 2. §. 47. de origine iuris.*

§. Sine scripto. 9.

Ius non scriptum est, quod vsus comprobauit: vsus, inquam, non repugnans iuri naturali, & rectæ rationi: item vsus frequens, & inueteratus, hoc est plurimorum annorum vsus: nam vt id, quod moribus constitutum esse dicitur, vim iuris obtineat, in primis requiritur, vt ne iuri naturæ

aduertetur, quod tam non scripti, quàm scripti iuris vnica est norma quòd si cum eo pugnet, nullius momenti erit. *l. quod non ratione. ff. de legib. l. 2. C. quæ sit longa consuetudo.*

§. Et non. 10.

Rainaldus Corsus *lib. 1. indagat. cap. 12.* redditur autem hic ratio, cur ciues Romani partim iure scripto, partim non scripto vtantur: quoniam origo iuris fluxit ab institutis, vt ait Pomponius *in l. 2. §. 1. ff. de origine iuris.* qua de re Liuius *lib. 3.* Halicarnasseus *lib. 10.*

§. Sed naturalia. 11.

Ponitur hîc differentia inter ius naturale, & ius ciuile: naturale etenim, de quo suprà dictum est, mutari non potest vlla ciuili ratione: sed ius ciuile mutatur pro morum, & temporum varietate.

§. Omne autem. 12.

Quidam hîc faciunt initium tit. *de iure personar.* vt Cuiac. Hæc autem diuisio maximè notanda est: quoniam continet argumentum librorum Institutionum, & ordinem, ac methodum horum librorum: de argumento proponit: quia quicquid in sequentibus titulis scriptum est, agit vel de rebus, vel de personis, vel de actionibus. ad ordinem quod attinet, is talis est, vt primùm agat de personis: vt lib. 1. secundò de rebus: vt lib. 2. & 3. & princ. lib. 4. tertiò de actionibus: vt in tit. de actionib.

Titulus 3.

De iure personarum.

Huic Titulo respondet apud Harmenopulum *tit. de libertatibus, lib. 1. tit. 18.* adde titulum Pandectarum de iure personarum. Caius *1. Instit. cap. 13.*

Summa itaque.

Omnes homines aut liberi sunt, aut serui. Hominum quisquam neque est, neque fuit vnquam, qui ad alterum horum non pertineat: etsi enim quidam sint, de quorum statu probabiliter dubitetur: quales sunt statuliberi, & addicti: qui tamen rem paulò propiùs inspiciet, facilè animaduertet eos horum generum alterutro contineri. coniunge *l. manumissiones. ff. de iustitia & iure. & l. si id, quod seruus. ff. de condi. indeb.*

§. Et libertas. 1.

Quid sit libertas, declaratur hoc §. vide apud Harmenop. 1. *tit. 2. & l. 4. ff. de statu hominum.* de libertate vide Bart. in tract. *schis. 8. col.* vide Glo. vt per Ange. *Instit. de iure personar.* & Bald. *in l. libertas. ff. de statu hominum.* plura de libertate, & maximè partiæ, vide per Ioan. Niuer. *inter cons. Alb. Brun. cons. 12. col. 1.* Speculat. *de treuga, & pace, ad finem.*

§ Seruitus autem. 2.

Proponitur hîc seruitutis definitio, quæ maximè notanda est: aliter eam definit Cicero *in paradoxo.* Quint. *lib. 2. cap. 3.* An seruitus naturæ contraria sit, vide Aristot. *lib. 1. politic. cap. 3. & 4.* Senec. *declam. 7.* Bart. *in l. 1. in vers. quæro. ff. de seruit.* de diuisione seruitutis vide *can. cum redemptor. 12. q. 2.*

§. Serui autem. 3.

Antonius Augustinus *ad l. si mulieres. § planè ignominia. ff. de excusat. tuto.*

Quòd Imperatores captiuos venderent, vide Gellium *lib. 7. cap. 4.* Plaut. *in Pers. & Halycarn. lib. 4.* Cicero *in orat. pro Flacco.*

De mancipiis vide Varronem *de lingua Latina.* Macrobium *Saturnaliorum lib. 3. cap. 7.*

§. Serui autem. 4.

De seruis, qui ex ancillis nostris nascuntur, vide Festum *lib. 10.* & Nonium. hos prudentes vernas vocabant. confer hunc §. cum *l. 5. de statu homi.* quæ ad hunc locum explicandum mirè confert: tametsi verba diuersa sint.

Ad pretium participandum.

Alij, vt Cuiacius, habent, *participandum.* Sed perinde est. nam qui pretium, quo venditur, non participat is, licet maior 20. annis fuerit, cùm distraheretur, ad libertatem nihilominùs proclamare potest. *vt l. 1. ff. quibus ad libert. proclam. licet.*

§ In seruorum. 5.

Nihil interest vtrùm quis natus, an factus sit seruus. at verò multum refert, vtrùm quis natus, an factus sit liber: quamuis quantum ad ministeria attinet, & officia seruorum, inter se differant: serui enim alij sunt actores, alij atrienses, alij mediastini, alij ordinarij, alij vicarij.

Titulus 4.

De ingenuis.

Vide Caium *1. Instit. §. 1.* & Harmenopolum *lib. 1. tit. 18. §. 5.* Hic autem totus Titulus ex Mart. petitus est, *l. 5. ff. de statu hominum.* Vlpian. *in fragmen.* Paul. *lib. 2. senten. cap. 25.*

Ingenuus est.

Ingenuus est omnino liber: quoniam in eo nec seruitus, nec vllum seruitutis vestigium est. porrò ingenuus est, qui nascitur liber, vt definitur hoc tit. vel qui natalibus à principe est restitutus. qua de re agitur *lib. 40. Pandect. tit. 2. & lib. 6. Cod. tit. 8. Nouel. constit. 78.* Cicero *libro 3. de natura deorum.* Liuius *lib. 10.*

§. Cùm autem. 1.

Mercerius *libro primo opinionum, cap. 10.* Coniunge *l. 2. C. de ingen. manumiss. & l. 21. de captiu.* An, & quæ differentia sit inter seruum esse, & in seruitute esse, vide Fab. *lib. 7. cap. 3.* Paul. *5. senten. tit. 1.* vide glo. magn. *suprà tit. 1. in 2. parte.*

Titulus 5.

De libertinis.

Augustinus *ad leg. 1. §. 1. ff. de excusat. tutor. & lib. 3. emend. cap. 7. in fine.* Ne homines perpetuò ista belluina, & misera seruitute tenerentur, veteres eius tollendæ causa varios inuenerunt modos: qui hîc enumerantur. interest enim Reipublicæ, ciuitates repleri liberis hominibus: & libertas res est inæstimabilis.

Libertini sunt.

Obseruandùm hîc est, antiquitus libertinos dictos fuisse, non qui manumissi fuissent: sed qui ex iis essent procreati, id est liberos eorum, qui manumissi essent: qua de re Sueton. *in Claud. cap. 24.* posteà verò libertinos appellatos, qui cùm serui fuissent, libertatem consecuti essent: & hoc sensu passim in hoc titulo, & in libris nostris verbum hoc vsurpatur.

§. Multis autem. 1.

Rævardus *lib. 4. var. cap. 9.* vide Cornelium Tacitum *lib. 13.* Politianum *miscel. 198.* vide *l. 1. C. de Latina libertate tollenda.*

Vindicta.

Vindicta virgula erat, quam lictor serui manumittendi capiti imponens eundem in libertatem vindicabat. qua de re Vlpia. *in fragm. tit. 1.* Boët. *in Topicis Cicero.* Theophil. *in §. vlt. h. t.* meminit etiam huius virgulæ Plutarchus in libello *de iis, qui tardiùs à Deo puniuntur.*

§. Serui verò. 2.

Rainaldus Corsus *lib. 1. indagat. cap. 15.* monet autem hîc manumissionem quouis tempore, & loco fieri posse: quod quomodo intelligendum sit, optimè declarat hîc Hotom.

§ Libertinorum. 3.

Ad intellectum huius §. vide Alciatum *lib. 1. parerg. cap. 16.* Fernandum *lib. 2. explic. cap. 18.* Marcum Veranium *de iur. lib. 1. cap. 29.* Politianum *miscella. 84.* Turneb. *lib. 7. aduers. cap. 22.*

Titulus 6.

Quibus ex causis manum.

Hoc titulo explicatur lex Ælia Sentia, quæ lata fuit Augusti temporibus. Sexto Ælio. & L. Caninio consulib. eius capita quot, & quæ notat Iul. Pac. *in lib. 1. Instit.* huc etiam pertinet titulus *ff. qui, & à quibus manum. & tit. quæ in fraud. credit.*

Non tamen cuicumque.

Lex Ælia Sentia.

De lege Ælia Sentia Connan. *lib. 1. cap. 5.* Vlpian. *in fragmen. tit. 1.*

§. Licet autem. 1.

Contius legit, *licèt tamen*, sicut & apud Theophil & in aliis exemplaribus legitur.

Qui soluendo non est.

Is dicitur non esse soluendo, qui non potest soluere solidũ, quod debet, siue nihil, siue partem tantùm soluere possit. *l. soluendo. 114. ff. de verb. sign.*

§. Idémque iuris. 2.

§. In fraudem. 3.

Ad materiam istius §. vide Iason. *Instit. de action. §. item si quis in fraudem. col. 9.*

§. Eadem lege. 4.

Consilium exercere quid sit, vide Alciat. *lib. parerg. cap. 41.* Anton. Aug. *cap. 2. lib. 1. emendat.*

§. Iustæ autem. 5.

§. Semel autem. 6.

§. Cùm ergo. 7.

Titulus 7.

De lege Fusia Caninia tollenda.

De varia huius tituli inscriptione, vide D. Goth. Iul. Pacium, & alios.

Lege Fusia.

Titulus 8.

De his, qui sunt sui, vel alieni iuris.

Sequitur de iure.

Hic locus descriptus est ex *lib. 1. Institutionũ Caij. tit. 3.* & ex *l. 1. ff. de his qui sunt sui.*

§. In potestate. 1.

In hoc §. duo tractantur: primùm ostenditur quæ sit origo potestatis, quam domini habent in seruos: secundò referuntur effectus herilis imperij, seu potestatis dominicæ.

§. Sed hoc tempore. 2.

De constitutione diui Antonini, vide Senecam *lib. 3. de beneficijs.*

De dominorum asperitate, vide Macrob. *libro 1. Saturn. cap. 7.*

§ Sed & maior. 3.

Corrasius *lib. 1. miscellan. cap. 23.* De Asylo, siue de æde sacra, vide Cicer. *Verr. 3. & 4.* Liuius *lib. 23.* Senecam *lib. 1. declam.* Tacitum *lib. 3.*

Titulus 9.

De patria potestate.

Rævardus *ad leges duodecim tabularum, cap. 3.* ad illam materiam vide *l. patre, de his, qui sunt sui, vel alieni iuris.*

Et ad Gloss. in verbo *ius autem.* vide text. *in l. cùm oportet. §. non autem. ibi, patria potestas. C. de bon. possess. contra tab.*

In potestate nostra.

Locus hic desumptus est ex *l. 3. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris.*

§. Nuptiæ autem. 1.

De nuptiis, siue de matrimonio, vide Gellium *lib. 4. cap. 3.* Rainaldum Corsum *lib. 1. indagat. cap. 16. & 29. l. 10. & 11. ff. de ritu nup.* nota autem hic differre nuptias à matrimonio: nuptiæ etenim sine matrimonio esse non possunt: at matrimonium sine nuptiis esse potest. Papinianus *15. Resp.*

§. Ius autem. 2.

Forcatul. *necyom. dialog. 15.* Vaconius *lib. 1. declam. cap. 8.* Halicar. *lib. 2.*

De iure potestatis & quibus proprium sit, vide Alcia. *2. disput. cap. 22.* Valerium Maximum *lib. 5. c. 8.* Huius etiam iuris meminit Liuius *lib. 1.* vide Alci. *in l. potestatis. ff. de verbo signif. §. in potestate.* Ad gloss. in verbo *ius autem.* adde text. *in l. cùm oportet. §. non autem. ibi, propria potest &c.* per quem text. videtur addi vnus effectus patriæ potestatis.

§. Qui igitur ex te. 3.

Coniunge *l. 4. & 5. ff. de his, qui sunt sui.* confer hunc locum cum *l. 2. §. nam qui. ff. de his qui sunt sui.*

Titulus 10.

De nuptiis.

Antonius Guibertus *libro primo quæstionum iuris cap. 12.* Contius *lib. 1. lect. cap. 8.* Declaratur autem hoc titulo quæ sint iustæ nuptiæ, ita vt quidam existiment, *de iustis nuptijs* legendum esse. continet itaque hic titulus rudimenta tituli Pandectarum *de ritu nuptiarum,* & tituli Codicis *de nuptijs.*

Iustæ

Iustas autem.

Vt legitimæ sint nuptiæ in primis requiritur, vt hi, qui coëunt, ciues sint Romani: hac de re vide Strabo. Halicar. & Sigon. *de iure antiq. ciui. Rom. lib. 1. cap. 9.* Papinianum 15. *Responsorum.*

Masculi quidem puberes.

Quod impuberes iustas inter se nuptias contrahere non possint, declarat Plato *lib. 11. de leg.* 16. Macrob. *lib. 1. in somn. Scip. cap. 6.* congruit *l. 4. ff. de ritu nuptia. Nouel. 100. & Leonis 78.*

§. Ergo non omnes. 1.

Coniunge cum hoc §. *l. 50. & l. vlt. ff. de ritu nupt.* nota autem hîc nuptias contrahi non posse inter eas personas, quæ parentum, liberorúmve locum inter se obtinent: quod optimè declarat Xenophõ *in libro Κύρου παιδ.* & Plato *lib. 8. de legibus. & Augu. de Repub.* ratio autem huius rei affertur ab Aristotele *lib. 2. politicor.* hac de re præclarè Philo *in decalog. lib. 1.*

§. Inter eas quoque. 2.

Ad huius §. faciliorem intellectum, vide *l. 18 ff. de ritu nuptiar.* loquitur enim ibi Iurisconsultus de nuptiis prohibitis inter cognatos ex transuerso gradu. Summa autem prohibitionis nuptiarum, quæ hac iuris ciuilis parte continetur, hæc est, nempe nuptiæ prohibentur inter eos, qui coniuncti sunt vel in secundo, vel in tertio, & in quarto gradu in linea inæquali.

§. Fratris verò. 3.

Congruit cum hoc §. *l. 17. Cod. hoc tit. & l. 12. ff. de ritu nuptiarum.*

Sororis filiam.

Ambrosius *epist. 66. 12.* scribit ex quarto gradu vxorem ducere licere.

§. Duorum. 4.

Contius *lib. 2 cap. 1.* Tacitus *lib. 4. cap. 12.* dicitur autem consobrinorum nuptias lege esse permissas, vt videre est in lege Molaica, Genes. *cap. 29.* & iure ciuili hîc. & *l. 72. §. filiam ff. ad Trebel. l. 19. Cod. hoc titulo.*

§. Item amitam.

Amitam ne adoptiuam quidem vxorem ducere permittitur. *l. per adoptionem. 17. §. 1. ff. eodem.*

§. Affinitatis quoque. 6.

Ad huius §. intellectum sciendum est affinitatem esse personarum coniunctionem, sine vlla cognatione ex nuptiis procedentem, vt rectè definit hîc Theophilus.

Qui duas vxores.

De duabus vxoribus ducendis legem tulit Valentiniana. *histor. tripart. lib. 8. cap. 11.*

§. Socrum quoque. 7.

Socrum, aut nouercam ducere non possumus, quoniam parentum, liberorúmve loco habentur. *l. 4. §. 7 ff. de gradib. affinit.* vide epi. 1. *ad Corinth. ca. 5.*

§. Mariti tamen. 8.

Nuptiæ inter compriuignos iure contrahuntur. *l. generali. 34. §. 2. ff. de ritu nupt.* quoniam neque cognati inter se, neque affines sunt. *l. Titia. ff. de verborum obligat.*

§. Si vxor tua. 9.

§. Illud certum est. 10.

Nuptiis impedimento sunt seruiles etiam cognationes: *vt l 14. §. 1. ff. de ritu nupt.*

§. Sunt & aliæ. 11.

Personas alias, quę nuptias contrahere non possunt, notaui *in tit. ff. de ritu nupt.*

§. Si aduersus ea. 12.

Contius *lib. 2. disput. cap. 11.*

§. Aliquando. 13.

Cuius matrimonium: vide Alciat. *lib. 3. parado cap. 16.* Explicantur autem in hoc §. duo modi legitimandi: vnus si filius naturalis offeratur curiæ: alter si mater eius ex concubina fiat vxor: qua de re est *l. 10. C. de natur. libe.*

Titulus 11.
De adoptionibus.

Quæret hîc aliquis quare de adoptionibus potius, quàm de adoptione dixerit: sed (vt opinor) multitudinis numero vtitur, respiciens ad duas species adoptionis, quarum vna retinet nomen generis, vocarúrque simpliciter adoptio: altera dicitur arrogatio: magna tamen est differentia. adoptamus etenim coram magistratu alienum filiumfamilias: arrogamus authoritate principis patremfamilias. vide Harmenop. *lib. 2. tit. 8.* Caium 1. *Instit. cap. 5.* Vlpian. *in frag. tit. 8.*

Non solùm autem.

Totum hoc ex Vlpiano desumptum esse videtur cùm ait, *non tantum naturales liberi in potestate parentum sunt, sed etiam adoptiui: l. 2. ff. de adoption.*

§. Adoptiõ autem. 1.

Quòd adoptio tribus, non duobus modis fiat, vide Valerium *lib. 7. cap. 9.* & Dion. *55. & 46.* Cicero *lib. 11. de legibus. & in orat. pro domo sua.* de arrogatione. vide Gellium *lib. 5. cap. 19.*

§. Sed hodie. 2.

§. Cùm autem. 3.

Forcatul. necyom. *dialog. 8.* Goueanus *lib. 2. variar. lect. cap. 10.*

§. Minorem natu. 4.

Rainaldus Corsus *lib. 1. indagat. cap. 18.*

§. Licet autem. 5.

Contius *lib. 1. lect. succession. cap. 6.*

§. Et tam filium. 6.

§. Sed si quis. 7.

§. In plurimis. 8.

§. Sed & illud. 9.

Turnebus *lib. 29. aduers. cap. 5.* Forcatulus *auiarij cap. 8.* Ferandus *lib. 2. explicat. cap. 19.* Magius *lib. 2. miscellan. cap. 5.* De Spadonibus vide Anto. August. *emend. lib. 3. cap. 5.*

§. Fœminæ. 10.

§. Illud proprium est. 11.

An Tiberius ante Augustum adoptauerit, vide Suetonium *in August. cap. 19.* & Tacitum *libro 12. annalium.*

§. Apud Catonem. 12.

Contius *d. cap. 6.* vide Gellium *lib. 13. cap. 18. & lib. 5. cap. 19.* iunge *l. fin. §. similique modo. C. de Latina libertate tollen. fol. 179. num. 58. repetit. 6.*

Titulus 12.
Quibus modis ius, &c.

Patriæ potestatis soluendæ hoc titulo enumerãtur modi, videlicet mors parentis, deportatio patris, vel filij, seruitus pœnæ, patriciatus, filij captiuitas, emancipatio, & adoptio. vide Harmen. *lib. 1. tit. 17.* Vlpia. *tit. 10.* Qui in potestate, mancipióve sunt, an, & quemadmodum ex iure liberentur, vide Paul. 2. *senten. tit. 25.*

Patriæ.

Existimant quidam hoc verbum, *Patriæ*, expungendum esse: quod hîc non solùm de patria, sed etiam de herili potestate loquatur.

Videamus nunc.

Ad intellectum huius §. vide *l. 5. ff. de his, qui sunt sui.*

An sacerdotium liberet filium à patria potestate, declarat hîc Bart. Morte patris, an, & quemadmodum patria potestas soluatur, vide Harmen. *lib. 1. tit 17. §. 2.*

§. Cùm autem. 1.

In hunc §. Alciatus *lib. 1. pareg.* De deportatione loquitur hîc Imperator, quæ quasi mors dicitur. qua de re est *l. verum. §. societas. ff. pro socio.* cui adde *lib. 9. & vlt. C. de senten. pass.* qui loci hunc pulchrè illustrant.

An, & quibus relegare concessum sit. An pater deportatus ciuitatem amittat. An captiuitas patris, vel filij dissoluat patriam potestatem: *vide Bart. & Bald. hic.*

§. Relegati. 2.

Vide apostil. Bart. qui reprobat glo. suam *in l. vt vim. ff. de iustit. & iur.* Et circa istud dictum vide Iaf. *Instit. de actionib.* super definitione in glo. in verbo, *quamuis*, vide Bart. *in l. amissione. §. qui deficiũt. de capit. deminut.*

An relegatio patris, & filij ius patriæ potestatis adimat. An bannitus æquiparandus sit deportato: vide hîc Bald. An, & quæ differentia sit inter relegatum, & deportatum, Theoph. hîc.

§. Pœnæ seruus. 3.

Pœnæ seruus effectus filios in potestate habere desinit. Serui autem quomodo pœnæ efficiantur, declarat hoc loco Imperator. Grauitatem autem huius supplicij describit Diodo. Sicul *lib. 6. l. sunt quidam. 7. de pœnis.*

§. Filiusfamilias. 4.

Turnebus *lib. 15. cap. 16.* Quæ autem dignitas filium à patria potestate liberet, declarat hîc Iusti. qua in re consule *l. vlt. C. de consul. l. si maritus. 7. C. de patria potestate.* vide Halicar. *lib. 2.* vide Budęum in Pandectas.

Imperialibus codicillis.

Quid sibi velint hæ duæ voces optimè explicat Sueton. *in Claud. cap. 20. Nouel. 81.*

Vide glo. *in ca. indecorum. de ætate, & qualitate.*

§ Si ab hostibus. 5.

Vide ad quid alleget hunc text. *in l. si is, qui pro emptore. col. pen. de vsucap.* præterea ad intellectum huius §. vide *l. 12. §. 1. ff. de captiuis.*

An, & quare captus ab hostibus fingatur seruus, vide hîc Bart. obiter autem notabis patriam potestatem captiuitate patris suspendi: non autem solui, vt notatur in fragmentis Vlpiani, *tit. 10. §. 4.*

§. Præterea. 6.

Ferandus *libro 2. explicationum, cap. 20.* Magius *lib. 10. miscel. cap. 4.*

§. Admonendi. 7.

§. Sed etsi pater. 8.

§. Illud autem. 9.

Socin. *in reg. 286.*

§. Et quidem. 10.

Vide Bartol. *in l. quidam. col. 2. vers. venio. de verborum oblig.*

Titulus 13.
De tutelis.

Scripsit ad hanc materiam Damhouderus *in tractatu de patrocinio pupillorum.* extat etiam in tutelæ materia liber Ioannis Rami.

Transeamus.

De hac personarum diuisione vide Connanum *lib. 2. cap. 1.*

§. Est autem. 1.

De capite libero vide Gellium *lib. 5. cap. 19.*

§. Tutores autem. 2.

De ædituis vide Plinium *lib. 14. cap. 7.* & Gellium *lib. 12. cap. 10.*

§. Permissum est. 3.

De testamentaria tutela vide Platonem 11. *de legibus.*

§. Cùm autem. 4.

§. Sed etsi. 5.

Titulus 14.
Qui testament. tutor,
Dari autem.

§. Sed & seruus. 1.

Connanus *lib. 2. cap. 2.* Gellius *lib. 11. cap. 10.* Charondas *lib. 1. verisim. cap. fin.* Straitman. *harmonia iur. pag. 267.*

§. Furiosus, vel. 2.

§. Ad certum. 3.

Instit. *qui testamento tut. dare poss.* Barto. *in l si is, qui ducenta. in §. vtrùm. de rebus dub. col. 2. vers. nec obstat.*

§. Certæ autem rei. 4.

§. Si quis filiabus. 5.

Gellius *lib. 2. cap. 13.*

Titulus 15.
De legit. agnat. tute.

Ad intellectum huius tituli, adde quæ dicuntur in titulo de legitima patronorum tutela. de hoc est titulus ff. *& legit. tutor.*

Quibus autem.

De legitima agnatorum tutela vide Platonem 11. *de legibus.* ad hunc locum vide *l. 1. & 7. C. de legitim. tutor. l. 1. C. de legitima tutela.* vide Vlpian. *in fragmen. tit. 11.*

§. Sunt autem. 1.

Qui dicantur agnati, declarat hoc loco Imperator. quod etiam optimè demonstrat Barto hîc. & plura vide apud Modestin. *in l. 4. §. 1. &* Vlpia. *in*

l.10.ff.de grad.affin. Harmen.*lib.4.tit.6.§.1.* Agnatus vt quis sit, quid necesse sit, dic vt notatur in margine in corpore iuris.

§. Quod autem. 2.

Coniunge cum hoc §.*l.6.ff.de legiti. tutor.*

§. Sed agnationis. 3.

Singularis est hic §. & optimè explicatur à Bart. & Bald. hic, quos vide.

Plerumque perimitur.

Hanc vocem *plerumque*, adiecit: quasi diceret vt sæpiùs agnatio perimitur omni capitis diminutione. vide de his plura quæ notãtur in *Inst. Theoph.*

Agnatio iuris ciuilis nomen est.

Nec in vet. nec in Theod. additur, *ciuilis.*

Titulus 16.

De capitis diminutione.

In hunc titulum vide Fornerium *lib.1. select. cap. 26.* Gouueanum *lib.1. variar. lect. cap. 26.* Vlpian. *in frag. tit. 5. §. 10. & tit. 11.* Cæterùm explicatur quid sit capitis diminutio.

Est autem.

Continetur hîc capitis deminutionis definitio, & eiusdem tripartita diuisio ex *l.1. & vlt. ff. de capi. min.*

Tribus modis.

Duobus tantùm modis accidere dicet aliquis: nam aut magna est, aut minor: magna enim comprehendit maximam, & mediam: *vt l.1. §. si filius. ff. de suis, & legit. hared.*

§. Maxima capitis. 1.

Proposita triplici diuisione, ostendit iam quid sit maxima capitis deminutio. Maximam autem capitis deminutionem patiuntur serui pœnæ reuocati in seruitutem ob ingratitudinem, qui seipsos vendiderunt, vt hîc: & qui in insulam deportati sunt ob delictum. Cicero *pro Cecinna.* Liuius *lib. 1.* Halicarn. *lib. 4.*

§. Minor, siue. 2.

De hac postrema capitis deminutione vide Boëtium *in Topicis.* Cicero *in orat. pro Cæcinna.*

Vel qui in insulam deportatus.

Deportatio hîc species mediæ capitis diminutionis constituitur.

Aqua, & igni interdictum.

De aquæ, & ignis interdictione vide Budæum *in l. pen. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Boët. *in Topicis Ciceron.* Cicer. *lib. ad Attic. epist. 3.*

§. Minima. 3.

De hac minima capitis diminutione vide Ciceronem *in Topicis, loco ab adiunctis.*

§. Seruus autem. 4.

Hic §. desumptus est ex Modest. *in l. 3. ff. de senator.*

§. Quibus autem. 5.

Remotus à dignitate statum non perdit: vnde si remotus propter turpitudinem fuerit, nec iudicare, nec testimonium dicere potest: *vt l. 2. ff. de sena.*

§. Quod autem. 6.

An minima capitis deminutio cognationem tollat quoad effectus ciuiles. An iura sanguinis aliqua capitis deminutione tollantur. An, & quæ perdat damnatus in metallum: vide hîc Bald.

§. Quum autem. 7.

Totus hic §. desumptus est ex Caio *in l. 4. ff. de legit. tutor.*

Titulus 17.

De legit. patron. tutel.

Patroni, & eorum liberi consequuntur suorum liberorum tutelam.

Ex eadem lege.

Patronorum tutela vnde introducta fuerit, declaratur hoc titulo. vide *l. 3. ff. de legitim. tutor.*

Titulus 18.

De legit. parent. tutel.

Quam rationem habent patroni ad libertos, quos manumiserunt, eandem habent parentes ad filios à se emancipatos.

Exemplo.

Quod ait, patrem, & auum liberorum emãcipatorum tutores esse, hoc Vlpian. *in l. 3. ff. de legit. tuto* dixerat vicem legitimi tutoris sustinere. vide Vlp. *in fragmen.*

An, & ad quem spectet onus tutelæ, declarat hoc loco Bald.

Titulus 19.

De fiduciaria tutela.

Iacobus Ræuardus *de auctor. prud. cap. 5.* quæ fiduciaria tutela appellari debeat, declarat hîc Hotom. hinc fiduciarij tutores appellantur.

Est & alia.

Ad intellectum huius loci vide Vlpia. *tit. 9.*

An minor 25. annis tutor esse possit, vide hîc Bald. An frater sit legitimus tutor fratris, Bart. hîc notat.

Titulus 20.

De Attiliano tutore, & eo, qui ex lege Iulia, & Titia dabatur.

De hoc dixi titulo *ff. de tutorib. & curatorib. datis ab his.* vide Vlpian. *in frag. tit. 11. §. 14.* Gaium 1. *Institu. tit. 7.*

Tribunorum plebis.

Tribuni plebis totidem: id est, decem fuerunt creati L. Minuto: & M. Horatio Puluillo cons. qui edicta communiter conscribere solent. vide Cicer. 3. *offic.*

§. Sed etsi testamento. 1.

§. Ab hostibus. 2.

Ad intellectum huius loci vide Vlpian. *in l. 1. & 2. ff. de legitim. tutor.*

§. Sed ex his legibus. 3.

Claud. in primis pupillis tutores esse dandos introduxit. qua de re Sueton. *in Claud. cap. 23.* facit *l. pen. ff. rem pup. salu. fore.*

§. Sed hoc iure. 4.

Aug. *ad tit. de excus. tutor. l. Athenæ. §. 2.* Coras. *lib. 5. miscel. ca. 24.* Tutoris dandi potestas quibus competebat tempore Iustiniani. An iudex maleficiorum cognoscere possit de re pecuniaria. Tutoris datio an sit meri, vel mixti imperij, siue iurisdictionis vide Bart. hîc.

§. Nos autem per. 5.

Hic §. optimè explicatur à Baldo.

§. Impuberes. 6.

§. Quum ergo pupillorum. 7.

Plato 9. *de leg. 16.*

Titulus 21.

De authoritate tutorum.

Authoritas vnde dicta vide hîc Iul. Pac. *Institu.* Vlpia. *in fragmen. tit. 11. §. 25. 26. & 27.* est tit. *ff. & C. de auth. præst.*

An, & quomodo authoritas præbeatur, declaratur hîc à Cuiacio.

An, & quomodo adultus obligetur, vide hîc Baldum.

§. Neque tamen. 1.

Ferand. *lib. 1. explicat. cap. 21.* Anton. Augustin. *lib. 3 emend. cap. 7.*

§. Tutor autem. 2.

Continetur hîc ratio quare solus pupillus nequit adire hæreditatem: quoniam scilicet discretionem non habet, nec cognoscit causas acquirẽdæ hæreditatis, quod requiritur *vt in l. pupillus. ff. de acquir. hared.* optimè autem hic §. explicatur à Baldo hîc. Anton. Aug. *emend. cap. 56.*

§. Si inter. 3.

Iudicium vtrùm inter tutorem, & pupillum esse possit, declarat hîc Glossa.

Titulus 22.

Quibus modis tutela finitur.

Vide titulum Cod. *quando tutores esse desinunt.* hoc autem Titulo nouem modi explicantur, pubertas, capitis deminutio pupilli, conditionis euentus, mors pupilli, mors tutoris, capitis deminutio tutoris, tempus, excusatio, remotio. Cont. *lib. 2. successiuar. cap. 13.* Ræuard. *lib. 1. var. cap. 10.*

Tutela legitima an finiatur ipso iure: vel vtrùm durent reliquiæ primæ tutelæ: vide hîc Bart.

§. Item finitur. 1.

Menoch. *de arbit. iud. lib. 2. cap. 58.*

§. Sed etsi vsque. 2.

Vide *l. 8. §. 2. l. 11. ff. de testam. tute. l. 6. §. 1. l. 14. in fine. ff. de tutelis.*

§. Simili modo. 3.

§. Sed & capitis. 4.

Rainald. Corsus *lib. 1. indagat. cap. 17.*

§. Præterea. 5.

§. Desinunt. 6.

Constituitur hîc differentia inter constituere, & finiri, vt Paulus cùm de vsufructu agit in sententiis inter amittere, & finiri.

Titulus 23.

De curatoribus.

Caius 1. *Instit. tit. vlt.* Vlpian. *tit. 12.* quidam libri addunt. *dandis, vel confirmandis.* alij *de curatoribus.* qua de re Cuiac. hîc. An, & quæ sit inter tutorem, & curatorem differentia, vide doct. hîc.

Curatores dantur puberibus minoribus.

§. Dantur. 1.

§. Item inuiti. 2.

Pro intellectu huius §. vide Ræuard. *lib. 2. cap. 17.*

§. Furiosi quoque. 3.

Vide *l. 1. ff. & Cod. de curatoribus.* Forcat. *necyom. dialog. 33.* hic §. optimè etiam explicatur à Bal. hîc.

§. Sed & mente captis. 4.

Quid differat mente captus à furioso, declarat hîc Theophil.

§. Interdum autem. 5.

§. Quòd si tutor. 6.

Titulus 24.

De satisdatione tutorum, vel curatorum.

Continetur hîc cautionis, seu stipulationis rem pupilli saluam fore formula. Quinam tutores satisdare non cogantur, vide hîc Theophil.

§. Sed si ex testamento. 1.

§. Sciendum autem. 2.

§. Quibus constitutionibus. 3.

§. Neque autem. 4.

An, & qui fuerint præfecti vrbis, vide Gell. *lib. 12. cap. 14.*

Titulus 25.

De excusationibus tutorum, vel curatorum.

In hunc tit. Zoannetus *rest. cap. 19.* Feran. *lib. 2. explicat 22. c.* Quænam sint communia tutorũ, & curatorum declarat hîc Iul. Pac. in sua synopsi.

An liberorum numerus excuset à tutela: & de liberorum numero, vide *l. 1. C. de num. lib.*

§. Item Diuus Marcus. 1.

Marcus Vetranius *de iure lib. cap. 17. 18. & 20.*

Semestrium mentio sæpissimè fit in iure nostro: vt in *l. 46. ff. de pactis.* Suet. in Aug. *cap. 35.* & in Claudio *cap. 14.*

§. Item qui Reip. 2.

§. Et qui potestatem. 3.

§. Item propter litem. 4.

§. Item tria. 5.

§. Sed & propter. 6.

§. Item propter aduersam. 7.

Menoch. *de arbit. iud. cas. 60.*

§. Similiter eum. 8.

§. Item si propter. 9.

§. Non esse autem. 10.

§. Inimicitiæ. 11.

Ræuard. *lib. 5. var. cap. 15.*

§. Item is, qui. 12.

§. Item maior. 13.

Cuiac. *lib. 17. obser. cap. 28.* Menoch. *de arbit. iud. lib. 2. cas. 59.* Crinitus *lib. 8. de honest. disciplina. cap. 28.*

§. Qui autem. 14.

Marcus Vetranius *de iure liber. cap. 19.*

Titulus

Titulus 26.

De suspectis tutoribus.

Anton. Aug. *lib.11. emend. cap. vlt.*

§. Ostendimus. 1.

§. Consequens. 2.

§. Suspectus autem. 3.

§. Si quis tutor. 4.

Finis lib. j. Institu.

LIBER SECVNDVS INSTITVTIONVM.

***

In hunc librum doctissimos scripsit Cuiacius commentarios.

Titulus 1.

De rerum diuisione, & acquirendo ipsorum dominio.

In hunc titulum scripsit Contius *lib.disput.ca.12.* Rain.Corsus.*lib.2.indagat. ca. 9.* qua de re in ff. est *Titulus de acquir.rer. domin.* his adiungendus Vlpi. *tit.de dominiis,& acquisitionibus rerum.*

Superiore libro.

Continetur hîc epitome prioris libri Institut.

Patrimonio nostro.

Patrimonium bona paterna significat, & matrimonium bona materna.Sene.*lib.1 de benef.cap. 3.*

§. Et quidem naturali iure. 1.

In hunc §.Cuiac.*lib.10.obser.cap. 7.* Quænam autem communia,& publica sint, declarat hoc loco Imperator.

Aër, aqua profluens.

Aëris, & aquæ fluentis an vsus communis sit, declarat hîc Cuiac. qua de re vide Ouid. 6. *Metamorph.* & Plaut. *in Rud.* Quid autem differat aqua profluens à flumine,pluribus ostendit hîc Hotom.

§. Flumina. 2.

Separat.hoc loco Imperator publica à communibus. qua de re vide hîc Cuiac.

§. Est autem. 3.

Quid sit littus Harmen.*lib.2.tit.1.§.77.& l.112.ff. de verb.signif.* Tullius etiam *in Topicis* Quid autem differat littus à ripa,consule hîc Cuiac.

§. Riparum quoque. 4.

In hunc §. vide Forcat. *necyom. dialo. 86.* Quid autem sit *ripa*, declarat Vlpian. *in l. 1.ff. de flumin.* cæterùm dicitur hîc, Riparum vsum publicum esse, cùm proprietas sit eorum, qui prope ripas prædia possident, quibus potissimùm & earum muniendarum onus incumbit.

§. Littorum quoque. 5.

Hæc de littorum vsu supervacanea esse existimat Hotomannus hîc, quem vide. verùm de eius intellectu vide Forcat. *necyom.dialog.84.* An,& quæ sit differentia inter publica & communia.An portus maris sit publicus: an verò communis. An etiã viæ sint publicæ, vide hîc Bart.

§. Vniuersitatis. 6.

Quæ loca vniuersitatis dicantur, declarat hoc loco Iustinianus: qua de re vide *lib. 1. ff. h. tit.* De Theatro Cicero *lib.3.de finibus.*

An.& quæ nullius esse dicantur.An testimonium quilibet dicere possit in causâ vniuersitatis, qui sit de vniuersitate,declarat hîc Bald.

§. Nullius autem. 7.

Res nullius esse dicuntur, quæ sacra, religiosa, vel sancta sunt: vt in *l.6.§ 2.h. t.* qua de re suprà satis, supérque diximus. vide Harmen. hîc.

§ Sacræ res. 8.

De ritu veteris ædis sacrandæ.Alex.Neap. *lib.6. cap.14.& lib.2.cap.8.* Macrob.*lib.3 Sat.cap.3.* Fest.*lib. 17.*& Macrob.*d.lib.3.cap.7.* Iuuius *lib.2.*

§ Religiosum locum. 9.

In hunc § Ferand.*lib.explicat.cap.23.* Anton.Aug. *lib.1.emend.cap.4.*

Item si alienus.

Instit.

Vlpianum huius loci interpretem habes *in l. 2. §. si vsus fructus.ff. de relig.& sumpt. fun.*

De mortuorum illatione,per quam religiosa loca fiunt,vide Cicero.*lib.2.de legib.*Macrob.*lib.3.Satur.cap.3.*Agel.*lib.4.cap.9.*

§. Sanctæ. 10.

Gilbert.Reg.lib.2. *ἰσαγωγῶν.* cap. 4. Ferand. *lib.2.explicat.cap.24.*De loco Sacro,prophano, sancte.Macrob. *d. loco.*

Muri, & portæ ciuitatis.

Portas sanctas esse ait: *vt in l. 2. ff. ne quid in loco sacro.* Quod tamen Plutarchus negat *in quæstionibus Romanis,& Romulo.* muri itidem dicuntur sancti:vt in *l.8.9.& l.vlt.ff.de rer. diuis.*Festus in voce, *Sanctum.* Cicero *lib.3.de natura deorum.*

§. Singulorum autem. 11.

Vaconius *lib.1.declar.cap.11.*Coras.*lib.6.miscell.ca. 25. fol.32.num.34. 38.& 54. repet. 1.*

§. Feræ bestiæ. 12.

In hunc §.Forcatu. *auiarij, cap. 4.* Contius *lib.1. disput.cap.12.fol.217. num.36.repet.5.*

§. Illud quæsitum est. 13.

Ad intellectum huius §. vide *l.5.de acquir. rerum dominio.*

§. Apium quoque. 14.

